M. Ἡ δὲ σχετλιάσασα μεταξὺ τοῦ λόγου, Φεῦ τῆς ἀτοπίας, φησὶν, εἰς οἷον (71) καταστρέφει πέρας ἡ μικροφυὴς αὕτη καὶ χαμαίζηλος περὶ τῶν ὄντων κρίσις! Εἰ γὰρ ἐξῄρηται τοῦ ὄντος ἅπαν ὃ μὴ τῇ αἰσθήσει γνωρίζεται, οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν τοῦ παντὸς ἐπιστατοῦσαν καὶ περιδεδραγμένην τῶν ὄντων δύνα- B μιν ὁμολογοίη (72) πάντως ὁ τοῦτο λέγων, ἀλλὰ τὸ ἀσώματόν τε καὶ ἀειδὲς περὶ τῆς θείας φύσεως διδαχθεὶς, τὸ μὴ εἶναι αὐτὴν ὅλως ἐκ τῆς τοιαύτης πάντως (73) ἀκολουθίας λογίζεται (74). Εἰ δὲ ἐκεῖ τὸ ταῦτα μὴ εἶναι περιγραφὴ (75) τοῦ εἶναι οὐ γίνεται, πῶς ὁ ἀνθρώπινος νοῦς τοῦ ὄντος ἐκθλίβεται τῇ ἀφαιρέσει τῶν σωματικῶν ἰδιωμάτων συνδαπανώμενος; — Γ. Οὐκοῦν, εἶπον, ἐξ ἀτόπων (76) μεταλαμβάνομεν ἕτερον ἄτοπον διὰ τῆς ἀκολουθίας ταύτης. Περίκειται γὰρ ὁ λόγος ἡμῖν εἰς τὸ ταὐτὸν οἴεσθαι (77) τῇ θείᾳ φύσει, καὶ τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον, εἴπερ τῇ ὑπεξαιρέσει τῶν κατ' αἴσθησιν εὑρισκομένων νοεῖται (78) ἑκάτερον. — M. Μὴ ταὐτόν (79) εἴπῃς, φησὶν ἡ διδάσκαλος (ἀσεβὴς γὰρ καὶ οὗτος ὁ λόγος), ἀλλ' ὡς ἐδιδάχθης παρὰ τῆς θείας Γραφῆς (80), ὅμοιον εἰπὲ C τοῦτο ἐκείνῳ. Τὸ γὰρ κατ' εἰκόνα (81) γενόμενον διὰ πάντων ἔχει πάντως τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον (82) ὁμοιότητα, νοερὸν τοῦ νοεροῦ, καὶ τοῦ ἀσωμάτου ἀσώματον, ὄγκου τε παντὸς (83) ἀπηλλαγμένον ὥσπερ ἐκεῖνο, καὶ πᾶσαν ἐκφεῦγον διὰ σημαντικὴν (84) καταμέτρησιν ὁμοίως ἐκείνῳ· ἄλλο δέ τι παρ' ἐκεῖνο κατὰ τὴν τῆς φύσεως ἰδιότητα. Οὐκέτι γὰρ ἂν εἴη εἰκὼν, εἰ ἐκείνῳ δι' ἁπάντων (85) εἴη ταὐτὸν (86), ἀλλ' ἐν οἷς ἐν τῇ ἀκτίστῳ φύσει καθορᾶται ἐκεῖνο, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἡ κτιστὴ φύσις δείκνυσι τοῦτο· καὶ ὥσπερ πολλάκις ἐν μικρῷ ψήγματι ὑελίνῃ (87), ὅταν τύχῃ πρὸς ἀκτῖνα κείμενον, ὅλος ἐνορᾶται τοῦ ἡλίου ὁ κύκλος, οὐ κατὰ τὸ ἴδιον μέγεθος αὐτῷ ἐμφαινόμενος, ἀλλ' ὡς χωρεῖ βραχύτης (88) τοῦ ψήγματος τοῦ κύκλου τὴν ἔμφασιν· οὕτως ἐν τῇ βραχύτητι D τῆς ἡμετέρας φύσεως τῶν ἀφράστων ἐκείνων τῆς θεότητος ἰδιωμάτων αἱ εἰκόνες ἐκλάμπουσιν, ὥστε διὰ τούτων τὸν λόγον χειραγωγούμενον, μήτε ἀπο-

Nam ubique in rerum investigatione examinatrice atque scrutatrice intelligentia, quasi palpantes id, quod quæritur, tanquam cæci quidam ducibus parietibus ad ostium tendentes, prorsus unum ex dictis attingimus, vel colorem, vel figuram, vel quantitatem, vel aliquid aliud eorum quæ abs te enumerata sunt offendentes : cum autem dicitur nihil horum esse, præ animi exiguitate eo redigimur ut ne prorsus quidem aliquid esse putemus.

M. At illa, dum hæc dicerem indignata, Proh res importuna, inquit, et absurda! ad quem finem redigitur ac desinit exigui ingenii, pusillanimumque et abjectum istud de rebus quæ mente noscuntur judicium! Nam si ex rerum natura exemptum est quidquid sensu non cognoscitur, ne ipsam quidem rerum universitatis rectricem atque præfectam, quæ res universas complexa est, vim atque potestatem confiteri prorsus potuerit is qui hoc dicit : sed ubi incorpoream, informem et invisibilem esse divinam acceperit naturam, non esse eam penitus, ex hujusmodi prorsus consequentia existimabit. Sin autem illic propterea quod hæc non sint, ipsius essentiæ præscriptio atque peremptio non exsistit, quo pacto mens humana ex natura rerum, ut quæ una cum ademptione corporalium proprietatum consumatur, eliditur atque excluditur? — G. Ergo ex absurdo, inquam, per hanc consequentiam, aliud invicem arripimus absurdum; nam eo nobis oratio redacta est, ut nostram quoque mentem camdem rem esse cum divina natura putemus, siquidem subtractione eorum quæ sensu deprehenduntur, intelligitur utrumque. — M. Ne idem dicas, inquit magistra (impia enim hæc quoque oratio est), sed quemadmodum a divina voce doctus es, simile esse hoc illi dic. Nam quod secundum imaginem factum est, per omnia penitus principalis exemplaris atque formæ similitudinem habet; intellectualem, ejus quod est intellectuale; incorpoream, incorporei; atque ab omni mole corporea liberum est itidem, ut illud; et omnem intervallarem dimensionem effugit similiter atque illud : sed est aliquid aliud atque illud quod ad naturæ attinet proprietatem. Non enim amplius imago fuerit, si per omnia, per intellectualem, incorpoream, intervalli expertem naturam idem cum illo esset, sed per quæ in natura non creata illud perspicitur, per eadem natura creata hoc ostendit; et quemadmodum in parvo sæpe frusto vitri, cum ad radium expositum jacet, totus solis

(69) *Θιγγάνομεν*. In textu A additur ἁπτόμεθα, in margine vero monetur : Λείπει τὸ ἁπτόμεθα.
(70) *Λέγηται ἄν*. A et B delent ἄν.
(71) *Εἰς οἷον*. A in textu εἰς ὅν, sed in margine εἰς οἷον.
(72) *Ὁμολογοίη*. A ὁμολογείη.
(73) *Πάντως* delet B.
(74) *Λογίζεται*. A λογίσεται, quod et habet editio anni 1615.
(75) *Περιγραφή*. A παραγραφή.
(76) *Ἐξ ἀτόπων*. B ἐξ ἀτόπου.
(77) *Οἴεσθαι*. A in margine νοεῖσθαι.
(78) *Νοεῖται* delet B.
(79) *Μὴ ταὐτόν*. Ἀλλ' ἢ ταὐτὸν εἴπῃς.
(80) *Γραφῆς*. A B φωνῆς.
(81) *Τὸ γὰρ κατ' εἰκόνα*. In calce codicis A hæc ita explicantur, Ὅτι ὅμοιος μέν ἐστι τῷ Θεῷ ὁ ἡμέτερος νοῦς, οὐκέτι δὲ ὁμοούσιος.
(82) *Τὸ ἀρχέτ*. A τὸν ἀρχέτυπον.
(83) *Ὄγκου τε παντός*. B ὄγκου πάντως [sic] et A habet ὄγκου.
(84) *Διὰ σημαντικήν*. A et B διαστηματικήν.
(85) *Δι' ἁπάντων*. B διὰ πάντων.
(86) *Ἐκείνῳ*. In A additur, ἐν τῷ νοερῷ καὶ ἀσωμάτῳ καὶ ἀδιαστάτῳ.
(87) *Ὑελίνῃ*. A B ὑελίνῳ.
(88) *Βραχύτης*. B ἡ βραχύτης.

orbis conspicitur, non pro sua magnitudine in eo apparens, sed prout brevitas frusti circuli simulacrum atque repræsentationem capit et admittit: sic in exiguitate nostræ naturæ inexplicabilium illarum deitatis proprietatum imagines elucent, ut per hæc manu quasi ducta ratio neque excidat et aberret ab naturæ mentis deprehensione atque cognitione, si in examinatione quæstionis corporalis proprietas excernatur et rejiciatur; neque rursus ex diverso eamdem cum invisibili simul et immortali natura parvam mortalemque naturam esse ducat, sed ratione et intelligentia quidem cerni naturam ejus existimet: quoniam etiam mente comprehensibilis naturæ imago est, non tamen eamdem cum principali et originali forma imaginem esse dicat.

A πίπτειν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν τοῦ νοῦ καταλήψεως, ἀποκαθαιρομένης ἐν τῇ ἐξετάσει τοῦ σκέμματος τῆς σωματικῆς ἰδιότητος· μηδ' αὖ πάλιν εἰς ἶσον (89) ἄγειν τῇ ἀορίστῳ τε (90) καὶ ἀκηράτῳ φύσει, τὴν μικρὰν καὶ ἐπίκηρον· ἀλλὰ νοητὴν μὲν οἴεσθαι τὴν οὐσίαν· ἐπειδὴ καὶ νοητῆς οὐσίας ἐστὶν εἰκὼν, μὴ μέντοι τὴν αὐτὴν τῷ ἀρχετύπῳ τὴν εἰκόνα λέγειν.

Ut igitur per arcanam et ineffabilem Dei sapientiam quæ in universitate rerum apparet, divinam naturam pariter ac potestatem in rebus universis esse non dubitamus, ut in sua omnia maneant essentia (quanquam si quis naturæ rationem exigat et exquirat, longe plurimum natura Dei distat atque diversa est a singularibus rebus quæ in creatura et ostenduntur et intelliguntur: attamen in his esse constat id quod natura distat atque diversum est), ita nullo modo incredibile est animæ quoque naturam quæ per sese aliquid aliud est (quodcunque tandem etiam esse putatur), non impediri quin sit, etiamsi ea quæ in mundo tanquam elementa considerantur, ei, ratione naturæ, non conveniant: quemadmodum enim jam ante dictum est, nec in viventibus quidem corporibus, quorum natura constat ex elementorum contemperatione, simplici pariter et informi invisibilique animæ ratione naturæ, aliqua cum crassa corporum congerie atque concretione communitas est; verumtamen vitalem animæ efficientiam ratione quadam humanam animadversionem atque cognitionem superante, permistam ac diffusam in his esse non dubitatur. Ergo ne resolutis quidem in sese, quæ in corpore sunt, elementis, periit id quod per vitalem efficientiam ea colligat atque connectit. Sed quemadmodum, constante ac durante adhuc elementorum concretione, omnes pariter atque similiter partes corpus complentes atque constituentes anima penetrante, singulatim unumquodque animatur, neque aliquis vel solidam esse animam dixerit ac duram, quæ cum terreo commista atque contemperata sit, vel humidam, vel frigidam aut frigido opposita qualitate præditam, quæ in his universis sit, et unicuique vim vitalem immittat: ita soluta quoque illa coagmentatione et ad proprias cognatasque res iterum redacta, simplicem et incompositam illam naturam unicuique parti etiam post dissolutionem adesse, atque eam quæ

Ὥσπερ οὖν διὰ τῆς ἀποῤῥήτου σοφίας τοῦ Θεοῦ τῆς τῷ παντὶ ἐμφαινομένης τὴν θείαν φύσιν τε καὶ B δύναμιν ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ὡς ἂν ἐν τῷ εἶναι τὰ πάντα μένοι· καί τοί γε εἰ (91) τὸν τῆς φύσεως (92) ἀπαιτοίης λόγον, παμπλήθως (93) ἀπέχει οὐσία Θεοῦ πρὸς τὰ καθ' ἕκαστον ἐν τῇ κτίσει δεικνύμενά τε καὶ νοούμενα· ἀλλ' ὅμως ἐν τούτοις εἶναι τὸ διεστὸς (94) κατὰ τὴν φύσιν ὁμολογεῖται· οὕτως οὐδὲν ἄπιστον καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν, ἄλλο τι καθ' ἑαυτὴν οὖσαν, ὅ τί ποτε καὶ εἶναι εἰκάζεται, μὴ ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὸ εἶναι, τῶν στοιχειωδῶς ἐν τῷ κόσμῳ θεωρουμένων οὐ συμβαινόντων αὐτῇ κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως· οὐδὲ (95) ἐπὶ τῶν ζώντων σωμάτων, καθὼς ἤδη προείρηται, οἷς ἡ ὑπόστασις ἐκ τῆς τῶν στοιχείων ἐστὶ συγκράσεως, κοινωνία τις κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἐστὶ τῷ ἁπλῷ τε καὶ ἀειδεῖ τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν σωματικὴν παχυμερίαν (96)· ἀλλ' ὅμως τὸ ἐν τούτοις εἶναι τὴν ζω- C τικὴν τῆς ψυχῆς ἐνέργειαν, οὐχ ἀμφιβάλλεται, λόγῳ τινὶ κρείττονι τῆς ἀνθρωπίνης κατανοήσεως ἀνακραθεῖσαν. Οὐκοῦν οὐδὲ ἀναλυσάντων πρὸς ἑαυτὰ τῶν ἐν τοῖς σώμασι (97) στοιχείων, τὸ συνδέον αὐτὰ διὰ τῆς ζωτικῆς ἐνεργείας ἀπόλωλεν. Ἀλλ' ὥσπερ συνεστῶτος ἔτι τοῦ τῶν στοιχείων συγκρίματος ψυχοῦται καὶ τὰ (98) καθ' ἕκαστον, ἴσως τε καὶ ὁμοίως πᾶσι τοῖς μέρεσι τοῖς συμπληροῦσι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἐνδυομένης (99), καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι, οὔτε στεῤῥὰν αὐτὴν καὶ ἀντίτυπον εἶναι, τῷ γεώδει συγκεκραμένην, οὔτε ὑγρὰν, ἢ ψυχρὰν ἢ τὴν τῷ ψυχρῷ ἀντικειμένην ποιότητα, τὴν ἐν πᾶσιν (1) οὖσαν τούτοις, καὶ ἑκάστῳ τὴν ζωτικὴν δύναμιν ἐνιοῦσαν (2)· οὕτω, καὶ λυθέντος τοῦ συγκρίματος, καὶ εἰς τὰ D οἰκεῖα πάλιν ἀναδραμόντος, τὴν ἁπλῆν ἐκείνην καὶ ἀσύνθετον φύσιν ἑκάστῳ παρεῖναι τῶν μερῶν, καὶ μετὰ τὴν διάλυσιν οἴεσθαι, οὐδὲν τοῦ (3) εἰκότος ἐστίν· ἀλλὰ τὴν ἅπαξ ἀῤῥήτῳ τινὶ συμφυεῖσαν λόγῳ τῷ τῶν στοιχείων (4) συγκρίματι (5), καὶ εἰσαεὶ παραμένειν, οἷς κατεμίχθη, μηδενὶ τρόπῳ τῆς γινομένης ἅπαξ αὐτῇ συμφυΐας ἀποσπωμένην. Οὐ γὰρ

(89) *Εἰς ἶσον.* B εἰς ἕν.
(90) *Ἀορίστῳ τε.* A ἀοράτῳ τε, B ἀρίστῳ τε.
(91) *Εἰ* delet B.
(92) *Φύσεως.* A in margine: φύσεώς τις ἀπαιτοίη λόγον, B φύσεως εἴτις ἀπαιτοίη λόγον.
(93) *Παμπλήθως.* A B παμπληθές.
(94) *Διεστός.* B διεστώς.
(95) *Οὐδέ.* A B οὐδὲ γάρ.
(96) *Παχυμερίαν.* A παχυμέρειαν.
(97) *Τοῖς σώμασι.* A B τῷ σώματι.
(98) *Καὶ τά.* Καί delent A et B.
(99) *Ἐνδυομένης.* B ἐνδεομένης.
(1) *Τὴν ἐν πᾶσιν.* Τὴν ἐν ἅπασιν.
(2) *Ἐνιοῦσαν.* Ἐνιεῖσαν.
(3) *Οὐδὲν τοῦ.* A B οὐδὲν ἔξω.
(4) *Τῷ τῶν στ.* B διὰ τῆς.
(5) *Συγκρίματι.* B συγκράσεως.

ἐπειδὴ λύεται τὸ συγκείμενον, κινδυνεύει (6) συνδιαλυθῆναι τῷ συνθέτῳ τὸ μὴ συγκείμενον.

A simul occulta atque ineffabili quadam ratione cum elementorum concremento coaluerit etiam in perpetuum permanere cum iis quibus commista est, neque ullo modo ab ea coalitione atque concretione, quæ semel ei contigerit, avelli putare, nullo modo est a verisimilitudine atque probabilitate alienum. Non enim quia solvitur compositum, inde etiam necessario consequitur una cum composito dissolvi id quod compositum non est.

Γ. Κἀγὼ εἶπον, Ἀλλὰ τὰ μὲν στοιχεῖα συμπίπτειν τε πρὸς ἄλληλα (7), καὶ πρὸς ἀλλήλων διακρίνεσθαι, καὶ τοῦτο εἶναι τὴν τοῦ σώματος σύστασίν τε καὶ διάλυσιν, οὐδεὶς ἂν ἀντείποι. Ἐπειδὴ δὲ πολὺ τὸ μέσον ἑκάστῳ (8) νοεῖται τοῦτο τῶν (9) ἑτερογενῶς ἐχόντων πρὸς ἄλληλα, κατά τε τὴν τοπικὴν θέσιν, καὶ τὴν τῶν ποιημάτων (10) διαφοράν τε καὶ ἰδιότητα, συνδεδραμηκότων μὲν (11) ἀλλήλοις περὶ τὸ ὑποκείμενον τῶν στοιχείων, τὴν νοερὰν ταύτην καὶ ἀδιάστατον φύσιν ἣν καλοῦμεν (12) ψυχήν, ἀκόλουθον συμφυῶς πρὸς τὸ ἡνωμένον ἔχειν· εἰ δὲ ἀπ' ἀλλήλων διακριθείη ταῦτα, κἀκεῖσε (13) γένοιτο, ὅπηπερ ἂν ἕκαστον ἡ φύσις ἄγοι (14), τί πείσεται (15) ἡ ψυχὴ πολλαχῇ τοῦ ὀχήματος αὐτῇ διασπαρέντος· ὥσπερ τις ναύτης τῆς ὁλκάδος ἐν ναυαγίῳ διαλυθείσης ἀδυνατῶν πᾶσι τοῖς τοῦ πλοίου μορίοις ἄλλοις ἀλλαχῇ τοῦ πελάγους ἐσκεδασμένοις κατ' αὐτὸν (16) ἐπινήξασθαι (παντὸς (17) γὰρ τοῦ ἐπιτυχοῦντος (18) λαβόμενος τὰ λοιπὰ φέρειν (19) καταλείψει τοῖς κύμασι), τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ψυχὴ (20) τῇ διακρίσει τῶν στοιχείων συνδιασχισθῆναι τὴν φύσιν οὐκ ἔχουσα, εἴπερ δυσαπαλλάκτως ἔχει τοῦ σώματος, ἑνί τινι πάντως προσφυεῖσα στοιχείων (21), τῶν ἄλλων ἀποσχισθήσεται, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἀθάνατον αὐτὴν διὰ τὸ ἐν ἑνὶ ζῆν, ἢ θνητὴν, διὰ τὸ ἐν τοῖς πλείοσι μὴ εἶναι, ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου δίδωσιν οἴεσθαι.

G. Atque ego : Verum elementa quidem, inquam, inter sese tum coire et cohærescere, tum alterum ab altero separari atque disjungi, et id corporis esse tum constitutionem tum dissolutionem, nemo contradixerit. Quoniam autem multum interesse intelligitur inter unumquodque horum, quæ tum secundum localem positionem, tum qualitatum differentiam B pariter ac proprietatem diversi inter sese generis sunt, siquidem circa subjectum inter sese concurrerint elementa, consentaneum est, intellectualem hanc dimensionisque expertem naturam, quam animam vocamus, cohærere atque conjunctam esse cum eo, quod (ita) unitum est; sin autem hæc alterum ab altero separata atque illo redacta fuerint, quocunque unumquodque natura ducit, patietur etiam anima, in multas partes passim vehiculo ejus disjecto : et quemadmodum aliquis nauta, ubi naufragio dissoluta fuerit navis, ad omnes ejus partes, aliis in aliam pelagi partem dissipatis, eodem tempore adnare non potest (nam si quidquid primum occurrerit et obviam fuerit, C apprehenderit, reliqua fluctibus ferri plane permittet), eodem modo anima quæ ea natura prædita non est, ut una cum separatione elementorum scindatur, siquidem a corpore liberari atque expediri non potest, si uni alicui prorsus inhæserit elemento, ab aliis avelletur et intercludetur, et ut nihilo magis immortalis quæ in uno vivat, quam mortalis putetur quæ in pluribus non sit, consequentia sermonis dat.

Μ. Ἀλλ' οὔτε συστέλλεται, φησὶν, οὔτε διαχεῖται τὸ νοητόν τε καὶ ἀδιάστατον (σωμάτων γὰρ ἴδιον συστολὴ καὶ διάχυσις), ἐπίσης δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν τὴν ἀειδῆ καὶ ἀσώματον τῇ τε συγκρίσει τῶν στοιχείων περὶ τὸ σῶμα καὶ τῇ διακρίσει πάρεστιν, συνεσφιγμένων (22) ἐν τῷ συγκρίματι τῶν στοιχείων στενοχωρουμένη, οὔτε ἀποφοιτησάντων ἐπὶ τὰ συγγενῆ (23), καὶ κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἀπολιμπανομένη, κἂν πολὺ τὸ μέσον εἶναι δοκεῖ τὸ τῆς ἑτερότητος (24) τῶν στοιχείων ἐνθεωρούμενον. Πολλὴ γὰρ ἡ διαφορὰ (25) τοῦ ἀνωφεροῦς τε καὶ κούφου πρὸς τὸ βαρὺ καὶ γεῶδες, τοῦ θερμοῦ (26) πρὸς τὸ ψυχρὸν, καὶ τοῦ ὑγροῦ πρὸς τὸ ἐναντίον· ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς πόνος τῇ νοερᾷ φύσει

M. At neque contrahitur, inquit, neque diffunditur id quod et mente noscitur, cogitationeque percipitur, et disjunctionis separationisque expers est (corporum enim contrahi atque diffundi proprium est), sed æqualiter juxta sui naturam, quæ et invisibilis, informis et incorporea est, cum coalitis atque concretis circa corpus elementis, tum separatis atque disjunctis adest, ac neque constrictis in D concretione elementis premitur atque coarctatur, neque ad cognata sibique naturalia reversis, relinquitur, etiamsi magnum illud discrimen esse videatur, quod cernitur et animadvertitur in elementorum diversitate; magna enim differentia est inter

(6) *Κινδυνεύει.* Καὶ κινδ.
(7) *Πρὸς ἀλλήλ.* A B ἀπ' ἀλλήλ.
(8) *Ἑκάστῳ.* A B ἑκάστου.
(9) *Τοῦτο τῶν.* A B τούτων.
(10) *Ποιημάτων.* A B ποιοτήτων.
(11) *Μέν* deest A.
(12) *Ἣν καλ.* A τὴν καλ.
(13) *Κἀκεῖσε.* B καὶ ἐκεῖσε.
(14) *Ἄγοι.* A ἄγει, B ἄγῃ.
(15) *Πείσεται.* A in margine . Ἄγεται, πείσεται καὶ ἡ ψυχή.
(16) *Κατ' αὐτό.* A κατὰ ταὐτόν.
(17) *Παντός.* A πάντως.
(18) *Ἐπιτυχοῦντος.* A B ἐπιτυχόντος.
(19) *Φέρειν.* A in margine : Τοῖς κύμασι καταλείψει φέρεσθαι.
(20). *Ἡ ψυχή.* B καὶ ἡ ψυχή.
(21) *Προσφυεῖσα στοιχείων.* B προσφυεῖσα στοιχείῳ. A στοιχείῳ.
(22) *Συνεσφιγμένων.* A et B præmittunt οὔτε.
(23) *Συγγενῆ.* B συγγενῆ τε.
(24) *Δοκεῖ τὸ τῆς ἑτερότητος.* A B δοκῇ τῇ ἑτερότητι.
(25) *Ἡ διαφορά.* A in textu ἀναφορά, in margine διαφορά.
(26) *Τοῦ θερμοῦ.* B καὶ τοῦ θερμοῦ.

id quod cum leve sit, sursum fertur, et grave terreumque : item inter calidum et frigidum, humidumque et ei contrarium, attamen nullo negotio intellectualis natura, eaque quæ mente sola constat et cogitatione percipitur, adest unicuique eorum, quibus semel inhæserit, nec per refusionem, discussionem ac distractionem una cum contrarietate scinditur elementorum. Non enim quia dispositione loci certaque quadam proprietate, procul hæc inter sese distare existimantur, idcirco inseparabilis, disjunctionisque ac spatii expers natura magno negotio ac difficulter conjungitur cum iis quæ loco distant, quoniam etiam nunc mens simul et cœlum contemplari, et ad terminos mundi curiosa inquisitione extendi potest ; ac non divellitur contemplativa animæ nostræ pars, dum ad tantas distenditur longitudines. Ergo nihil impedit animam, quin æqualiter corporis adsit elementis, tum per concursum contemperatis, tum per discussionem, distractionem, atque disjunctionem resolutis. Quemadmodum enim auro et argento colliquefactis, artificiosa vis quædam cernitur, quæ materias eas conflaverit ; et si rursus per liquefactionem alterum ab altero separatum fuerit, nihilominus ratio artis in utroque manet ; ac materia quidem divisa fuerit, ars autem una cum materia non dissecatur ; quonam enim modo dividi poterit individuum ? eadem ratione ea quæ mente constat, atque cogitatione percipitur, animæ natura, et in concursu elementorum cernitur, et resolutis iis, non secernitur nec segregatur ; sed et manet in iis, et una cum separatione eorum extensa non interciditur, nec interrumpitur, neque pro numero elementorum in partes et frusta conciditur : id enim corporeæ pariter et intervallaris naturæ proprium est : at incorporea intellectualisque et invisibilis pariter, atque divisionis dimensionisque expers natura passiones et casus ex distantia atque intervallo contingentes non recipit, neque admittit.

A ἑκάστῳ παρεῖναι, οἷς ἅπαξ ἐνεφύη, διὰ κράσεως (27) μὴ συνδιασχιζομένη τῇ τῶν στοιχείων ἐναντιότητι. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ κατὰ τὴν τοπικὴν διάστασιν, καὶ τὴν ποίαν (28) ἰδιότητα, πόῤῥωθεν ἀλλήλων ταῦτα (29) νομίζεται, διὰ τοῦτο κάμνει ἡ ἀδιάστατος φύσις τοῖς τοπικῶς διεστηκόσι συναπτομένη, ἐπεὶ καὶ νῦν ἔξεστι τῇ διανοίᾳ ὁμοῦ τε τὸν οὐρανὸν θεωρεῖν, καὶ ἐπὶ τὰ πέρατα τοῦ κόσμου ταῖς πολυπραγμοσύναις ἐκτείνεσθαι· καὶ οὐ διασπᾶται πρὸς τοσαῦτα μήκη τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς ἡμῶν διατεινόμενον. Οὐκοῦν οὐδὲν ἐμπόδιόν ἐστι τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἴσον παρεῖναι τοῖς τοῦ σώματος στοιχείοις, καὶ συγκεκραμένοις διὰ τῆς συνδρομῆς, καὶ ἀπολυομένοις διὰ (30) τῆς ἀνακράσεως. Καθάπερ γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου συντετηκότων ἐνθεωρεῖταί τις τεχνικὴ δύναμις ἡ τὰς ὕλας
B συντήξασα· καὶ εἰ πάλιν ἀποτακείη τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, οὐδὲν ἔλαττον ὁ τῆς τέχνης λόγος ἐν ἑκατέρῳ μένει· καὶ ἡ μὲν ὕλη διεμερίσθη, ἡ δὲ τέχνη οὐ συνδιετμήθη τῇ ὕλῃ· πῶς γὰρ ἂν διαιρεθείη τὸ ἄτμητον; κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἡ νοερὰ τῆς ψυχῆς φύσις, καὶ τῇ συνδρομῇ τῶν στοιχείων ἐνθεωρεῖται, καὶ διαλυθέντων (31) οὐκ ἀποκρίνεται, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς μένει καὶ ἐν τῷ χωρισμῷ αὐτῶν συμπαρεκτεινομένη οὐ διακόπτεται, οὐδὲ πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων εἰς μερικὰ (32) τμήματα κατακερματίζεται (33). Τοῦτο γὰρ ἴδιον τῆς σωματικῆς καὶ διαστηματικῆς ἐστι φύσεως· ἡ δὲ νοερά τε καὶ ἀδιάστατος φύσις τὰ ἐκ διαστάσεως οὐκ ἀναδέχεται πάθη.

Ergo anima est in iis in quibus semel fuit, nulla necessitate eam a cohærentia, qua cum illis conjuncta est atque concrevit, avellente. Quid igitur in his triste, acerbum atque animi demissione dignum est, si id quod videtur, cum invisibili commutatur ? Et cujus rei gratia adeo mens tua morti infensa est ? — G. Ego vero, ubi definitionem animæ, quam in superiori sermone fecerat, animo revolvissem atque repetivissem, dixi non satis mihi consideranti atque animo reputanti potentias et vires, quæ in anima cernuntur, illam orationem esse demonstratam : quæ dicit eam intellectualem esse naturam, et in instrumentario corpore vitalem vim ad sensuum efficientiam atque adjectionem ingenerare. Nam non solum circa eam mentis nostræ agitationem, qua scientias percipimus ac speculamur, efficax et actuosa anima nostra est, per eam quæ mente constat et intelligentia suæ naturæ vim talia

C Οὐκοῦν ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἡ ψυχὴ, ἐν οἷς ἅπαξ ἐγένετο, οὐδεμιᾶς ἀνάγκης τῆς πρὸς ἐκεῖνα συμφυΐας αὐτὴν ἀποσπώσης. Τί οὖν τὸ σκυθρωπὸν ἐν τούτοις ἐστὶν, εἰ τοῦ ὁρωμένου τὸ ἀειδὲς ἀνταλλάσσεται ; καὶ ὑπὲρ τίνος οὕτω διαβέβληταί σοι πρὸς τὸν θάνατον ἡ διάνοια ;—Γ. Ἐγὼ δὲ, ἀναλαβὼν (34) τῇ διανοίᾳ τὸν ὁρισμὸν, ὃν ἐν τοῖς πρὸ τούτου λόγοις περὶ ψυχῆς ἐποιήσατο, οὐχ ἱκανῶς εἶπον ἐνδεδεῖχθαί μοι τὸν λόγον ἐκεῖνον τὰς ἐνθεωρουμένας τῇ ψυχῇ δυνάμεις (35)· ὅς φησι νοερὰν αὐτὴν εἶναι οὐσίαν, καὶ τῷ ὀργανικῷ σώματι ζωτικὴν δύναμιν πρὸς τὴν τῶν αἰσθήσεων ἐνέργειαν ἐμποιεῖν· οὐ γὰρ μόνον περὶ τὴν ἐπιστημονικήν τε καὶ θεωρητικὴν διάνοιαν ἐνεργός ἐστιν ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ἐν τῷ νοερῷ τῆς οὐσίας τὸ τοιοῦτον ἐργαζομένη, οὐδὲ τὰ αἰσθητήρια μόνα πρὸς τὴν κατὰ φύσιν
D ἐνέργειαν οἰκονομεῖ· ἀλλὰ πολλὴ μὲν ἡ κατὰ ἐπιθυμίαν (36), πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατὰ θυμὸν κίνησις ἐνθεωρεῖται τῇ φύσει· ἑκατέρας (37) δὲ τούτων γενι-

(27) *Διὰ κράσεως.* A B δι' ἀνακράσεως.
(28) *Ποίαν.* B Ποιάν.
(29) *Ταῦτα* deest B.
(30) *Ἀπολυομένοις διά.* B ἀπολ. δ. τῆς συνδρομῆς καὶ ἀπολλυμένης.
(31) *Διαλυθέντων.* A in margine, ἀναλυθέντων.
(32) *Μερικά.* B μέρη καί.
(33) *Κατακερματίζεται.* B καταμερίζεται.
(34) *Ἐγὼ δὲ ἀναλαβών.* Scholia in calce codicis A explicant, Γρηγόριος ἐπίσκοπος ὡς ἐν ἀντιθέσει. In margine scribitur Παραθέσει.
(35) *Δυνάμεις.* A addit ἐννοουμένῳ.
(36) *Κατὰ ἐπιθυμίαν.* B κατ' ἐπιθυμ.
(37) *Ἑκατέρας.* A ἑκατέρου.

A κῶς ἡμῖν ἐνυπαρχούσης (38), εἰς πολλάς τε καὶ ποικίλας διαφορὰς ὁρῶμεν προϊοῦσαν ταῖς ἐνεργείαις ἀμφοτέρων τὴν κίνησιν. Πολλὰ μὲν γάρ ἐστιν ἰδεῖν, ὧν τὸ ἐπιθυμητικὸν καθηγεῖται· πολλά γε (39) πάλιν, ἃ τῆς θυμοειδοῦς αἰτίας ἐκφύεται, καὶ οὐδὲν τοῦτο σῶμά ἐστι (40), τὸ δὲ ἀσώματον νοερὸν πάντως· νοερὸν δέ τι (41) τὴν ψυχὴν ὁ ὁρισμὸς ἀπεφήνατο, ὥστε δυοῖν ἀτόποις τὸ ἕτερον ἐκ τῆς ἀκολουθίας ἀνακύπτειν τοῦ λόγου, ἢ καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἄλλας ἐν ἡμῖν εἶναι ψυχάς, καὶ πλῆθος ψυχῶν ἀντὶ μιᾶς καθορᾶσθαι, ἢ μηδὲ τὸ διανοητικὸν τὸ ἐν ἡμῖν ψυχὴν οἴεσθαι. Τὸ γὰρ νοερὸν ἐπίσης πᾶσιν ἐφαρμοζόμενον, ἢ πάντας (42) ψυχὰς ἀποδείξει ταῦτα, ἢ ἕκαστον τούτων ἐκ τοῦ ἴσου τοῦ (43) ἰδιώματος τῆς ψυχῆς ἐξαιρήσει.

B Μ. Ἡ δὲ Πολλοῖς φησιν, (44), ἤδη καὶ ἄλλοις ἐζητημένον τὸν λόγον τοῦτον ἀκολούθως καὶ αὐτὸς ἐπιζητεῖς (45), ὅ, τι (46) ποτὲ χρὴ ταῦτα νομίζειν εἶναι τὸ ἐπιθυμητικὸν (47) καὶ τὸ θυμοειδὲς, εἴτε συνουσιωμένα τῇ ψυχῇ, καὶ παρὰ τὴν αὐτὴν (48) εὐθὺς τῇ κατασκευῇ συνυπάρχοντα, εἴτε τι ἄλλο παρ' αὐτὴν ὄντα καὶ ὕστερον ἡμῖν ἐπιγινόμενα (49). Τὸ μὲν γὰρ ἐνορᾶσθαι τῇ ψυχῇ ταῦτα, παρὰ πάντων ἐπίσης ὁμολογεῖται· τὸ δὲ ὅ, τι χρὴ περὶ αὐτῶν οἴεσθαι, οὔπω δι' ἀκριβείας εὗρεν ὁ λόγος, ὥστε βεβαίαν τὴν περὶ τούτων ὑπόληψιν ἔχειν, ἀλλ' ἔτι πεπλανημέναις οἱ πολλοὶ καὶ διαφόροις ταῖς περὶ τούτων δόξαις ἐπιδιστάζουσιν. Ἡμῖν δὲ εἰ μὲν ἱκανὴ πρὸς ἀπόδειξιν ἀληθῶς (50) ἦν ἡ ἔξω φιλοσοφία, ἡ τεχνικῶς περὶ τούτων διαλαβοῦσα, περιττὸν ἂν ἦν ἴσως τὸν περὶ ψυχῆς λόγον προτιθέναι (51) τῷ σκέμματι. C Ἐπεὶ (52) δὲ τοῖς μὲν κατὰ τὸ φανὲν ἀκόλουθον κατ' ἐξουσίαν προῆλθεν ἡ περὶ ψυχῆς θεωρία· ἡμεῖς δὲ τῆς (53) ἐξουσίας ἄμοιροι ταύτης ἐσμὲν, τῆς λέγειν (54) φημὶ ἅπερ βουλόμεθα, κανόνι παντὸς δόγματος (55) καὶ νόμῳ κεχρημένοι τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ (56)· ἀναγκαίως πρὸς ταύτην βλέποντες, τοῦτο δεχόμεθα μόνον, ὅ, τι περ ἂν ᾖ συμφωνοῦν (57) τῷ τῶν γεγραμμένων σκοπῷ. Οὐκοῦν παρέντες τὸ Πλατωνικὸν ἅρμα (58), καὶ τὴν ὑπεζευγμένην αὐτῷ ξυνωρίδα τῶν πώλων, οὐχ ὁμοίως ταῖς ὁρμαῖς πρὸς ἀλλήλους ἐχόντων, καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων ἡνίοχον, δι' ὧν ἁπάντων τὰ τοιαῦτα περὶ

A efficiens, neque sensoria vasa instrumentaque sola ad naturalem efficientiam, operationemque gubernat; sed multus quidem cupiditatis, multus item iracundiæ quoque motus cernitur in ejus natura; cum autem horum utrumque generaliter in nobis insit, in multas pariter ac varias differentias actionibus, efficientiisque amborum progredi motum videmus. Nam multa quidem videre licet, quorum concupiscendi vis auctor ac dux est; rursus item multa a causa iræ concitatrice nascuntur, ac nullum horum corpus est; quod autem incorporeum est, intellectuale prorsus est, solaque mente constat; porro intellectualem quamdam solaque mente constantem et comprehensibilem rem esse animam definitio declaravit, ut duorum absurdorum alterum ex consequentia orationis exsistat atque emergat, aut ut iracundia quoque atque cupiditas aliæ in nobis animæ sint, et pro una multitudo animarum deprehendatur atque animadvertatur, aut ne mentis quidem agitatrix et intelligendi vis in nobis, anima esse putetur. Nam intellectuale solaque mente constans et comprehensibile æqualiter omnibus accommodatum, aut omnia hæc animas esse demonstrabit, aut unumquodque horum ex æquo eximet atque excipiet ex hac animæ proprietate.

B M. Atque illa, Hanc, inquit, rationem jam a multis etiam aliis quæsitam, consequenter ipse quoque requisivisti, quidnam tandem hæc esse oporteat existimare, τὸ ἐπιθυμητικόν, id est, *vim concupiscendi*; τὸ θυμοειδές, id est, *vim iræ concitatricem*: simulne insita in animæ natura et quasi coessentia atque consubstantia, et ab initio cum ea sint, atque a principio statim una cum creatione et constitutione ejus exstiterint, an etiam aliquid aliud atque ipsa sint, et posterius nobis accesserint? Nam quod hæc quidem in anima cernantur, ex æquo constat inter omnes; quid autem de eis existimare oporteat, nondum plene atque perfecte ratio assecuta est, ut firmam de his habeat opinionem, sed vulgus etiam nunc vagis, falsisque ac diversis opinionibus C de his ambigit. Nobis vero, siquidem sufficiens esset ad demonstrationem veritatis externa philosophia, quæ de his rebus artificiose disputavit, atque tractavit, supervacaneum forsitan esset illorum commentationi de anima adjicere sermonem. Sed quoniam ab illis quidem prout consequens et consentaneum visum esset, ex licentia atque ad arbitrium prodita est de anima commentatio; nos autem hujus licentiæ expertes sumus, dicendi, inquam, quæ volumus; quippe qui regula prorsus divinæ doctrinæ et pro lege utimur sancta Scriptura, atque ad hanc necessario respicimus, hoc solum recipi-

(38) *Ἐνυπαρχούσης*. A B ἐνυπάρχοντος.
(39) *Πολλά γε*. A B πολλὰ δέ.
(40) *Τοῦτο σῶμά ἐστι*. B τούτων σῶμά ἐστι.
(41) *Δέ τι*. B δέ τι χρῆμα.
(42) *Πάντας*. A B πάντα.
(43) *Ἴσου τοῦ*. A B ἴσου τούτου.
(44) *Ἡ δὲ πολλοῖς*. In calce codicis A hoc habes scholion, Ἡ διδάσκαλος ἀπαντᾷ τῇ ἀντιθέσει, γραφικῶς τὸ ἄπορον θεραπεύουσα.
(45) *Ἐπιζητεῖς*. A B ἐπεζήτησας.
(46) *Ὅ, τι*. B ὅτι.
(47) *Ἐπιθυμητικόν*. A B ἐπιθυμητικόν τε.
(48) *Παρὰ τὴν αὐτήν*. A B παρὰ τὴν πρώτην.
(49) *Ἐπιγινόμενα*. B ἐπιγενόμενα.
(50) *Ἱκανὴ πρὸς ἀπόδ. ἀληθῶς*. B. πρὸς ἀπόδ. ἀληθείας ἱκανή. A ἀληθείας pro ἀληθῶς.
(51) *Προτιθέναι*. B περιτιθέναι.
(52) *Ἐπεί*. B ἐπειδή.
(53) *Ἡμεῖς δὲ τῆς*, etc., hæc verba in calce codicis A ita illustrantur, Ὅτι κατὰ τὸν τῆς θείας Γραφῆς σκοπὸν ἡ περὶ ψυχῆς διδασκαλία τῷ συγγραφεῖ μεμελήτηται.
(54) *Τῆς λέγειν*. B τῆς τοῦ λέγειν.
(55) *Δόγματος*. A θείου δόγματος.
(56) *Κεχρημ. τῇ ἁγίᾳ Γρ.* B τῇ ἁγίᾳ κεχρημ. Γραφῇ.
(57) *Συμφωνοῦν*. B σύμφωνον.
(58) *Πλατωνικὸν ἅρμα*. In calce codicis A hoc legitur scholion, Διάλογον ὁ Πλάτων ἐποιήσατο περὶ ψυχῆς, ὃν *Φαίδωνα* ἐπέγραψεν, ἐν ᾧ τὸ μὲν θυμοειδὲς

mus et approbamus, quodcunque cum Scripturæ convenerit et concordaverit intentione. Igitur omisso Platonis curru, eique subjunctis bijugis pullis equorum, non eadem inter se affectione et impetu præditis, iisque præfecto auriga, quibus omnibus ille per ænigma atque involucrum talia de anima philosophatur (a); omissis item iis, quæ tradit is qui post eum philosophus fuit, qui res apparentes artificiose persequitur, eaque quæ nunc nobis proposita sunt diligenter examinans ac tractans, mortalem per hæc animam esse censuit atque pronuntiavit; relictis item omnibus iis qui et ante et post hos fuerunt, qui vel prosa solutaque, vel numero quodam ac mensura astricta oratione res philosophicas tradiderunt, divinitus proditam Scripturam, quo spectet et intendat, orationi proponamus, quæque divina Scriptura statuit, ut nihil in anima esse putemus eximium et insigne, quod non etiam divinæ naturæ proprium sit. Qui enim similitudinem Dei animam esse dixit, quidquid a Deo alienum est, extra definitionem animæ esse declaravit. Etenim in diversis ac differentibus similitudo conservari non possit. Ergo quoniam ejusmodi nihil cum divina cernitur natura, ne animæ quidem hæc insita et quasi coessentiata esse recte quis existimaverit.

ψυχῆς φιλοσοφεῖ δι' αἰνίγματος· ὅσα θ' ὁ (59) μετ' ἐκεῖνον φιλόσοφος ὁ τεχνικῶς (60) τοῖς φαινομένοις ἀκολουθῶν, καὶ τὰ νῦν ἡμῖν προκείμενα δι' ἐπιμελείας κατεξετάζων, θνητὴν εἶναι διὰ τούτων τὴν ψυχὴν ἀπεφήνατο, καὶ πάντας τούς τε πρὸ τούτων, καὶ τοὺς ἐφεξῆς, τούς τε καταλογάδην καὶ τοὺς ἐν ῥυθμῷ (61) τινι καὶ μέτρῳ φιλοσοφήσαντας καταλιπόντες, σκοπὸν τοῦ λόγου τὴν θεόπνευστον Γραφὴν ποιησώμεθα (62), ἣ ψυχῆς ἐξαίρετον μηδὲν νομίζειν εἶναι νομοθετεῖ, ὃ μὴ καὶ τῆς θείας φύσεώς ἐστιν ἴδιον. Ὁ γὰρ ὁμοίωμα Θεοῦ τὴν ψυχὴν εἶναι φήσας (63), πᾶν ὃ ἀλλότριόν ἐστι Θεοῦ, ἐκτὸς εἶναι τοῦ ὅρου τῆς ψυχῆς ἀπεφήνατο. Οὐδὲ γὰρ (64) ἂν ἐν τοῖς παρηλλαγμένοις διασωθείη τὸ ὅμοιον. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τοιοῦτον οὐδὲ τῇ θείᾳ (65) συνθεωρεῖται φύσει, οὐδὲ τῇ ψυχῇ συνουσιοῦσθαι (66) ταῦτα κατὰ λόγον ἄν τις ὑπονοήσειε.

Jam vero dialectica quidem arte, per rationum et argumentorum collectricem ac resolutricem scientiam, nostra quoque dogmata atque decreta confirmare : quod hujusmodi species orationis ad demonstrandam veritatem, tum debilis, tum suspecta sit : recusabimus ac prætermittemus. Patet enim omnibus ac liquet quod dialectica curiosa subtilitas pares in utramque partem vires habeat, vel ad eversionem veritatis, vel ad mendacium judicandum. Unde etiam ipsam veritatem, ubi hujusmodi aliqua adhibita arte profertur, sæpenumero suspectam habemus, quasi harum artium subtilitas atque versutia mentem nostram seducat, et in fraudem impellat atque a veritate avertat. Sed si quis incompositam et inconditam, atque ab omni velamine et amictu nudam admittat orationem, dicemus, ut poterimus, juxta seriem et contextum Scripturæ traditionis, commentationem de his rebus inferentes. Quid igitur est quod dicimus? Quod hoc rationis particeps animal homo, nimirum intelligentiæ atque scientiæ capax sit, vel eorum qui a ratione nostræ fidei atque religionis alieni sunt, testimonio comprobatum est : quippe non ita naturam nostram descriptura ac designatura definitio fuisset, si quidem et iracundiam, et concupiscentiam et hujusmodi omnia cum nostra natura unita et quasi coessentiata

Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν διαλεκτικὴν τέχνην διὰ συλλογιστικῆς τε καὶ ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης βεβαιοῦσθαι καὶ τὰ ἡμέτερα δόγματα, ὡς σαθρόν τε καὶ ὕποπτον εἰς ἀπόδειξιν ἀληθείας τὸ τοιοῦτον εἶδος τοῦ λόγου παραιτησόμεθα. Πᾶσι γάρ ἐστι πρόδηλον τὸ τὴν διαλεκτικὴν περιεργίαν ἴσην ἐφ' ἑκάτερα τὴν ἰσχὺν ἔχειν, πρός τε τὴν τῆς ἀληθείας ἀνατροπὴν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ψεύδους κατηγορίαν (67). Ὅθεν καὶ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, ὅταν μετά τινος τοιαύτης τέχνης προάγηται, δι' ὑποψίας πολλάκις ποιούμεθα, ὡς τῆς περὶ ταύτης (68) δεινότητος παρακρουομένης ἡμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ τῆς ἀληθείας ἀποσφαλείσης (69). Εἰ δέ τις τὸν ἀκατάσκευόν τε καὶ γυμνὸν πάσης περιβολῆς προσίοιτο λόγον, ἐροῦμεν ὡς ἂν (70) οἷόν τε ᾖ κατὰ τὸν εἱρμὸν τῆς γραφικῆς ὑφηγήσεως τὴν περὶ τούτων θεωρίαν προσάγοντες. Τί οὖν ἐστιν ὅ φαμεν (71); Τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον ὁ ἄνθρωπος νοῦ τε καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν εἶναι, ἢ (72) παρὰ τῶν ἔξω τοῦ λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς μεμαρτύρηται, οὐκ ἂν οὕτω τοῦ ὁρισμοῦ τὴν φύσιν ἡμῶν ὑπογράφοντος, εἴπερ ἐνεώρα θυμόν τε καὶ ἐπιθυμίαν καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα συνουσιωμένα τῇ φύσει. Οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἄλλου τινὸς ὅρον ἄν τις ἀποδοίη τοῦ ὑποκειμένου, τὸ κοινὸν ἀντὶ τοῦ ἰδίου λέγων.

καὶ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος συζυγίᾳ πώλων ἀπείκασε, τὸ δὲ διανοητικὸν, ἤγουν τὸν νοῦν, ἡνιόχῳ. Ibidem ad verba textus, quæ paulo post sequuntur, ὁ μετ' ἐκεῖνον φιλόσοφος, legis, Ἀριστοτέλης.

(59) *Ὅσα θ' ὁ.* B ὅσα τ' οὖν.

(60) *Τεχνικῶς.* B τεχνικός.

(61) *Ῥυθμῷ τινι κ. μ.* B εὐρύθμῳ τινὶ μέτρῳ.

(62) *Ποιησώμεθα.* B ποιησόμεθα.

(63) *Φήσας.* B εἰπών.

(64) *Οὐδὲ γάρ.* B οὐ γάρ.

(65) *Οὐδὲ τ. θ.* B οὐδὲν τ. θ.

(66) *Συνουσιοῦσθαι.* B συνουσιῶσθαι.

(67) *Τὴν τ. ψ. κατηγ.* B τὴν κατηγ. τ. ψ.

(68) *Περὶ ταύτης.* A B περὶ ταῦτα.

(69) *Ἀποσφαλείσης.* A B ἀποσφαλλούσης.

(70) *Ὡς ἄν.* A B ὅπως ἄν.

(71) *Τί οὖν ἐστιν ὅ φαμεν.* In calce codicis A hanc invenis notam, ὁρισμὸς τῆς οὐσίας.

(72) *Ἤ.* B καί.

(a) Scholion in Græco appositum : *Plato de anima dialogum fecit, quem* Phædonem *inscripsit : in quo eas quidem animæ partes, in quibus et concupiscendi vis et irarum ordor exsistit, pari pullorum equinorum currui subjunctorum : mentem autem seu illam animæ vim, qua et animo agitamus, cogitamus et animadvertimus, aurigæ assimilavit. Hæc autem in* Phædone *non sunt, sed in* Phædro.

atque consubstantiata esse videret. Nam nec in ulla quidem alia re, loco proprii commune ponens, subjecti quisquam ediderit definitionem.

A Ἐπεὶ οὖν τὸ ἐπιθυμητικόν τε καὶ θυμοειδὲς κατὰ τὸ ἴσον καὶ ἐπὶ τῆς ἀλόγου τε καὶ λογικῆς φύσεως καθορᾶται, οὐκ ἄν τις εὐλόγως ἐκ τοῦ κοινοῦ χαρακτηρίζει (73) τὸ ἴδιον. Ὃ δὲ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπογραφὴν περιττόν (74) τε καὶ ἀπόβλητον, πῶς ἔνεστιν (75) ὡς μέρος τῆς φύσεως, ἐπ' ἀνατροπῇ (76) τοῦ ὅρου τὴν ἰσχὺν ἔχειν; Πᾶς γὰρ ὁρισμὸς οὐσίας πρὸς τὸ ἴδιον τοῦ ὑποκειμένου βλέπει. Ὅ, τι δ' ἂν ἔξω τοῦ ἰδιάζοντος ᾖ, ὡς ἀλλότριον παροράται τοῦ ὅρου. Ἀλλὰ μὴν ἡ κατὰ θυμόν τε καὶ ἐπιθυμίαν ἐνέργεια κοινὴ πάσης εἶναι τῆς λογικῆς τε καὶ (77) ἀλόγου φύσεως ὁμολογεῖται. Πᾶν δὲ τὸ κοινὸν, οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ἰδιάζοντι. Ἀνάγκη ἄρα διὰ τούτων ἐστὶ, μὴ ἐν τούτοις εἶναι ταῦτα λογίζεσθαι, ἐν οἷς κατεξαίρετον (78) ἡ ἀνθρωπίνη χαρακτηρίζεται φύσις. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ θρεπτικὸν καὶ αὐξητικὸν ἐν ἡμῖν τις ἰδὼν οὐκ ἀναλύει διὰ τούτων τὸν ἀποδοθέντα τῆς ψυχῆς (79) ὅρον (οὐ γὰρ ἐπειδὴ τοῦτό ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐκεῖνο οὐκ ἔστιν), οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν κατανοήσας τῆς φύσεως ἡμῶν κινήματα, οὐκ ἂν (80) εὐλόγως τῷ ὅρῳ μάχοιτο, ὡς ἐλλειπῶς (81) ἐνδειξαμένῳ τὴν φύσιν.

Quoniam igitur et concupiscendi et irascendi vis æqualiter quoque tam in rationis experte quam rationis compote cernitur natura, nulla ratione nec recte quis per communem notam, id quod proprium est designaverit. Quod autem ad naturæ designationem supervacuum ac rejiciendum est, quo pacto tanquam pars naturæ, potest ad eversionem definitionis vires habere? Omnis enim definitio substantiæ, proprium subjecti spectat. Quidquid autem extra peculiaritatem ac proprietatem fuerit, tanquam a definitione alienum despicitur atque contemnitur. Atqui tam irascendi quam concupiscendi vim atque efficientiam cum omni natura tam rationali quam irrationali commune esse constat. Quidquid autem commune est, non B idem cum peculiari est. Necessario igitur per hæc sequitur ut hæc in illis non esse existimemus per quæ præcipue designatur humana natura. Sed quemadmodum si quis sentiendi, nutriendi et augendi vim in nobis conspicatus, per hæc non resolvit animæ demonstratam definitionem (non enim quoniam hoc est in anima, illud non est), eodem modo si quis naturæ nostræ circa iracundiam et concupiscentiam motus animadvertit, non etiam recte definitionem oppugnet, ut quæ minus sufficienter naturam ostenderit.

Γ. Τί οὖν χρὴ περὶ τούτου (82) γινώσκειν, εἶπον πρὸς τὴν διδάσκαλον; Οὔπω γὰρ οἷός τέ εἰμι κατιδεῖν ὅπως προσήκει τὰ ἐν ἡμῖν ὄντα, ὡς ἀλλότρια τῆς φύσεως ἡμῶν ἀποποιεῖσθαι. — Μ. Ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι μάχη τίς ἐστι τοῦ λογισμοῦ πρὸς ταῦτα, καὶ σπουδὴ τοῦ μονωθῆναι τὴν ψυχὴν τούτων, ὡς ἂν οἷόν τις (83) ᾖ. Καί εἰσί γέ τινες οἷς κατώρθωται ἡ σπουδὴ, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως ἀκούομεν, ὅτι κρείττων ἦν θυμοῦ τε καὶ ἐπιθυμίας ἐκεῖνος, ἀμφότερα μαρτυρούσης αὐτῷ τῆς ἱστορίας, ὅτι (84) πρᾷος ἦν παρὰ πάντας ἀνθρώπους (ἐνδείκνυται δὲ τὸ ἀόργητον διὰ τοῦ πρᾴου, καὶ τὴν πρὸς τὸν θυμὸν ἀλλοτρίωσιν), καὶ ὅτι οὐκ ἐπεθύμησε τούτων τινὸς, περὶ ἃ ὁρῶμεν ἐν τοῖς πολλοῖς τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνεργούμενον. Ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο (85), εἰ φύσις ἦν ταῦτα, καὶ εἰς τὸν λόγον τῆς οὐσίας ἀνήγετο. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν τὸν ἔξω γεγονότα τῆς φύσεως ἐν τῷ εἶναι μένειν. Ἀλλὰ μὴν εἰ Μωσῆς (86) καὶ ἐν τῷ εἶναι ἦν, καὶ ἐν τούτοις οὐκ ἦν, ἄλλο τι ἄρα παρὰ τὴν φύσιν ἐστὶ ταῦτα, καὶ οὐχὶ φύσις. Εἰ γὰρ (87) ἀληθῶς φύσις τοῦτό ἐστιν (88), ἐν ᾧ τὸ εἶναι τῆς οὐσίας καταλαμβάνεται, τούτων δὲ ἡ ἀλλοτρίωσις ἐφ' ἡμῖν κεῖται, ὡς μὴ μόνον ἀζήμιον, ἀλλὰ καὶ ἐπικερδὲς (89) εἶναι τῇ φύσει τὸν ἀφανισμὸν τῶν τοιούτων. Δῆλον οὖν ὅτι τῶν ἔξωθεν ἐπιθεωρουμένων ἐστὶ

G. Quid igitur, inquam ad magistram, de his statuere et sentire oportet? nondum enim animadvertere possum quo pacto conveniat ea quæ in nobis insunt, tanquam aliena a natura nostra segregare atque repudiare. — M. Vides, inquit, quod pugna quæ- C dam rationis adversus hæc sit, et studium, quoad ejus fieri possit, animam ab his separandi atque segregandi. Ac sunt sane nonnulli, quibus hoc studium prospere successit, quique id quod quæsiverunt assecuti sunt, quemadmodum de Moyse audivimus, quod is nec ab ira nec a concupiscentia vinci ac superari posset, utriusque rei testimonium ei perhibente historia, quod et lenis mitisque esset supra omnes homines (per lenitatem autem et clementiam iræ vacuitas et ab iracundia alienus animus ostenditur), et quod non concupisceret quidquam eorum circa quæ in plerisque hominibus vim concupiscendi occupatam esse videmus. Quod non ei contingeret, si natura hæc essent, et ad rationem es- D sentiæ referrentur. Fieri enim non potest, ut extra naturam constitutus in esse maneat. Atqui si Moyses et in esse erat, et in his non erat, aliud ergo quidpiam atque natura, hæc sunt, et non natura. Quæ enim vere natura est, hoc est, in quo ipsum esse

(73) *Χαρακτηρίζει.* B χαρακτηρίζοι.
(74) *Περιττόν.* A περιττόν ἐστι καί.
(75) *Ἔνεστιν.* B ἐστίν.
(76) *Ἐπ'.* A B ἐπί.
(77) *Τῆς λογικῆς τε καί* delent A B.
(78) *Κατεξαίρετον.* B κατ' ἐξαίρετον.
(79) *Τῆς ψυχῆς.* A in textu περὶ τῆς ψυχῆς, in margine τῇ ψυχῇ.
(80) *Οὐκ ἄν.* A in margine οὐκ ἔτ' ἄν.
(81) *Ἐλλειπῶς.* A B ἐλλιπῶς.
(82) *Περὶ τούτου.* B περὶ τούτων.
(83) *Οἷόν τις.* A οἷόν τι, B οἷόν τε.
(84) *Ὅτι.* B ὅτι τε.
(85) *Ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο.* In calce A ad hæc verba ista leguntur, Ὅτι οὐ φυσικός ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία.
(86) *Μωσῆς.* A B Μωυσῆς.
(87) *Εἰ γάρ.* B ἡ γάρ.
(88) *Τοῦτό ἐστιν.* A τοῦτ' ἔστιν.
(89) *Ἐπικερδές.* A ἐπικερδῆ.

substantiæ deprehenditur; horum autem alienatio in nobis sita est, ut non solum non noceat, verumetiam lucrosa atque quæstuosa naturæ talium motuum abolitio sit. Palam est ergo quod ex iis quæ extrinsecus in rebus considerantur, hæc sint affectus et perturbationes naturæ, et non natura. Nam hæc quidem est, quod est; iracundia autem vulgo fervor sanguinis, qui circa cor est, esse plerisque videtur. Aliis vero, appetitio ulciscendi eum, a quo lacessitus et ante læsus sis. Sed, ut nos arbitramur, iracundia est appetitio nocendi ei qui concitaverit et ad iram provocaverit. Horum autem nihil convenit animi definitioni. Itemque si per sese concupiscentiam definiamus, appetitionem esse dicemus ejus quod deest, vel desiderium fruendæ voluptatis, vel dolorem ob id quod non potimur eo quod cordi est, atque animo gratum et acceptum, aut aliquam affectionem ad id quod est suave et jucundum, quo frui non licet. Hæc enim et ejusdem modi omnia cupiditatem quidem ostendunt, ad definitionem autem animæ non pertinent.

A ταῦτα τὰ πάθη τῆς φύσεως ὄντα καὶ οὐκ οὐσία. Ἡ μὲν γὰρ (90) ἐστιν ὅπερ ἐστίν· Θυμὸν δὲ ζέσιν εἶναι τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. Ἕτεροι δὲ (91), ὄρεξιν (92) τοῦ ἀντιλυπῆσαι τὸν προκατάρξαντα (93). Ὡς δ' ἂν ἡμεῖς ὑπολάβοιμεν (94), θυμός ἐστιν ὁρμὴ τοῦ κακῶσαι τὸν παροξύνοντα. Ὧν οὐδὲν τῷ περὶ ψυχῆς ὅρῳ συμβαίνει. Κἂν τὴν ἐπιθυμίαν (95) ἐφ' ἑαυτῆς διορισώμεθα (96), ἔφεσιν λέξομεν τοῦ ἐνδέοντος, ἢ πόθον τῆς καθ' ἡδονὴν ἀπολαύσεως, ἢ λύπην ἐπὶ τῷ μὴ κατ' ἐξουσίαν ὄντι καταθυμητικῷ (97)· ἤ τινα πρὸς τὸ ἡδὺ σχέσιν, οὗ μὴ πάρεστιν ἡ ἀπόλαυσις. Ταῦτα γὰρ πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα τὴν μὲν ἐπιθυμίαν ἐνδείκνυται, τοῦ δὲ ὁρισμοῦ τοῦ περὶ ψυχῆς οὐ προσάπτεται.

Quinetiam alia quoque quæ circa animam cernuntur, quæ sibi invicem ex adverso posita videntur, veluti timiditas et audacia, dolor et voluptas, metus et contemptus, et quæcunque talia sunt, quorum unumquodque cognatum quidem esse videtur cum irascendi atque concupiscendi vi, peculiari autem definitione suam designat naturam. Nam et audacia et contemptio demonstrationem ac repræsentationem indicat ad iram propensæ appetitionis, diminutionem vero quamdam et remissionem hujus ejusdem, is qui per timiditatem et metum ingeneratur habitus et affectus. Dolor autem ex utroque materias habet. Nam et iræ inefficacia, dum non potest quis ulcisci eos a quibus ante læsus sit, dolor et exsistit et est; itemque desperatio eorum quæ concupiscuntur, privatioque eorum quæ cordi sunt atque placent, tristem hanc ac tetricam in mente ingenerat affectionem. Atque etiam id quod contrarium dolori videtur, voluptatis sensum dico, similiter et in iram et concupiscentiam dividitur. Voluptas enim utriusque horum ex æquo principatum tenet. (a) Quæ omnia, cum circa animam sunt, tum anima non sunt, sed veluti quædam verrucæ ex cogitatrice parte animæ

B Ἀλλὰ καὶ ὅσα ἄλλα περὶ ψυχὴν καθορᾶται, τὰ ἐξ ἀντιθέτου ἀλλήλοις ὁρώμενα, οἷον δειλίαν (98) καὶ (99) θράσος, λύπην καὶ ἡδονὴν, φόβον καὶ καταφρόνησιν, καὶ (1) ὅσα τοιαῦτα, ὧν ἕκαστον συγγενῶς (2) ἔχειν δοκεῖ πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν (3) ἢ θυμοειδὲς, ἰδιάζοντι δὲ ὅρῳ τὴν ἰδίαν ἀνυπογράφει (4) φύσιν. Τό τε γὰρ θράσος καὶ ἡ καταφρόνησις ἔμφασιν ὑποσημαίνει τινὰ τῆς θυμώδους ὁρμῆς· ἐλάττωσιν δέ τινα καὶ ὕφεσιν τοῦ αὐτοῦ τούτου ἡ κατὰ δειλίαν καὶ φόβον ἐγγινομένη σχέσις. Ἡ δὲ λύπη ἐξ ἀμφοτέρων (5) ἔχει τὰς ὕλας. Ἥ τε (6) γὰρ τοῦ θυμοῦ ἀτονία, ἐν τῷ τοῦ ἀμύνασθαι τοὺς προλελυπηκότας ἀδυνάτῳ (7) λύπη γίνεται· καὶ ἡ ἀπόγνωσις τῶν ἐπιθυμουμένων, καὶ ἡ στέρησις τῶν καταθυμίων, τὴν σκυθρωπὴν ταύτην ἐμποιεῖ τῇ διανοίᾳ διάθεσιν. Καὶ τὸ ἀντιθεωρούμενον C τῇ λύπῃ, τὸ καθ' ἡδονὴν λέγω νόημα, ὁμοίως τῷ θυμῷ τε καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐπιμερίζεται. Ἡδονὴ γὰρ ἑκατέρου τούτων κατὰ τὸ ἴσον ἡγεμονεύει. Ἃ (8) πάντα καὶ περὶ τὴν ψυχήν ἐστι, καὶ ψυχὴ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' οἷον μυρμηκίαι τινὲς τοῦ διανοητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἐκφυόμεναι (9). Ἃ μέρη μὲν αὐτῆς εἶναι διὰ τὸ προσπεφυκέναι νομίζεται, οὐ μὴν ἐκεῖνό εἰσιν (10), ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ κατ' οὐσίαν. — Γ. Καὶ μὴν ὁρῶμεν, φημὶ πρὸς τὴν παρθένον, οὐ μικρὰν ἐκ τούτων γινο-

(90) *Εἰ μὲν γάρ*. B ἡ μὲν γάρ.
(91) *Ἕτεροι δέ*. A B ἑτέροις δέ.
(92) *Ὄρεξιν*. A ὄρεξις.
(93) *Προκατάρξαντα*. B παροξύναντα.
(94) *Ὑπολάβοιμεν*. A ὑπολαμβάνοιμεν.
(95) *Κἂν τὴν ἐπιθυμίαν*. In calce A hæc nota occurrit, ὅρος ἐπιθυμίας.
(96) *Διορισώμεθα*. B ὁρισώμεθα.
(97) *Καταθυμητικῷ*. A B καταθυμίῳ.
(98) *Δειλίαν*. A δειλία—λύπη, φόβος καὶ καταφρόνησις.
(99) *Καί*. Delet B.
(1) *Καί*. Delet B.
(2) *Συγγενῶς*. A B συγγενῶς μέν.
(3) *Ἐπιθυμητικόν*. A in margine, ἐπιθυμητικόν τε καὶ θυμοειδές.
(4) *Ἀνυπογράφει*. A B ὑπογράφει.
(5) *Ἡ δὲ λύπη ἐξ ἀμφοτέρων*. In calce τοῦ A hoc legitur scholion, Περὶ δειλίας καὶ θράσους, καὶ φόβου καὶ καταφρονήσεως, καὶ λύπης καὶ ἡδονῆς, καὶ ὅτι πάντα περὶ τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν συνίστανται.
(6) *Εἴτε*. B ἤ τε. Ibid. *Ἐν τῷ*. B ἐν τῇ.
(7) *Ἀδυνάτῳ*. B ἀδυναμίᾳ.
(8) *Ἃ*. A B ἅπερ.
(9) *Ἐκφυόμεναι*. B ἐκφυόμενα.
(10) *Εἰσίν*. A in margine εἶναι.

(a) Scholion: *Vitium quoddam in cute corporis nostri exsistit, quod veruca vocatur. Carnosum enim parvum quoddam tuberculum exsistit in cute quod cutis quidem pars esse videtur, quippe ei inhærescens: revera tamen ita se res non habet. Unde si quis curare velit, opus est ut tollatur. Hac similitudine ad rem propositam admodum commoda usus est.*

μένην τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον συνεισφορὰν τοῖς ἐναρέτοις. Τῷ τε γὰρ Δανιὴλ ἔπαινος ἦν ἡ ἐπιθυμία· καὶ ὁ Φινεὲς τῷ θυμῷ τὸν Θεὸν ἱλεώσατο (11)· καὶ ἀρχὴν σοφίας φόβον ἐμάθομεν, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης σωτηρίαν εἶναι τὸ πέρας (12) παρὰ τοῦ Παύλου ἠκούσαμεν· τῶν τε δεινῶν τὴν καταφρόνησιν νουθετεῖ (13) ἡμῖν τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ τὸ μὴ φοβεῖσθαι πτόησιν οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦ θράσους ἐστὶν ὑπογραφή· ὅπερ ἐν ἀγαθοῖς ὑπὸ τῆς Σοφίας κατείλεκται (14). Δείκνυσι τοίνυν διὰ τῶν τοιούτων (15) ὁ λόγος, τὸ μὴ πάθη τὰ τοιαῦτα (16) δεῖν (17) οἴεσθαι· οὐ γὰρ ἂν πρὸς ἀρετῆς κατόρθωσιν συμπαραληφθείη (18) τὰ πάθη.

A enascentes. Quæ partes quidem ipsius esse, eo quod agnatæ sint, non tamen id esse existimantur quod anima ex sui natura atque essentia est. — G. Atqui, non parvum, inquam ad virginem, virtute præditis ab his afferri videmus ad bonum adjumentum. Nam et Danieli laudi cupiditas erat; et Phinees ira Deum placavit; et initium sapientiæ, timorem esse didicimus: atque ejus, qui secundum Deum est doloris finem a Paulo audivimus; et rerum adversarum atque asperarum contemptum Evangelium nobis præscribit: et non expavescere ad res terribiles et casus adversos, nihil est aliud quam audaciæ præscriptio: quæ audacia in bonis a Sapientia connumeratur. Ostendit igitur Scriptura per hæc, quod non existimandum sit, talia affectiones esse atque perturbationes: non enim ad virtutis actionem perturbationes una adhibitæ essent.

B

Μ. Καὶ ἡ διδάσκαλος, Ἔοικα, φησὶ, τῆς τοιαύτης τῶν λογισμῶν συγχύσεως αὐτὴν (19) τὴν αἰτίαν παρέχειν, μὴ διακρίνασα τὸν περὶ τούτου (20) λόγον, ὥστε τινὰ τάξιν ἀκόλουθον ἐπιτεθῆναι τῇ θεωρίᾳ. Νῦν οὖν, ὅπως ἂν οἷόν τε ᾖ, ἐπινοηθήσεταί τις τάξις τῷ σκέμματι, ὡς ἂν δι' ἀκολούθου προϊούσης τῆς θεωρίας, μὴ καθ' ἡμῶν (21) αἱ τοιαῦται τῶν ἀντιθέσεων (22) ἔχοιεν χώραν. Φαμὲν γὰρ τῆς ψυχῆς τὴν μὲν θεωρητικήν τε καὶ διακριτικὴν καὶ τῶν ὄντων ἐποπτικὴν δύναμιν οἰκείαν εἶναι καὶ κατὰ φύσιν αὐτὴν (23), καὶ διὰ (24) τῆς θεοειδοῦς χάριτος, διὰ τοῦτο (25) σώζειν ἐν αὐτῇ (26) τὴν εἰκόνα. Ἐπεὶ καὶ τὸ Θεῖον, ὅ, τί ποτε κατὰ τὴν φύσιν ἐστὶν, ἐν τούτοις ὁ λογισμὸς εἶναι στοχάζεται· ἐν τῷ ἀφορᾷν (27) τε τὰ πάντα καὶ διακρίνειν τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ χείρονος. Ὅσα δὲ τῆς ψυχῆς ἐν μεθορίῳ κεῖται πρὸς ἑκάτερον τῶν ἐναντίων ἐπιῤῥεπῶς κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἔχοντα (28)· ὧν ἡ ποία (29) χρῆσις, ἢ πρὸς τὸ καλὸν ἢ πρὸς τὸ ἐναντίον ἄγει τὴν ἔκβασιν, οἷον τὸν θυμὸν, ἢ τὸν φόβον, ἢ εἴ τι τὸ τοιοῦτον (30) τῶν ἐν τῇ ψυχῇ κινημάτων ἐστὶν, ὧν ἄνευ οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνην θεωρηθῆναι φύσιν· ταῦτα ἔξωθεν ἐπιγενέσθαι (31) αὐτῇ λογιζόμεθα (32), διὰ τὸ τῷ ἀρχετύπῳ κάλλει μηδένα τοιοῦτον ἐνθεωρηθῆναι (33) χαρακτῆρα. Ὁ δὲ δὴ περὶ τούτων λόγος ἡμῖν (34) ὡς ἐν γυμνασίῳ προκείσθω, ὡς ἂν διαφύγοι τῶν συκοφαντικῶς ἀκουόντων τὰς ἐπηρείας, ὁδῷ τινι καὶ τάξεως ἀκολουθίᾳ πρὸς τὴν ἀνθρωποποιΐαν ὁρμῆσαι τὸ Θεῖον διηγεῖται ὁ λόγος.

M. Et magistra, Videor, inquit, talis rationum confusionis ipsa causam præbere, quæ non distinxerim ac discreverim sermonem de hac re, quo aliquis ordo consentaneus speculationi atque tractationi adhiberetur. Nunc igitur quoad ejus fieri poterit, excogitabitur aliquis ordo commentationi, ut per consequentiam procedente speculatione, tales contradictiones amplius locum inter nos non habeant. Dicimus enim animæ quidem speculatricem et dijudicatricem, rerumque inspectricem vim ejus propriam esse ac naturalem, ejusque gratiæ qua Deo similis est, per hæc illam in sese imaginem conservare. Quoniam ratiocinatione et conjectura colligitur divinum quoque numen (quodcunque C tandem id ex sui natura est) in his occupatum esse, nempe tum in inspiciendo omnia, tum in discernendo bonum a malo. Quæcunque autem in animæ confinio posita sunt ad alterutrum ex contrariis propensionem et inclinationem juxta sui naturam habentia: quorum certus quidam usus vel ad id quod bonum vel bono contrarium est ducit eventum, veluti ira vel metus, ac si quid ex motibus, qui in anima sunt, ejusmodi est, sine quibus humana natura considerari non potest: hæc extrinsecus ei accessisse existimamus, propterea quod in principali et originali pulchritudine nullum ejusmodi signum cernatur. Ac disputatio sane de his rebus a nobis interim tanquam in gymnasio pro-

(11) *Ἱλεώσατο*. A ἐξιλεώσατο.
(12) *Τὸ πέρας* delet B.
(13) *Νουθετεῖ*. A B νομοθετεῖ.
(14) *Κατείλεκται*. B καταλέλεικται.
(15) *Τῶν τοιούτων*. B τούτων. Cæterum ad hæc verba in calce codicis A hanc notam invenis: Δοκεῖ ἐν τῷ κειμένῳ ἐλλείπειν, οὗπέρ ἐστιν ἡ διασάφησις. Πάθος τι περὶ τὸ δέρμα τοῦ σώματος ἡμῶν γίνεται, ὃ μυρμηκὰν [μυρμηκία] καλεῖται· σαρκώδης γάρ τις ἐπίφυσις μικρὰ ἐπανίσταται τῷ δέρματι, ἥτις δοκεῖ μὲν μέρος εἶναι τοῦ δέρματος, ὡς προσπεφυκυῖα αὐτῷ, οὐ μὲν κατ' ἀλήθειαν οὕτως ἔχει, ὅθεν καὶ τὴν ἄρσιν πρὸς τὴν θεραπείαν ἐπιζητεῖ. Τούτῳ ὑποδείγματι ἐχρήσατο πρὸς τὸ προκείμενον σφόδρα καταλλήλῳ.
(16) *Τὰ τοιαῦτα δεῖν οἴεσθαι*. A in textu ταῦτα δεῖν οἴεσθαι, in margine τὰ τοιαῦτα διανοεῖσθαι.
(17) *Δεῖν* delet B.
(18) *Συμπαραληφθέον*. B οὐ συμπαραλ.
(19) *Αὐτήν*. B αὐτή.
(20) *Τούτου*. B τούτων.
(21) *Μὴ καθ' ἡμῶν*. A B μηκέθ' ἡμῖν.
(22) *Ἀντιθέσεων*. A in margine ἀντιῤῥήσεων.
(23) *Φύσιν αὐτήν*. A φύσιν αὐτῇ.
(24) *Διά* delent A B.
(25) *Διὰ τοῦτο*. B διὰ τούτων.
(26) *Ἐν αὐτῇ*. A in margine ἑαυτῷ.
(27) *Ἀφορᾷν*. B ἐφορᾷν.
(28) *Φύσιν ἔχοντα*. B ἔχοντα φύσιν.
(29) *Ποία*. B ποιά.
(30) *Τὸ τοιοῦτον*. Τό delent A B.
(31) *Ἐπιγενέσθαι*. A in margine ἐπιγεγενῆσθαι, B idem in textu.
(32) *Λογιζόμεθα*. B διαλογιζόμεθα.
(33) *Ἐνθεωρηθῆναι*. B θεωρεῖν.
(34) *Ἡμῖν*. A B ἡμῖν τέως.

ponatur, ut effugere possit eorum qui calumniandi causa auscultant incursus et offensiones, via quadam et ordinis consequentia ad creationem hominis divinum numen accessisse Scriptura docet. Posteaquam enim conditæ sunt res universæ, quemadmodum historia dicit, non utique statim homo exstitit in terra, sed hunc quidem ratione carentium natura præcessit; ante illa vero germina ac plantæ fuerunt. Ostendit, opinor, per hæc Scriptura, quod vis vitalis ordine ac vicissitudine quadam corporali commiscetur naturæ, primum quidem in sensu carentia sese penetrans et infundens, postea vero ad sensu præditum progrediens : ita deinceps ad id quod mente atque intelligentia præditum rationisque particeps est, ascendens.

ὀνομασθήσεται. Μὴ οὔσης δὲ τινος ἀντιδόσεως, οὔτε ἀγαθόν ἐστιν οὔτε κακὸν τὸ κατ' ἐλπίδα προκείμενον. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο, τῶν καθ' ἑκάτερον νοουμένων τὴν ἀμοιβὴν ἐπαγγέλλεται· τὸ δὲ μήτε ἐν ἀγαθῷ μήτε ἐν κακῷ εὑρισκόμενον, ἐν οὐδενὶ πάντως ἐστίν· ἄμεσος γὰρ ἡ τῆς τοιαύτης ἀντιθέσεως ἐναντιότης, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, λέγω, ὧν οὐδέτερον ἔσται, τῷ μὴ θατέρου κατάρξαντι. Τὸ οὖν ἐν μηδενὶ ὂν οὐδὲν εἶναί τις εἴποι ὅλως. Εἰ δέ τις τὸ τοιοῦτον καὶ εἶναι λέγοι, καὶ ἐν ἀγαθοῖς εἶναι, διδόντος, οὐκ ἀποδιδόντος τοῦ Θεοῦ τὰ ἀγαθὰ τοῖς τοιούτοις, ποίαν λέγει τῆς ἀποκληρώσεως ταύτης αἰτίαν; Ποῦ τὸ δίκαιον συναποδείξει τῷ λόγῳ; Πῶς δὲ ταῖς Εὐαγγελικαῖς φωναῖς σύμφωνον δείξει τὸ νόημα; Ἐκεῖ συναλλαγματικήν τινα τῆς βασιλείας τὴν ἐμπορίαν τοῖς ἀξιουμένοις προσγίνεσθαι λέγει. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ καὶ τό, φησὶ, πεποιήκατε, τὴν βασιλείαν ἀντιλαβεῖν ἐστε δίκαιοι. Ἐνταῦθα δὲ μηδεμιᾶς, μήτε πράξεως, μήτε προαιρέσεως ὑπούσης, τίνα καιρὸν ἔχει καὶ τούτοις παρὰ τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι λέγειν τὸ ἐξ ἀμοιβῆς ἐλπιζόμενον; εἰ δέ τις ἀβασανίστως τὸν τοιοῦτον δέξεται λόγον, ὡς πάντως ἐν ἀγαθοῖς ἐσομένου τοῦ παρελθόντος οὕτως ἐπὶ τὸν βίον, ἐκ τούτου μακαριστότερον ἀναφανήσεται τῆς ζωῆς τὸ μὴ μετέχειν ζωῆς, εἴπερ ἐκείνῳ μὲν ἀναμφίβολος ἡ τῶν ἀγαθῶν μετουσία, κἂν βαρβάρων τύχῃ γονέων, καὶ μὴ νενομισμένῳ κυηθῇ γάμῳ· τῷ δὲ βεβιωκότι τὸν χωρητόν τε καὶ νόμιμον τῇ φύσει χρόνον, πάντως ἢ πλέον ἢ ἔλασσον ὁ τῆς κακίας μολυσμὸς τῇ ζωῇ καταμίγνυται· ἢ, εἰ μέλλοι παντελῶς τῆς πρὸς τὸ κακὸν κοινωνίας ἐκτὸς εἶναι, πολλῶν αὐτῷ δεῖ[ν] ἱδρώτων πρὸς αὐτὸ τοῦτο καὶ πόνων. Οὐ γὰρ ἀκμητὶ κατορθοῦται τοῖς μετιοῦσιν ἀρετή[ν], οὐδὲ ἄπονός ἐστι τοῖς ἀνθρώποις ἡ τῶν καθ' ἡδονὴν ἀλλοτρίωσις, ὥστε ἑνὶ τῶν ἀνιαρῶν ἐξ ἀμφοτέρων συνενεχθῆναι δεῖν πάντως τὸν μετασχόντα τοῦ χρονιωτέρου βίου, ἢ νῦν τῷ ἐπιπόνῳ τῆς ἀρετῆς ἐναθλοῦντα, ἢ τότε διὰ τὴν ἐν κακίᾳ ζωὴν τῇ ἀντιδόσει τῶν ἀλγεινῶν ὀδυνώμενον· ἐπὶ δὲ τῶν ἀώρων τοιοῦτόν ἐστιν οὐδέν· ἀλλ' εὐθέως ἡ ἀγαθὴ λῆξις τοὺς ἐν ἀωρίᾳ μεταστάντας ἐκδέχεται, εἴπερ ἀληθεύει τῶν οὕτως ὑπειληφότων ὁ λόγος. Οὐκοῦν ἐκ τοῦ ἀκολούθου καὶ τοῦ λόγου προτιμοτέρα δειχθήσεται ἡ ἀλογία, καὶ ἡ ἀρετὴ οὐδενὸς ἀξία διὰ τούτων ἀναφανήσεται. Εἰ γὰρ μηδεμία γέγονε ζημία πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν τῷ μὴ μετασχόντι τῆς ἀρετῆς, μάταιον ἂν εἴη τὸ περὶ ταύτην πονεῖν καὶ ἀνόητον, τῆς ἀλόγου καταστάσεως ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει προτερευούσης.

A datio non est, nec compensatio quidem et retributio proprie nominabitur. Ubi autem retributio non est, neque bonum neque malum, quod vel speretur, vel metuatur, propositum est. Id enim nomen eorum, quæ in alterutram partem intelliguntur, compensationem et retributionem promittit; quod autem neque in bono neque in malo invenitur, in nulla re prorsus est: sine medio est enim ejusmodi oppositionis contrarietas, boni et mali inquam, quorum neutrum continget ei qui non alterius exemplum et specimen præbuerit. Quod igitur in nulla re est, ne esse quidem prorsus aliquis dixerit. Quod si quis tale et esse et in bonis esse dicat, Deo bona talibus dante, non reddente, quam hujus attributionis causam afferet? ubi justitiam in hac attributione
B simul inesse oratione demonstrabit? Quomodo autem hanc opinionem cum Evangelicis vocibus concordantem ostendet? Illic quidem tanquam ex negotio contracto regnum eos qui digni habentur consecuturos esse dicit. Quoniam enim hoc et hoc, inquit, fecistis, æquum est, ut regnum loco remunerationis accipiatis. Hic vero cum nullum neque factum neque voluntas subsit, qua ratione et occasione quis dicet etiam his a Deo contingere id quod ex retributione et compensatione speratur? Quod si quis sine ulla excussione et examinatione hujusmodi opinionem amplectetur, quasi prorsus in bonis futurus sit is qui hoc modo prodierit in vitam, ex hac opinione meliore conditione beatiorque esse
C videbitur qui vitæ particeps omnino non est, quam qui vivit, si quidem ille procul dubio bonorum particeps erit, etiam si Barbaros parentes habeat et justis legitimisque nuptiis conceptus non sit; illius autem vitæ, qui id quod natura capit atque consuevit, vivendo tempus exegerit, prorsus vel major vel minor coinquinatio vitiositatis admiscebitur; aut si penitus a communione mali vacuus erit, multis ei ad hoc ipsum sudoribus et laboribus opus erit. Non enim absque negotio qui virtuti student eam assequuntur; neque absque labore hominibus contingit, ut a malis voluptatibus alieni sint, adeo ut prorsus oporteat eum qui diutius in vita futurus sit, altero ex duobus molestis implicatum conflictari, vel nunc in laborioso exercitio virtutis decertantem, vel tunc propter vitam per malitiam et nequitiam transactam, in retributione tristium et
D acerbarum rerum cruciatus et dolores tolerantem: in præmaturis autem nihil est ejusmodi. Sed protinus eos, qui immatura ætate ex hac vita translati sunt, si modo vera eorum qui ita suspicantur et credunt, opinio est, bona sors atque conditio excipit. Ergo ex consequenti rationis carentia etiam ipsa ratione esse præstantior et optabilior ostendetur, et virtus nullius pretii per hæc apparebit. Nam si nullum damnum ac detrimentum, quantum ad usum et participationem bonorum attinet, accidit ei qui particeps virtutis non fuit, vanum et inutile ejus studium fuerit, cum status et ordo rationis expers priores partes in judicio Dei obtineat.

Ταῦτα σὺ πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα διανοούμενος, ἐξετάσαι τὸν περὶ τούτου λόγον διεκελεύσω, ὡς ἂν ἡμῖν διὰ τῆς ἀκολούθου ζητήσεως ἐπί τινος βεβαίου νοήματος ἡ περὶ αὐτοῦ ἱδρυνθείη διάνοια. Ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ δυσθεώρητον τοῦ προτεθέντος ἡμῖν σκέμματος βλέπων, ἁρμόζειν μὲν οἶμαι καὶ τὴν τοῦ [illegible]

Hæc et ejusmodi omnia, cum animo [illegible] hortatus es me, ut hujus rei rationem scrutarer, ut per consequentem et consentaneam quæstionem ac disputationem nobis in aliqua firma opinione de hac re mens statueretur. Ego vero animadvertens quanta difficultas ac perplexitas insit in ea quæ nobis ad

considerandum et contemplandum proposita quæstio est, convenire quidem opinor etiam præsenti commentationi apostolicam vocem, qua ille usus est in arduis et mentis cogitationi inaccessis et incomprehensibilibus quæstionibus. « O altitudo, » inquiens, « divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei! Quam inscrutabilia judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit mentem Domini [3]? » Sed quoniam rursus Apostolus ait [4], proprium spiritualis esse omnia scrutari, indagare, exquirere et examinare, atque commendat eos qui a divina gratia in omni ratione omnique cognitione ditati sunt, recte me facturum esse censeo, si, quoad ejus fieri poterit, inquisitionem et investigationem non negligam, neque quod in his quæritur, ita despiciam atque contemnam, ut id absque scrutatione atque contemplatione prætermittam; ne ad similitudinem argumenti propositæ quæstionis, oratio quoque de ea re imperfecta evanescat, vel etiam ante tempus veluti infans aliquis modo natus, priusquam in lucem prodeat et augescat, tanquam morte quadam, in quæstione veritatis deficientium ignavia atque socordia intereat atque corrumpatur. Haud igitur incommodum existimo, non statim a fonte et initio more oratorum in judiciis decertantium cum oppositionibus implicari atque confligere, sed quodam orationi imposito ordine, per consequentiam propositæ quæstionis producere commentationem. Quisnam igitur est ille ordo? Nosse primum unde natura humana, et cujus rei gratia procreata sit. Si enim hæc nos non fugerint, nec a proposita quidem nobis commentatione aberraverimus. Jam vero supervacuum fuerit oratione probare, quod quidquid secundum Deum in rerum natura, tum mente percipitur, tum videtur, ex ipso Deo essentiam habeat: cum nemo, opinor, eorum qui utcunque rerum veritatem contemplati fuerint, hujusmodi opinionem oppugnaturus sit. Constat enim inter omnes ex una causa pendere res universas, nullamque rem ipsam ex sese essentiam habere, neque sui ipsius principium et causam esse, sed unam quidem esse naturam non creatam et sempiternam, quæ semper similiter et eodem modo sese habeat, omni intervallari intellectu superior, incrementi diminutionisque expers, quæ ultra omnem terminum esse conspiciatur et intelligatur: cujus opus sit et tempus et locus et his consequentia omnia, ac si quid ante hæc cogitatio comprehendit, tum sola mente comprehensibile, tum supramundanum. Unum autem ex iis quæ facta sunt, naturam quoque humanam esse dicimus, oratione quadam divinæ doctrinæ duce ad hoc utentes: quæ ait, omnibus a Deo ad generationem productis, hominem quoque super terram creatum esse, cujus natura ex diversi generis rebus contemperata sit, divina intellectualique natura ad eam quæ cujusque elementi ei contributa est, por-

A στόλου φωνὴν τῷ παρόντι λόγῳ, ἣν ἐπὶ τῶν ἀνεφίκτων ἐκεῖνος πεποίηται λέγων· «Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; » Ἐπειδὴ δὲ πάλιν ὁ Ἀπόστολος ἴδιον τοῦ πνευματικοῦ φησι τὸ ἀνακρίνειν τὰ πάντα, καὶ ἀποδέχεται τοὺς παρὰ τῆς θείας χάριτος πλουτισθέντας ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει· καλῶς ἔχειν φημὶ μὴ κατολιγωρῆσαι τῆς δυνατῆς ἐξετάσεως, μηδὲ περιιδεῖν τὸ ζητούμενον ἐν τούτοις ἀνερεύνητόν τε καὶ ἀθεώρητον, ὡς ἂν μὴ καθ' ὁμοιότητα τῆς τοῦ προβλήματος ὑποθέσεως, καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἀτελὴς ἀφανισθείη, ἢ καὶ ἄωρος, καθάπερ τι νήπιον τῶν ἀρτιτόκων πρὶν εἰς φῶς προελθεῖν καὶ ἁδρυνθῆναι, οἷόν τινι θανάτῳ τῇ ῥᾳθυμίᾳ B τῶν πρὸς τὴν ζήτησιν τῆς ἀληθείας ἀτονούντων διαφθειρόμενος. Φημὶ τοίνυν καλῶς ἔχειν μὴ ῥητορικῶς τε καὶ ἀγωνιστικῶς εὐθὺς κατὰ στόμα πρὸς ἀντιθέσεις συμπλέκεσθαι, ἀλλά τινα τάξιν ἐπιθέντας τῷ λόγῳ, δι' ἀκολούθου προάγειν τὴν περὶ τοῦ προβλήματος θεωρίαν. Τίς οὖν ἡ τάξις; Τὸ γνῶναι πρῶτον ὅθεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, καὶ ὅτου χάριν ἦλθεν εἰς γένεσιν. Εἰ γὰρ τούτων μὴ διαμάρτοιμεν, οὐδὲ τῆς προκειμένης ἡμῖν θεωρίας ἡμαρτηκότες ἐσόμεθα. Τὸ μὲν οὖν ἐκ Θεοῦ πᾶν ὅ τί πέρ ἐστι μετ' αὐτὸν ἐν τοῖς οὖσιν ἐν τῇ φύσει νοούμενόν τε καὶ ὁρώμενον τὸ εἶναι ἔχειν, περιττὸν ἂν εἴη λόγῳ κατασκευάζεσθαι, οὐδενὸς, οἶμαι, τῶν ὁπωσοῦν ἐπεσκεμμένων τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν πρὸς τὴν C τοιαύτην ὑπόληψιν ἐνισταμένου. Ὁμολογεῖται γὰρ παρὰ πάντων, μιᾶς αἰτίας ἐξῆφθαι τὸ πᾶν, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων αὐτοῦ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχειν, οὐδὲ ἑαυτοῦ εἶναι ἀρχὴν καὶ αἰτίαν, ἀλλὰ μίαν μὲν φύσιν εἶναι ἄκτιστον καὶ ἀΐδιον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, παντὸς διαστηματικοῦ νοήματος ὑπερκειμένην, ἀναυξῆ τινα καὶ ἀμείωτον, καὶ παντὸς ὅρου ἐπέκεινα θεωρουμένην· ἧς ἔργον, καὶ χρόνος, καὶ τόπος, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις πάντα, καὶ εἴ τι πρὸ τούτων καταλαμβάνει ἡ ἔννοια νοητόν τε καὶ ὑπερκόσμιον. Ἓν δὲ τῶν γεγονότων καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἶναί φαμεν, λόγῳ τινὶ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας ὁδηγῷ πρὸς τοῦτο συγχρώμενοι· ὅς φησι πάντων παρὰ τοῦ Θεοῦ παραχθέντων εἰς γένεσιν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς ἀναδειχθῆναι, ἐξ ἑτερογενῶν D συγκεκραμένον τὴν φύσιν, τῆς θείας τε καὶ νοερᾶς οὐσίας, πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν στοιχείων αὐτῷ συνερανισθεῖσαν μοῖραν καταμιχθείσης· γενέσθαι δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ πεποιηκότος, ἐφ' ᾧτε εἶναι τῆς θείας τε καὶ ὑπερκειμένης δυνάμεως ἔμψυχόν τι ὁμοίωμα. Βέλτιον δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὴν παραθέσθαι τὴν λέξιν ἔχουσαν οὕτως· « Καὶ ἐποίησε, » φησὶν, « ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. » Τὴν δὲ αἰτίαν τῆς τοῦ ζώου τούτου κατασκευῆς, τῶν πρὸ ἡμῶν τινες ταύτην ἀποδεδώκασιν, ὅτι διχῇ διῃρημένης τῆς κτίσεως πάσης, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, εἰς τὸ ὁρατόν τε καὶ ἀόρατον· σημαίνεται διὰ μὲν τοῦ ἀοράτου, τὸ νοητὸν καὶ ἀσώμα-

[3] Rom. xi, 33. [4] I Cor. ii, 10.

τον· διὰ δὲ τοῦ ὁρατοῦ, τὸ αἰσθητόν τε καὶ σωματῶδες. A tionem admista : hanc autem idcirco factum esse a Creatore, ut esset divinæ atque superæ virtutis animatum quoddam simulacrum. Commodius autem fuerit etiam ipsam in medium afferre dictionem, quæ talis est : « Et fecit, » inquit, « Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum [5]. » Porro causam creationis hujus animalis, quidam eorum qui ante nos fuerunt, hanc reddiderunt, quod cum bifariam divisa sit omnis creatura, quemadmodum inquit Apostolus, in visibile scilicet et invisibile : per invisibile quidem, id quod mente percipi potest, et incorporeum ; per visibile autem sensibile et corporeum significatur.

Εἰς δύο τοίνυν ταῦτα διῃρημένων πάντων τῶν ὄντων, εἴς τε τὸ αἰσθητὸν, λέγω, καὶ εἰς τὸ κατ' ἔννοιαν θεωρούμενον· καὶ τῆς μὲν ἀγγελικῆς τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως, ἥτις τῶν ἀοράτων, ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις τε καὶ ὑπερουρανίοις διαιτωμένης, διὰ τὸ κατάλληλον εἶναι τῇ φύσει τὸ ἐνδιαίτημα (ἥ τε γὰρ νοερὰ φύσις λεπτή τις καὶ καθαρὰ καὶ ἀβαρὴς καὶ εὐκίνητος, B τό τε οὐράνιον σῶμα λεπτόν τε καὶ κοῦφον καὶ ἀεικίνητον)· τῆς δὲ γῆς, ὃ δὴ τῶν αἰσθητῶν ἐστιν ἔσχατον, οἰκείως τε καὶ καταλλήλως πρὸς τὴν τῶν νοητῶν ἐν αὐτῇ διαγωγὴν οὐκ ἐχούσης· (τίς γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ ἀνωφεροῦς τε καὶ κούφου πρὸς τὸ βαρύ τε καὶ ἐμβριθὲς κοινωνία;) ὡς ἂν μὴ τελείως ἄμοιρός τε καὶ ἀπόκληρος ἡ γῆ τῆς νοερᾶς τε καὶ ἀσωμάτου διαγωγῆς εἴη, τούτου χάριν προμηθείᾳ κρείττονι τὴν ἀνθρωπίνην συστῆναι γένεσιν, τῇ νοερᾷ τε καὶ θείᾳ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ τῆς γηΐνης μοίρας περιπλασθείσης, ὡς ἂν τῇ πρὸς τὸ ἐμβριθές τε καὶ σωματῶδες συμφυΐᾳ καταλλήλως ἡ ψυχὴ τῷ στοιχείῳ τῆς γῆς ἐμβιοτεύοι, ἐχούσης τι πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίαν συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον. Σκοπὸς δὲ τῶν γινομένων ἐστὶ, τὸ ἐν πάσῃ τῇ κτίσει διὰ τῆς νοερᾶς φύσεως τὴν τοῦ C παντὸς ὑπερκειμένην δοξάζεσθαι δύναμιν, τῶν τε ἐπουρανίων καὶ τῶν ἐπιχθονίων διὰ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας (λέγω δὲ διὰ τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν βλέπειν) ἀλλήλοις πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν συναπτομένων. Ἡ δὲ τοῦ βλέπειν πρὸς τὸν Θεὸν ἐνέργεια οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ζωὴ τῇ νοερᾷ φύσει ἐοικυῖά τε καὶ κατάλληλος. Ὥσπερ γὰρ τὰ σώματα γήϊνα ὄντα, ταῖς γηΐναις διακρατεῖται τροφαῖς, καί τι σωματῶδες ζωῆς εἶδος ἐν τούτοις καταλαμβάνομεν, ὁμοίως ἐν ἀλόγοις τε καὶ λογικοῖς ἐνεργούμενον· οὕτως εἶναί τινα χρὴ καὶ νοητὴν ζωὴν ὑποτίθεσθαι, δι' ἧς ἐν τῷ ὄντι συντηρεῖται ἡ φύσις. Εἰ δὲ ἡ τῆς σαρκὸς τροφὴ, ἐπίῤῥυτός τις οὖσα καὶ ἀποῤῥέουσα, δι' αὐτῆς παρόδου δύναμίν τινα ζωτικὴν ἐναποτίθεται οἷς ἂν γένηται· D πόσῳ μᾶλλον ἡ μετουσία τοῦ ὄντως ὄντος, τοῦ ἀεὶ μένοντος καὶ πάντοτε ὡσαύτως ἔχοντος, ἐν τῷ εἶναι φυλάσσει τὸν μετασχόντα! Εἰ οὖν αὕτη ἐστὶν ἡ οἰκεία τε καὶ κατάλληλος τῇ νοερᾷ φύσει ζωὴ, τὸ τοῦ Θεοῦ μετέχειν, οὐκ ἂν διὰ τῶν ἐναντίων γένοιτο ἡ μετουσία, εἰ μὴ τρόπον τινὰ συγγενὲς εἴη τῷ ὀρεγομένῳ τὸ μετεχόμενον. Ὡς γὰρ ὀφθαλμῷ γίνεται τῆς αὐγῆς ἡ ἀπόλαυσις τῷ φυσικὴν αὐγὴν ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὴν τοῦ ὁμογενοῦς ἀντίληψιν ἔχειν, καὶ οὔτε δάκτυλος, οὔτε ἄλλο τι τῶν μελῶν τοῦ σώματος ἐνεργεῖ τὴν ὅρασιν, διὰ τὸ μηδεμίαν ἐκ φύσεως αὐγὴν ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν μελῶν κατεσκευάσθαι· οὕτως ἀνάγκη πᾶσα καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μετουσίας εἶναί τι συγγενὲς πρὸς τὸ μετεχόμενον ἐν τῇ φύσει τοῦ

Cum igitur in hæc duo divisa sint omnia quæ sunt, in sensibile, inquam, et in id quod per mentis agitationem et cogitationem consideratur et intelligitur, atque angelica quidem et incorporea natura, quæ ex invisibilibus est, in supramundanis et supercœlestibus partibus domicilium habeat, propterea quod ea sedes illi naturæ conveniens et accommodata sit (nam sicut natura intellectualis tenuis quædam, pura, ponderis expers et agilis est, ita corpus quoque cœleste, tenue, leve et semper mobile est) : terra autem, quæ extremum nimirum ex sensibilibus est, cum ad hoc apta atque accommodata non sit, ut in ea degant ea quæ sola mente comprehenduntur : (quam enim communionem habeat id quod leve est ac sursum fertur, cum eo quod grave ac ponderosum est?) ne terra penitus expers ac vacua esset ab intellectuali et incorporea conversatione, idcirco providentia meliori, cum intellectuali divinæque animæ naturæ terrena portio circumdata et obducta esset, aiunt humanam conflatam esse naturam, ut per eam qua cum pondere corporis coaluit conjunctionem, apte atque accommodate viveret anima in elemento terræ, quæ nonnihil cognationis et affinitatis habet cum natura carnis. Hæc autem omnia huc spectant, ut nimirum in omni creatura per intellectualem naturam glorificaretur et celebraretur ea virtus et potestas quæ supra præsidet rebus universis, tum cœlestibus, tum terrestribus, per eamdem efficientiam (dico autem per hoc, ut ad Deum respiciant) ad eamdem intentionem inter sese conjunctis. Porro efficientia respiciendi ad Deum, nihil est aliud quam vita intellectuali naturæ conveniens et accommodata. Quemadmodum enim terrena corpora terrenis conservantur cibis, ac corpoream quamdam in his vitæ speciem deprehendimus, quæ in brutis pariter et ratione præditis exercetur : ita ponere oportet esse quamdam etiam mentis intellectu comprehensibilem et invisibilem vitam, per quam in sua essentia natura conservatur. Quod si carnis alimentum affluere ac defluere solitum, per transitum ipsum vim quamdam vitalem subministrat quibus ingestum fuerit, quanto magis participatio ejus qui revera est, qui semper manet atque eodem modo semper se habet, in sua essentia conservat eum qui particeps ejus fuerit! Si igitur hæc propria conveniensque intellectuali naturæ vita est, si Dei particeps sit, nequaquam per contraria participatio contigerit, nisi aliquo modo id cujus

[5] Gen. I, 27.

participatio est cognatum fuerit ei quod appetit et particeps esse cupit. Ut enim oculo usus atque fruitio splendoris contingit ex eo quod naturalem in sese splendorem habet ad apprehensionem ac perceptionem ejus quod ejusdem generis est; ac neque digitus, neque aliud ullum corporis membrum visum exercet, propterea quod nullus in alio quopiam membrorum a natura inditus sit splendor : ita plane necesse est etiam in participatione Dei quiddam cum eo cujus fruitio atque participatio est cognatum esse in natura fruentis. Idcirco Scriptura dicit, secundum imaginem Dei hominem esse factum, ut per id quod simile est, simile, opinor, videret. Deum autem videre, vita animæ est, quemadmodum in præcedentibus dictum est Quoniam autem ejus, quod vere bonum est, ignorantia, veluti nebula quædam perspectivæ animæ facultati tenebras offudit; nebula vero densata nubes facta est, adeo ut per profunditatem ignorantiæ radius veritatis penetrare non possit, necessario una cum privatione lucis etiam vita ipsius defecit. Dictum est enim veram animæ vitam per boni participationem exerceri, ignorantia vero Dei contemplationi atque cognitioni officiente vita excidisse animam quæ Dei particeps non sit.

A ἀπολαύοντος. Διὰ τοῦτό φησιν ἡ Γραφὴ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον· ὡς ἂν, οἶμαι, τῷ ὁμοίῳ βλέπειν τὸ ὅμοιον. Τὸ δὲ βλέπειν τὸν Θεὸν, ἐστὶν ἡ ζωὴ τῆς ψυχῆς, καθὼς ἐν τοῖς φθάσασιν εἴρηται. Ἐπεὶ δέ πως ἡ τοῦ ἀληθῶς ἀγαθοῦ ἄγνοια καθάπερ τις ὀμίχλη τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ἐπεσκότησεν, παχυνθεῖσα δὲ ἡ ὀμίχλη νέφος ἐγένετο, ὥστε διὰ τοῦ βάθους τῆς ἀγνοίας, τὴν ἀκτῖνα τῆς ἀληθείας μὴ διαδύεσθαι· ἀναγκαίως τῷ χωρισμῷ τοῦ φωτὸς καὶ ἡ ζωὴ αὐτῆς συνεξέλιπεν. Εἴρηται γὰρ τὴν ἀληθῆ ζωὴν τῆς ψυχῆς ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ ἐνεργεῖσθαι, τῆς δὲ ἀγνοίας πρὸς τὴν θείαν κατανόησιν ἐμποδιζούσης ἐκπεσεῖν τῆς ζωῆς τὴν ψυχὴν τὴν τοῦ Θεοῦ μὴ μετέχουσαν.

Porro nemo nobis necessitatem imponat originem ignorantiæ exponendi, unde hæc inquiens, et a quo; sed ex ipsa significatione nominis intelligat quod scientia atque ignorantia indicent animam aliquo modo sese ad aliquid habere. Nihil autem eorum quæ ad aliquid et intelliguntur et dicuntur, substantiam exprimit atque demonstrat. Alia enim est ejus quod ad aliquid dicitur, et alia substantiæ ratio. Si igitur scientia substantia non est, sed mentis circa aliquam rem actio, multo magis certum atque extra controversiam est ignorantiam longe abesse ab eo ut substantia sit. Quod autem secundum substantiam non est, nec omnino quidem est. Absurdum igitur et vanum fuerit de eo quod non est, unde sit, curiose inquirere. Quoniam igitur vitam quidem animæ Dei participationem esse sermo dicit, eaque participatio in eo versatur, ut quantum ei licet et capit, scientia prædita sit; ignorantia autem non alicujus substantia, sed ejus quæ per scientiam fit, actionis interitus atque peremptio est; ac necessario consequitur, ut ubi participatio Dei non exerceatur, privatio et alienatio vitæ sit (id autem malorum fuerit extremum) : consequenter omnis boni factor curationem mali in nobis operatur. Bona enim res curatio est; at modum curationis prorsus ignorat, qui non respicit ad mysterium Evangelicum. Cum igitur malum esse demonstratum sit, si a Deo, qui est vita, alienati simus, curatio ejuscemodi infirmitatis erat, Deo rursus conjungi atque conciliari, et in vita versari. Cum ergo hæc vita per spem humanæ naturæ proposita sit, non proprie dici potest remunerationem eorum qui bene vixerunt, participationem et usum vitæ fore, et supplicium vice versa. Sed quod dicitur simile est ei quam de oculis in medium afferimus similitudini. Neque enim ei qui oculos purgatos habet, præmium quoddam et honorarium esse dicimus eorum quæ cerni possunt animadversionem : aut oculis laboranti con-

B Μηδεὶς δὲ γενεαλογεῖν ἡμᾶς ἀναγκαζέτω τὴν ἄγνοιαν, πόθεν αὕτη λέγων καὶ ἀπὸ τίνος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς νοείτω τῆς τοῦ ὀνόματος σημασίας, ὅτι ἡ γνῶσις καὶ ἡ ἄγνοια τῶν πρός τί πως ἔχειν τὴν ψυχὴν ἐνδείκνυται. Οὐδὲν δὲ τῶν πρός τι νοουμένων τε καὶ λεγομένων, οὐσίαν παρίστησιν. Ἄλλος γὰρ ὁ τοῦ πρός τι, καὶ ἕτερος ὁ τῆς οὐσίας λόγος. Εἰ οὖν ἡ γνῶσις οὐσία οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ περιττὴ τῆς διανοίας ἐνέργεια· πολὺ μᾶλλον ἡ ἄγνοια πόῤῥω τοῦ κατ' οὐσίαν εἶναι ὡμολόγηται. Τὸ δὲ μὴ κατ' οὐσίαν ὂν, οὐδὲ ἔστιν ὅλως. Μάταιον τοίνυν ἂν εἴη περὶ τοῦ μὴ ὄντος, τὸ ὅθεν ἐστὶ περιεργάζεσθαι. Ἐπειδὴ τοίνυν ζωὴν μὲν ψυχῆς τὴν τοῦ Θεοῦ μετουσίαν ὁ λόγος εἶναί φησι, γνῶσις δὲ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐστιν ἡ μετουσία· ἡ δὲ ἄγνοια οὐχί τινός ἐστιν ὕπαρξις, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν
C γνῶσιν ἐνεργείας ἀναίρεσις· τῷ δὲ μὴ ἐνεργεῖσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν μετουσίαν ἡ τῆς ζωῆς ἀλλοτρίωσις ἀναγκαίως ἐπηκολούθησεν (τοῦτο δ' ἂν εἴη τῶν κακῶν τὸ ἔσχατον)· ἀκολούθως ὁ τοῦ παντὸς ἀγαθοῦ ποιητὴς τὴν τοῦ κακοῦ θεραπείαν ἐν ἡμῖν κατεργάζεται. Ἀγαθὸν γὰρ ἡ θεραπεία, τὸν δὲ τρόπον τῆς θεραπείας ἀγνοεῖ πάντως ὁ μὴ πρὸς τὸ Εὐαγγελικὸν βλέπων μυστήριον. Κακοῦ τοίνυν ἀποδειχθέντος τοῦ ἀλλοτριωθῆναι Θεοῦ, ὅστις ἐστὶν ἡ ζωὴ, ἡ θεραπεία τοῦ τοιούτου ἀῤῥωστήματος ἦν τὸ πάλιν οἰκειωθῆναι Θεῷ, καὶ ἐν τῇ ζωῇ γενέσθαι. Ταύτης οὖν τῆς ζωῆς κατ' ἐλπίδα προκειμένης τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν κυρίως ἀντίδοσιν τῶν εὖ βεβιωκότων γενέσθαι τὴν τῆς ζωῆς μετουσίαν, καὶ τιμωρίαν τὸ ἔμπαλιν. Ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς
D ὑποδείγματι τὸ λεγόμενον. Οὐδὲ γὰρ τῷ κεκαθαρμένῳ τὰς ὄψεις ἔπαθλόν τί φαμεν εἶναι καὶ πρεσβεῖον τὴν τῶν ὁρατῶν κατανόησιν, ἢ τῷ νοσοῦντι, τὸ ἔμπαλιν, καταδίκην τινὰ καὶ τιμωρητικὴν ἀπόβασιν τὸ μὴ μετέχειν τῆς ὁρατικῆς ἐνεργείας. Ἀλλ' ὡς ἀναγκαίως ἕπεται τῷ κατὰ φύσιν διακειμένῳ τὸ βλέπειν, τῷ τε ἀπὸ πάθους παρενεχθέντι τῆς φύσεως, τὸ μὴ ἐνεργεῖν τὴν ὅρασιν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ μακαρία ζωὴ συμφυής ἐστι καὶ οἰκεία τοῖς κεκαθαρμένοις τὰ

τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια· ἐφ' ὧν δὲ καθάπερ τις λήμη τὸ κατὰ τὴν ἄγνοιαν πάθος ἐμπόδιον πρὸς τὴν μετουσίαν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς γίνεται, ἀναγκαίως ἕπεται τὸ μὴ μετέχειν ἐκείνου, οὗ τὴν μετουσίαν ζωὴν εἶναί φαμεν τοῦ μετέχοντος.

A tra, condemnationem quamdam et pœnalem sententiam, quod non compos est efficientiæ videndi. Sed ut necessario consequitur, ut is qui secundum naturam dispositus est videat, is vero cujus ex morbo natura vitiata ac depravata est, visionem non exerceat: eodem modo beata quoque vita cognata ac propria eorum est quibus animæ sensoria purgata sunt: in quibus autem ignorantiæ vitium, quasi quædam lippitudo participationi veri luminis officit, necessario sequitur, ut non participes sint ejus cujus participationem et usum vitam esse dicimus participantis.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἡμῖν διῃρημένων, καιρὸς ἂν εἴη διεξετάσαι τῷ λόγῳ τὸ προτεθὲν ἡμῖν πρόβλημα· τοιοῦτον δέ τι λεγόμενον ἦν· Εἰ κατὰ τὸ δίκαιον γίνεται τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀνταπόδοσις, ἐν τίσιν ἔσται ὁ ἐν νηπίῳ τελευτήσας τὸν βίον, μήτε κακὸν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ καταβαλόμενος, μήτε ἀγαθὸν, ὥστε διὰ τούτων γενέσθαι αὐτῷ τὴν κατ' ἀξίαν ἀντίδοσιν; Ὧ πρὸς τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐξητασμένων ὁρῶντες ἀποκρινούμεθα ὅτι τὸ προσδοκώμενον ἀγαθὸν, οἰκεῖον μέν ἐστι κατὰ φύσιν τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, λέγεται δὲ κατά τινα διάνοιαν τὸ αὐτὸ καὶ ἀντίδοσις· τῷ δὲ αὐτῷ ὑποδείγματι πάλιν τὸ νόημα τοῦτο σαφηνισθήσεται. Δύο γάρ τινες ὑποκείσθωσαν τῷ λόγῳ ἀῤῥωστήματί τινι κατὰ τὰς ὄψεις συνενεχθέντες, τούτων δὲ ὁ μὲν σπουδαιότερον ἑαυτὸν ἐπιδιδότω τῇ θεραπείᾳ, πάντα ὑπομένων τὰ παρὰ τῆς ἰατρικῆς προσαγόμενα, κἂν ἐπίπονα ᾖ· ὁ δὲ πρὸς λουτρά τε καὶ οἰνοφλυγίας ἀκρατέστερον διακείσθω, μηδεμίαν τοῦ ἰατρεύοντος συμβουλὴν πρὸς τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ὑγίειαν παραδεξάμενος. Φαμὲν τοίνυν, πρὸς τὸ πέρας ἑκατέρου βλέποντες, ἀξίως ἀντιλαβεῖν ἑκάτερον τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τοὺς καρπούς· τὸν μὲν τὴν στέρησιν τοῦ φωτὸς, τὸν δὲ τὴν ἀπόλαυσιν. Τὸ γὰρ ἀναγκαίως ἑπόμενον, ἀντίδοσιν ἐκ καταχρήσεως ὀνομάζομεν. Ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν νηπίων ζητουμένων ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἡ τῆς ζωῆς ἐκείνης ἀπόλαυσις, οἰκεία μέν ἐστι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· τῆς δὲ κατὰ τὴν ἄγνοιαν νόσου, πάντων σχεδὸν τῶν ἐν τῇ σαρκὶ ζώντων ἐπικρατούσης, ὁ μὲν ταῖς καθηκούσαις θεραπείαις ἑαυτὸν ἐκκαθάρας, καὶ οἱόν τινα λήμην τοῦ διορατικοῦ τῆς ψυχῆς ἀποκλύσας τὴν ἄγνοιαν, ἄξιον τῆς σπουδῆς ἔχει τὸ κέρδος, ἐν τῇ ζωῇ τῇ κατὰ φύσιν γενόμενος· ὁ δὲ τὰ διὰ τῆς ἀρετῆς φεύγων καθάρσια, καὶ δυσίατον ἑαυτῷ διὰ τῶν ἀπατηλῶν ἡδονῶν κατασκευάζων τῆς ἀγνοίας τὴν νόσον, παρὰ φύσιν διατεθεὶς, ἠλλοτρίωται τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ ἀμέτοχος γίνεται τῆς οἰκείας ἡμῖν καὶ καταλλήλου ζωῆς. Τὸ δὲ ἀπειρόκακον νήπιον μηδεμιᾶς νόσου τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς μετουσίαν ἐπιπροσθούσης, ἐν τῷ κατὰ φύσιν γίνεται, μὴ δεόμενον τῆς ἐκ τοῦ καθαρθῆναι ὑγιείας, ὅτι μηδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν νόσον τῇ ψυχῇ παρεδέξατο.

His igitur a nobis hoc modo distinctis et explicatis, tempestivum fuerit propositam nobis oratione tractare atque discutere quæstionem: hujusmodi autem quiddam erat quod proponebatur: Si pro B eo quod justum est, bonorum renumeratio atque retributio fit, in quibus versabitur is qui infans in tenera ætate vitam finivit, neque boni in hac vita neque mali quidquam conatus et exorsus, ut per hæc ei pro merito retributio fiat? Cui ad consequentiam eorum quæ examinata sunt respicientes respondebimus quod bonum, quod exspectatur, secundum naturam quidem humani generis proprium est: dicitur autem secundum quemdam intellectum, idem etiam retributio: atque eadem rursus similitudine sensus hic explicabitur. Ponantur enim in oratione nostra duo quidam, qui in morbum quemdam inciderint oculorum, quorum unus majori cum studio magisque sedulo sese curationi permittat, omnia quæ ab arte medica C adhibeantur, quantumvis etiam dolorem facientia, sustinens: alter vero a balneis et nimio vini usu sese minus abstinere possit, nullum medici consilium quod ad sanitatem oculorum pertineat admittens. Dicimus igitur ad finem et eventum utriusque spectantes, utrumque suæ voluntatis dignos recipere fructus; hunc quidem privationem, illum vero usum et fruitionem lucis. Quod enim necessario sequitur, id per abusionem, retributionem et compensationem nominamus. Hæc etiam ad ea quæ de infantibus quæruntur dici possunt, quod illius vitæ usus atque fruitio, propria quidem humanæ naturæ sit, sed cum ignorantiæ morbo omnes propemodum qui in carne vivunt correpti sint: qui quidem idoneis et competentibus D curationibus sese expurgaverit, et veluti lippitudinem quamdam a perspectiva vi animæ ignorantiam quasi derivaverit, abluerit atque sustulerit, dignum studio lucrum consecutus in ea quæ secundum naturam est, vita versatur; qui autem ea quæ per virtutem adhibentur, purgatoria fugit remedia, curatuque difficilem sibi per fallaces voluptates ignorantiæ morbum efficit, præter naturam dispositus et affectus alienus est ab eo quod secundum naturam est, et expers fit ejus vitæ quæ nobis proprie convenit et accommodata est. At puellus infans simplex omnisque malitiæ expers, nullo etiam nunc oculorum animi morbo participationi lucis officiente, in eo quod naturale est versatur, sanitate quæ per purgationem contingit, non indigens, quippe qui nec ab initio quidem prorsus in animum morbum admisit.

Καί μοι δοκεῖ διά τινος ἀναλογίας οἰκείως ἔχειν ὁ παρὼν τοῦ βίου τρόπος τῇ προσδοκωμένῃ ζωῇ. Καθάπερ γὰρ θηλῇ καὶ γάλακτι ἡ πρώτη τῶν νηπίων

Ac mihi præsens vitæ ratio per quamdam convenientiam atque proportionem affinis et propinqua esse videtur ei vitæ quam exspectamus. Quemad-

modum enim prima infantium ætas mamma ac lacte nutrita educatur; deinde alius conveniens ei cui adhibetur excipit cibus, qui idoneus ac proprius sit ejus qui enutritur, donec ad perfectam pervenerit ætatem: ita opinor etiam animam per ea quæ semper competentia sibi atque accommodata sint, ordine atque consequentia quadam participem fieri ejus vitæ, quæ secundum naturam est, quantam capit ac potest, de iis quæ in beatitudine proposita sunt, partem capientem, quemadmodum etiam id a Paulo didicimus, aliter nutriente eum qui jam per virtutem creverit, aliter infantem et imperfectiorem: nam ad hujusmodi quidem dicit: « Lactis potu vos alui, et non cibo; nondum enim poteratis [6]. » Ad eos autem qui jam impleverant mensuram ætatis, quæ ratione ac mente percipitur: « Perfectorum autem est, » inquit, « solidus cibus [7], » qui per habitum sensoria habent exercitata. Quemadmodum igitur dici non potest, in similibus esse virum et infantem, etiamsi neuter eorum morbo aliquo implicetur: (quo pacto enim in paribus versari deliciis possint, qui earumdem rerum participes non sunt?) sed morbo quidem nullo affligi, et in hoc et in illo similiter dicitur, quandiu passionis et afflictionis uterque expers est, sed fructus deliciarum non amplius ab iisdem similiter percipitur (nam huic quidem licet vel orationibus delectari, vel rebus præesse, vel cum laude ac gloria magistratus gerere, vel benefaciendo hominibus egentibus clarescere, vel si res ita tulerit, cum uxore, quæ cordi sit, matrimonio junctum esse, ac domui præesse; ac si qua alia per hanc vitam una cum his jucunda licet invenire, tum acroamata, tum spectacula, venationes, lavacra, gymnasia, convivales animi delectationes, ac si quid aliud ejusmodi est: at infanti deliciæ sunt lac, nutricis ulnæ, quieta ac placida motio, quæ somnum invitet et demulceat; nam imperfectæ ætatis ea natura est, ut quæ superet hanc oblectationem non capiat): eodem modo, qui per virtutem in hac vita animas nutriverunt, et, ut inquit Apostolus, mentis suæ sensuum instrumenta exercuerunt, si ad incorpoream illam vitam traducantur, pro ratione habitus ac potentiæ, quæ in ipsis insit, divinarum deliciarum participes erunt, vel majorem vel minorem secundum præsentem cujusque potentiam propositorum partem capientes. At anima quæ virtutem nondum gustavit, eorum quidem malorum quæ ex improbitate ac nequitia oriuntur, ut quæ ab initio prorsus in malitiæ morbum non inciderit, expers manet; illius autem vitæ, quam Dei tum cognitionem tum participationem esse oratio superior definivit, tantam in initio partem capit, quantæ capax est id quod enutritur, quoad tanquam cibo quodam convenienti et accommodato ad contemplationem ejus, qui revera est, grandis effecta majoris partis capax efficiatur, largiter et abunde pro arbitrio partem capiens ejus qui revera est.

Ad hæc respicientes malorum quidem, quæ ex improbitate ac nequitia exsistunt, pariter expertem

A ἡλικία τιθηνουμένη ἐκτρέφεται· εἶτα διαδέχεται ταύτην κατάλληλος ἑτέρα τῷ ὑποκειμένῳ τροφὴ, οἰκείως τε καὶ ἐπιτηδείως πρὸς τὸ τρεφόμενον ἔχουσα, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ τέλειον φθάσῃ· οὕτως οἶμαι καὶ τὴν ψυχὴν διὰ τῶν ἀεὶ καταλλήλων τάξει τινὶ καὶ ἀκολουθίᾳ μετέχειν τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, ὡς χωρεῖ καὶ δύναται τῶν ἐν τῇ μακαριότητι προκειμένων μεταλαμβάνουσα, καθὼς καὶ παρὰ τοῦ Παύλου τὸ τοιοῦτον ἐμάθομεν, ἄλλως τρέφοντος τὸν ἤδη διὰ τῆς ἀρετῆς αὐξηθέντα, καὶ ἑτέρως τὸ νήπιον καὶ ἀτελέστερον. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς τοιούτους φησὶν, ὅτι « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· » πρὸς δὲ τοὺς πεπληρωκότας τὸ μέτρον τῆς νοητῆς ἡλικίας, « Τελείων δέ ἐστι, » φησὶν, « ἡ στερεὰ τροφὴ, » τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων. B Καθάπερ τοίνυν οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς ὁμοίοις εἰπεῖν εἶναι τὸν ἄνδρα τε καὶ τὸ νήπιον, κἂν μηδεμία νόσος ἑκατέρῳ τούτων προσάπτηται· (πῶς γὰρ ἂν ἐν τῷ ἴσῳ τῆς τρυφῆς γένοιντο, οἱ τῶν αὐτῶν μὴ μετέχοντες;) ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ κακοῦσθαι νόσῳ τινὶ, καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπ' ἐκείνου λέγεται παραπλησίως, ἕως ἂν ἔξω πάθους ἑκάτερος ᾖ· τῶν δὲ κατὰ τρυφὴν ἡ ἀπόλαυσις οὐκέτι ὁμοίως παρὰ τῶν αὐτῶν ἐνεργεῖται (τῷ μὲν γὰρ ὑπάρχει καὶ διὰ λόγων εὐφραίνεσθαι, καὶ πραγμάτων ἐπιστατεῖν, καὶ εὐδοκίμως ἀρχὰς μετιέναι, καὶ ταῖς τῶν δεομένων εὐεργεσίαις λαμπρύνεσθαι, γαμετῇ τε συνοικεῖν, ἂν οὕτω τύχῃ καταθυμία, καὶ οἴκου ἄρχειν, καὶ ὅσα κατὰ τοῦτον ἔστιν ἡδέα τὸν παραβατὸν βίον εὑρεῖν, ἀκροά- C ματά τε καὶ θεάματα, θῆραι καὶ λουτρὰ, καὶ γυμνάσια, καὶ συμπόσια, καὶ θυμηδίαι, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· τῷ δὲ νηπίῳ ἡ τρυφὴ, τὸ γάλα ἐστὶ, καὶ ἡ τῆς τιθήνης ἀγκάλη, καὶ ἠρεμαία κίνησις τὸν ὕπνον ἐφελκομένη τε καὶ ἡδύνουσα· τὴν γὰρ ὑπὲρ τοῦτο εὐφροσύνην, τὸ ἀτελὲς τῆς ἡλικίας χωρῆσαι φύσιν οὐκ ἔχει)· τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ διὰ τῆς ἀρετῆς ἐν τῷ τῇδε βίῳ τὰς ψυχὰς θρέψαντες, καὶ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καταγυμνάσαντες ἑαυτῶν τὰ νοητὰ αἰσθητήρια, εἰ πρὸς τὴν ἀσώματον ἐκείνην μετοικισθεῖεν ζωὴν, πρὸς λόγον τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτοῖς ἕξεώς τε καὶ δυνάμεως, τῆς θείας τρυφῆς μεταλήψονται, ἢ πλείονος, ἢ ἐλάττονος, κατὰ τὴν παροῦσαν ἑκάστου δύναμιν τῶν προκειμένων μετέχοντες. Ἡ δὲ ἄγευστος τῆς ἀρετῆς ψυχὴ, τῶν μὲν ἐκ πονηρίας D κακῶν, ἅτε μήτε τὴν ἀρχὴν συνενεχθεῖσα τῇ τῆς κακίας νόσῳ, διαμένει ἀμέτοχος τῆς ζωῆς ἐκείνης, ἣν Θεοῦ γνῶσίν τε καὶ μετουσίαν ὁ πρὸ τούτων λόγος ὡρίσατο, τοσοῦτον μετέχει παρὰ τὴν πρώτην, ὅσον χωρεῖ τὸ τρεφόμενον, ἕως ἂν, καθάπερ τινὶ τροφῇ καταλλήλῳ τῇ θεωρίᾳ τοῦ ὄντος ἐναδρυνθεῖσα, χωρητικὴ τοῦ πλείονος γένηται, ἐν δαψιλείᾳ τοῦ ὄντως ὄντος κατ' ἐξουσίαν μετέχουσα.

Πρὸς ταῦτα βλέποντες, ἔξω μὲν τῶν ἐκ πονηρίας κακῶν ὁμοίως εἶναί φαμεν τὴν ψυχὴν, τοῦ τε διὰ

[6] I Cor. III, 2. [7] Hebr. V, 14.

πάσης ἀρετῆς ἥκοντος, καὶ τοῦ μηδὲ ὅλως μετεσχηκότος τοῦ βίου. Οὐ μὴν ἐν τῷ ὁμοίῳ τὴν ἑκατέρου τούτων διαγωγὴν ἐννοοῦμεν. Ὁ μὲν γὰρ ἤκουσε, καθὼς ὁ Προφήτης φησὶ, τῶν οὐρανίων διηγημάτων, δι' ὧν ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ καταγγέλλεται, καὶ διὰ τῆς κτίσεως πρὸς τὴν κατανόησιν ὡδηγήθη τοῦ Δεσπότου τῆς κτίσεως, καὶ διδασκάλῳ τῇ ὄντως σοφίᾳ ἐχρήσατο, τῇ ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένῃ σοφίᾳ, τό τε τοῦ φωτὸς τούτου κάλλος κατανοήσας, ἀναλογικῶς τὸ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς κάλλος ἐνόησε, καὶ ἐν τῷ παγίῳ τῆς γῆς τὸ τοῦ πεποιηκότος αὐτὴν ἀμετάθετον ἐπαιδεύθη· καὶ τὸ ἀμέτρητον τοῦ οὐρανοῦ μέγεθος κατανοήσας, πρὸς τὸ ἄπειρόν τε καὶ ἀόριστον τῆς ἐμπεριεχούσης τὸ πᾶν δυνάμεως ὡδηγήθη, τάς τε ἀκτῖνας ἰδὼν τοῦ ἡλίου ἐκ τῶν τοσούτων ὑψωμάτων μέχρις ἡμῶν διηκούσας, τὸ μὴ ἀτονεῖν τὰς νοητικὰς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας πρὸς ἕκαστον ἡμῶν ἀπὸ τοῦ τῆς θεότητος ὕψους κατιέναι διὰ τῶν φαινομένων ἐπίστευσεν. Εἰ γὰρ εἷς ὢν φωστὴρ κοινῇ τε τὸ ὑποκείμενον ἅπαν τῇ φωτιστικῇ δυνάμει διαλαμβάνει, καὶ πᾶσι τοῖς μετέχουσιν ἑαυτὸν ἐπινέμων, ὅλος ἑκάστῳ καὶ ἀδιαίρετος πάρεστι· πόσῳ μᾶλλον ὁ τοῦ φωστῆρος δημιουργὸς, καὶ πάντα ἐν πᾶσι γίνεται, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ ἑκάστῳ πάρεστι, τοσοῦτον ἑαυτὸν διδοὺς, ὅσον τὸ ὑποκείμενον δέχεται! Ἀλλὰ καὶ στάχυν τις ἰδὼν ἐπὶ γῆς, καὶ τὴν ἐκ φυτοῦ βλάστην, καὶ βότρυν ὥριμον, καὶ τὸ τῆς ὀπώρας κάλλος, ἢ ἐν καρποῖς, ἢ ἐν ἄνθεσι, καὶ τὴν αὐτόματον πόαν, καὶ ὄρος ἐπὶ τὸ αἰθέριον ὕψος ἀπὸ τῆς ἄκρας ἀνατεινόμενον, καὶ τὰς ἐν ὑπωρείαις πηγὰς, μαζῶν δίκην ἐκ τῶν λαγόνων τοῦ ὄρους ἐπιῤῥεούσας, ποταμούς τε διὰ τῶν κοίλων ῥέοντας, καὶ θάλασσαν ὑποδεχομένην τὰ πανταχόθεν ῥεύματα, καὶ ἐν τῷ μέτρῳ μένουσαν, κύματά τε τοῖς αἰγιαλοῖς ὁριζόμενα, καὶ οὐκ ἐπεξιοῦσαν ὑπὲρ τοὺς τεταγμένους ὅρους κατὰ τῆς ἠπείρου τὴν θάλασσαν· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα βλέπων, πῶς οὐχ ἅπαντα διαλάβοι τῷ λόγῳ, δι' ὧν γίνεται ἡ διδασκαλία τοῦ ὄντος, εἰ μικρὰν ἑαυτῷ δύναμιν πρὸς τὴν μετουσίαν τῆς τρυφῆς ἐκείνης παρεσκευάσατο; Ἵνα δὲ παρῶ τὰ μαθήματα, ὅθεν θήγεται πρὸς ἀρετὴν ἡ διάνοια, γεωμετρίαν τε καὶ ἀστρονομίαν, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἀριθμοῦ κατανόησιν τῆς ἀληθείας, πᾶσάν τε μέθοδον ἀποδεικτικὴν τῶν ἀγνοουμένων καὶ βεβαιωτικὴν τῶν κατειλημμένων, καὶ πρό γε τούτων, τὴν τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς φιλοσοφίαν, τελείαν ἐπάγουσαν κάθαρσιν τοῖς δι' αὐτῆς τὰ θεῖα πεπαιδευμένοις μυστήρια.

A animam esse dicimus tum ejus qui per omnem virtutem progressus facit, tum ejus qui ne vitæ quidem penitus particeps fuit, non tamen in eodem statu atque conditione pari utriusque horum conversationem vitæque traductionem esse intelligimus. Hic enim cœlestes, ut ait Propheta, narrationes, per quas gloria Dei annuntiatur, audivit, et per creaturam ad considerationem Domini creaturæ deductus est, et ad cognoscendam eam quæ vere sapientia est, magistra usus est ea sapientia quæ in rebus universis consideratur, et inesse intelligitur, atque hujus lucis pulchritudine animadversa, per convenientem similitudinem ac proportionem, veræ lucis pulchritudinem consideravit et intellexit; et per soliditatem ac firmitudinem terræ, ejus B qui fecit eam, didicit immobilitatem ac stabilitatem. Immensa quoque cœli magnitudine animadversa, ad infinitam et indeterminatam potentiam res universas in se continentem deductus est; conspectisque radiis solis e tantis altitudinibus ad nos usque pertinentibus, per ea quæ apparent, providentiæ divinæ efficientiis facultatem non deesse credidit, ut ab altitudine deitatis ad unumquemque nostrum descendat. Nam si unum luminare et communiter quidquid subjectum est illuminatrice vi occupat et comprehendit, et omnibus utentibus atque fruentibus seipsum impertiens, totus unicuique et indivisus adest, quanto magis luminaris fabricator, et omnia in omnibus, ut Apostolus inquit [8], exsistit et unicuique adest, tantum sese exhibens, C quantum subjectum capit! Quinetiam si quis vel spicam super terram conspexerit, vel ex planta germen enatum, vel racemum maturum, vel autumni pulchritudinem, tum in fructibus tum in floribus, vel sponte provenientem herbam, vel montem ad ætheream altitudinem a cacumine pertinentem, et fontes in locis depressis uberum in modum ex lateribus et hiatibus montis affluentes, tum amnes per concava loca fluentes, tum mare quod et omnia undique flumina excipit, et in sua mensura manet, fluctusque littoribus terminat, et non ultra constitutos fines in continentem mare erumpens: hæc et hujusmodi si quis consideret, quo pacto non omnia ratione comprehendat, per D quæ theologis cognitio exsistit ejus qui est? Nunquid parvam sibi vim ad participationem illarum deliciarum comparavit? Ut omittam interim disciplinas, quibus mens ad virtutem acuitur, geometriam, astronomiamque, et eam quæ per numerum contingit cognitionem veritatis, atque omnem rationem ac viam demonstrativam eorum quæ ignorantur, et confirmativam eorum quæ comprehensa et intellecta sunt: ad hæc item divinæ Scripturæ philosophiam, quæ perfectam iis qui per eam divina fuerint edocti mysteria, affert purgationem.

Ὁ δὲ μηδενὸς τούτων ἐν γνώσει γενόμενος, μηδὲ χειραγωγηθεὶς διὰ τοῦ κόσμου πρὸς τὴν τῶν ὑπερκοσμίων ἀγαθῶν κατανόησιν, ἁπαλός τις καὶ ἀγύμναστος καὶ ἀτριβὴς τὴν διάνοιαν παρελθὼν τὸν βίον, ἐκεῖνος οὐκ ἂν ἐν τοῖς αὐτοῖς εἴη, ἐν οἷς ὁ λόγος τὸν προλαβόντα ἀπέδειξεν, ὡς μηκέτι διὰ τοῦτο μακαρι

At is qui harum rerum nullius cognitionem adeptus est, neque per mundum ad cognitionem supramundanarum rerum quasi manu ductus est, simplex adeo, tener et inexercitatus menteque incultus vitam transiens, non in iisdem versetur, in quibus superiorem illum versaturum oratio demonstravit,

[8] I Cor. xv, 28.

ut idcirco non amplius juxta prolatam a nobis oppositionem beatior esse ostendatur is qui vitæ particeps non fuit, eo qui præclare particeps ejus fuit. Nam eo quidem qui cum vitio nequitiaque vixit, non modo simplex, vitiique ac malitiæ expers, verumetiam is forsitan qui nec prorsus quidem ab initio prodiit in vitam, beatior fuerit. Tale enim de Juda quoque per Evangelicam vocem didicimus [9], quod in talibus is qui penitus in rerum natura non est, eo qui cum vitiositate pervenit in rerum naturam, meliore conditione sit. Nam illi quidem ob profunditatem innatæ vitiositatis in infinitum prorogatur ea quæ per purgationem fit pœna, eum vero qui non est, quomodo dolor attingere possit?

Quod si quis comparat immaturam infantium vitam cum ea quæ secundum virtutem agitur, is revera infans et importunus est, qui hujusmodi judicio de rebus utatur. Interrogas ergo cujus rei gratia in ea ætate quis e vita subducitur, quid per hoc divina sapientia providendo cavet? Quod si de his quidem dicas quæ illegitimum partum arguunt, et idcirco a parentibus de medio tolluntur, immerito malitiæ operum a Deo rationem reposcas, qui ea quæ in hac parte non recte facta sunt, in judicium adducit. Sin autem aliquis, etiamsi diligenter educetur et curetur a parentibus, votaque ab iisdem pro eo studiose suscipiantur, vitæ tamen particeps non est, morbo ad mortem usque invalescente (quod solius haud dubie causæ est), hanc de talibus conjecturam facimus, quod perfectæ providentiæ sit, non modo morbos contractos curare, verum etiam ne ab initio quidem prorsus aliquis in rebus vetitis versetur, providere. Verisimile enim est eum qui id quod futurum est æque atque præteritum cognovit, progressum vitæ infantis ad perfectionem prohibere, ne quod vi præscia malum animadversum est in eo qui ita victurus fuisset, perficiatur, atque ei qui ea voluntate arbitrioque victurus fuisset, vitii nequitiæque materia vita fiat. Atque hunc intellectum similitudine quadam facile fuerit exprimere atque repræsentare. Sit enim, exempli gratia, ex omni genere ciborum opiparum quoddam ac dubium convivis epulum propositum; huic præsit ex convivis is qui exacte cujusque naturæ proprietatem noverit, quid tali quidem temperamento atque complexioni commodum, quid item noxium et incommodum sit, addita sit item huic cum auctoritate potestas et officium quoddam, ut ad suum arbitrium alium quidem uti et frui appositis sinat, alium vero prohibeat, et omnia faciat ad hoc, quo quisque suo temperamento atque complexioni commoda convenientiaque attingat, ne vel morbo obnoxius per esculenta materiam morbo adjiciens conficiatur, vel robustior incommodo cibo molestiam ex humorum abundantia contrahat atque laboret; in his aliquis vinolentiæ addictus, vel ex medio convivio educatur, vel cum incipiat inebriari, vel in finem usque perma-

A στότερον ἀποδείκνυσθαι, κατὰ τὴν προενεχθεῖσαν ἡμῖν ἀντίθεσιν, τὸν μὴ μετασχόντα τοῦ βίου τοῦ μετασχόντος καλῶς. Τοῦ μὲν γὰρ κακίᾳ συνεζηκότος οὐ μόνον ὁ ἀπειρόκακος ἂν εἴη μακαριστότερος, ἀλλὰ καὶ ὁ μηδὲ τὴν ἀρχὴν παρελθὼν εἰς τὸν βίον. Τοιοῦτον γὰρ καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα διὰ τῆς Εὐαγγελικῆς φωνῆς ἐδιδάχθημεν, ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων κρεῖττον τοῦ κατὰ κακίαν ὑφεστῶτός ἐστι τὸ παντελῶς ἀνυπόστατον. Τῷ μὲν γὰρ διὰ τὸ βάθος τῆς ἐμφυείσης κακίας εἰς ἄπειρον παρατείνεται ἡ διὰ τῆς καθάρσεως κόλασις, τοῦ δὲ μὴ ὄντος πῶς ἂν ὀδύνη καθάψοιτο;

B Εἰ δέ τις πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον κρίνοι τὸν νηπιώδη καὶ ἄωρον, ἄωρος ὁ τοιοῦτός ἐστι τοιαύτῃ κρίσει περὶ τῶν ὄντων χρώμενος. Ἐρωτᾷς οὖν ὅτου χάριν ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας ὢν τῆς ζωῆς ὑπεξάγεται, τί διὰ τούτου τῆς θείας σοφίας προμηθουμένης. Ἀλλ' εἰ μὲν περὶ τούτων λέγοις, ὅσα τῆς παρανόμου κυήσεως ἔλεγχος γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῶν γεννησαμένων ἐξαφανίζεται, οὐκ εἰκότως ἂν τῶν τῆς κακίας ἔργων τὸν Θεὸν ἀπαιτοίης τὸν λόγον, τὸν τὰ μὴ καλῶς ἐπὶ τούτῳ γεγενημένα εἰς κρίσιν ἄγοντα. Εἰ δέ τις καὶ ἀνατρεφομένων τῶν γεννητόρων, καὶ δι' ἐπιμελείας θεραπευόντων, καὶ δι' εὐχῆς σπουδαζόντων, ὅμως οὐ μετέχει τοῦ βίου, καταχρατοῦντος μέχρι θανάτου τοῦ ἀῤῥωστήματος (ὃ μόνης τῆς αἰτίας ἀναμφιβόλως ἐστὶ), ταῦτα περὶ τῶν τοιούτων εἰκά-
C ζομεν, ὅτι τελείας ἐστὶ προνοίας, οὐ μόνον γεγονότα θεραπεύειν τὰ πάθη, ἀλλ' ὅπως ἂν μηδὲ τὴν ἀρχήν τις τοῖς ἀπηγορευμένοις ἐγγένοιτο προνοεῖν. Τὸν γὰρ ἐγνωκότα ἐπίσης τῷ παρεληλυθότι τὸ μέλλον, ἐπικωλύειν εἰκὸς τὴν ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς ζωῆς τοῦ νηπίου πρόοδον, ὡς ἂν μὴ τῇ προγνωστικῇ δυνάμει τὸ κατανοηθὲν κακὸν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος οὕτως βιώσεσθαι τελειωθείη, καὶ γένηται τῷ τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει συζήσεσθαι μέλλοντι ὕλη κακίας ὁ βίος. Ὑποδείγματι δέ τινι ῥᾴδιον ἂν εἴη παραστῆσαι τὸ νόημα. Ἔστω γὰρ καθ' ὑπόθεσιν παντοδαπή τις εὐωχία προκειμένη τῷ συμποσίῳ, ἐπιστατείτω δέ τις τοιοῦτος τῶν δαιτυμόνων, οἷος ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ τῆς ἑκάστου φύσεως ἰδιώματα, καὶ τί μὲν κατάλληλον τῇ τοιαύτῃ κράσει,
D τί δὲ ἐπιβλαβὲς καὶ ἀνοίκειον· προσκείσθω δὲ τούτῳ καὶ αὐθεντική τις ἐξουσία, τοῦ κατὰ τὸ ἴδιον βούλημα τὸν μέν τινα μετέχειν τῶν προκειμένων ἐᾶν, τὸν δὲ ἀποτρέπειν, καὶ πάντα ποιεῖν, ὡς ἂν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ κρᾶσιν ἕκαστος τῶν καταλλήλων προσάπτοιτο, ἵνα μήτε ὁ νοσώδης ἐπιτριβείη, προσθεὶς ὕλην διὰ τῶν ἐδωδίμων τῇ νόσῳ, μήτε ὁ εὐρωστότερος κάμοι, εἰς πληθωρικὴν ἀηδίαν ἐκπίπτων τῇ καταλλήλῳ τροφῇ· ἐν τούτοις ἢ μεσοῦντος τοῦ συμποσίου τις τῶν τῇ οἰνοφλυγίᾳ προσκειμένων ἐξάγηται, ἢ ἐν ἀρχῇ ὢν τῆς μέθης, ἢ μέχρι τέλους παραμένῃ τῷ δείπνῳ, ταῦτα τοῦ ἐπιστάτου οἰκονομοῦντος, ὡς ἂν εὐσχημονοίη διαρκῶς ἡ τράπεζα τῶν ἐκ πληθώρας καὶ μέθης καὶ παραφορᾶς κακῶν καθαρεύουσα. Ὥσπερ οὖν τῆς τῶν ἡδυσμάτων κνίσης ἀποσπώμενος οὐκ ἐν ἡδονῇ

[9] Matth. xxvi, 24.

ποιεῖται τῶν καταθυμίων τὴν στέρησιν, ἀλλ' ἀκρισίαν τινὰ τοῦ ἐπιστατοῦντος καταγινώσκει, ὡς φθόνῳ τινὶ καὶ οὐ προνοίᾳ τῶν προκειμένων ἀπείργοντος. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς ἔτι ἀσχημονοῦντας τῇ παρατάσει τῆς μέθης βλέποι ἐν ἐμέτοις καὶ καρηβαρίαις καὶ τῷ παραφθέγγεσθαί τι τῶν οὐ δεόντων, χάριν ὁμολογεῖ τῷ πρὸ τοῦ τοιούτου πάθους τῆς ἀμέτρου πλησμονῆς ἀποστήσαντι. Εἰ δὴ νενόηται ἡμῖν τὸ ὑπόδειγμα, ῥᾴδιον ἂν εἴη προσαγαγεῖν τὸ ἐν τούτῳ καταληφθὲν ἡμῖν θεώρημα τῷ προκειμένῳ νοήματι. Τί γὰρ τὸ προκείμενον ἦν; Ὅτου χάριν ὁ Θεὸς, πολλῆς οὔσης τοῖς πατράσι σπουδῆς φυλαχθῆναι ἑαυτοῖς τὸν τοῦ βίου διάδοχον, ἄωρον πολλάκις ἐν τῷ τέλει τῆς ἡλικίας ἐᾷ τὸ τεχθὲν ἀναρπάζεσθαι; Πρὸς οὓς ἐροῦμεν τὸ συμποτικὸν ἐκεῖνο ὑπόδειγμα, ὅτι τῆς τοῦ βίου τραπέζης πολλήν τε καὶ παντοδαπὴν τῶν ἐδωδίμων τὴν παρασκευὴν ἐχούσης (νόει δέ μοι κατὰ τὴν ὀψαρτυτικὴν ἐμπειρίαν μὴ πάντα τῷ τῆς ἡδονῆς μέλιτι τὰ τοῦ βίου καταγλυκαίνεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ὅπου καὶ τοῖς αὐστηροτέροις τῶν συμπτωμάτων τὴν ζωὴν ἐπαρτύεσθαι, οἷα δὴ φιλοτεχνοῦσιν οἱ τῶν περὶ γαστέρα καὶ θοίνην ἡδονῶν τεχνῖται, τοῖς δριμυτέροις, ἢ ἁλμῶσιν, ἢ παραστύφουσιν τὰς ὀρέξεις τῶν δαιτυμόνων ἀναῤῥιπίζοντες)· ἐπεὶ οὖν οὐ διὰ πάντων ἐστὶ τῶν πραγμάτων μελιειδὴς ὁ βίος, ἀλλ' ἔστιν ἐν οἷς ἅλμη τὸ ὄψον ἐστὶν, ἢ στύψις, ἢ ὀξώδης, ἢ δηκτική τις καὶ δριμεῖα ποιότης ἐντριβεῖσα τοῖς πράγμασι, δύσληπτον ποιεῖ τὴν καρυκείαν τοῦ βίου, πλήρεις δὲ οἱ τῆς ἀπάτης κρατῆρες παντοδαποῦ κράματος· ὧν οἱ μὲν τὸ φυσῶδες πάθος διὰ τοῦ στύφου τῆς ἀπάτης ἐμποιοῦσιν, οἱ δὲ εἰς παραφορὰν τοὺς ἐμπιόντας ἐξεκαλέσαντο, ἄλλοις δὲ τῶν πονηρῶς κτηθέντων τὸν ἔμετον διὰ τῆς αἰσχρᾶς ἀποτίσεως ἀνεκίνησαν. Ὡς ἂν οὖν μὴ ἐπιχρονίζοι τῇ τοιαύτῃ τῆς τραπέζης παρασκευῇ ὁ μὴ δεόντως τῷ συμποσίῳ χρησάμενος, θᾶττον ἐξάγεται τοῦ τῶν δαιτυμόνων πληρώματος, κερδαίνων τὸ μὴ ἐν ἐκείνοις γενέσθαι, ὧν ἡ ἀμετρία τῆς ἀπολαύσεως τοῖς λαιμαργοῦσι πρόξενος γίνεται. Τοῦτό ἐστιν ὅ φημι τελείας εἶναι προνοίας κατόρθωμα, τὸ μὴ μόνον συστάντα θεραπεύειν τὰ πάθη, ἀλλὰ καὶ κωλύειν πρὸ τῆς συστάσεως. Ὃ δὴ καὶ περὶ τοῦ θανάτου τῶν ἀρτιτόκων ὑπενοήσαμεν, ὅτι ὁ λόγῳ τὰ πάντα ποιῶν ὑπὸ φιλανθρωπίας ἀφαιρεῖται τῆς κακίας τὴν ὕλην, μὴ διδοὺς καιρὸν τῇ προαιρέσει τῇ διὰ τῆς προγνωστικῆς δυνάμεως γνωσθείσῃ διὰ τῶν ἔργων ἐν κακίας ἐξοχῇ δειχθῆναι οἷα ἐστὶν, ὅταν πρὸς τὸ κακὸν τὴν ὁρμὴν ἔχοι. Πολλάκις δὲ τὴν σεσοφισμένην τῆς φιλαργυρίας ἀνάγκην διὰ τῶν τοιούτων ἐλέγχει ὁ συνιστῶν τὸ τοῦ βίου συμπόσιον, ὡς ἂν, οἶμαι, γυμνὸν τῶν εὐπροσώπων προκαλυμμάτων τὸ τῆς φιλαργυρίας ἀῤῥώστημα φαίνοιτο, μηδενὶ παραπετάσματι πεπλανημένῳ συσκιαζόμενον. Φασὶ γὰρ οἱ πολλοὶ διὰ τοῦτο ταῖς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαις ἐπιπλατύνεσθαι, ὡς ἂν πλουσιωτέρους τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας ποιήσαιεν, ὧν ἐλέγχει τὴν νόσον ἰδίαν οὖσαν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἐγγινομένην, ἡ ἀπροφάσιστος τῶν ἀτέκνων πλεονεξία. Πολλοὶ γὰρ οὔτε ἔχοντες διαδοχὴν ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἐμόχθησαν, οὔτε ἐν ἐλπίσι τοῦ σχεῖν ὄντες, ἀντὶ μυρίων τέκνων πολλὰς ἐπιθυμίας ἐν ἑαυτοῖς παιδοτροφοῦσιν, οὐκ ἔχοντες ποῦ τὴν ἀνάγ-

A neat in cœna, hæc ita præfecto administrante, ut nullum ex abundantia atque ebrietate mentisque depravatione malum exsistens in medio relinquatur, sed perpetuus decor et honestas in mensa servetur. Quemadmodum igitur ei qui a nidore condimentorum avellitur, privatio eorum quæ cordi sunt, ingrata atque injucunda est, atque importunitatis ac temeritatis cujusdam præfectum condemnat, quasi invidia quadam et non providentia ab appositis arcentem. Sed si ad eos qui prorogatione ebrietatis vomendo, caputque gravatum jactando, ac temere quæ non decet proferendo, etiam nunc se turpiter gerentes respiciat, gratiam habet ei qui, antequam talia sibi acciderent, ab immoderata repletione eum prohibuerit. Si igitur similiB tudo a nobis intellecta est, facile fuerit in ea comprehensam a nobis speculationem ad propositum sensum accommodare. Quid enim erat propositum? Cujus rei gratia, cum plurimum studii parentes in hoc ponant, ut suarum sibi facultatum successor reservetur, Deus sæpe ante tempus ac præmature in imperfecta ætate abripi sinit id quod natum est? His qui ita interrogant, referemus convivalem illam similitudinem, quod cum multum ac varium esculentorum apparatum vitæ mensa habeat (intellige autem mihi secundum peritiam rei culinariæ artisque condiendorum ciborum, non omnes vitæ partes voluptatis melle dulcescere, sed alicubi etiam acerbioribus casibus vitam condiri, qualia C nimirum artifices voluptatum ad epulas et ventrem pertinentium excogitant et tractant, vel acrioribus, vel salsuginosis, vel astringentibus appetitus convivarum excitantes) : quoniam ergo non per omnia negotia officiaque vita suavis et jucunda est, sed in aliquibus etiam salsamentum obsonium est, vel astrictiva, vel acetosa, vel mordax quædam et acris qualitas ingesta, et rebus intrita sumptu difficilem efficit vitæ cibum conditum, pleni item variæ misturæ fraudis crateres sunt : quorum alii quidem inflationis vitium per fastus fraudem ingenerant, alii vero in temeritatem ac vecordiam devocant eos qui imbiberint, aliis item male quæsitorum vomitum per turpem solutionem movent. Ne ergo in tali mensæ apparatu diutius immoreD tur, qui non recte ac decenter convivio utatur, citius educitur ex cœtu atque consessu convivarum, id lucri faciens, quod in illa molestia atque turpitudine non versetur, quarum rerum immoderata sumptio helluonibus conciliatrix exsistit. Hoc est, quod dico perfectæ atque absolutæ providentiæ opus esse, non solum contractos curare morbos, verum etiam prohibere antequam contrahantur. Quam adeo opinionem etiam de morte infantium modo natorum habemus, quod is qui ratione omnia facit, humanitate adductus vitiis materiam aufert, spatium temporis voluntati per vim præsciam notatæ et animadversæ non dans, ut per opera in nequitiæ vitiique excellentia ostendatur qualis sit, cum ad malum impetum habeat et effe-

ctum. Sæpenumero autem per hujusmodi etiam casus simulatam atque prætensam avaritiæ necessitatem arguit is qui vitæ convivium constituit, ut, opinor, nudatus speciosis prætextibus ac velamentis avaritiæ morbus appareat nullo falso tegumento obumbratus. Nam vulgo plerique aiunt, idcirco se cupiditati rem augendi indulgere, ut ditiores ex sese natos reddant, quorum morbum proprium esse, et ex necessitate non innasci arguit inexcusabilis avaritia eorum qui liberis carent. Multi enim cum nec habeant multorum labore partorum bonorum successores, nec aliquando habituros esse se sperent, pro infinitis liberis multas intra sese cupiditates alunt, non habentes in quos conferant hujus morbi necessitatem. Quod si qui male in vita versantur, ac dedita opera consultoque crudeles, truces atque tyrannici sunt, omnibus libidinibus obnoxii, iracundia præcipites, a nullo incurabili malo abstinentes, latrones, homicidæ, patriæ proditores, ac si quid his est detestabilius, magisve nefarium et exsecrandum (veluti parricidæ, matrum pulsatores, liberorum interfectores, et quadam quasi rabie mentis legibus vetitos concubitus sectantes : qui cum tales adeo sint, in hac nequitia atque vitiositate consenescunt : quomodo dicet aliquis hæc congruere et convenire cum iis quæ supra quæsita atque tractata sunt? Nam si is qui præmature abripitur, ne juxta similitudinem convivii ad finem usque in vitiis hujus vitæ quasi helluetur atque debacchetur, provida quadam cautione ac benevolentia ex vitali subducitur convivio : qua de causa, qui talis est, usque ad senectutem in convivio debacchatur, noxiam tum sibi, tum compotoribus et convivis malorum crapulam offundens?

A χην τῆς ἀῤῥωστίας ταύτης ἐπανενέγκωσιν. Εἰ δέ τινες κακῶς ἐπιδημοῦντες τῷ βίῳ, τυραννικοί τε καὶ πικροὶ τὴν προαίρεσιν, πάσαις ἀκολασίαις δεδουλωμένοι, θυμῷ παραπλῆγες, φειδόμενοι τῶν ἀνηκέστων κακῶν οὐδενὸς, λῃσταὶ καὶ ἀνδροφόνοι, καὶ πατρίδων προδόται, ἢ εἴ τι τούτων ἐστὶν ἐναγέστερον (οἷον πατροφόνοι τε καὶ μητρολῷαι, καὶ παιδοκτόνοι, καὶ ταῖς παρανόμοις μίξεσιν ἐπιλυσσῶντες), οἱ τοιοῦτοί τινες ὄντες, ἐν τῇ κακίᾳ ταύτῃ γηράσκουσιν· πῶς ἐρεῖ τις συμβαίνειν ταῦτα τοῖς προεξητασμένοις; Εἰ γὰρ τὸ πρὸ ὥρας ἀνάρπαστον, ὡς ἂν μὴ εἰς τέλος κατὰ τὸ ὑπόδειγμα τοῦ συμποσίου τοῖς πάθεσι τῆς ζωῆς ταύτης ἐλλαιμαργήσειεν, προνοητικῶς ὑπεξάγεται τοῦ βιωτικοῦ συμποσίου· τίνος χάριν ὁ τοιοῦτος μέχρι γήρως ἐμπαροινεῖ τῷ συμποσίῳ, πονηρὰν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς συμπόταις τὴν τῶν κακῶν ἑωλοκρασίαν ἐπισκεδάζων;

Sed cur, prorsus inquis, hunc quidem provida benevolentia subducit ex vita priusquam per malum voluntas perficiatur, illum vero relinquit talem fieri, ut melius ipsi esset penitus natum non esse? Ad hoc item ejusmodi quamdam benignioribus et æquioribus rationem reddemus, quod sæpenumero vita eorum qui bene vixerint, etiam iis qui ex ipsis nati sunt, causa melioris conditionis est. Atque sexcenta horum ex divina Scriptura testimonia sunt, quibus aperte docemur ejus curæ beneficiique quod digni a Deo consequuntur, etiam ex ipsis progenitos una participes esse. Haud contemnenda autem sors fuerit etiam alicui impedimento fuisse ad malitiam et nequitiam qui juxta illam omnino victurus fuisset. Sed quoniam hic in rebus incertis oratio conjecturis utitur, nullus omnino reprehendet, si in multas partes conjectura mentem diducit. Non solum enim auctoribus generis gratificantem Deum dixerit aliquis ex improba vita subducere eum qui in ea victurus fuisset, verum etiam si nihil ejusmodi sit in iis, qui præmature abripiuntur, haud absurdum fuerit opinari atrocius ac periculosius illos sese in vitiosa vita gesturos fuisse, quam illorum quemquam, qui ob vitam nequam atque improbam nobilitati fuerint. Nam nihil fieri sine Deo ex multis rebus didicimus : rursum vero non fortuita esse, nec ratione carere ea quæ divinitus administrantur, nemo non concesserit, sciens quod Deus ratio ac sapientia est, et omnis virtus ac veritas. Nihil autem rationis, ratione caret, neque sapientis aliquid insipiens est, neque tum virtus, tum veritas admiserit atque sustinuerit id quod cum virtute

Ἀλλὰ διὰ τί, πάντως ἐρεῖς, τὸν μὲν προνοητικῶς ὑπεξάγει τοῦ βίου πρὶν τελειωθῆναι διὰ τοῦ κακοῦ τὴν προαίρεσιν, τὸν δὲ καταλείπει γενέσθαι τοιοῦτον, ὡς ἄμεινον αὐτῷ εἶναι τὸ μὴ γενέσθαι ὅλως; Πρὸς δὲ τοῦτο
C τοιοῦτόν τινα τοῖς εὐγνωμονεστέροις ἀποδώσομεν λόγον, ὅτι πολλάκις ἡ ζωὴ τῶν εὖ βεβιωκότων καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν αἰτία τοῦ βελτίονος γίνεται. Καὶ μυρίαι τούτων ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς αἱ μαρτυρίαι, δι' ὧν σαφῶς διδασκόμεθα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ γενομένης τοῖς ἀξίοις κηδεμονίας καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν συμμετέχειν. Ἀγαθὸν δ' ἂν εἴη κεφάλαιον καὶ τὸ ἐμποδών τινι πρὸς κακίαν γενέσθαι τῷ μέλλοντι πάντως κατ' ἐκείνην βιώσεσθαι. Ἐπεὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὁ λόγος ἐνταῦθα καταστοχάζεται, πάντως οὐδεὶς αἰτιάσεται, πολλαχῇ τοῦ στοχασμοῦ τὴν διάνοιαν ἄγοντος. Οὐ μόνον γὰρ τοῖς καθηγουμένοις τοῦ γένους εἴποι τις ἂν τὸν Θεὸν χαριζόμενον ὑπεξάγειν τῆς κακῆς ζωῆς τὸν κατ' αὐτὴν βιωσόμενον, ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν
D εἴη τοιοῦτον ἐπὶ τῶν πρὸ ὥρας ἀναρπαζομένων, οὐδὲν ἀπεικὸς οἴεσθαι, τὸ χαλεπώτερον ἂν ἐκείνους ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ κατὰ κακίαν βίου, ἢ τούτων ἕκαστον τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ γνωρισθέντων παρὰ τὸν βίον. Τὸ γὰρ μηδὲν ἀθεεὶ γίνεσθαι, διὰ πολλῶν ἐγνώκαμεν· τὸ δὲ αὖ πάλιν μὴ τυχαῖά τε καὶ ἄλογα εἶναι τὰ θεόθεν οἰκονομούμενα, πᾶς ἂν ὁμολογήσειεν, εἰδὼς ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἐστὶ, καὶ σοφία, καὶ πᾶσα ἀρετὴ καὶ ἀλήθεια,... τὸ μὴ ἐνάρετόν τε καὶ ἔξω τοῦ ἀληθοῦς καταδέξαιτο. Εἴτε οὖν κατὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἄωροί τινες ἀναρπάζονται, εἴτε τι καὶ ἕτερον παρὰ τὰ εἰρημένα ἐστὶ, τὸ πάντως ἐπὶ σκοπῷ τῷ βελτίονι ταῦτα γίνεσθαι συνομολογεῖσθαι προσήκει. Οἶδα δέ τινα καὶ λόγον ἕτερον παρὰ τῆς τοῦ Ἀποστόλου σοφίας μαθὼν, δι' ὅν τινες τῶν κατὰ κακίαν ὑπερβαλ-

λόντων κατὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν ζῆσαι ἀφείθησαν. Γυμνάσας γὰρ ἐπὶ πλέον τὴν τοιαύτην διάνοιαν ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους λόγῳ, καὶ ἀνθυπενεγκὼν ἑαυτῷ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου ἀντιτιθέμενον, τὸ μὴ ἂν εὐλόγως ἐν αἰτίᾳ τὸν κακὸν ἔτι γενέσθαι, εἴπερ θεόθεν ἔχει τὸ κακὸς εἶναι, οὐκ ἂν γενόμενος πάντως, εἴπερ ἀβούλητον ἦν τῷ ἐπικρατοῦντι τῶν ὄντων· οὕτως ἀπαντᾷ τῷ λόγῳ, διὰ βαθυτέρας τινὸς θεωρίας τὴν ἀνθυποφορὰν ὑπεκλύων. Φησὶ γὰρ τὸν Θεὸν ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν νέμοντα, ἔστιν ὅπου καὶ τῇ κακίᾳ διδόναι χώραν ἐπὶ σκοπῷ τῷ βελτίονι. Τούτου γὰρ ἕνεκεν εἴασε γενέσθαι, καὶ τοιοῦτον γενέσθαι τὸν Αἰγύπτιον τύραννον, ὡς ἂν τῇ ἐκείνου πληγῇ ὁ Ἰσραὴλ παιδευθείη, ὁ πολὺς ἐκεῖνος λαὸς, καὶ πᾶσαν τὴν ἐξ ἀριθμοῦ περίληψιν διαβαίνων. Ἴσως γὰρ τῆς θείας δυνάμεως διὰ πάντων γνωριζομένης, καὶ πρὸς τὸ εὐεργετεῖν τοὺς ἀξίους ἱκανῶς ἐχούσης· ἐπεὶ δὲ πάντως ἐχρῆν ἀποικισθῆναι τῆς Αἰγύπτου τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ὡς ἂν μή τις αὐτοῖς γένοιτο τῶν Αἰγυπτίων κακῶν κατὰ τὴν τοῦ βίου πλάνην κοινωνία, τούτου χάριν ὁ θεομάχος ἐκεῖνος ὁ ἐπὶ παντὶ κακῷ ὀνομαστὸς Φαραὼ τῇ ζωῇ τῶν εὐεργετουμένων συνανέσχεν τε καὶ συνήκμασεν, ὡς ἂν τῆς διπλῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας ἐφ' ἑκατέρων μεριζομένης ἀξίως τὴν γνῶσιν τῶν δύο λάβῃ ὁ Ἰσραὴλ, τὸ μὲν κρεῖττον ἐφ' ἑαυτοῦ διδασκόμενος, τὸ δὲ σκυθρωπότερον ἐπὶ τῶν διὰ κακίαν μαστιγουμένων ὁρῶν, ὡς τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς σοφίας εἰδότος τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ κακὸν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ συνεργίᾳ μεταχειρίζεσθαι. Χρεία γὰρ τῷ τεχνίτῃ (εἰ χρὴ τὸν ἀποστολικὸν λόγον καὶ διὰ τῶν ἡμετέρων λόγων βεβαιωθῆναι), χρεία τοίνυν τῷ διὰ τῆς τέχνης πρός τι τῶν βιωφελῶν ἐργαλείων τυποῦντι τὸν σίδηρον, οὐ μόνον τοῦ εὐκόλως τῇ τέχνῃ εἴκοντος ἔκ τινος φυσικῆς ἁπαλότητος, ἀλλὰ κἂν λίαν ἀντίτυπος ὁ σίδηρος ᾖ, κἂν μὴ ῥᾳδίως διὰ πυρὸς ἐκμαλάσσηται, καὶ πρὸς τὸ σκεῦος τῶν χρησίμων τοῦ βίου τυπωθῆναι τῷ ἀνυπείκτῳ τε καὶ στερρῷ μὴ οἷός τε ᾖ, καὶ τούτου ἡ τέχνη ἐπιζητεῖ τὴν συνεργίαν. Ἄκμονι γὰρ χρήσεται τῷ τοιούτῳ, ὡς ταῖς ἐπὶ τούτου πληγαῖς τὸν ἐνεργῆ τε καὶ ἁπαλὸν πρός τι τῶν χρησίμων ἀποτυποῦσθαι.

A conjunctum, ac veritatis particeps non fuerit. Sive igitur, secundum jam dictas causas, præmature et ante tempus aliqui abripiuntur, sive quid etiam aliud præter ea quæ dicta sunt, est, assentiri convenit, hæc intentione atque prorsus consilio fieri meliore. Novi autem quamdam etiam aliam rationem, quam a sapientia Apostoli didici, per quam nonnullis, qui nequitia excellerent, ad arbitrium suum vivere permissum fuit. Cum tractasset enim diutius ejusmodi sententiam in Epistola ad Romanos, et ex adverso subjecisset sibi id quod ex consequentia opponebatur, non jam amplius recte accusari malum, siquidem divinitus habeat, ut malus sit, qui prorsus futurus non fuisset, si noluisset is qui potitur rerum universarum: sic occurrit orationi per profundiorem quamdam specu- B lationem, oppositionem solvens. Ait enim Deum cuique id quo dignus sit, tribuentem, alicubi nequitiæ quoque intentione atque consilio quodam meliore locum dare. Idcirco enim passum esse nasci, atque adeo talem nasci Ægyptium illum tyrannum, ut illius plaga Israel multus ille populus omnemque ex numeris collectam comprehensionem excedens, erudiretur et institueretur. Nam cum æqualiter divina potentia per omnia cognoscatur, et ad benefaciendum iis qui digni sunt, sufficiens sit, et ad punitionem nequitiæ facultas ei non desit, quoniam omnino oportebat populum illum deduci ex Ægypto, ne qua eis Ægyptiorum malorum, quod ad vitæ errorem attinet, communio C contagioque accideret, idcirco adversarius ille Dei propter omnem nequitiam nominatus et nobilitatus Pharao, in vita eorum quibus bene fiebat, et exortus est, et floruit, ut duplici efficientia Dei in utrisque distributa justam utriusque cognitionem Israel acciperet, dum id quidem, quod melius erat in seipso disceret, tristius autem in iis qui ob nequitiam et malitiam flagellabantur, videret, cum excellentia sapientiæ suæ Deus nimirum etiam malum ad adjuvandum bonum tractare et accommodare sciat. Opus enim erat artifici (si etiam nostris verbis apostolicum sermonem confirmari oportet), opus igitur erat per artem excudenti ferrum ad utile quoddam vitæ instrumentum, non solum eo quod ex naturali quadam teneritate ac mollitudine facile arti cederet, verumetiam si admodum durum, rigidum atque resistens ferrum sit, etiamsi non facile per ignem mollescat, et ad aliquod vitæ necessarium instrumentum ob renitentiam ac firmitudinem suam excudi ac formari non possit, etiam hujus ars adjumentum requirit. Nam pro incude tali utetur, ut ictibus in ea ferrum tenerum et ad opus aptum ad aliquod utile instrumentum excudatur et efformetur.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι οὐ πάντες παρὰ τὸν βίον τοῦτον τῆς ἑαυτῶν μοχθηρίας ἀπέλαυσαν· οὐδὲ γὰρ οἱ κατ' ἀρετὴν βιοτεύοντες ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ τῶν τῆς ἀρετῆς ἱδρώτων ἀπώναντο. Τί οὖν, φησὶ, τούτων εἶναι τὸ χρήσιμον ἐπὶ τῶν ἐν κακίᾳ ἀτιμωρήτως βεβιωκότων; Παραθήσομαί σοι καὶ πρὸς τοῦτο λόγον, τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν ὑψηλότερον. Φησὶ γάρ που τῆς ἑαυτοῦ προφητείας ὁ μέγας Δαβὶδ, μέρος τι τοῖς ἐναρέτοις εὐφροσύνης καὶ τὸ τοιοῦτον εἶναι, ὅταν ἀντιπαραθεωρῶσι τοῖς οἰκείοις ἀγαθοῖς τὴν τῶν κατακρίτων ἀπώλειαν. « Εὐφρανθήσεται » γὰρ, φησὶ, « δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν ἀσεβοῦς, τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν

D Sed dicet aliquis, quod non omnes in hac vita suæ nequitiæ pœnas dent: nam nec qui secundum virtutem quidem vivunt, in hac vita virtutis sudorum fructus capiunt. Quam ergo, inquit, in his utilitatem qui in nequitia impune vixerunt esse dicemus? Adducam tibi in medium rationem etiam ad hoc humanis cogitationibus ac ratiocinationibus sublimiorem. Ait enim magnus David in quodam loco suæ prophetiæ, partem quamdam lætitiæ hoc quoque virtute præditis esse, si e regione suorum bonorum opposita damnatorum pernicie utraque considerent et inter se comparent atque con-

tendant. « Lætabitur » enim, inquit, « justus, cum viderit ultionem impii; manus suas lavabit in sanguine peccatoris [10] : » non quod insultet doloribus mœrentium, sed quod tunc maxime cognoscat et animadvertat id quod ex virtute dignis accedit. Significat enim per dicta verba, quod contrariorum ex adverso comparatio accessio lætitiæ atque incrementum virtute præditis exsistit. Nam per id, quod dixit, « Manus in sanguine peccatoris lavat, » hujusmodi nobis præbet sententiam, quod puritas ejus in vita actionis in perditione peccatorum demonstratur. Nam lavandi dictio puritatis speciem et imaginem significat. In sanguine autem nemo lavatur, sed polluitur et inquinatur : itaque per hæc planum fit, quod rerum acerbarum ex adverso comparatio virtutis beatitudinem demonstrat. Contrahenda est igitur oratio in capita, ut intellectus atque sententiæ, quas tractavimus atque scrutati sumus, memoriæ haud difficulter mandari possint. Nam immatura mors infantium neque in doloribus ac mœstitia esse eum qui sic vivere desiit, intelligendum esse nobis suggerit, neque in pari ipsum et eadem conditione ac sorte versari cum iis qui per omnem virtutem in hac vita purgati sunt, providentia meliori exsuperantiam vitiorum prohibente Deo in iis qui ita victuri fuissent. Quod autem nonnulli malorum diutius vivunt, id redditam sententiam non subvertit. Nam in gratiam parentum malum in illis impeditur ac prohibetur : quibus autem nullus a parentibus ad Deum aditus erat, ne ad eos quidem qui ex ipsis prognati sunt, amplius ejusmodi beneficii genus una transmittitur; aut multo sævior et atrocior illis qui ob nequitiam nobiles sunt, visus fuisset is qui per mortem malus fieri prohibitus est, siquidem liberam, expeditam, et non præclusam nequitiam habuisset : aut si qui etiam ad summum nequitiæ modum progressi sunt, apostolica contemplatio rem, de qua quærimus, consolatur, quod nimirum is qui omnia cum sapientia facit, etiam per malum aliquid boni efficere sciat. Quod si quis etiam in nequitia atque improbitate fastigium ac verticem tenet, et juxta propositam a nobis similitudinem, ad nullum usum ab arte Dei fabricatus est, hoc lætitiæ eorum qui bene vixerunt appendix et additamentum exsistit, quemadmodum prophetia intelligendum proponit, quod in bonis haud parvum quis existimaverit, nec providentia Dei indignum.

A τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ· » οὐχ ὡς ἐπιχαίρων ταῖς τῶν ἀνιωμένων ὀδύναις, ἀλλ' ὡς τότε μάλιστα γνωρίζων τὸ ἐξ ἀρετῆς τοῖς ἀξίοις παραγινόμενον. Σημαίνει γὰρ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι προσθήκη τῆς εὐφροσύνης καὶ ἐπίτασις τοῖς ἐναρέτοις γίνεται ἡ τῶν ἐναντίων ἀντιπαράθεσις. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι « Τὰς χεῖρας ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ νίπτεται, » τοιαύτην παρίστησι τὴν διάνοιαν, ὅτι τὸ καθαιρόμενον αὐτοῦ τῆς κατὰ τὴν ζωὴν ἐνεργείας, ἐν τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἁμαρτωλῶν διαδείκνυται. Ἡ γὰρ τοῦ νίψασθαι λέξις, καθαρότητος ἔμφασιν διερμηνεύει. Ἐν αἵματι δὲ οὐχὶ νίπτεταί τις, ἀλλὰ μολύνεται· ὥστε διὰ τούτου δῆλον γενέσθαι, ὅτι ἡ τῶν σκυθρωποτέρων ἀντιπαράθεσις τὴν τῆς ἀρετῆς μακαριότητα δείκνυσιν. Συναπτέον τοίνυν ἐπὶ κεφαλαίῳ τὸν λόγον, ὡς ἂν B εὐμνημόνευτα γένοιτο τὰ ἐξητασμένα νοήματα. Ἡ γὰρ ἄωρος τελευτὴ τῶν νηπίων οὔτε ἐν ἀλγεινοῖς εἶναι τὸν οὕτω τὴν ζωὴν παυσάμενον νοεῖν ὑποτίθεται, οὔτε κατὰ τὸ ἴσον τοῖς διὰ πάσης ἀρετῆς κατὰ τὸν τῇδε βίον κεκαθαρμένοις γίνεται, προμηθείᾳ κρείττονι τοῦ Θεοῦ τὴν τῶν κακῶν ἀμετρίαν κωλύοντος ἐπὶ τῶν μελλόντων οὕτω βιώσεσθαι. Τὸ δὲ ἐπιβιῶναί τινας τῶν κακῶν, οὐκ ἀνατρέπει τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν. Τῇ γὰρ πρὸς τοὺς γεννησαμένους χάριτι τὸ κακὸν ἐπ' ἐκείνων ἐνεποδίσθη· οἷς δὲ οὐκ ἦν τις ἐκ γονέων πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησία, οὐδὲ τοῖς ἐξ ἐκείνων τὸ τοιοῦτον ἐπὶ τῆς εὐεργεσίας εἶδος συμπαρεπέμφθη· ἢ πολλῷ χαλεπώτερος τῶν ἐπὶ κακίᾳ γνωρίμων ὁ κωλυθεὶς διὰ τοῦ θανάτου γενέσθαι κακὸς C ἐφάνη ἄν, εἴπερ ἀκώλυτον ἔσχε τὴν πονηρίαν· ἢ εἴ τινες καὶ εἰς τὸ ἀκρότατον τῆς πονηρίας μέτρον προσεληλύθασιν, ἡ ἀποστολικὴ θεωρία παραμυθεῖται τὸ ζήτημα, ὡς εἰδότος τοῦ πάντα ἐν σοφίᾳ ποιοῦντος καὶ διὰ τοῦ κακοῦ τι τῶν ἀγαθῶν κατεργάσασθαι. Εἰ δέ τις καὶ ἐν πονηρίᾳ τὸ ἄκρον ἔχει, καὶ ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ, κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα, παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ τέχνης κατεχαλκεύθη, τοῦτο προσθήκη τῆς εὐφροσύνης τῶν εὖ βεβιωκότων γίνεται, καθὼς ἡ προφητεία νοεῖν ὑποτίθεται, ὅπερ οὐ μικρὸν ἐν ἀγαθοῖς ἄν τις λογίσαιτο, οὐδὲ τῆς τοῦ Θεοῦ προμηθείας ἀνάξιον.

[10] Psal. LVII, 11.

DOGMATICA DUBIA.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΩΝ ΠΡΟΣ ΙΟΥΔΑΙΟΥΣ

ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ

Μετά τινος ἐπεξεργασίας περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὅτι Λόγον, καὶ Πνεῦμα ἔχει ὁ Θεὸς, κατὰ τὰς Γραφάς· Λόγον ἐνυπόστατον καὶ ζῶντα, καὶ Πνεῦμα ὡσαύτως.

S. P. N. GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

DELECTA TESTIMONIA ADVERSUS JUDÆOS (1)

EX VETERE TESTAMENTO

Cum adjecta quadam uberiori probatione de sancta Trinitate; quod nempe Verbum et Spiritum habeat Deus secundum Scripturas, Verbum subsistens atque vivens, et Spiritum similiter.

(Interprete et scholiaste Laurentio Zacagnio v. cl.— Galland., *Vet. Bibl. Patr.* t. VI, p. 578.)

Λέγει Δαβὶδ ἐν δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ ψαλμῷ· A « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. » Οὐ Λόγος οὖν ὑπάρχει ἀέρος τύπωσις σημαντικὴ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων ἐκφερομένη, οὔτε Πνεῦμα στόματος ἀτμὸς, ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν μερῶν ἐξωθούμενος, ἀλλὰ Λόγος μὲν ὁ πρὸς Θεὸν ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς ὤν· Πνεῦμα δὲ στόματος Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τρία τοίνυν νόει, τὸν προστάττοντα Κύριον, τὸν δημιουργοῦντα Λόγον, τὸν στερεοῦντα, τουτέστι τὸ Πνεῦμα· τὴν γὰρ στερέωσιν, τὸν ἁγιασμὸν εἶπε καὶ τὴν συμπλήρωσιν. Ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι οὐ τούτῳ λέγει τῷ προφορικῷ, ἀλλὰ τῷ ἐνυποστάτῳ, ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ λέγει· « Ἀποστελεῖ τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. » B Λόγος δὲ ἀνυπόστατος οὐκ ἀποστέλλεται. Καὶ πάλιν· « Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. »

Dicit David in psalmo tricesimo secundo : « Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum [1] » Igitur Verbum non est aeris percussio, rei cujuslibet significativa, quæ per instrumenta vocis edatur, neque Spiritus est oris anima, quæ ex partibus respirationis servientibus emittatur, sed Verbum quidem est id quod in principio erat apud Deum, et Deus est ; Spiritus vero oris Dei, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit. Tria igitur intellige, jubentem et imperantem Dominum, creans Verbum, firmantem et solidantem, nempe Spiritum ; firmare enim dixit pro sanctificare, et complere. Ut autem scias Davidem dicere, cœlos non hoc verbo, quod in pronuntiatione consistit, firmatos esse, sed eo quod reipsa subsistit, idem alibi ait, « Emittet Verbum suum, et liquefaciet ea ; spirabit Spiritus ejus, et fluent aquæ [2]. » Verbum autem, quod subsistentia caret, non emittitur. Et rursus, « Misit Verbum suum, et

[1] Psal. XXXII, 6. [2] Psal. CXLVII, 18.

(1) Exstat hoc Nysseni opus in duobus Vaticanæ bibliothecæ codicibus signatis num. 451 et num. 1907, quorum primus ducentis circiter abhinc annis scriptus est, et cum Sifani versione in omnibus fere concordat ; alter vero sexcentos et amplius annos antiquitate superat. Itaque horum quidem primum in Notis nostris recentiorem vocamus, secundum vero vetustiorem ; nam ad utriusque codicis fidem, editionem versionemque nostram concinnavimus.

sanavit eos, et eripuit eos de corruptelis eorum [3]. » Et rursus, « Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [4]. » « Quis stetit in firmamento Domini, et vidit Verbum ejus [5]? » At verbum hominis non cernitur. Vides a Davide Verbum dici, non quod auditu, sed quod visu percipitur, nimirum, quod reipsa subsistit, quandoquidem verbum substantia carens, locum, ut par est, in Deo nequit habere. Nos enim sermone ad mutuam consuetudinem Creator instruxit, et ut per sermonem alter alterius mentem intelligeremus. Confert autem nobis spiritus ad corporis quoque constitutionem conservandam, dum nempe attrahitur atque hauritur, idemque respiratur ac redditur; verum de Deo, qui solus incorporeus est, non possumus hujusmodi quidpiam opinari. « Annos perficis, Deus, virtute tua. Christus autem Dei virtus, Deique sapientia est [6]. » Ex persona Sapientiæ, id est Filii: « Cum pararet cœlum, aderam illi: et ego eram, qua delectabatur: quotidie oblectabar facie ejus [7]. »

Quomodo hæc stare poterunt, si non subsistens revera facies erat? neque enim alius esse potest, cum quo collocuta fuerit: « Quis enim cognovit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus fuit [8]? » Sed satis fuit ei sola voluntas ad omnium rerum creationem. Ait enim Scriptura, « Et Spiritus Domini ferebatur super aquas [9]. » Quibus verbis subsistentiam Spiritus sancti omnia foventis, et ad futuram generationem vivificantis, Scriptura significat. Quæ cum ita se habeant, perspicua et clara est Sanctæ Trinitatis, Patris, inquam, et Filii, et Spiritus sancti demonstratio. Quippe hujus sanctæ et consubstantialis Trinitatis, seipsam alloquentis, est illud: « Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem. Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum [10]. » Formati enim sumus, prout intelligentia percipi potest, ad imaginem Unigeniti. Et rursus: « Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis [11]. » Deus autem omnia per Verbum creasse, ex eo manifestum est, quod singularum rerum creationibus ascriptum est illud: « Et dixit Deus, Fiat; » quo loquendi genere, eam quæ per Verbum facta est, creationem Scriptura significat; nisi enim hoc esset, satis fuisset dicere, Et fecit Deus cœlum et terram, et reliqua; et rursus, Jussu Dei factum est firmamentum; et rursus, Divisit Deus. Præterea cum audieris, « Dixit Deus, » statim animo simul concipe eum, qui obaudiverit dicenti: « Et dixit Deus, Fiant luminaria. Et fecit Deus luminaria [12]. » Quis dixit, et quis dicto obediens fuit? Quin et in pluribus Veteris Testamenti locis subobscure indicatam repe-

A Καὶ πάλιν· « Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » « Τίς ἔστη ἐν ὑποστηρίγματι (2) Κυρίου, καὶ εἶδε τὸν Λόγον αὐτοῦ; » Λόγος δὲ ἀνθρώπου οὐ θεωρεῖται. Ὁρᾷς, ὅτι οὐκ ἀκουστὸν, ἀλλ' ὁρατὸν Λόγον λέγει, δῆλον τὸν ἐνυπόστατον, ὁπότε κατὰ τὸν εἰκότα λογισμὸν, οὐδὲ χώραν ἔχει ἐπὶ Θεοῦ τὸ τοῦ ἀνυποστάτου λόγου. Ἡμᾶς γὰρ ἐκόσμησεν ὁ Δημιουργὸς λόγῳ, διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους συνουσίας, καὶ τὸ γινώσκειν ἡμᾶς τὰ ἀλλήλων διὰ τοῦ λόγου. Συντελεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν τοῦ σώματος σύστασιν, διὰ τὸ προσίεσθαι, καὶ πάλιν ἀπωθεῖσθαι αὐτό· ἐπὶ δὲ Θεοῦ, τοῦ καὶ μόνου ἀσωμάτου, οὐ δυνατὸν ὑπολαβεῖν ταῦτα. « Ἔτη τελεῖς, ὁ Θεὸς, τῇ δυνάμει σου. Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. » Ἐκ προσώπου B τῆς Σοφίας, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ, « Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ· καὶ ἐγὼ ἤμην, ᾗ ἔχαιρε (3)· καθ' ἡμέραν ηὐφραινόμην τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. »

Ποίαν οὖν ἔχει χώραν ταῦτα, εἰ μὴ ἦν ἐνυπόστατον πρόσωπον; Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλος, πρὸς ὃν διαλεχθῇ· « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » Ἀλλ' ἤρκεσεν αὐτῷ μόνη βούλησις εἰς τὴν τῶν πάντων δημιουργίαν. Εἴρηται γάρ· « Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. » Τὸ ἐνυπόστατον τοῦ ἁγίου Πνεύματος θάλποντος καὶ ζωογονοῦντος εἰς τὴν μέλλουσαν γονὴν τὰ πάντα, τῆς Γραφῆς δηλούσης. Ὧν οὕτως ἐχόντων, σαφὴς ἡ τῆς ἁγίας Τριάδος, Πατρὸς, φημὶ, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἀπόδειξις. C Αὕτη γοῦν πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς τὸ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. » Μεμορφώμεθα γὰρ νοητῶς πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ Μονογενοῦς. Καὶ πάλιν· « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. » Ὅτι δὲ διὰ τοῦ Λόγου τὰ πάντα ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, σαφὲς ἀφ' ὧν ἐπὶ ἑκάστου τῶν δημιουργημάτων γέγραπται τὸ, « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω, » τῆς Γραφῆς σημαινούσης τὴν διὰ τοῦ Λόγου δημιουργίαν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, ἤρκει εἰπεῖν· Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ τὰ λοιπά· καὶ πάλιν· Προστάξαντος τοῦ Θεοῦ ἐγενήθη τὸ στερέωμα· καὶ πάλιν, Διεχώρισεν ὁ Θεός. Καὶ ὅταν ἀκούσῃς τὸ, D « Εἶπεν ὁ Θεὸς, » εὐθὺς τῇ ἐννοίᾳ σύναγε τὸν ἀκούσαντα τοῦ εἰπόντος· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτωσαν φωστῆρες. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας. » Τίς εἶπε, καὶ τίς ἤκουσε; Καὶ ἐπὶ πλείοσι τόποις τῆς Παλαιᾶς ἔστιν εὑρεῖν, ἠρέμα ὑποδεικνυμένης τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν ὑπόστασιν καὶ τὸ ὁμοούσιον αὐτῆς· οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· « Ὤφθη » γὰρ, φησὶν, « αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένου

[3] Psal. cvi, 20. [4] Psal. ciii, 30. [5] Jerem. xxiii, 18, juxta LXX. [6] I Cor. i, 24. [7] Prov. viii, 30. [8] Isa xl, 13; Rom. xi, 34. [9] Gen. i, 2. [10] ibid. 26, 27. [11] Gen. iii, 22. [12] Gen. i, 14.

(2) Ὑποστηρίγματι. LXX, *Jer.* xxiii, 18, ὑποστήματι. Quem in locum Nobilium adire juverit.

(3) Romana LXX Interpretum editio cum Justino Martyre in *Dialogo cum Tryphone Judæo*, pag. 284, legit, ᾗ προσέχαιρεν, et mox, ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. Quam lectionem sequuntur etiam Irenæus *Adversus hæreses* lib. iv, cap. 37; Cyprianus lib. ii *Testim. adversus Jud.*, c. 1; et Tertullianus *adv. Hermogenem*, cap. 18.

αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. Ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶδε· καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες παρειστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ προσέδραμεν (4) εἰς συνάντησιν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ εἶπε· Κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Εἶπε δὲ πρὸς αὐτόν· Ποῦ Σάῤῥα ἡ γυνή σου; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐν τῇ σκηνῇ. Εἶπε δέ· Ἐπαναστρέφων ἥξω πρὸς σὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, καὶ ἕξει υἱὸν Σάῤῥα ἡ γυνή σου. » Ἰδοὺ δὴ φησὶν ὀφθῆναι μὲν αὐτῷ τὸν Θεὸν, εἶναί γε μὴν τρεῖς ἄνδρας τοὺς ἑωραμένους· αὐτὸν δὲ πάλιν οὐχ ὡς τρισὶν εἰπεῖν· Κύριοι, εἰ εὕρηκα χάριν ἐναντίον ὑμῶν, μὴ παρέλθητε τὸν παῖδα ὑμῶν. Κύριον δὲ μοναδικῶς τοὺς τρεῖς ὀνομάζοντα, καὶ ὡς ἕνα καταίρειν ἀξιοῦντα, καὶ ὡς εἷς φωνεῖ· Ἥξω. Ὅρα οὖν τοὺς ὀφθέντας τρεῖς μὲν ὄντας, καὶ ὑφεστῶτας ἰδιοσυστάτως ἕκαστον· τῷ γε μὴν τῆς ὁμοουσίας λόγῳ συνειλημμένους εἰς ἕνα, καὶ τὰς διαλέξεις ποιησαμένους. Τίς δὲ πρὸς τίνα ἔλεγεν· « Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν; » Ἢ δῆλον πρὸς ὃν εἶπεν· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· ». καὶ, « Πρὸ τοῦ ἡλίου τὸ ὄνομα αὐτοῦ (5), καὶ πρὸ τῆς σελήνης· » καὶ πάλιν· « Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· » καὶ πάλιν, « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς Πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς Υἱόν; » Τί δὲ τὸ, « Ἔβρεξε Κύριος πῦρ καὶ θεῖον παρὰ Κυρίου; » Τί δὲ τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ (6), « Καὶ πᾶς ὁ ἐκχέων αἷμα, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, ὅτι ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον; » Ὁρᾷς ὅτι ὁ Θεὸς *ἐν εἰκόνι τοῦ Θεοῦ* ἐποίησε;

A ries sanctæ Trinitatis subsistentiam ejusque consubstantialitatem, quemadmodum in Abrahamo; nam inquit, « Apparuit ei Deus ad quercum Mambre, cum ille sederet in ostio tabernaculi sui in meridie. Et respiciens oculis suis vidit; et ecce tres viri astabant super eum; et ecce procurrit obviam illis, et adoravit pronus in terram. Et dixit: Domine, si inveni gratiam ante te, ne prætereas servum tuum [13]. » Et post alia, « Dixit autem ad eam: Ubi est Sara uxor tua? Ille autem dixit: Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Revertens veniam ad te in tempore hoc in horas, et habebit filium Sara uxor tua [14]. » En utique refert Scriptura apparuisse quidem Abrahamo Deum; et sane tres exstitisse viros illos, quos conspexit, ipsum vero non quasi B tribus dixisse: Domini, si inveni gratiam coram vobis, ne prætereatis puerum vestrum; sed tres, tanquam unus essent, nominasse, et tanquam unum, ut apud ipsum diverterent rogasse, iique tanquam unus dixere, Veniam. Vides igitur illos, qui apparuerunt tres quidem exstitisse, et eorum singulos in propria hypostasi substitisse; sed consubstantialitatis ratione in unum fuisse contractos, et tanquam unum collocutos fuisse. Quisnam autem, et ad quemnam dicebat, « Venite, descendentes confundamus linguas eorum [15]? » Num cum allocutum fuisse constat, ad quem dixit: « Ex utero ante luciferum genui te [16]; » et, « Ante solem nomen ejus, et ante lunam [17]; » et rursus, « Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego C hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [18]; » et rursus, « Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium [19]? » Quid item illud, « Dominus pluit ignem et sulphur a Domino [20]? » Quid vero ex persona Dei etiam illud, « Et omnis qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine ejus effundetur, quia in imagine Dei feci hominem [21]? » Vides Deum *in imagine Dei* fecisse?

Τὸ δὲ ἐν τῇ Ἐξόδῳ πῶς νοητέον· « Καὶ ὀρθρίσας Μωϋσῆς ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, καθότι συνέταξεν αὐτῷ Κύριος. Καὶ ἔλαβε Μωϋσῆς τὰς πλάκας τὰς λιθίνας. Καὶ κατέβη Κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ παρέστη ἐκεῖ, καὶ ἐλάλησε (7) τῷ ὀνόματι Κυρίου. Καὶ παρῆλθε Κύριος ἀπὸ προσώπου Κυρίου (8). » Ποῖος ἄρα ἐλάλησε Κύριος ἐν ὀνόματι Κυρίου; καὶ ποῖος παρῆλθε Κύριος ἀπὸ προσώπου Κυρίου; Τί δὲ τὸ πρὸς Ἰακὼβ (9) εἰρημένον, « Ἐγώ εἰμι ὁ ὀφθείς σοι ἐν

Quomodo autem intelligendum est illud, quod in Exodo scriptum est: « Et mane surgens Moyses ascendit in montem Sina, sicut præcepit ei Dominus. Et sumpsit Moyses tabulas lapideas. Et descendit Dominus in nube, et astitit illic, et locutus est nomine Domini. Et transiit Dominus a facie Domini [22]? » Quis ergo Dominus locutus est in nomine Domini, et quis Dominus transivit a facie Domini? Quid etiam sibi vult illud quod ad Jacob

[13] Gen. XVIII, 1-3. [14] ibid. 9, 10. [15] Gen. XI, 7. [16] Psal. CIX, 3. [17] Psal. LXXI, 17. [18] Psal. II, 7, 8. [19] II Reg. VII, 14. [20] Gen. XIX, 24. [21] Gen. IX, 6. [22] Exod. XXXIV, 4-6.

(4) Romana LXX Interpretum editio et Justinus Martyr legit, εἰστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν προσέδραμεν. Ita etiam legit Euseb. *Dem. evangel.* lib. V, c. 9, et alii.

(5) In Romana LXX Interpretum editione est tantum, *Ante solem permanebit nomen ejus.* Vel ut alii codd., Nobilio teste, legunt, *permanet*; sed in editione illa Psalterii ex eorumdem LXX interpretum translatione, quam Romanam vocant, et Italæ antiquissimæ versionis partem esse credunt, legitur, *Ante solem permanebit nomen ejus: et ante lunam sedes ejus*, ut videre est in duplicis Psalterii editione a clarissimo viro Josepho Maria Caro, alias Thomasio procurata. Hanc itaque lectionem Nyssenus sequitur.

(6) In Vaticano codice est, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ, καὶ πᾶς, etc.: nos postremum illud, καὶ τό, delendum censuimus, cum nec in Siphani versione reperiatur.

(7) Romana LXX Interpretum editio legit, ἐκάλεσε· sed et Eusebium Cæsariensem, ἐλάλησε, legisse notat ibidem Nobilius.

(8) Eadem editio, καὶ παρῆλθε Κύριος πρὸ προσώπου αὐτοῦ. *Et transiit Dominus ante faciem ejus.*

(9) In Vaticano codice recentiori, et in alio, quo usus est Siphanus, scribitur, πρὸς Ἀβραάμ, manifesto librarii errore; nam hic locus in iis Geneseos capitibus, in quibus de Abrahamo sermo est,

dixit, « Ego sum, qui apparui tibi in loco Dei [23]? » Quomodo item illud, « Adorent eum omnes angeli Dei [24]? » Quem, et cujus Dei? Dicit Moyses: « Et dedit Dominus terminum, dicens: Cras faciet Dominus verbum hoc super terram [25]; » et rursus, « Confortare, Zorobabel, quoniam ego vobiscum sum, et Verbum meum bonum, et Spiritus meus in medio vestrum [26]. » Quid opus erat trium mentionem facere, nisi unumquodque in propria persona subsisteret? Et rursus: « Dixit Dominus ad Moysem: Descendens testare populo, et purifica illos hodie et cras, et lavent vestimenta, et sint parati in diem tertiam. Tertia autem die descendet Dominus in montem Sina coram omni populo [27]. » Non dixit, Descendam. « Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus: effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ somnia somniabunt [28]. » Et post nonnulla: « Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et illustris [29]. » Non dixit, Diem meum. « Et erit, quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit [30]. » Non dixit, Nomen meum. Et rursus, « Dominus de cœlo in terram aspexit, ut videret gemitum compeditorum; ut solvat filios mortificatorum; ut annuntiet in Sion nomen Domini [31]. » Non dixit, Nomen ejus. Et rursus, « Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos [32]. » Et iterum, « Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum deprecabor [33]. Quis igitur Dominus apud Deum? Ex persona Dei, « Subverti vos, sicut subvertit Deus Sodomam, et Gomorrham [34]. [Et Isaias] quando vidit gloriam ejus [35] (11). Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est [36]? » Non dixit, Et brachium tuum. En, Deo juvante, hypostases sanctæ et substantialis Trinitatis, pluribus sunt demonstratæ.

A τόπῳ Θεοῦ; » Πῶς δὲ τὸ, « Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ; » Τίνι, καὶ ποίου Θεοῦ; Λέγει Μωσῆς· « Καὶ ἔδωκε Κύριος ὅρον, λέγων· Ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ ποιήσει Κύριος τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς· » καὶ πάλιν· « Ἴσχυε, Ζοροβάβελ, διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὁ Λόγος μου ὁ ἀγαθὸς, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐν μέσῳ ὑμῶν. » Τίς οὖν χρεία τριῶν μνησθῆναι, εἰ μὴ ἕκαστον ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει; Καὶ πάλιν· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Καταβὰς διαμάρτυραι τῷ λαῷ, καὶ ἅγνισον αὐτοὺς σήμερον καὶ αὔριον, καὶ πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἔστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην. Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τρίτῃ καταβήσεται Κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ. » Καὶ οὐκ εἶπε· Καταβήσομαι. « Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει Κύριος, B ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται. » Καὶ μετά τινα· « Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. » Οὐκ εἶπε· Τὴν ἡμέραν μου. « Καὶ ἔσται, ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. » Καὶ οὐκ εἶπε· Τὸ ὄνομά μου. Καὶ πάλιν· « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψε, τοῦ ἰδεῖν (10) τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδημένων, τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων, τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα Κυρίου. » Οὐκ εἶπε· Τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· « Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. » Καὶ πάλιν· « Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν C Θεόν μου δεηθήσομαι. » Τίς οὖν ὁ Κύριος παρὰ τῷ Θεῷ; Ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Κατέστρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ. Κύριε, τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου, τίνι ἀπεκαλύφθη; » Οὐκ εἶπε· Καὶ ὁ βραχίων σου. Ἰδοὺ ἀποδέδεικται σὺν Θεῷ διὰ πλειόνων τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος αἱ ὑποστάσεις.

II. *Ejusdem alia de adventu Domini in carne.*

« Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc autem in terris visus fuit, et cum hominibus conversatus est [37]. » Item, « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit [38]. » Et rursus, « Videbitur Deus deorum in Sion [39]. »

Β'. *Τοῦ αὐτοῦ ἕτερα περὶ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Κυρίου παρουσίας.*

« Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν D αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ (12) τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » — « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. » Καὶ πάλιν· « Ὀφθήσεται ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. »

[23] Gen. XXXI, 13. [24] Psal. XCVI, 7; Hebr. I, 6. [25] Exod IX, 5. [26] Aggæi II, 5, 6. [27] Exod. XIX, 10, 11 [28] Joel II, 28. [29] ibid. 31. [30] ibid. 32. [31] Psal. CI, 20, 22. [32] Psal. II, 4. [33] Psal. XXIX, 9. [34] Amos IV, 11. [35] Joan. XII, 41. [36] Isa. LIII, 1. [37] Baruch III, 36-38. [38] Psal. XLIX, 3. [39] Psal. LXXXIII, 8.

non reperitur; nos autem mendum istud sustulimus, ex Gen. cap. XXXI. 13, in quo hæc verba Dominum Jacobo dixisse legimus.

(10) Eadem editio, τοῦ ἀκοῦσαι, *ut audiret.*

(11) Hæc verba nil ad rem facere videntur. Siphanus in sua versione sic habet, *Subverti vos, quemadmodum subvertit Deus Sodomam, et Gomorram. (Et Isaias) quando vidit gloriam ejus;* sed quia Isaiæ nomen semicirculis includit, clare satis indicare videtur, verba illa non exstitisse in scripto codice, quo utebatur; sed ex conjectura a se fuisse addita. — Zacagnio minime assentior, cui verba hæc, *Quando vidit gloriam ejus*, nil ad rem facere visa sunt. Ea enim S. Pater desumpsit ex Joan. XII, 4, ubi sic: Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ· ut proinde recte Siphanus iis præmiserit in sua versione, *Et Isaias*, quæ in textu librario exciderint.

(12) Romana editio, eodem sensu remanente, nonnihil variat in verbis.

Καὶ πάλιν, « Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » A « Ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν ἑαυτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ Ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. » Χαῖρε σφόδρα, Θύγατερ Σιών· κήρυσσε, Θύγατερ Ἱερουσαλήμ. Ἰδοὺ ὁ Βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον ὄνου (13). » Τίς δέ ποτε τῶν βασιλέων, ὄνῳ καθήμενος, εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσῆλθε; Καὶ πάλιν, « Τέρπου καὶ εὐφραίνου, Θύγατερ Σιών, διότι ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. » Καὶ πάλιν, « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου (14). » Καὶ πάλιν, « Στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι B Ἱερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν. » Καὶ μετὰ βραχέα, « Ἔδειξέ μοι Κύριος τὸν Ἰησοῦν (15), τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου· καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, διάβολε. Καὶ διεμαρτύρατο ὁ ἄγγελος Κυρίου πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐὰν ταῖς ὁδοῖς (16) μου πορεύσῃ, καὶ ἐὰν τὰ προστάγματά μου φυλάξῃ, καὶ σὺ διακρινεῖς (17) τὸν οἶκόν μου. Καὶ πάλιν, « Ἄκουε δὴ, Ἰησοῦς, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. » Ἡσαΐας, « Ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσι (18), καὶ εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι (19). » (Καὶ πάλιν, « Καὶ βασιλέα μέγαν ὄψεσθε. » Θεὸν δὲ C οὐδεὶς ὁρᾷ.) Καὶ πάλιν· » Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν· « Ἰδοὺ πάρειμι τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. » Δαβὶδ, « Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι. Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. » Καὶ πάλιν, « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. » Τὸ ἀτάραχον καὶ ἄνευ ψόφου τῆς καταβάσεως σημαίνων· ἐπὶ γὰρ τὴν γῆν ὑετὸς καταβαίνων, ψόφον ποιεῖ· ἐπὶ δὲ πόκον ἐρίου καταβαίνων, οὐ ποιεῖ. Μιχαίας, « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ γὰρ σοῦ ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος, (20) ὃς ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ· καὶ

Et rursus, « Deus Dominus et illuxit nobis [40]. » Item, « Subito veniet in templum suum Dominus quem vos quæritis, et Angelus testamenti quem vos vultis [41]. » Item, « Gaude vehementer, filia Sion, prædica, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, et ascendens super subjugalem et pullum asinæ [42]. » Quis vero regum unquam asino insidens, Hierosolymam ingressus est? Et rursus, « Lætare et gaude, filia Sion, quia ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum [43]. » Et rursus, « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te [44]. » Et rursus, « Stabunt pedes ejus in die illa super montem olivarum, qui est contra Hierusalem ab Oriente [45]. » Et post pauca, « Ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum stantem ante faciem angeli Domini; et diabolus stabat a dexteris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te, diabole [46]. Et contestabatur angelus Domini ad Jesum, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Si viis meis ambulaveris, et præcepta mea custodieris, et tu judicabis domum meam [47]. » Et rursus, « Audi ergo, Jesu sacerdos magne [48]. » Isaias, « Manifestus factus sum non quærentibus me; inventus sum ab his qui me non interrogabant [49]. » (Et rursus: « Et Regem magnum videbitis [50]. » Deum autem nemo videt.) Et rursus, « Apparebit Dominus super eos, et disperdet omnes deos gentium [51]. » Et rursus, « Ecce adsum genti, qui non invocaverunt nomen meum [52]. » David, « Qui sedes super Cherubim, appare. Excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos [53]. » Et rursus, « Descendet sicut pluvia in vellus [54]. » Quibus verbis significat descensionem ejus fore quietam, ac sine strepitu; pluvia enim super terram descendens, strepitum facit, secus vero, si super lanæ vellus descendat. Michæas, « Et tu, Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exibit mihi dux, qui pascat populum meum Israel; et egressus ejus

[40] Psal. CXVII, 27. [41] Malach. III, 1. [42] Zach. IX, 9. [43] Zach. II, 10, 11. [44] Malach. III, 1; Matth. XI, 10. [45] Zach. XIV, 4. [46] Zach. III, 1, 2. [47] ibid. 6. [48] ibid. 8. [49] Isa. LXV, 1. [50] Isa. XXXIII, 17. [51] Soph. II, 11. [52] Isa. LXV, 1. [53] Psal. LXXIX, 2, 3. [54] Psal. LXXI, 6.

(13) Ita et apud Justinum Martyrem legitur; sed D in editione LXX Interpretum est, πῶλον νέον, *pullum novum*, atque ita etiam legitur apud Euseb. *Demonstr. evang.* lib. II, c. 2, n. 28. Justini tamen lectionem sequi videtur Irenæus lib. IV *Adversus hæres.* cap. 66, et Cyprianus lib. II, *Testim.*, c. 29.

(14) Hic incipit antiquior Vaticanus codex num. 1907.

(15) Male recentior codex Vaticanus, ἔδειξέ με τὸν Ἰησοῦν.

(16) Codex antiquior, ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς, quam lectionem in aliquibus codicibus, et apud Hieronymum quoque reperiri notat Nobilius.

(17) Male recentior codex, καὶ σὺ δὲ διακρινεῖς.

(18) In Romana LXX Interpretum editione priore loco est, ἐπερωτῶσιν, posteriore, ζητοῦσιν, secus atque legit Justinus Martyr in *Dialogo cum Tryphone* pag. 242; D. Hieronymus, et S. Cyprianus lib. I *Testimon. adversus Judæos* cap. 21; itemque Irenæus lib. III *Adversus hæreses*, cap. 5, qui cum Nysseno concordant.

(19) Quæ semicirculis includuntur, desunt in recentiori Vaticano codice, et in alio, quo usus est Siphanus. Videtur autem respicere Nyssenus ad locum, ni fallor, Isaiæ XXXIII, 17, ubi ait, *Regem cum gloria videbitis.*

(20) Comma istud usque ad illa verba, καὶ ἔξοδοι, non habetur in Romana LXX Interpretum editione,

ab initio, ex diebus sæculi [55]. » Moyses, « Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me; ipsum audietis juxta omnia, quæcunque locutus fuerit vobis : et erit, quicunque non audierit prophetam illum, disperdetur [56]. »

Multi prophetæ suscitati sunt. De quo ergo eorum loquitur? Qui vero suscitabitur, legem ne Moysis docebit, an aliam? Si Moysis quidem legem, ad quid supervacanea alterius suscitatio, cum Moyses sufficiat? Sin autem aliam, dicant quæ sit, et quænam ejus doctrina, et quinam Propheta ipse? Nemo enim alienigena quidquam earum rerum quæ ad legem pertinent, vel petiit, vel edoctus fuit ab eis. Quin et universi Deus prædictionem de semetipso factam confirmavit, dum inquit, « Recte omnia locuti sunt. Prophetam eis suscitabo ex medio fratrum ipsorum, sicut te : et dabo verbum meum in ore ejus [57]. » Perpende igitur vim hujus dicti; neque enim alii prophetæ dixit se dedisse verbum; nam illi servorum more ministrantes, dicebant : « Hæc dicit Dominus. » Hic vero eadem, qua Pater, auctoritate leproso dicebat, « Volo, mundus esto [58]. » Mortuis quoque dicebat, « Adolescens, tibi dico, surge [59], » et, « Lazare, veni foras [60]. » Comminatur mari; et spiritibus cum potestate dicit, « Tace, obmutesce [61]. » Quid autem sibi velit illud, « Prophetam sicut te, » si Moysis legem cum Christi lege comparaverimus, nullo negotio intelligemus, simulque eorum verborum mentem assequemur, quæ Moyses in lege protulit, dum ait, Non licere ad ejus mandata quidpiam adjicere, nec ab eisdem auferre [62]. Præterea dum ait, « Ipsum audietis juxta omnia, quæcunque locutus fuerit vobis [63], » significat excellentiam ejus de quo prædicebatur. Isaias, « Ecce Deus noster, ecce Dominus cum fortitudine venit, et brachium cum dominatione [64]. » David, « Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam : De fructu ventris tui ponam super sedem tuam [65]. » Et rursus, « Disposui testamentum electis meis. Juravi David servo meo : Usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem, et generationem sedem tuam [66]. » In Paralipome-

ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος (21). » Μωσῆς, « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος (22) ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσει πρὸς ὑμᾶς· καὶ ἔσται, ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. »

Πολλοὶ ἀνέστησαν προφῆται. Ἄρα περὶ ποίου αὐτῶν λέγει; Οὗτος δὲ ὁ ἀναστησόμενος, ἆρα τὰ Μωσέως διδάξει, ἢ ἕτερα; Εἰ μὲν τὰ Μωσέως, τί τὸ περίεργον, ἄλλον ἀναστῆναι ἀρκοῦντος Μωσέως; Εἰ δὲ ἕτερα, εἰπάτωσαν, καὶ ποῖα ἦν τὰ διδάγματα αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ προφήτης; τῶν γὰρ νενομισμένων οὐδεὶς ἔξωθεν, ἢ ἐδίδαξεν, ἢ ᾔτησε παρ' αὐτῶν τι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐκύρωσε (23) τὴν περὶ ἑαυτοῦ προφητείαν, εἰπὼν, « Ὀρθῶς πάντα ἐλάλησαν· Προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὥσπερ σέ· καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Σκόπει οὖν τὴν δύναμιν τοῦ ῥητοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλῳ προφήτῃ εἶπε δεδωκέναι ῥῆμα· αὐτοὶ γὰρ δουλοπρεπῶς διακονοῦντες ἔλεγον· « Τάδε λέγει Κύριος. » Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ πατρικὸν ἀξίωμα, ἔλεγε τῷ λεπρῷ, « Θέλω, καθαρίσθητι. » Τοῖς τεθνεῶσι, « Νεανίσκε (24), σοὶ λέγω, ἐγέρθητι· » καὶ, « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐν ἐξουσίᾳ, λέγων, « Σιώπα, πεφίμωσο. » Τί δὲ τὸ, « Προφήτην ὥσπερ σέ; » Ἀντιπαραθέντες τὰ Μωσέως τοῖς Χριστοῦ (25) εὑρήσομεν ἐπὶ σχολῆς, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Μωσέως ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῶν προσθεῖναι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπ' αὐτῶν ἀφελεῖν. Εἶτα καὶ εἰπὼν, « Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς, » σημαίνει τὸ ὑπέροχον (26) τοῦ προφητευομένου. Ἠσαΐας (27), « Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν (28)· ἰδοὺ Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας. » Δαβὶδ, « Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν (29)· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. » Καὶ πάλιν, « Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου. Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου· Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. » Ἐν τοῖς Παραλειπομένοις· « Καὶ ἔσται ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου. Καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, ὃ (30) ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον· καὶ

[55] Mich. v, 2. [56] Deut. xviii, 15, 19. [57] Deut. xviii, 15, 18. [58] Matth. viii, 3. [59] Luc. vii, 14. [60] Joan. xi, 43. [61] Marc. i, 25. [62] Deut. xii, 32. [63] Deut. xviii, 48. [64] Isa. xl, 10. [65] Psal. cxxxi, 11. [66] Psal. lxxxviii, 4, 5.

nec apud Cyprianum lib. ii *Testim. adversus Judæos*, cap. 12, sed nihilominus exstant apud Justinum in *Dialogo cum Tryphone* pag. 303, et Tertullianum *Adversus Judæos*, cap. 13. Cæterum antiquior Vaticanus codex ante verbum, ἔξοδοι, articulum ponit.

(21) Codex recentior, ἕως αἰῶνος. Ita et Siphani codex.

(22) Hæc de Christo prophetia diversis verbis exprimitur in Romana LXX Interpretum editione; sed Nyssenus lectionem sequitur, quæ habetur Act. iii, 22.

(23) Codex recentior, τὴν περὶ αὐτοῦ, quo pacto et Siphanus legit.

(24) In eodem codice deest, νεανίσκε, nec ista vox in Siphani versione apparet.

(25) Codex antiquior, τοῖς τοῦ Κυρίου.

(26) Codex vetustior, ὑπερέχον.

(27) Male recentior codex, Σοφονίας.

(28) Siphani codex, ὑμῶν, *vester*, juxta LXX Interpretum editionem.

(29) Codex recentior, et Siphanus legit, αὐτόν, ut etiam legitur apud Irenæum lib. iii *Adversus hæreses* cap. 9.

(30) In editione LXX Interpretum est, ὅς, *qui*.

significationem, ut fugiant a facie arcus [54]. « Ezechiel, « Fili hominis, transi mediam Jerusalem, et da signum super frontes virorum gementium, et dolentium super iniquitatibus, quæ fiunt in medio ipsorum [55]. » Et rursus, « Sex viri veniebant a porta excelsa, quæ respicit ad aquilonem, et uniuscujusque securis in manu ejus. Audientes, ite in civitatem, et percutite, et non parcite oculis vestris, et non miseremini ; senem, et adolescentem, et virginem, et parvulos, et mulieres interficite ad internecionem. Super omnes autem, super quos est signum meum, ne appropinquetis [56]. » Sacrificia autem illis facienda præscripsit, non quod Deus sacrificiis holocaustisque indigeret, sed quia cum Levitica tribus sortem in promissionis terra non haberet, quippe quod ipse Deus sors ejus erat, hanc eis alimenta sibi comparandi rationem tribuit ; nolebat enim eos qui sacerdotio fungerentur, labore manuum, negotiatione aliisque fraudulentis artibus ali.

XV. *De Evangelio.*

David, « Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa [57]. » Et rursus, « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem [58] ! »

XVI. *De incredulitate Judæorum, et Ecclesia gentium.*

Isaias Dei nomine, « Neque nosti, neque scisti, neque a principio aperui aures tuas ; noveram enim quoniam prævaricans prævaricaberis [59]. » Et rursus, « Magnum nomen ejus in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum [60]. » Michæas, « Et erit in novissimis dierum manifestus mons Domini, præparatus super vertices montium, et elevabitur super colles ; et festinabunt ad eum populi, et ibunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob ; et illuminabunt nos viis ejus, quia de Sion exiet lex, et verbum Domini de Jerusalem [61]. » Jeremias, « Et dixit Dominus ad me : Ecce dedi verba mea in os tuum ; ecce constitui te hodie super gentes et super reges, ut eradices, et detrunces, et disperdas, et reædifices et plantes [62]. » Si hæc de Jeremia dicta sunt, ecquæ regna iste evertit, aut quas gentes perdidit ? Verum de Do-

A φοβουμένοις σε σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου. » Ἰεζεκιήλ, « Υἱὲ ἀνθρώπου, δίελθε μέσον τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δὸς τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα (5) τῶν ἀνθρώπων, τῶν στεναζόντων, καὶ κατωδυνωμένων ἐπὶ ταῖς ἀδικίαις, ταῖς γινομέναις ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Καὶ πάλιν, « Ἓξ ἄνδρες ἤρχοντο ἀπὸ τῆς πύλης τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν, καὶ ἑκάστου ἡ πέλυξ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ (6)· ἀκούοντες (7) πορεύεσθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ κόπτετε, καὶ μὴ φείσασθε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ μὴ ἐλεήσητε· πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, καὶ παρθένον (8), καὶ νήπια, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε (9) εἰς ἐξάλειψιν· ἐπὶ δὲ πάντας, ἐφ' οὓς ἐστι τὸ σημεῖόν μου, μὴ ἐγγίσητε. » Περὶ δὲ τοῦ θύειν αὐτοὺς εἴρηται, οὐχ ὅτι ὁ Θεὸς ἐδεῖτο θυσιῶν, ἢ ὁλοκαυτωμάτων, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ Λευϊτικὴ φυλὴ B οὐκ εἶχε κλῆρον ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς κλῆρος αὐτῆς, ταύτην ἔδωκεν αὐτοῖς εἰς τὸ τρέφεσθαι πρόφασιν· οὐκ ἐβούλετο γὰρ αὐτοὺς ἱερατεύοντας, ἀπὸ πόνου καὶ πραγματείας, ἤγουν καπηλείας, τρέφεσθαι.

ΙΕ'. *Περὶ τοῦ Εὐαγγελίου.*

Δαβὶδ, « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Καὶ πάλιν, « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην ! »

ΙϚ'. *Περὶ τῆς ἀπιστίας τῶν Ἰουδαίων, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας.*

Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, « Οὔτε ἔγνως, οὔτε ἠπίστασο (10), οὔτε ἀπ' ἀρχῆς ἤνοιξά (11) σου τὰ C ὦτα· ᾔδειν γὰρ, ὅτι ἀπειθῶν ἀπειθήσεις (12). » Καὶ πάλιν, « Μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι (13) καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά. » Μιχαίας, « Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ σπεύσουσι (14) πρὸς αὐτὸ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι, δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ φωτιοῦσιν ἡμᾶς ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ (15)· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. » Ἱερεμίας (16), « Καὶ εἶπε Κύριος πρός με, ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου ἐν τῷ στόματί σου· ἰδοὺ κατέστησά σε σήμερον ἐπ' ἔθνη, καὶ βασιλεῖς ἐκριζοῦν, καὶ κατακόπτειν, καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν. » Καὶ εἰ

[54] Psal. LIX, 6. [55] Ezech. IX, 4. [56] ibid. 2, 5. [57] Psal. LXVII, 12. [58] Isa. LII, 7 ; Rom. X, 15. [59] Isa. XLVIII, 8. [60] Malach. I, 11. [61] Mich. IV, 1, 2. [62] Jer. I, 10.

(5) Siphani codex, et Vaticanus recentior ἐπὶ τὸ μέτωπον.

(6) Male in recentiori Vaticano, καὶ ἕκαστος πέλυξ ἐστὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Siphanus legit ἑκάστῳ.

(7) Hic multum discrepat editio Romana, quæ habet, καὶ τούτοις εἶπεν ἀκούοντός μου. Apud Tertullianum tamen *adv. Jud.* cap. 11 legitur, *Et in his dixit ad audientem.*

(8) Codex antiquior καὶ παρθένους· sed in singulari, παρθένον, habet etiam Tertull. *adv. Jud.* cap. 11, Cyprianus adv. eosdem lib. II, cap. 22 et alibi.

(9) Siphani codex et recentior Vat. καὶ ἀποκτείνατε· sed eam particulam nec editio LXX Interpr., nec Tertullianus, nec Cyprianus habent.

(10) Romana editio ἠπίστω.

(11) Siphani codex, et Vaticanus recentior, ἤνοιξας, *aperuisti.*

(12) Editio Romana LXX Interpr. ἔγνων γὰρ ὅτι ἀθετῶν ἀθετήσεις.

(13) Codex Vaticanus recentior, ἐπὶ τοῖς ἔθνεσι. Mox in vetustiori deest τόπῳ, librarii, ut videtur, errore.

(14) Male codex antiquior σπείσουσι.

(15) Ita et Justinus legit in *Dial. cum Tryphone* pag. 336, sed habet τὴν ὁδὸν αὐτοῦ.

(16) Locus iste Jeremiæ paulo diversis verbis, sed eodem fere sensu legitur in Romana LXX Interpretum editione.

ταῦτα περὶ Ἱερεμίου, ποίας βασιλείας ἐξεῤῥίζωσεν, ἢ A ποῖα ἔθνη ἀπώλεσεν; Ἀλλὰ περὶ τοῦ Κυρίου εἴρηται, ἐκριζώσαντος ἀπὸ πάσης ψυχῆς πιστευούσης αὐτῷ τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀντικειμένου, ὃς κατέστρεψε τὰ οἰκοδομήματα τῆς κακίας, καὶ τῶν μοχθηρῶν δογμάτων (17), καταφυτεύσας τὰ κρείττονα. Δαβὶδ, « Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογίας λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν. Λαὸς, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι (18)· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. » Μωϋσῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ, « Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ πέρατα (19) τῆς γῆς. » Καὶ πάλιν, « Ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων (20), ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστίν. Υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς· αὐτοὶ B παρεζήλωσάν (21) με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. » Καὶ ἀλλαχοῦ, « (22) Δώσει, » φησὶν, « τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ. » Ἡσαΐας (23), « Ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. ([24] Εἶπα, Ἰδοὺ πάρειμι ἔθνει (25), οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. ») Δαβὶδ, « Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. » Περὶ δὲ τῶν ἐθνῶν λέγει, « Ἀπαγγελῶ (26) τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. » Περὶ Ἰουδαίων, « Δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται τὸ ὄνομά μου διὰ παντὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι. » Μαλαχίας, « Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν C ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » ([27] Περὶ Ἐθνῶν δὲ, « Ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς Ἔθνεσι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ») « καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς Ἔθνεσι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » (Περὶ δὲ Ἰουδαίων λέγει,) « Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. » Δαβὶδ, « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Μωϋσῆς (28), « Ἔασόν με ἐξαλεῖψαι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ δώσω σοι ἔθνος μέγα, καὶ πολὺ,

mino dicta sunt, qui in omni fideli anima adversarii regnum evertit, qui malitiæ molimina destruit, et perversorum loco meliora dogmata plantat. David, « Erue me de contradictionibus populi; constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi, servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi. Filii alieni mentiti sunt mihi; filii alieni inveterati sunt et claudicaverunt a semitis suis [63]. » Moyses Dei nomine ad Abraham, « Et benedicentur in te omnes termini terræ [64]. » Et rursus, « Avertam faciem meam ab eis; et ostendam quid erit eis in novissimis, quoniam generatio perversa est. Filii quibus non est fides in eis; ipsi ad zelum provocaverunt me in non Deo, exacerbaverunt me in idolis suis, et ego provocabo eos ad zelum in non gente: in gente stulta irritabo illos [65]. » Et alibi, « Dabit, » inquit, « pessimos pro sepultura ejus [66]. » Isaias, « Manifestus factus sum non quærentibus me: inventus sum ab his, qui me non interrogabant. (Dixi, Ecce adsum genti, qui non invocaverunt nomen meum) [67]. » David, « Alienatus factus sum fratribus meis, et hospes filiis matris meæ [68]. » De gentibus autem ait, « Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te [69]. » De Judæis, « Propter vos blasphematur nomen meum semper in gentibus [70]. » Malachias, « Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens [71]. » (De Gentibus autem, « Quia a solis ortu usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens:) et in omni loco incensum offertur nomini meo, et magnum est nomen meum in Gentibus, dicit omnipotens [72]. » (De Judæis autem dicit,) « Vos autem contaminatis illud [73]. » David, « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [74]. » Moyses, « Sine me delere populum hunc, et dabo tibi gentem magnam, et multo magis quam hæc [75]. » Isaias de Judæis, « Audite verbum Domini, filii Sodomorum; attendite legi Dei populus Gomorrhæ [76]. » Et rursus, « Sabbata vestra, et neomenias vestras odit anima mea: vota vestra non exaudiam.

[63] Psal. XVII, 44-46. [64] Gen. XII, 3. [65] Deut. XXXII, 20. 21. [66] Isa. LIII, 9. [67] Isa. LXV, 1. [68] Psal. LXVIII, 9. [69] Psal. XXI, 23. [70] Isa. LII, 5. [71] Malach. I, 10. [72] ibid. 11. [73] ibid. 12. [74] Psal. II, 8. [75] Exod. XXXII, 10. [76] Isa. I, 10. [77] ibid. 13-16.

(17) In recentiori codice Vaticano est δομημάτων, inepta lectio. Siphanus legisse videtur, βλαστημάτων, vertit enim *stolones et malleoli*; sed legendum δογμάτων iuxta vetustiorem Vaticanum codicem.

(18) In antiquiori Vaticano, με.

(19) In Romana editione, πᾶσαι αἱ φυλαί, quemadmodum etiam legit Justinus in *Dial.* pag. 348, et Cyprianus.

(20) Romana LXX Interpr. editio, ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν. Sed Justinus in *Dial. cum Tryph.* pag. 347, non habet ἡμερῶν, neque etiam Tertul. *adv. Marc.* lib. IV, c. 31.

(21) Ita Justinus quoque modo relatus legit, atque ita legisse videtur Tertullianus; nam habet hic *provocaverunt*, et mox *provocabo*: sed in editione Romana LXX Interpretum est παρώξυναν.

(22) De hac lectione vide Nobilium in Notis.

D (23) De hoc Isaiæ loco vide supra in Notis ad cap. 2, n. 5.

(24) Quæ semicirculis includuntur desunt in recentiori Vaticano, sed habentur apud Siphanum.

(25) In Vaticano cod. est ἔθνου, manifesto librarii errore. Editio Romana, et alii legunt, ἰδοὺ εἰμὶ ἔθνει, et Justinus in *Dialogo cum Tryph.* pag. 242, εἰμὶ ἔθνεσιν.

(26) Editio Romana, διηγήσομαι, eamque lectionem sequuntur Tertullianus et Cyprianus.

(27) Quæ tam hic, quam infra semicirculis includuntur desunt in recentiori Vaticano et apud Siphanum.

(28) Videtur Nyssenus respicere ad locum Exod. XXXII, 10, ejusque referre sensum, non verba.

Lavamini, puri estote. Manus vestræ inquinatæ sunt sanguine[77]. » Et cum lex aperte dicat non oportere festum extra Jerosolymam ac templum celebrare, juxta illud, « Te decet hymnus, Deus in Sion; et tibi reddetur votum in Jerusalem[78]; » nihilominus scriptum est, « Adorabunt Dominum unusquisque de loco suo[79]. » Et rursus Propheta, « Magnum nomen ejus in Gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini ejus, et sacrificium mundum. » « Vos autem interficiet Dominus, servientibus autem mihi vocabitur nomen novum, cui benedicetur super omnem terram[80]. » At quid magis novum, quam nomen Christianorum? Et David, « Annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus[81]. » Cum autem David ait, « Deus inhabitare facit unius moris in domo[82], » morem illum significat, quo Mosaicæ legi addicti cæterarum gentium consortia vitabant. Isaias, « Implebitur omnis terra cognitione Domini, ut aqua multa ad operiendum mare[83]. » David, « Memores erunt, et convertentur ad Dominum omnes termini terræ, et adorabunt coram eo omnes patriæ Gentium, quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur in Gentes[84]. » Haud alienum autem fuerit sciscitari etiam a Judæis, quæ nunc forte lex vigeat; Mosaica ne, quæ obsolevit, atque negligitur, propterea quod nec templum nunc sit, nec locus, nec propheta, qui futurorum quidpiam prænuntiet; nec arca, in qua legis tabulæ atque Decalogus servabantur, in quibus tres illas solemnes celebritates peragere oportebat, et non alibi. Item, « Quia auferetur a Judæis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus[85]. » Hæc autem non alia fuerit, quam Christianorum gens, quæ vitæ legis divinæ institutis consonæ fructus exhibet. David, « Confessio et magnificentia opus ejus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi[86]. » Confitetur autem Patri non sua ipsius peccata, qui innocens est, sed eorum peccata, qui in ipsum credunt: nam cum dicat David, « Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis[87], » et reliqua, Isaias clarius ait, « Dicit Dominus Christo meo Cyro[88]. » Aiunt autem hæc de Cyro Persarum rege dicta esse, sed ridicula est hujuscemodi opinio. Quomodo enim reliqua Cyro conveniunt? « Apprehendi dexteram tuam; obedient ante faciem ejus gentes; et fortitudinem regum disrumpam; aperiam ante eum januas, et civitates non claudentur. Ante te ibo, et montes

A μᾶλλον τούτου. » Ἡσαΐας περὶ Ἰουδαίων, » Ἀκούετε λόγον Κυρίου υἱοὶ Σοδόμων (29)· προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόῤῥας. » Καὶ πάλιν, « Τὰ Σάββατα ὑμῶν, καὶ τὰς νεομηνίας μισεῖ ἡ ψυχή μου· καὶ τὰς εὐχὰς ὑμῶν οὐ προσδέξομαι· λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· αἱ χεῖρες ὑμῶν μεμολυσμέναι αἵματι. » Καὶ ὅτι τοῦ νόμου σαφῶς διαγορεύοντος τὸ μὴ δεῖν ἔξω Ἰερουσαλὴμ καὶ τοῦ ναοῦ ἑορτάζειν κατὰ τὸ, « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών· καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλὴμ, » γέγραπται, « Ὅτι προσκυνήσουσι τῷ Κυρίῳ ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ ἕκαστος (30). » Καὶ πάλιν ὁ Προφήτης, « Μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς Ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ θυσία καθαρά. » « Ὑμᾶς δὲ ἀνελεῖ Κύριος· τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται
B ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. » Τί δὲ καινότερον τοῦ τῶν Χριστιανῶν ὀνόματος; Καὶ ὁ Δαβὶδ, « Ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος. » Καὶ ὅτι μὲν τὸ εἰπεῖν τὸν Δαβὶδ τὸ, « Ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ, » σημαίνει τὸ πρὸς τὰ Ἔθνη τὸ τῶν ὑπὸ νόμον ἄμικτον. Ἡσαΐας, « Πληρωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλῦψαι (31) θάλασσαν. » Δαβὶδ, « Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. » Καλὸν δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι τῶν Ἰουδαίων, τίς ὁ κρατῶν ἐστι
C νῦν ἄρα (32), πότερον ὁ Μωσαϊκὸς νόμος, οὗ παράβασίς ἐστι νῦν, καὶ οὐ τήρησις, διὰ τὸ μηδὲ τὸν ναὸν, ἢ τὸν τόπον εἶναι, ἢ προφήτην προμηνύοντά τι τῶν μελλόντων, ἢ τὴν κιβωτὸν, ἐν ᾗ αἱ πλάκες, καὶ ἡ Δεκάλογος, ἐν οἷς ἔδει (33) τὰς τρεῖς ἑορτὰς πληροῦν, καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ. Καὶ, « Ὅτι ἀρθήσεται ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. » Τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ Χριστιανῶν ἔθνος, τοὺς προσήκοντας καρποὺς τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἐπιδεικνύμενον. Δαβὶδ, « Ἐξομολόγησις καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Ἐξομολογεῖται δὲ τῷ Πατρὶ, οὐ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ὁ ἄμωμος, ἀλλὰ τὰς τῶν ἐπ' αὐτῷ πιστευόντων· ὅτι
D τοῦ Δαβὶδ εἰπόντος, « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » καὶ τὰ λοιπὰ, Ἡσαΐας σαφέστερον λέγει, « Λέγει ὁ Κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ (34). » Λέγουσι δὲ εἰς Κύρον τὸν Πέρσην εἰρῆσθαι ταῦτα. Γελοῖον δέ· ποῦ γὰρ ἁρμόζει Κύρῳ τὰ

[77] Psal. LXIV, 2. [78] Soph. II, 11. [79] Malach. I, 11. [80] Isa. LXV, 15. 16. [81] Psal. XXI, 32. [82] Psal. LXVII, 7. [83] Isa. XI, 9. [84] Psal. XXI, 28, 29. [85] Matth. XXI, 43. [86] Psal. CX, 3. [87] Psal. CIX, 1. [88] Isa. XLV, 1.

(29) In editione Romana, et apud alios est ἄρχοντες Σοδόμων, post quæ verba codex Siphani et Va[illegible]anus recentior addunt καί. Sequentia vero prophetæ verba in epitomen redegit Nyssenus.

(30) In vetustiori Vaticano deest, ἕκαστος· sed habebatur in Siphani codice, et in editione Romana. Eusebius *Dem. Evang.* lib. I, c. 6, pag. 19, ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν. Vide eumdem lib. III, [illegible] 2, num. 16.

(31) Codex recentior Vaticanus, καλῦψαι.

(32) In recentiori Vaticano est, τοὺς Ἰουδαίους, τίς ὁ κρατῶν ἐστιν ἄρα, atque ita etiam legisse videtur Siphanus; vertit enim, *Quid nunc igitur obtinet.*

(33) Hæc verba subjungenda esse videntur post præcedentia illa, διὰ τὸ μηδὲ τὸν ναὸν, ἢ τὸν τόπον εἶναι.

(34) Hunc Isaiæ locum intelligendum esse de Christo Tertullianus quoque *adv. Judæos* c. 7, et Cyprianus lib. I *Testim.*, cap. 21, autumant, nomen,

λοιπὰ, «Ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς (35) σου· ἐπακούσουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ πύλας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται· ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς;» Πῶς οὖν ἁρμόσει ταῦτα Κύρῳ, τῷ μικρὸν ὕστερον εἰς Μασαγέτας αἰσχρῶς ἀναιρεθέντι καὶ εἰς ἀσκὸν ἐκδαρέντι (36); καὶ μετὰ μικρὸν (37) ἑρμηνεύει αὐτὰ ὁ αὐτὸς προφήτης, λέγων ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, (38) «Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ καλέσας σε ἐν δικαιοσύνῃ· ἐκράτησα τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ δώσω σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους (39), καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους (40) ἐν σκότει.» Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἠσαΐας, (41) «Καὶ εἶπέ μοι, Μέγα σοι τοῦτο, κληθῆναι παῖδά μου, καὶ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὴν διασπορὰν τοῦ Ἰσραὴλ στρέψαι· καὶ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.»

A complanabo, portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros tenebrosos [89].» Quomodo igitur hæc Cyro convenient, qui paulo post apud Massagetas turpiter interfectus est, et ex ejus detracta pelle uter confectus? Et paulo post idem propheta verborum suorum sensum explicat, dicens ex persona Dei, «Ego Dominus Deus, qui vocavi te in justitia; tenui dexteram tuam, et confortabo te, et dabo te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum de vinculis vinctos, et de domo carceris sedentes in tenebris [90].» Et rursus idem Isaias, «Et dixit mihi: Magnum tibi hoc, vocari puer meus, et suscitare tribus Jacob, et dispersionem Israel convertere. Et posui te in testa- B mentum generis, in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ [91].»

ΙΖ'. Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου δευτέρας παρουσίας ἐλεύσεται Ἠλίας.

Μαλαχίας ὁ προφήτης λέγει, «Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω (42) ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην (43), πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίας πατρῶν πρὸς υἱοὺς, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, μὴ ἐλθὼν πατάξω (44) τὴν γῆν ἄρδην.»

XVII. *Quod ante secundum Domini adventum venturus sit Elias.*

Malachias propheta dicit, «Ecce ego mitto vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna et illustris, qui convertet cor patrum ad filios, et cor hominis ad proximum suum, ne forte veniens, percutiam terram penitus [92].»

ΙΗ'. Ὅτι κληθησόμεθα Χριστιανοί.

Ἠσαΐας λέγει, «Ὄψονται ἔθνη τὴν δόξαν (45) σου, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ καλέσει σε τὸ ὄνομα τὸ καινὸν, ὃ ὁ Κύριος ὀνομάσει αὐτό.» Καὶ πάλιν, «Τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς.» Ὡσηὲ, (46) «Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπιφανὲς ἐν πάσῃ τῇ γῇ, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐπικληθήσονται λαοὶ πολλοὶ, καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ πορευθέντες, ζήσονται ἐν αὐταῖς.»

XVIII. *Quod vocandi Christiani.*

Isaias dicit, «Videbunt gentes gloriam tuam, et omnes reges justitiam tuam, et vocabit te nomen novum, quod Dominus nominabit illud [93].» C Et rursus, «Servientibus autem mihi vocabitur nomen novum, cui benedicetur super terram [94].» Oseas, «Et erit in extremo nomen ejus clarum in omni terra, et nomine ejus cognominabuntur populi multi, et in viis ejus ambulantes, vivent in eis.»

[89] Isa. 1-3. [90] Isa. XLII, 6. 7. [91] Isa. XLIX, 6. 15, 16. [92] Malach. IV, 5. 6. [93] Isa. LXII, 2. [94] Isa. LV,

Κῦρον, *Dominum* interpretantes. Idem facit Theophilus Alexandrinus in disputatione adhuc inedita cum Simone Judæo. Sed de hac veterum Patrum opinione, vide Hieronymum in Comm. ad hunc locum.

(35) In recentiori Vaticano additur, τῆς χειρός, quæ vox etiam in Siphani codice reperiebatur.

(36) Verba illa, καὶ εἰς ἀσκὸν ἐκδαρέντι, non exstant in recentiori codice Vaticano, nec in Siphani versione leguntur.

(37) Labitur memoria Nyssenus; hæc enim verba præcedunt, capite videlicet quadragesimo secundo.

(38) Locus iste nonnihil variat in editione Romana, in qua Latine legitur, *Ego Dominus Deus vocavi te in justitia, et tenebo dexteram tuam et confortabo te, et dedi te in testamentum generis*, etc. Hanc autem lectionem comprobant Justinus in *Dial. cum Tryphone Judæo* pag. 243, 290 et 350, Cyprianus aliique.

(39) Ita etiam legit Justinus modo laudatus. In editione Romana est, ἐκ δεσμῶν δεδεμένους.

(40) In eadem editione Romana legitur, καὶ καθημένους. Nobilius adnotat illud, καί, abesse a nonnullis, et a Cyrillo. Adde Justinum pag. 243-290, Cyprianum lib. II *Testim.* cap. 7, Tertull. *adversus Judæos* cap. 12, Euseb. *Dem. Evang.* D lib. IV, c. 31.

(41) Et hic locus nonnihil variat in editione Romana, in qua Latine legitur, *Magnum tibi est ut voceris puer meus, ut suscites tribus Jacob, et dispersionem Israel convertas. Ecce dedi te in testamentum*, etc. Similem huic lectionem exhibet Tertull. *adversus Prax.* cap. 11.

(42) In editione Romana, ἀποστελῶ, *mittam*.

(43) Codex Siphani, et Vaticanus recentior, τὸν προφήτην.

(44) In editione Romana est, μὴ ἔλθω, καὶ πατάξω, *Ne forte veniam, et percutiam.*

(45) In editione Romana priore loco est, δικαιοσύνην, posteriore, δόξαν.

(46) Locum hunc apud Oseam non reperio.

XIX. *Quod futurum erat ut turbaretur Herodes, et omnes qui cum ipso erant.* A

Jeremias ait, « In die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, et cor principum, et obstupescent sacerdotes, et prophetæ mirabuntur [95]. »

XX. *De Baptismate.*

Ezechiel, « Et dixit Dominus ad me: Aqua quæ egreditur in Galilæam, sanctificabit aquas. Et erit, omnis anima ad quam supervenerit aqua ista, vivet et sanabitur [96]. » Jeremias, « Ecce quasi leo ascendens de medio Jordanis [97]. »

XXI. *De Domini in Ægyptum descensu.*

B Isaias dicit, « Ecce Dominus sedet super nubem levem, et veniet in Ægyptum, et concutientur omnia manufacta Ægypti [98]. » Et rursus, « Notus erit Dominus Ægyptiis, et timebunt Dominum in die illa [99]. »

XXII. *De Spiritu sancto.*

Isaias, « Et tunc Dominus misit me, et Spiritus ejus [1]. » Ex Exodo, « Et dixit Dominus Moysi: Adduc mihi septuaginta seniores, et sumam de spiritu qui est in te, et fundam super eos, et suscipiam te [2]. » David, « Cor mundum crea in me, Deus, et Spiritum rectum innova in visceribus meis; et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me: et Spiritu principali confirma C me [3]. » Et rursus, « Quo ibo a Spiritu tuo [4]? » Job, « Spiritus divinus, qui fecit me [5]. » Et rursus, « Spiritus est in hominibus; spiratio autem Omnipotentis est, quæ docet me [6]. » Et rursus « Vivit Deus, qui sic me judicavit, et Omnipotens, qui affecit amaritudine animam meam. Spiritus autem divinus, qui circa me est in naribus [7]. » Zacharias « Ego sum in vobis, et Spiritus meus stetit in medio vestrum [8]. » Salomon, « Spiritus Domini replevit orbem terrarum [9]. »

ΙΘ'. *Ὅτι ταραχθήσεται Ἡρώδης, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ πάντες.*

Ἱερεμίας φησὶ, (47) « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, ἀπολεῖται ἡ καρδία τοῦ βασιλέως, καὶ ἡ καρδία τῶν ἀρχόντων, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκστήσονται, καὶ οἱ προφῆται θαυμάσονται. »

Κ'. *Περὶ τοῦ Βαπτίσματος.*

Ἰεζεκιὴλ, (48) « Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· » Τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ ἐκπορευόμενον εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἁγιάσει τὰ ὕδατα. Καὶ ἔσται, πάσῃ ψυχῇ, ἐφ' ἣν ἂν ἐπέλθῃ τὸ ὕδωρ τοῦτο, ζήσεται καὶ ἰαθήσεται· » Ἱερεμίας, « Ἰδοὺ ὡς λέων ἀναβήσεται ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου. »

ΚΑ'. *Περὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον τοῦ Κυρίου καθόδου.*

Ἠσαΐας λέγει, (49) « Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται πάντα τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. » Καὶ πάλιν, « Γνωσθήσεται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ φοβηθήσονται Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. »

ΚΒ'. *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

Ἠσαΐας, « Καὶ νῦν Κύριος ἐξαπέσταλκέ (50) με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Τῆς Ἐξόδου (51), « Καὶ εἶπε τῷ Μωϋσεῖ· Ἀνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους, καὶ λήψομαι ἀπὸ τοῦ ἐπὶ σὲ Πνεύματος, καὶ ἐκχεῶ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἀντιλήψομαί σε. » Δαβὶδ, « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς, καὶ Πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου, καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ Πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. » Καὶ πάλιν, « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου; » Ἰὼβ, « Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με. » Καὶ πάλιν, « Πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς, πνοὴ δὲ Παντοκράτορός ἐστιν ἡ διδάσκουσά με (52). » Καὶ πάλιν, « Ζῇ Κύριος, ὃς οὕτω με κέκρικε, καὶ ὁ Παντοκράτωρ, ὁ πικράνας μου τὴν ψυχήν. Πνεῦμα δὲ θεῖον τὸ περιόν μοι ἐν ῥισί (53). » Ζαχαρίας, « Ἐγώ εἰμι (54) ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. » Σολομὼν, « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. »

[95] Jer. IV, 9. [96] Ezech. XLII, 8. [97] Jer. XXIX, 19 apud LXX. [98] Isa. XIX, 1. [99] ibid. 21. [1] Isa. XLVIII, 16. [2] Num. XI, 16. [3] Psal. L, 12-14. [4] Psal. CXXXVIII, 7. [5] Job XXXIII, 4. [6] Job XXXII, 8. [7] Job XXVII, 2, 3. [8] Agg. II, 6. [9] Sap. I, 7.

(47) Adnotat ad suæ versionis marginem Siphanus, multa hic librarii negligentia, aut errore omissa fuisse in exemplari fœdissime corrupto et mutilato, quo usus fuerat; nam quæ deinceps sequuntur, ait, parum aut nihil cum titulo conveniunt. Recentior quoque Vaticanus codex cum Siphani exemplari concordat, sed in alio ejusdem Bibliothecæ vetustiori, et optimæ notæ scripto codice, non modo nil eorum reperitur, quæ ab hoc loco usque ad finem operis leguntur in altero recentiori, et in Siphani editione; verum etiam quatuor subjunguntur genuina capitula, quæ integrum absolutumque Nysseni opus nobis exhibent. Non est itaque ut opus hoc Nysseno abjudicent quotquot de ecclesiasticis scriptoribus tractarunt, si eo tantum argumento nitantur, quod in hujus operis calce quædam ex Chrysostomo desumpta legantur, qui post Nysseni tempora floruit; nam, ut diximus, quæ a capite 19 usque ad finem operis in Siphani editione continentur, non Nysseni verba, sed pannum esse ex D aliorum scriptis Nysseni operi ab antiquis librariis assutum, vel sola Vaticani vestustioris codicis fide atque auctoritate comprobatur.

(48) Hunc Ezechielis locum in epitomen redegisse videtur Nyssenus.

(49) Nyssenus refert hic partim sensum, partim ipsamet Isaiæ verba.

(50) Romana LXX Interpretum editio, Κύριος Κύριον ἀπέστειλε.

(51) Locus iste ad librum Numerorum cap. XI, XVI, pertinere videtur; sed ibi tum in verbis, tum in sensu nonnihil diversus est.

(52) Pronomen, μέ, non exstat in vulgata LXX Interpretum editione.

(53) Editio Romana LXX Interpretum, ἐν ῥινί· sed proprior Hebraicæ lectio, quam sequitur Nyssenus, et Augustinus a Nobilio memoratus.

(54) Locus est Aggæi II, 6, non Zachariæ, sed in Romana edit. est, μεθ' ὑμῶν ἐγώ εἰμι.

Ἡσαΐας· « Παρώξυναν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐστράφη αὐτοῖς εἰς ἔχθραν. — Ὁ οἶκος τοῦ Ἰακὼβ παρώξυναν τὸ Πνεῦμα Κυρίου. » Ἰωήλ· « Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, » δηλαδὴ τὴν πιστεύουσαν, « καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡσαΐας· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με (55), » καὶ, « Ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα. » Καὶ, « Κατέβη Πνεῦμα Κυρίου, καὶ ὡδήγησεν αὐτούς. » Καὶ, « Πνεῦμα ἐπιστήμης ἔπλησε Βεσελεὴλ τὸν ἀρχιτέκτονα τῆς σκηνῆς· Πνεῦμα παροξυνόμενον, καὶ Πνεῦμα ἐξᾶραν Ἠλίαν ἐν ἅρματι, καὶ ζητηθὲν παρ' Ἐλισσαίου διπλάσιον. » Καὶ, « Πνεῦμα παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσαν ἐγὼ ἐποίησα. » Καὶ, « Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὁ ἐκλεκτὸς, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. » Καὶ, « Οὐαὶ, τέκνα ἀποστάται, τάδε λέγει Κύριος· Ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκην (56) οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου. » Καὶ, « Ἐκεῖ συνήντησαν ἔλαφοι, καὶ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρῆλθον, καὶ μία αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη (57), διότι Κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ συνήγαγεν αὐτάς (58). » Καὶ ὅτι ἡ ἀνάστασις διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνεργεῖται, Δαβὶδ λέγει· « Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. »

Isaias : « Exacerbaverunt Spiritum sanctum, et conversus est eis in inimicitiam [59]. — Domus Jacob exacerbavit Spiritum Domini [60]. » Joel : « Et erit in ultimis diebus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, » credentium videlicet, « et super filios vestros, et super filias vestras [61], » et reliqua. Isaias : « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me [62]. » Et, « Requiescent super eum septem spiritus [63]. » Et, « Descendit Spiritus Domini et dux eorum fuit [64]. » Et, « Spiritus sapientiæ implevit Beseleel tabernaculi architectum [65]. Spiritus incitans Eliam, eumque tollens in currum, qui duplex ut in se fieret Eliseus postulat [66]. » Et, « Spiritus e me egredietur, et flatum omnem ego feci [67]. » Et, « Ecce puer meus electus, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, ponam spiritum meum super eum [68]. » Et, « Væ, filii desertores, hæc dicit Dominus : Fecistis consilium, non per me ; et pactum, non per Spiritum meum [69]. » Et, « Ibi occurrerunt cervi, et viderunt facies inter se ; numero transierunt, et una ipsarum non remansit : quia Dominus eis mandavit, et Spiritus ipsius congregavit eas [70]. » Cæterum resurrectionem quoque Spiritus efficit ; David enim ait, « Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [71]. »

[59] Isa. LXIII, 10. [60] Mich. II, 7. [61] Joel II, 28. [62] Isa. LXI, 1. [63] Isa. XI, 2. [64] Isa. LXII, 14. [65] Exod. XXXI, 1. [66] IV Reg. II, 10, 11. [67] Isa. LXVII, 16. [68] Isa. XLII, 1 ; Matth. XII, 18. [69] Isa. XXX, 1. [70] Isa. XXXIV, 15, 16. [71] Psal. CIII, 29, 30.

(55) Respicere videtur ad Isaiæ locum in cap. XI, 2 : *Et requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii, et fortitudinis, spiritus scientiæ, et pietatis; replebit eum spiritus timoris Domini.* Septem enim spiritus hic supputantur, etiam a Tertulliano lib. V *Adversus Marc.*, cap. 17.

(56) In Romana LXX Interpr. editione est, συνθήκας, quemadmodum etiam legit Irenæus lib. IV *Adv. hær.*, cap. 25. Sed Cyprianus in ep. 55 cum Nysseno concordat ; legit enim, *fecistis conventionem.*

(57) Eadem Romana editio, οὐκ ἀπώλετο, *non periit.*

(58) Eadem editio, αὐτά.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΡΙΑΔΟΣ

ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΟΜΑΧΩΝ, ΟΤΙ ΘΕΟΣ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ,

ΠΡΟΣ ΕΥΣΤΑΘΙΟΝ.

—

EJUSDEM S. GREGORII

DE SANCTA TRINITATE

ET IN ADVERSARIOS SPIRITUS SANCTI, QUOD SPIRITUS SANCTUS SIT DEUS

AD EUSTATHIUM.

—

Legitur inter Epistolas S. Basilii Magni, ep. 189 *edit. Maurin.* (Patrologiæ *tom. XXXII, col.* 683). *Lucubrationem istam codices mss. alii Basilio, alii Gregorio Nysseno ascribunt. Cf. Prudentius Maranus,* Vita S. Basilii, *c.* 31, *n.* 2, *in fronte operum S. Basilii nostræ editionis.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΠΕΤΡΟΝ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΑΔΕΛΦΟΝ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΟΥΣΙΑΣ ΚΑΙ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΣ.

—

EJUSDEM

AD PETRUM FRATREM SUUM

DE DIFFERENTIA ESSENTIÆ ET HYPOSTASEOS

ID EST SUBSTANTIÆ SIVE SUBSISTENTIÆ.

—

Est Basilii Magni Epistola 38 *ed. Maurin. Vide Opp. Basilii editionis nostræ,* Patrologiæ *tom. XXXII, col* 326. *Cf. Prudentii Marani nota ibid.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ

ΠΡΟΣ ΤΑΤΙΑΝΟΝ.

—

EJUSDEM, DE ANIMA

AD TATIANUM.

—

Exstat inter Opera S. Gregorii Thaumaturgi nostræ editionis, tom. X hujusce Patrologiæ Græcæ, *col.* 1139.

PARS III.

ASCETICA ET MISCELLANEA.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΤΙ ΤΟ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΟΝΟΜΑ Η ΕΠΑΓΓΕΛΜΑ

ΠΡΟΣ ΑΡΜΟΝΙΟΝ.

EJUSDEM S. GREGORII

AD HARMONIUM

QUID NOMEN PROFESSIOVE CHRISTIANORUM SIBI VELIT.

Laurentio Sifano interprete.

A Ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας οἱ τοῖς ἡμερινοῖς ὑποκείμενοι φόροις, εἰ πλειόνων ἡμερῶν ἐλλειφθείη τὸ χρέος, ἀθρόως τῶν κατὰ μέρος ὀφλημάτων ἀποτιννύντες ἐν κεφαλαίῳ τὸ ὄφλημα, εἴ τινος ἐπιτύχοιεν εὐπορίας, τοῦτο ποιήσω καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς σεμνότητός σου. Χρεωστῶν γάρ σοι τὸ συνεχῶς ἐπιστέλλειν (διότι τοῖς Χριστιανοῖς ἡ ἐπαγγελία χρέος ἐστὶ), τὴν ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ τῶν γραμμάτων ἔλλειψιν, ἣν ἀκουσίως πεποίημαι, νῦν ἀποπληρῶσαι βούλομαι, τοσοῦτον ἐκτείνας τῆς ἐπιστολῆς τὸ μέτρον, ὥστε καὶ πρὸς τὰ συνήθη μέτρα τῶν γραμμάτων διαιρουμένην, ἀντὶ πολλῶν νομισθῆναι. Ὡς δ' ἂν μὴ μάτην ἀδολεσχοίην τῷ μήκει τοῦ γράμματος, καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι διὰ τῆς ἐπιστολιμαίου ταύτης φωνῆς τὴν κατὰ πρόσωπον ἡμῶν συνουσίαν μιμήσασθαι. B Μέμνησαι γὰρ πάντως, ὅτι τῶν πρὸς ἀλλήλους πάντοτε ἡμῖν λόγων αἱ ἀφορμαὶ, μελέται πρὸς ἀρετὴν καὶ γυμνασίαι πρὸς θεοσέβειαν ἦσαν, σοῦ μὲν ἐπι-

Quod apud magistratus et eos qui rerum potiuntur, faciunt ii qui quotidianis vectigalibus obnoxii sunt, ut si complurium dierum æs alienum ab ipsis persolutum non sit, in unam summam coactum singularium debitorum æs alienum dependant, si quam forte nacti fuerint pecuniæ facultatem, id etiam ipse faciam apud tuam amplitudinem. Nam cum debeam crebras ad te mittere litteras, quippe cum Christianis promissio debitum sit, quam in præterito tempore invitus feci litterarum intermissionem, nunc explere et compensare volo, in tantum epistolæ modum excedens, ut si ad consuetum modum litterarum dividatur, loco multarum epistolarum haberi possit. Verum ne frustra litterarum prolixitate ludam, ac nugando tempus teram, recte mihi facturus esse videor, si per epistolarem hanc vocem imitatus fuero consuetudinem qua coram inter nos uti solemus. Meministi enim, sat scio, quod semper

argumenta sermonum, quibus inter nos uti solebamus, meditationes virtutis erant, et ad Dei cultum atque pietatem exercitationes, cum tu quidem præceptoris ac magistri more semper iis quæ dicebantur ex adverso subjiceres et opponeres nihilque, quod diceretur absque excussione atque examinatione admitteres; nos vero qui ætate præcederemus, quæ per consequentiam sermonis identidem requirerentur, dissolveremus. Si igitur nunc etiam ita fieri posset, ut a tua prudentia omni sermoni occasio daretur, nihil eo melius ac præstabilius accidere posset. Duplex enim utrique nostrum lucrum exsisteret, tum ex mutuo conspectu, (quo quid in vita mihi dulcius?) tum ex eo quod plectri in modum a tua prudentia nostra vetusta cithara suscitaretur. Sed quoniam vitæ necessitas facit, ut corpore ab invicem disjuncti simus, etiamsi animis semper conjungamur, necessarium fuerit, sicubi contradictio aliqua nobis exsistere visa fuerit, per consequentiam adversus sermonem etiam tuam subire personam. Commodum autem fuerit primum argumentum quoddam, unde aliqua ad animum utilitas pervenire possit, proponere quasi scopum litterarum, quo sp ctent; deinde sic ad rem propositam sermoni operam dare. Igitur ad quærendum a nobis propositum esto :

A στατικῶς ἀεὶ τοῖς λεγομένοις ἀνθυποφέροντος, καὶ οὐδὲν ἀνεξετάστως παραδεχομένου τῶν λεγομένων· ἡμῶν δὲ διὰ τὸ προήκειν τῷ χρόνῳ τὰ ἑκάστοτε παρὰ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας ἐπιζητούμενα διαλυόντων. Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν καὶ νῦν γίνεσθαι οὕτως, ὥστε παρὰ τῆς σῆς συνέσεως δίδοσθαι λόγῳ τὴν ἀφορμὴν, τῷ παντὶ κρεῖττον ἂν ἦν τὸ τοιοῦτον. Διχόθεν γὰρ ἂν ὑπῆρχεν ἀμφοτέροις τὸ κέρδος, ἔκ τε τοῦ προσορᾷν ἀλλήλους, (οὗ τί γλύκιον τῶν κατὰ τὸν βίον ἐμοί;) καὶ ἐκ τοῦ παρὰ τῆς σῆς φρονήσεως, πλήκτρου δίκην, τὴν γηραιὰν ἡμῶν ἀνακινεῖσθαι κιθάραν. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ βίου ἀνάγκη διεστάναι ἡμᾶς παρασκευάζει τῷ σώματι, κἂν εἰ τὰς ψυχὰς συναπτώμεθα, ἀναγκαῖον ἂν εἴη, καὶ τὸ σὸν πρόσωπον ὑποδύεσθαι, εἴ πού τις ἀντίῤῥησις πρὸς τὸν λόγον, κατὰ τὸ ἀκόλουθον, ἡμῖν B ἀναφανείη. Καλῶς δ' ἂν ἔχοι ὑπόθεσίν τινα τῶν ψυχωφελῶν προθεῖναι τῷ τῶν γραμμάτων σκοπῷ, εἶθ' οὕτω πρὸς τὸ προκείμενον ἀσχοληθῆναι τῷ λόγῳ. Οὐκοῦν, ὡς ἐν προβλήματι, ζητείσθω παρ' ἡμῶν·

Quæ sit Christiani hominis professio?

Fortassis enim haud inutilis erit hujus rei consideratio. Nam si plene atque exacte inventum fuerit id quod per hoc nomen declaratur, magnum adjumentum adepti fuerimus ad vitam cum virtute transigendam, si id quod nominamur, per sublimem quoque vitæ rationem vere esse studeamus. Quemadmodum enim si quis medicus, vel orator, vel geometra vocari desiderasset, non admitteret, ut propter imperitiam cognomen reprehenderetur, si facto periculo is non inveniretur, cujus nomine appellaretur, sed qui vere harum alicujus professionum nomine appellari vellet, ne falso sumpta appellatio convincatur, ipso studio atque exercitio fidem faceret appellationi: eodem nos quoque modo, si verum hominis Christiani professionis scopum scrutando invenerimus, nolimus non esse id quod illud nomen pro nobis pollicetur, ne in nos etiam quadret id quod ab externis et infidelibus de simia vulgo narratur. Aiunt enim quemdam in urbe Alexandria circulatorem et præstigiatorem exercuisse ac docuisse simiam, ut agilitate quadam in formam et habitum saltatricis sese componeret, eique saltatricis apposuisse personam, ac vestem circumdedisse exercitio convenientem; et cum chorum ei adhibuisset, placuisse ac celebratum hominum sermone in pretio fuisse propter simiam, quæ ad cantilenæ modos ac numerum sese flecteret contorqueretque, ac per omnia quæ et faciebat et facere videbatur, naturam occultaret. Cum autem capti essent rei novitate spectatores, quemdam cæteris astutiorem ibi fuisse, qui ludo quodam inhiantibus spectaculo ostenderit simiam esse simiam. Acclamantibus enim cunctis et applaudentibus agilitati simiæ, ad cantum et modulationem apte se moventis et circumagentis, projecisse cum aiunt in orchestra e bellariis ea quæ ta-

Τί τοῦ Χριστιανοῦ τὸ ἐπάγγελμα;

Τάχα γὰρ οὐκ ἔξω τοῦ λυσιτελοῦντος ἡ περὶ τούτου σκέψις γενήσεται. Εἰ γὰρ ἀκριβῶς εὑρεθείη τὸ διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου δηλούμενον, πολλὴν ἂν λάβοιμεν πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον συνεργίαν· ἀληθῶς, ὅπερ ὀνομαζόμεθα, τοῦτο καὶ εἶναι διὰ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας σπουδάζοντες. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἰατρὸς, ἢ ῥή- C τωρ, ἢ γεωμέτρης καλεῖσθαι ποθήσειεν, οὐκ ἂν δέξαιτο τῇ ἀπαιδευσίᾳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐλέγχεσθαι, μὴ εὑρισκόμενος ἐπὶ τῆς πείρας ὃ ὀνομάζεται, ἀλλ' ὁ κατὰ ἀλήθειάν τι τούτων προσαγορεύεσθαι θέλων, ὡς ἂν μὴ ψευδώνυμος ἡ κλῆσις ἐλέγχοιτο, αὐτῷ τῷ ἐπιτηδεύματι τὴν προσηγορίαν πιστώσηται· τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἴπερ τὸν ἀληθῆ σκοπὸν τοῦ Χριστιανοῦ ἐπαγγέλματος ἐξετάζοντες εὕρομεν· οὐκ ἂν ἑλοίμεθα μὴ εἶναι τοῦτο, ὅπερ τὸ ὄνομα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπαγγέλλεται· ὡς ἂν μὴ τὸ περὶ τοῦ πιθήκου διήγημα τὸ παρὰ τοῖς ἔξω περιφερόμενον καὶ ἡμῖν ἐφαρμόσειε. Φασὶ γάρ τινα τῶν θαυματοποιῶν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἀσκήσαντα πίθηκον διά τινος εὐστροφίας ὀρχηστικῶς σχηματίζεσθαι, καὶ περιθεῖναι αὐτῷ πρόσωπον ὀρχηστικὸν, καὶ ἐσθῆτα τῷ ἐπιτηδεύματι D πρόσφορον· καὶ χορὸν αὐτῷ περιστήσαντα, ἐνευδοκιμεῖν τῷ πιθήκῳ πρὸς τὸν τοῦ μέλους ῥυθμὸν ἑαυτὸν ἐκλυγίζοντι, καὶ διὰ πάντων ἐπικρυπτομένῳ τὴν φύσιν, οἷς ἐποίει τε καὶ ἐφαίνετο. Κατεχομένου δὲ τοῦ θεάτρου πρὸς τὸ καινοπρεπὲς τοῦ θεάματος, παρόντα τινὰ τῶν ἀστειοτέρων παιδιᾷ τινι δεῖξαι τοῖς προσκεχηνόσι τῷ θεάματι, πίθηκον ὄντα τὸν πίθηκον. Ἐπιβοώντων γὰρ πάντων, καὶ ἐπικροτούντων ταῖς τοῦ πιθήκου περιστροφαῖς, εὐρύθμως πρὸς τὴν ᾠδὴν καὶ τὸ μέλος συγκινουμένου, ῥίψαι φασὶν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας τῶν τραγημάτων ἐκεῖνα ὅσα τὴν λιχνείαν τῶν τοιούτων θηρίων ἐφέλκεται· τὸν δὲ μηδὲν μελλήσαντα, ἐπειδὴ διασπαρέντα εἶδε πρὸ τοῦ χοροῦ τὰ ἀμύγδαλα, ἐκλαθόμενον τῆς τε ὀρχήστρας, καὶ τῶν

κρότων, καὶ τῶν τῆς ἐσθῆτος καλλωπισμῶν, ἐπιδραμεῖν τε αὐτοῖς, καὶ ταῖς τῶν χειρῶν παλάμαις συλλέγειν τὰ εὑρισκόμενα· καὶ ὡς ἂν μὴ ἐμποδὼν εἴη τὸ προσωπεῖον τῷ στόματι, περιαιρεῖσθαι κατὰ σπουδὴν ἑαυτοῦ τοῖς ὄνυξι τὴν σεσοφισμένην μορφὴν περιθρύπτοντα, ὥστε αὐτὸν ἀθρόως γέλωτα κινῆσαι τοῖς θεαταῖς, ἀντὶ τῶν ἐπαίνων τε καὶ θαύματος, εἰδεχθῶς καὶ γελοίως ἐκ τῶν τοῦ προσωπείου λειψάνων διαφαινόμενον. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἐξήρκεσεν ἐκείνῳ τὸ σεσοφισμένον σχῆμα πρὸς τὸ νομισθῆναι ἄνθρωπον, ἀπελεγχθείσης ἐν τῇ λιχνείᾳ τῶν τραγημάτων τῆς φύσεως· οὕτως οἱ μὴ ἀληθῶς αὐτὴν τὴν φύσιν ἑαυτῶν τῇ πίστει μορφώσαντες, ῥᾳδίως ἐν ταῖς τοῦ διαβόλου λιχνείαις ἀπελεγχθήσονται ἄλλο τι ὄντες παρ' ὃ ἐπαγγέλλονται. Ἀντὶ γὰρ ἰσχάδος, ἢ ἀμυγδάλης, ἢ τῶν τοιούτων τινὸς, τὸ κενόδοξον καὶ φιλότιμον, καὶ τὸ φιλοκερδὲς καὶ φιλήδονον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἡ κακὴ τοῦ διαβόλου ἀγορὰ, τοῖς λίχνοις τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ τραγημάτων προτιθεῖσα, ῥᾳδίως εἰς ἔλεγχον ἄγει τὰς πιθηκώδεις ψυχὰς, οἳ διὰ μιμήσεως ἐσχηματισμένης τὸν Χριστιανισμὸν ὑποκρίνονται, τὸ τῆς σωφροσύνης ἢ τὸ τῆς πρᾳότητος, ἢ τινος ἄλλης ἀρετῆς προσωπεῖον ἐν τῷ καιρῷ τῶν παθημάτων ἑαυτοῖς ἀφανίζοντες. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἂν εἴη νοῆσαι τοῦ Χριστιανισμοῦ τὸ ἐπάγγελμα· τάχα ἂν τοῦτο γενοίμεθα, ὅπερ τὸ ὄνομα βούλεται, ἵνα μὴ ψιλῇ τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ τῷ προσχήματι τοῦ ὀνόματος μόνου καταμορφούμενοι, ἄλλο τι παρὰ τὸ φαινόμενον ὄντες, τῷ τὰ κρυπτὰ καθορῶντι ἐπιδειχθείημεν.

A lium bestiarum ingluviem attrahunt atque invitant; illam vero nihil cunctatam, ut viderit ante chorum dispersa amygdala, oblitam et saltationis, et plausuum, et vestis ornamentorum, accurrisse ad ea, et manuum palmis collegisse quæ inveniret, et ne impedimento esset, personam ori detraxisse celeriter, atque unguibus suis assimulatam formam corrupisse atque dilacerasse, atque ita pro laudibus et admiratione risum abunde spectatoribus movisse, ut quæ turpis ac ridicula ex personæ reliquiis se conspiciendam præberet. Quemadmodum igitur illi non satis fuit falsa atque assimulata adscitaque forma, ad hoc ut homo existimaretur, deprehensa per ingluviem bellariorum natura : ita qui non vere ipsam naturam suam fide formaverint, facile per B diaboli escam et ingluviem convincentur, quod aliud sint atque præ se ferant ac profiteantur. Pro caricis enim vel amygdalis, aut hujusmodi aliquo cibo, vana gloria, ambitio, lucri voluptatisque studium et quæcunque sunt alia hujusmodi mala, diaboli annona loco bellariorum avidis hominibus proposita, simiarum similes animos facile produnt, qui per fictam imitationem Christianismum simulant, temperantiæ, mansuetudinis, aut alicujus alterius virtutis personam in tempore afflictionum et calamitatum sibi detrahentes et amoventes. Igitur necesse fuerit considerare et intelligere Christianismi professionem : fortassis enim fieri possimus C id quod nomen illud sibi vult, ne dum nuda professione ac specie prætextuque solius nominis insignimur, aliud atque videamur esse ab eo qui occulta intuetur[1] demonstremur.

Τί τοίνυν ὁ Χριστιανισμὸς ἐξ αὐτῆς τῆς προσηγορίας νοεῖται, πρῶτον ἐπισκεψώμεθα. Ἔστι μὲν οὖν παρὰ τῶν σοφωτέρων μείζονά τινα καὶ μεγαλοφυεστέραν πάντως ἐξευρεθῆναι διάνοιαν, συνεπηρμένην τῷ ὑψηλῷ τοῦ ὀνόματος. Ἃ δὲ ἡμεῖς χωροῦμεν περὶ τούτου τοῦ ὀνόματος, ταῦτά ἐστι· Τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, εἰ πρὸς τὸ σαφέστερόν τε καὶ γνωριμώτερον ῥῆμα μετενεχθείη, τὸν βασιλέα σημαίνει, τῆς ἁγίας Γραφῆς τὴν βασιλικὴν ἀξίαν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ κατά τινα ἰδιάζουσαν χρῆσιν ἐνδεικνυμένης. Ἀλλ' ἐπειδὴ, καθώς φησιν ἡ Γραφὴ, ἄφραστόν ἐστι τὸ Θεῖον καὶ ἀκατάληπτον, πάσης ὑπερκείμενον καταληπτικῆς ἐπινοίας, ἀναγκαίως οἱ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι θεοφορούμενοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι, πολλοῖς ὀνόμασί τε καὶ νοήμασιν ἐπὶ τὴν σύνεσιν τῆς ἀφθάρτου φύσεως ἡμᾶς χειραγωγοῦσιν· ἄλλου πρὸς ἄλλο τι τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων ἡμᾶς διευθύνοντος, ὥστε τὴν μὲν ἐπὶ πάντων ἐξουσίαν τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι παραδηλοῦσθαι· τὸ δὲ πάθους παντὸς καὶ κακίας πάσης ἀμιγὲς καὶ ἐλεύθερον τοῖς τῆς ἀρετῆς ὀνόμασιν ὀνομάζεσθαι, ἑκάστης πρὸς τὸ κρεῖττον νοουμένης τε καὶ λεγομένης· ὥστε τὸ αὐτὸ δικαιοσύνην τε εἶναι, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ἀλήθειαν, ἀγαθότητά τε, καὶ ζωὴν, καὶ σωτηρίαν, καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ ἀμετάβλητόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ πᾶν ὅ τί πέρ ἐστιν

Quamobrem imprimis quid ex ipsa appellatione per Christianismum intelligatur consideremus. Fieri igitur potest, ut a sapientioribus quidem major plane et amplior intellectus, qui sublimitati nominis respondeat, excogitetur. Quæ autem nos capere et intelligere de hoc nomine possumus, hæc sunt : Christi nomen, si ad dilucidius magisque perspicuum et intellectu facilius verbum transferatur, regem significat, quippe cum sancta Scriptura hujusmodi voce peculiari quodam usu regiam in- D dicet dignitatem. Sed quoniam, ut ait Scriptura, numen divinum verbis explicari ac percipi non potest, quippe cum omnem superet excogitationem et comprehensionem, necessario qui Spiritus sancti nomine divinitus rapiebantur prophetæ atque apostoli, multis nominibus, notionibus et considerationibus ad intelligendum incorruptibilem naturam nos quasi manu ducunt, alius ad aliam considerationem et intellectum Deo convenientem nos dirigentes, ut ipsa quidem omnibus imposita potestas regni nomine declaretur; ea vero vis quæ omnis affectus perturbationisque expers, et ab omni vitiositate ac malitia vacua ac libera est, virtutis nominibus designetur; ita ut unaquæque virtus de natura excellentiore tum dicatur, tum intelligatur;

[1] Matth. vi, 6.

atque idem sit et justitia, et sapientia, et potentia, et veritas bonitasque et vita, tum salus, incorruptibilitas immortalitasque, tum immutari ac variari nescia virtus, et quicunque sublimis est intellectus, qui per hæc nomina declaretur, omnia nihil aliud quam Christus et sint et dicantur. Si igitur omnis sublimis intellectus in Christi nomine comprehendi intelligitur (sublimiori enim significatione reliqua quoque continentur, ita ut cæterorum unumquodque nomen in notione et intellectu regni consideretur), fortasse per consequentiam aliquo modo quid per Christianismum significetur, animadvertere et intelligere possimus. Si enim ejus quod excellit inter ea nomina quibus incorruptibilis et immortalis natura explicatur, nominis participes sumus, qui per fidem in eum cum ipso conjungimur: omnino necesse est, ut quicunque una cum hoc nomine circa immortalem illam naturam considerantur intellectus, per consequentiam cum illis quoque nobis communio nominis sit. Ut enim participatione Christi, Christiani appellationem adepti sumus: ita per consequens convenit omnium quoque sublimium nominum nos asciscere communionem ac societatem. Ac quemadmodum in catena qui eam, quæ in extremitate est, curvaturam attraxerit, eas quæ continenter inter se cohærent, per unam attraxerit: ita quoniam Christi nomini reliqua quoque quibus ineffabilis ac multiformis illa beatitudo explicatur, natura cohærent atque conjuncta sunt, necesse fuerit eum qui unum arripuerit, una cum ipso reliqua quoque attrahere.

A ὑψηλὸν νόημα διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων δηλούμενον, πάντα τὸν Χριστὸν καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι. Εἰ τοίνυν περίληψις παντὸς ὑψηλοῦ νοήματος ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ νοεῖται ὀνόματι (τῷ γὰρ ὑψηλοτέρῳ τῶν σημαινομένων καὶ τὰ λοιπὰ περιέχεται, ὡς ἕκαστον τῶν ἄλλων τῇ ἐννοίᾳ τῆς βασιλείας ἐνθεωρεῖσθαι), τάχα δι' ἀκολούθου γένοιτο ἄν τις ἡμῖν τῆς τοῦ Χριστιανισμοῦ ἑρμηνείας ἡ κατανόησις. Εἰ γὰρ τῷ ὑπερέχοντι τῶν τῆς ἀφθάρτου φύσεως ἑρμηνευτικῶν ὀνομάτων συνονομαζόμεθα οἱ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως πρὸς αὐτὸν συναπτόμενοι, ἀνάγκη πᾶσά ἐστι, καὶ ὅσα μετὰ τοῦ ὀνόματος τούτου περὶ τὴν ἄφθαρτον ἐκείνην θεωρεῖται φύσιν νοήματα, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἡμῖν τὴν ὁμωνυμίαν κατὰ τὸ ἀκόλουθον γίνεσθαι. Ὡς γὰρ τῇ μετοχῇ τοῦ Χριστοῦ τὴν τοῦ Χριστιανοῦ προσ-
B ηγορίαν ἐσχήκαμεν, οὕτω προσήκει κατὰ τὸ ἀκόλουθον, καὶ πάντων ἡμᾶς τῶν ὑψηλῶν ὀνομάτων τὴν κοινωνίαν ἐφέλκεσθαι. Καὶ καθάπερ ἐπὶ ἁλύσεως ὁ τὴν κατὰ τὸ ἄκρον ἀγκύλην ἐπισπασάμενος, τὰς συμφυῶς ἐχομένας ἀλλήλων διὰ τῆς μιᾶς ἂν ἐφελκύσαιτο· οὕτως, ἐπειδὴ τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι συμφυῶς ἔχει καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἑρμηνευτικῶν τῆς ἀφράστου καὶ πολυειδοῦς ἐκείνης μακαριότητος, ἐπάναγκες ἂν εἴη τὸν τοῦ ἑνὸς δραξάμενον, καὶ τὰ λοιπὰ τῷ ἑνὶ συνεφέλκεσθαι.

Si quis igitur nomen quidem Christi sumat, quæ vero una cum hoc nomine considerantur, vita non exprimat neque repræsentet: is nomen ementitur, juxta propositam a nobis similitudinem personam inanimam humanæ figuræ conformatam et assimilatam simiæ apponens. Fieri enim non potest quin Christus sit et justitia, et puritas, et veritas, atque cujusvis mali vitatio, neque Christianus esse potest (qui quidem vere Christianus sit), qui non illorum nominum quoque communionem et societatem in sese ostendat. Quocirca sicut definitione aliquis quid per Christianismum significetur, declaraverit: dicemus quod Christianismus sit imitatio divinæ naturæ. Ac nemo definitioni tanquam immodicæ nostræque humilitatem naturæ superanti obtrectet: non enim excessit ea naturam. Nam si quis primam hominis conditionem et statum consideraverit, deprehendet ex documentis Scripturæ, quod definitio extra modum nostræ naturæ egressa non sit. Nam et prima hominis fabricatio ad imitationem Dei similitudinis erat, Moyse de homine ita philosophante, dum ait, « Fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum [14]: » et Christianismi professio est, ut homo reducatur ad pristinam et antiquam felicitatem.

Si igitur antiquitus homo Dei similitudo erat, forsitan haud absurdam et a proposito alienam fecimus definitionem, qui imitationem divinæ naturæ Christianismum esse pronuntiamus. Professio

Εἰ τοίνυν τὸ μὲν ὄνομά τις τοῦ Χριστοῦ ὑποδύοιτο, ὅσα δὲ τῷ ὀνόματι τούτῳ συνθεωρεῖται μὴ δεικνύοι τῷ βίῳ, καταψεύδεται τοῦ ὀνόματος ὁ τοιοῦτος, κατὰ
C τὸ προτεθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα, προσωπεῖον ἄψυχον, ἀνθρωπίνῳ χαρακτῆρι μεμορφωμένον, περιθεὶς τῷ πιθήκῳ. Οὔτε γὰρ τὸν Χριστὸν ἔστι μὴ δικαιοσύνην εἶναι, καὶ καθαρότητα, καὶ ἀλήθειαν, καὶ κακοῦ παντὸς ἀλλοτρίωσιν, οὔτε Χριστιανὸν ἔστιν εἶναι (τόν γε ἀληθῶς Χριστιανὸν), μὴ κἀκείνων τῶν ὀνομάτων τὴν κοινωνίαν ἐν ἑαυτῷ δεικνύοντα. Οὐκοῦν, ὡς ἄν τις ὅρῳ τοῦ Χριστιανισμοῦ τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύσειεν, οὕτως ἐροῦμεν, ὅτι Χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. Καὶ μηδεὶς ὡς ὑπέρογκον καὶ ὑπερβαίνοντα τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν ταπεινότητα διαβαλλέτω τὸν ὅρον· οὐ γὰρ ἐξέβη τὴν φύσιν ὁ ὅρος. Εἰ γάρ τις τὴν πρώτην κατάστασιν τοῦ ἀνθρώπου λογίσαιτο, εὑρήσει διὰ τῶν Γραφικῶν διδαγμάτων, ὅτι οὐκ ἐξῆλθε τὰ μέτρα τῆς φύσεως ἡμῶν ὁ ὅρος. Ἥ τε
D γὰρ πρώτη τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴ κατὰ μίμησιν τῆς τοῦ Θεοῦ ὁμοιότητος ἦν (οὕτω τοῦ Μωϋσέως περὶ τοῦ ἀνθρώπου φιλοσοφήσαντος, ἐν οἷς φησιν, ὅτι « Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν »), καὶ ἡ τοῦ Χριστιανισμοῦ ἐπαγγελία ἐστὶ τὸ εἰς τὴν ἀρχαίαν εὐκληρίαν ἐπαναχθῆναι τὸν ἄνθρωπον.

Εἰ δὲ τὸ ἀρχαῖον Θεοῦ ὁμοίωμα ὁ ἄνθρωπος ἦν, τάχα οὐκ ἔξω τοῦ σκοποῦ τὸν ὁρισμὸν πεποιήμεθα, μίμησιν θείας φύσεως τὸν Χριστιανισμὸν εἶναι ἀποφηνάμενοι. Ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις τῆς προσηγορίας

[14] Gen. I, 27.

οὕτω μεγάλη. Καιρὸς δ' ἂν εἴη διασκοπῆσαι, εἰ τὸ μὴ οὕτως ἔχειν κατὰ τὸν βίον, ἀκίνδυνόν ἐστι τῷ προβαλλομένῳ τὸ ὄνομα. Γένοιτο δ' ἂν ἐξ ὑποδειγμάτων σαφὲς τὸ ζητούμενον· Ὑποκείσθω τις γραφικὴν ἐπαγγελλόμενος τέχνην, γενέσθω δὲ τούτῳ πρόσταγμα τοῦ κρατοῦντος, τοῖς πόῤῥωθεν ἀπῳκισμένοις χαράξαι τὴν τῆς βασιλείας μορφήν. Εἰ τοίνυν εἰδεχθές τι καὶ δύσμορφον εἶδος ἐπὶ τοῦ πίνακος διαχαράξας, εἰκόνα βασιλέως τὴν ἀσχήμονα ταύτην μορφὴν ὀνομάσειεν· ἆρα οὐκ εἰκὸς ἀγανακτῆσαι τὴν ἐξουσίαν, ὡς τοῦ ἀρχετύπου κάλλους διὰ τῆς κακῆς ἐκείνης γραφῆς ἐν τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑβριζομένου; Οἷον γὰρ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τὸ εἶδος δείκνυται, τοιαύτην ἀνάγκη καὶ τὴν ἀρχέτυπον νομισθῆναι μορφήν. Εἰ οὖν Θεοῦ μίμησιν τὸν Χριστιανισμὸν ὁ ὅρος φησὶν, ὁ μήπω δεξάμενος τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, οἷον ἂν ἡμῖν ἴδῃ τὸν βίον τὸν κατὰ μίμησιν Θεοῦ κατορθοῦσθαι πεπιστευμένον, τοιοῦτον ἡμῶν καὶ τὸ Θεῖον οἰήσεται. Ὥστε εἰ μὲν παντὸς ἀγαθοῦ ὑποδείγματα βλέποι, ἀγαθὸν τὸ Θεῖον εἶναι πιστεύσει τὸ παρ' ἡμῶν σεβαζόμενον· εἰ δέ τις ἐμπαθὴς εἴη καὶ θηριώδης, ἄλλοτε πρὸς ἄλλα πάθη μεμορφωμένος θηρίων ἐν τῷ ἤθει μορφὰς (θηρία γὰρ ἄντικρυς ἔστιν ἰδεῖν ταῖς τῆς φύσεως ἡμῶν παρατροπαῖς ἐμμορφούμενα), ἔπειτα Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὁ τοιοῦτος ὀνομάζοι, φανεροῦ πᾶσιν ὄντος, ὅτι ἡ ὑπόσχεσις τοῦ ὀνόματος μίμησιν Θεοῦ ἐπαγγέλλεται· ψεκτὸν ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ τὸ πεπιστευμένον παρ' ἡμῶν Θεῖον ἐν τοῖς ἀπίστοις ποιήσει. Διὸ καὶ ἀπειλήν τινα φοβερωτέραν ἡ Γραφὴ τοῖς τοιούτοις ἐπαγγέλλεται, λέγουσα· « Οὐαὶ, δι' οὓς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι! » Καί μοι δοκεῖ πρὸς ταύτην μάλιστα τὴν διάνοιαν ὁδηγῶν ἡμᾶς ὁ Κύριος, τοῦτο πρὸς τοὺς ἀκοῦσαι δυναμένους εἰπεῖν, ὅτι « Γίνεσθε τέλειοι, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. » Ὁ γὰρ Πατέρα τῶν πεπιστευκότων, τὸν ἀληθινὸν ὀνομάσας Πατέρα, βούλεται πρὸς τὴν ἐν ἐκείνῳ θεωρουμένην τῶν ἀγαθῶν τελειότητα καὶ τοὺς δι' αὐτοῦ γεννηθέντας ὁμοίως ἔχειν. Ἐρεῖς οὖν μοι· Καὶ πῶς ἂν γένοιτο ἀνθρωπίνην ταπεινότητα πρὸς τὴν ἐν τῷ Θεῷ καθορωμένην μακαριότητα ἐπεκτείνεσθαι, ὡς αὐτόθεν τῷ προστάγματι τῆς ἀμηχανίας προφαινομένης; Πῶς γὰρ ἂν γένοιτο δυνατὸν, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς ὁμοιωθῆναι τὸν γήϊνον, αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν φύσιν διαφορᾶς δεικνυούσης τὸ ἀνέφικτον τῆς μιμήσεως; Ἐπ' ἴσης γὰρ εἶναι ἀμήχανον, τῷ τε οὐρανίῳ μεγέθει καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ κάλλεσι τὴν ὄψιν παρισάζεσθαι, καὶ τὸν ἐκ γῆς ἄνθρωπον τῷ οὐρανίῳ ὁμοιοῦσθαι Θεῷ. Ἀλλὰ σαφὴς ὁ περὶ τούτου λόγος· ὅτι οὐ τῇ φύσει τῇ θείᾳ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην συγκρίνεσθαι κελεύει τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ τὰς ἀγαθὰς ἐνεργείας, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, μιμεῖσθαι τῷ βίῳ. Τίνες οὖν εἰσιν αἱ παρ' ἡμῶν ἐνέργειαι πρὸς τὰς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας ὁμοίως ἔχουσαι; Τὸ πάσης κακίας ἀλλοτριοῦσθαι, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ καὶ διανοίᾳ τῶν παρ' αὐτῆς μολυσμῶν καθαρεύοντας· τοῦτο μίμησίς ἐστιν ὡς ἀληθῶς τῆς θείας τε καὶ τῆς περὶ τὸν οὐράνιον Θεὸν τελειότητος.

A igitur appellationis ita magna est. Non alienum autem et intempestivum jam fuerit dispicere, an nihil in hoc periculi sit ei qui hoc nomen prætendit, si ejus vita talis non sit. Ex similitudinibus autem planum nobis ac perspicuum fuerit id quod quærimus. Ponatur aliquis esse, qui artem pingendi profiteatur, atque huic imperari a magistratu, ut iis qui procul habitant, regis imaginem sculpat. Si igitur turpem aliquam ac deformem speciem in tabula sculptam imaginem regis indecoram eam formam nominaverit, an non verisimile est indignaturam esse potestatem, quod pulchritudo principalis propter malam illam picturam vituperetur inter ignaros? Qualis enim in imagine species ostenditur, talem etiam formam principa-B lem existimari necesse est. Quocirca si definitio Christianismum Dei imitationem esse dicit, qualem vitam, quam juxta imitationem Dei traduci creditum est, inter nos viderit is qui nondum mysterii rationem acceperit, tale nostrum quoque numen esse existimabit. Itaque siquidem omnis boni exempla viderit, bonum credet esse numen, quod veneramur; sin autem aliquis affectibus obnoxius ac bestiarum similis fuerit, atque alias in alios identidem affectus transformetur, multasque ferarum formas morum atque ingenii immanitate induat et repræsentet (feras enim plane videre licet naturæ nostræ depravatæ vitiis informari), deinde Christianum is se nominet, nemine ignorante, C quod ejus nominis professio imitationem Dei polliceatur, per vitam suam efficiet, ut quod a nobis creditur esse numen, vituperetur ac reprehendatur inter infideles. Quamobrem Scriptura quoque talibus acriores ac terribiliores quodammodo minas denuntiat, dum dicit : « Væ, propter quos nomini meo obtrectatur inter gentes [2]. » Ac mihi videtur ad hanc maxime sententiam et intellectum nos ducens Dominus illud dixisse ad eos qui audire poterant : « Sitis perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est [3]. » Qui enim Patrem eorum qui crediderunt, verum patrem nominavit, vult etiam eos qui per ipsum geniti sunt, bonorum perfectioni quæ in illo spectatur similes esse. Dices igitur mihi, Et qui fieri possit, ut humilitas humana ad eam, quæ D in Deo conspicitur beatitudinem enitatur, quasi in ipso videlicet præcepto, rei quæ fieri nequeat, perplexitas atque difficultas emineat et appareat? Qui enim fieri possit, ut terrenus similis fiat ei qui in cœlis est, cum ea quæ in natura consistit differentia ostendat fieri non posse, ut imitando quis eo usque evadat? Æque enim fieri non posse, ut vel cœlesti magnitudini, et ei quæ inibi est, pulchritudini facie quispiam adæquetur, vel homo terrenus cœlesti Deo assimiletur. Sed perspicua hac de re oratio est, nimirum quod non cum natura naturam, humanam inquam, cum divina comparari jubeat Evangelium, sed bonas actiones, quoad ejus

[2] Isa. LII, 5. [3] Matth. v, 48.

fieri possit, vivendo imitari. Quænam igitur a nobis proficiscuntur actiones, quæ Dei actionum similes sunt? Ab omni vitiositate atque malitia, quoad ejus fieri possit, esse alienos, atque ab ejus inquinationibus, tum opere, tum sermone, tum mente vacuos ac puros esse, id revera divinæ et ejus quæ circa cœlestem Deum spectatur, perfectionis imitatio est.

Non enim mihi videtur Evangelium elementum cœli tanquam separatum quoddam domicilium Dei dicere, dum jubet nos ita perfectos esse sicut cœlestis Pater perfectus est, quippe cum numen divinum in omnibus ex æquo sit, et per omnem itidem creaturam permeet atque pervadat, et nihil, quod ab ente separatum sit, in essentia manere possit, sed æquabiliter parique ratione ac modo unamquamque rem natura divina amplectatur et attingat, omnia vi comprehensiva intra se continens atque coercens: quemadmodum Propheta quoque hoc docet, dicens: Sive mente fuero in cœlo, sive subterranea cogitatione penetrans scrutatus fuero, sive ad terminos rerum vim animæ cogitativam et imaginativam extendero, omnia video dextera tua comprehendi. Dictio autem ad hunc modum sese habet: « Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, præsto es; si sustulero alas meas ad diluculum, et divertero ad extrema maris, etenim illic manus tua deducet me, et dextera tua me detinebit [4]. » Igitur ex his discere possumus quod non peculiariter cœlestis habitatio Deo separata ac destinata sit. Sed quoniam superna natura a vitiositate et malitia pura esse solet (multis in locis hoc Scriptura sancta nobis significante per ambages et involucra), et ab hac inferna, quæ ex crassiori materia conflata est vita, ea quæ ex vitiositate exsistunt mala designantur, cum hic inventor vitiositatis anguis circa vitam terrenam serpat atque volvatur, quemadmodum de eo per verba tecta involutaque dicit Scriptura, quod super pectus ac ventrem ambulet, et terra vescatur semper [5] (hoc autem tum figura motus, tum genus cibi nobis explicat, quod hæc terrena et inferna vita sit, quæ reptationem multiformis vitiositatis in sese admittit, et cibus irrepentis in eam bestiæ fit): igitur qui cœlestem Patrem jubet imitari, a terrenis affectibus vacare ac purum esse jubet: quorum vitatio non mutatione loci, sed ex libera voluntate ac sola animi destinatione fit. Quocirca si natura ita comparatum est, ut solo motu mentis et appetitu a malo alienemur, nihil laboriosum nobis præcipit evangelicus sermo. Neque enim labor conjunctus est affectioni et ardori mentis, sed licet nobis absque ullo negotio quocunque velimus per cogitationes accedere. Itaque volenti facile est, cœlestem vitæ traductionem vel in terra habere, si quemadmodum Evangelium præscribit, cœlestia sapiamus, cœlestibus afficiamur, et in thesauris cœlestibus virtutis divitias deponamus. Inquit enim: « Ne congerite vobis thesauros in terra, sed congregate thesauros in cœlis ubi neque tinea neque ærugo corrumpit, neque fures perfodiunt et furantur [6]. »

A Οὐ γάρ μοι δοκεῖ τὸ στοιχεῖον τοῦ οὐρανοῦ, καθάπερ τι κεχωρισμένον ἐνδιαίτημα Θεοῦ λέγειν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν οἷς προστάσσει τελειοῦσθαι ἡμᾶς, κατὰ τὸν ἐπουράνιον Πατέρα· διότι τὸ Θεῖον κατὰ τὸ ἴσον ἐν πᾶσίν ἐστι, καὶ διὰ πάσης ὡσαύτως διήκει τῆς κτίσεως, καὶ οὐδὲν ἂν χωρισθὲν τοῦ ὄντος ἐν τῷ εἶναι μένοι, ἀλλ' ὁμοτίμως ἑκάστου τῶν ὄντων ἡ θεία φύσις ἐφάπτεται, πάντα τῇ περιεκτικῇ δυνάμει ἐντὸς ἑαυτῆς περιείργουσα· καθάπερ καὶ Προφήτης τοῦτο παιδεύει λέγων, ὅτι Κἂν ἐν τῷ οὐρανῷ γένωμαι τῇ διανοίᾳ, κἂν τὰ ὑπόγεια τῷ λογισμῷ καταδυεὶς ἐξ-
B ετάσω, κἂν ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν ὄντων τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ἐπεκτείνω, πάντα ὁρῶ τῇ δεξιᾷ σου περικρατούμενα. Ἔχει δὲ ἡ λέξις τοῦτον τὸν τρόπον· « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· εἰ καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Εἰ ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. » Οὐκοῦν ἐκ τούτων ἔστι μαθεῖν, τὸ μὴ ἀφωρίσθαι κατ' ἐξαίρετον τῷ Θεῷ τὴν οὐράνιον οἴκησιν. Ἀλλ' ἐπεί γε ἐπίσταται καθαρεύειν κακίας ἡ ἄνω λῆξις (τοῦτο πολλαχῇ τῆς ἁγίας Γραφῆς παρασημηναμένης ἡμῖν δι' αἰνίγματος), καὶ τῇ κάτω ταύτῃ τῇ ὑλωδεστέρᾳ ζωῇ τὰ κατὰ κακίαν ἐνεργεῖται πάθη, ὧδε τοῦ εὑρέτου τῆς κακίας ὄφεως περὶ τὸν γήϊνον βίον ἰλυσπωμένου καὶ ἕρποντος, καθώς φησιν
C ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ ἐν αἰνίγματι, ὅτι ἐπὶ τὸ στῆθος καὶ τὴν κοιλίαν πορεύεται, καὶ γῆν σιτεῖται διαπαντός. Τοῦτο δὲ τό τε σχῆμα τῆς κινήσεως ἡμῖν ἑρμηνεύει, καὶ τὸ τῆς βρώσεως εἶδος· ὅτι γήϊνος οὗτος καὶ κατῳκισμένος βίος ἐστὶν, ὃς τὴν ἑρπηδόνα τῆς πολυτρόπου κακίας ἐφ' ἑαυτοῦ δέχεται, καὶ τροφὴ τοῦ ἐφέρποντος αὐτὸν θηρίου γίνεται. Οὐκοῦν ὁ τὸν οὐράνιον μιμεῖσθαι κελεύων Πατέρα, τῶν γηΐνων παθῶν καθαρεύειν κελεύει, ὧν ἡ ἀπόστασις οὐ διὰ τοπικῆς μεταβάσεως, ἀλλὰ διὰ προαιρέσεως ἐνεργεῖται μόνης. Εἰ οὖν ἐν μόνῃ τῆς διανοίας ὁρμῇ κατορθοῦσθαι πέφυκεν ἡ τοῦ κακοῦ ἀλλοτρίωσις, οὐδὲν ἐπίπονον ἡμῖν ὁ εὐαγγελικὸς ἐγκελεύεται λόγος. Οὐδὲ γὰρ συνέζευκται κόπος τῇ τῆς διανοίας ὁρμῇ, ἀλλ' ἔξεστιν ἡμῖν ἀπραγματεύτως, ὅπουπερ ἂν θέλοιμεν,
D δι' ἐνθυμήσεων παραγίνεσθαι· ὥστε τὴν οὐράνιον διαγωγὴν ῥᾴδιον εἶναι τῷ βουλομένῳ καὶ ἐπὶ γῆς ἔχειν, καθὼς ὑφηγεῖται τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν τῷ φρονεῖν τὰ οὐράνια, καὶ τοῖς ἐκεῖ θησαυροῖς τὸν τῆς ἀρετῆς πλοῦτον ἐναποτίθεσθαι. « Μὴ θησαυρίζετε » γὰρ, φησὶ, « θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ θησαυρίζετε θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς, οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, οὔτε κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσιν. » Ἐνδείκνυται δὲ διὰ τούτων, τὸ μηδεμίαν τῇ ἄνω ζωῇ φθαρτικὴν τῆς μακαριότητος ἐμπολιτεύεσθαι δύναμιν. Ὁ γὰρ ἐπὶ λύμῃ τοῦ τῇδε βίου πολυειδῶς τὴν ποικίλην ἑαυτοῦ κακίαν κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς

[4] Psal. cxxxviii, 8 sqq. [5] Gen. iii, 14. [6] Matth. vi, 19; Luc. xii, 33.

ἐνεργῶν, ἤτοι σητὸς τρόπον ταῖς διανοίαις ἐντίκτεται, ἀχρειῶν τὸ μέρος ᾧπερ ἂν ἐμφυῇ· ἤτοι διὰ τῆς βρωτικῆς τε καὶ ἀφανιστικῆς δυνάμεως, εἰ μὴ ταχέως ἀποτιναχθείη τοῦ μέρους, πρὸς τὰ παρακείμενα μεθέρπων, διαφθορᾶς ἴχνος, οἷς ἂν ἐμπελάσῃ, διὰ τῆς κινήσεως ἐνσημαίνεται· ἢ, εἴπερ τὰ ἐντὸς ἀσφαλῶς ἔχοι, διὰ τῶν ἔξωθεν περιστάσεων ἐπιβουλεύει. Ἢ γὰρ δι' ἡδονῆς τὸν θησαυρὸν τῆς καρδίας ἐτοιχωρύχησεν, ἢ δι' ἑτέρου πάθους κενὸν τῆς ἀρετῆς τὸ τῆς ψυχῆς δοχεῖον ἐποίησε, θυμῷ ἢ λύπῃ ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ πάθει τὸν λογισμὸν ὑποκλέψας. Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς ἄνω θησαυροῖς, οὔτε σῆτά φησιν, οὔτε βρῶσιν ὁ Κύριος γίνεσθαι, οὔτε τὴν ἀπὸ τῆς κλεπτικῆς κακίαν διδάσκουσαν ταῦτα, ἅπερ ὑπενοήσαμεν· ἐκεῖ μεταθετέον τὴν ἐμπορίαν, ἐν ᾗ τὸ θησαυρίσαι οὐ μόνον ἄσυλόν τε καὶ ἀμείωτον εἰς ἀεὶ διαμένει, ἀλλὰ καὶ σπερμάτων δίκην, ἐπὶ τὸ πολλαπλάσιον κατεργάζεται τὴν ἐπαύξησιν. Χρὴ γὰρ πάντως τῇ φύσει τοῦ τὴν παρακαταθήκην δεχομένου μεγαλύνεσθαι τὴν ἀντίδοσιν. Ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἐνεργοῦμεν φύσιν, πτωχὰ προσάγοντες διὰ τὸ πεφυκέναι τοιοῦτοι· οὕτως εἰκὸς, τὸν ἐν παντὶ πλούσιον ὄντα, ἃ πέφυκεν ἔχειν, ταῦτα τοῖς προδεδωκόσιν ἀντιχαρίζεσθαι. Μηδεὶς οὖν ἀθυμείτω, τὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τοῖς θείοις θησαυροῖς συνεισφέρων, ὡς πρὸς τὸ μέτρον, ὧν δέδωκε, κομιούμενος, ἀλλ' ἀναμενέτω, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ εἰπόντος ὅτι μεγάλα τῶν μικρῶν ἀντικαταλλάξεται, οὐράνια μὲν τῶν γηΐνων, ἀΐδια δὲ τῶν ὠκυμόρων διαμειβόμενος· ἃ τοιαῦτα τῇ φύσει ἐστὶν, ὡς μήτε διανοίᾳ δυνατὸν εἶναι ληφθῆναι, μήτε εἰς ἑρμηνείαν λόγου ἐλθεῖν, περὶ ὧν ἡ θεόπνευστος διδάσκει Γραφὴ, ὅτι « Οὔτε ὁ ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Ταῦτά σοι, ὦ τιμία κεφαλὴ, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλλειφθέντων γραμμάτων ἀνεπληρώσαμεν, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα γινόμενα ἐλλείμματα προεξητάσαμεν. Σὺ δέ μοι πράττοις ἐν Κυρίῳ καταθυμίως. Τοῦτο δέ σοι εἴη διαπαντὸς καταθύμιον, ὃ καὶ τῷ Θεῷ κεχαρισμένον ἐστὶ, καὶ ἡμῖν καταθύμιον.

A Quibus verbis ostendit quod nulla vis, quæ beatitudinem illam corrumpere possit, in superna vita versetur. Nam ille qui ad corruptelam et perniciem hujus vitæ multifariam multisque modis variam suam malitiam adversus humanam vitam exercet, vel tineæ in modum mentibus innascitur, partem cuicunque inhæserit inutilem reddens; vel per vim corrosivam et corruptivam, nisi celeriter de parte quam invaserit excussus fuerit, ad proxima quæque serpendo progrediens, quæcunque movendo se contigerit, iis vestigium corruptionis imprimit; vel si interiora firma ac tuta sint, per externas circumstantias insidiatur. Aut enim voluptate perfodiendo cordis thesaurum invadit, aut per alium affectum ex animæ receptaculo virtutem B eximit, vel ira, vel tristitia et angore, vel alia simili quapiam perturbatione et affectu rationem subducens. Quoniam igitur Dominus in supernis thesauris neque tineam neque æruginem innasci dicit, neque ab arte furandi malitiam inesse, quæ doceat ea quæ commemoravimus, illuc transferenda negotiatio est, ubi non modo compilationi atque diminutioni non obnoxii thesauri semper permanent, verum etiam seminum in modum multiplex efficiunt incrementum. Oportet enim prorsus ex natura depositarii magnam fieri remunerationem. Quemadmodum enim nos ex natura nostra facimus, ut tenuia offeramus, quippe cum natura simus tales, ita consentaneum est eum qui in omni C re dives est, iis quæ ex natura habet eos qui sua ante dederint, esse remuneraturum. Ne quis igitur se animo demittat, dum quæ pro viribus suis potest, divinis infert thesauris, quasi pro modo eorum quæ dederit recepturus; sed speret juxta pollicitationem ejus qui dixit, quod magna parvis sit comparaturus, cœlestibus quidem terrena, sempiternis vero cito peritura permutans, quæ talia natura sunt, ut neque mente percipi, neque sermone explicari possint, de quibus divina docet Scriptura, quod neque oculus viderit, neque auris audiverit, neque in cor hominis ascenderint, quæ præparaverit Deus diligentibus se [7]. His tibi, o charum caput, non solum prætermissas litteras resarcivimus et compensavimus, verum etiam quæ posthac prætermittentur ac reliqua fient, per argumentum quærere anticipavimus. Tu vero mihi vivas in Domino ex animi tui sententia. Hoc autem semper tibi cordi sit atque probetur, quod et Deo gratum et nobis jucundum est.

[7] I Cor. II, 9.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΕΛΕΙΟΤΗΤΟΣ,
ΚΑΙ ΟΠΟΙΟΝ ΧΡΗ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΝ,
ΠΡΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΝ ΜΟΝΑΧΟΝ.

—

EJUSDEM
DE PERFECTIONE
ET QUALEM OPORTEAT ESSE CHRISTIANUM,
AD OLYMPIUM MONACHUM.

Francisco Zino interprete.

—

Quæris qua ratione vita ex virtute possit institui, ut omnibus officiorum numeris absoluta atque perfecta nullis reprehensionibus sit obnoxia; digna profecto professione tua postulatio. Mihi vero nihil esset optatius quam ut eorum quæ cupis exempla possem ex mea vita tibi depromere, ut doctrinam abs te quæsitam factis potius quam verbis explicarem. Ea enim demum bene vivendi institutio digna est, cui fides habeatur, cum docentis vita congruit orationi. Cæterum quoniam me id quod opto nondum assecutum video, ut orationis loco possim vitam ostendere, ne imperfectus omnino videar et a signo præ inscitia penitus aberrare, brevem tibi recte vivendi formulam tradam; atque illius quidem hinc jam nascitur exordium. Bonus Dominus noster Jesus Christus nos, qui in ipsum credimus, adorandi nominis sui participes fecit, ut sive divites, sive nobiles, sive obscuri, sive inopes, sive doctrinæ aut dignitatis insignibus exornati simus, nulla tamen ex re quæ nobis adsit nominemur, sed his omnibus rejectis, de uno nomine ipsius proprie appellemur Christiani. Cum igitur hanc nobis e cœlo gratiam attulerit, operæ pretium est ut prius muneris magnitudinem consideremus, quo meritas largitori Deo gratias habeamus. Deinde tales in omni vita nos præstemus, quales requirit hujusce nominis excellentia. Quanta sit hujus muneris magnitudo, quod illius qui vitæ nostræ Dominus est nomine nuncupemur, nobis perspicuum fiet si quid nomen ipsum a Christo deductum significet animadvertemus, ut intelligamus quando universi Dominum in nostris precationibus hac voce nominamus, quam animis nostris notionem concipiamus, aut quid per hoc nomen cogitantes apte credamus ipsum appellare. Id ubi compertum habuerimus,

A Πρέπουσα τῇ προαιρέσει ἡ σπουδὴ περὶ τοῦ γνῶναι πῶς ἄν τις διὰ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου τελειωθείη, ὥστε διὰ πάντων κατορθωθῆναί σου τῇ ζωῇ τὸ ἀμώμητον. Ἐγὼ δὲ περὶ παντὸς μὲν ἂν ἐποιησάμην, ἐν τῷ ἐμῷ βίῳ τῶν σοὶ σπουδαζομένων εὑρεθῆναι τὰ ὑποδείγματα, ὥστε τοῖς ἔργοις πρὸ τῶν λόγων ἐπιζητουμένην ὑπὸ σοῦ παρασχεῖν διδασκαλίαν. Οὕτω γὰρ ἂν ἀξιόπιστος ἦν τῶν ἀγαθῶν ἡ ὑφήγησις, τοῦ βίου τοῖς λόγοις συμφθεγγομένου. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο μὲν εὔχομαι γενέσθαι ποτὲ, νῦν δὲ οὔπω τοιοῦτον ἐμαυτὸν βλέπων, ὡς ἀντὶ τοῦ λόγου προδεικνύειν τὸν βίον, ἵνα μὴ καθόλου δοκοίην ἀσυντελὴς εἶναί σοί τις πρὸς τὸν σκοπὸν καὶ ἀνόνητος, ἐφ' ὃ δεῖ συντεῖναι τὸν ἀκριβῆ βίον, ὑποθέσθαι διενοήθην, ἐντεῦθεν τοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος· Τοῦ ἀγαθοῦ
B Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χαρισαμένου τὴν κοινωνίαν ἡμῖν τοῦ προσκυνουμένου ὀνόματος, ὥστε ἡμᾶς ἐκ μηδενὸς ἄλλου τῶν περὶ ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι, κἂν πλούσιός τις ὢν τύχῃ, καὶ εὐπατρίδης, κἂν δυσγενὴς ᾖ ἢ πένης, καὶ ἐξ ἐπιτηδευμάτων τινῶν ἢ ἀξιωμάτων τὸ γνώριμον ἔχῃ, πάντων τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἀργούντων, μίαν εἶναι κυρίαν κλῆσιν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι δεδώρηται, τὸ Χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι. Ταύτης ἄνωθεν ἡμῖν ἐπικυρωθείσης τῆς χάριτος, ἀναγκαῖον ἂν εἴη πρῶτον τῆς δωρεᾶς νοῆσαι τὸ μέγεθος, ὥστε κατ' ἀξίαν εὐχαριστῆσαι τῷ τὰ τηλικαῦτα δωρησαμένῳ Θεῷ. Ἔπειτα δὲ τοιούτους ἑαυτοὺς διὰ τοῦ βίου δεῖξαι, οἷον ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ μεγάλου τούτου ὀνόματος δύναμις. Τὸ μὲν οὖν μέγεθος τῆς δωρεᾶς, ἧς διὰ τοῦ συνονομασθῆναι τῷ Δεσπότῃ
C τῆς ζωῆς ἡμῶν ἠξιώθημεν, οὕτως ἂν γένοιτο δῆλον ἡμῖν, εἰ αὐτὸ τὸ σημαινόμενον τοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν ὀνόματος ἐπιγνοίημεν, ὥστε συνεῖναι, ὅταν διὰ ταύτης τῆς φωνῆς τὸν τοῦ παντὸς Κύριον ἐν ταῖς εὐχαῖς προσκαλώμεθα, ποίαν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἀναλαμβάνομεν ἔννοιαν, ἢ τί διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου κα-

τανοοῦντες, εὐσεβῶς αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι πιστεύομεν. A Ἐπειδὰν δὲ τοῦτο νοήσωμεν, τότε δι' ἀκολούθου, καὶ οἵους προσήκει ἡμᾶς διὰ τῆς περὶ τὸν βίον σπουδῆς ἐπιδειχθῆναι, σαφῶς μαθησόμεθα, διδασκάλῳ καὶ ὁδηγῷ πρὸς τὸν βίον τῷ ὀνόματι χρώμενοι. Οὐκοῦν τὸν ἅγιον Παῦλον πρὸς τὰ δύο ταῦτα καθηγεμόνα ποιούμενοι, ἀσφαλεστάτην ἕξομεν ὁδηγίαν πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων σαφήνειαν. Οὗτος γὰρ μάλιστα πάντων ἀκριβῶς, καὶ τί ἐστιν ὁ Χριστὸς κατενόησε, καὶ οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπονομαζόμενον αὐτῷ, δι' ὧν ἐποίησεν, ὑφηγήσατο· οὕτως ἐναργῶς αὐτὸν μιμησάμενος, ὡς ἐν ἑαυτῷ δεῖξαι τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην μεμορφωμένον, διὰ τῆς ἀκριβεστάτης μιμήσεως, μεταβληθέντος τοῦ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εἴδους πρὸς τὸ πρωτότυπον, ὡς μηκέτι Παῦλον εἶναι δοκεῖν τὸν ζῶντά τε καὶ φθεγγόμενον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐν αὐτῷ B ζῆν· καθώς φησιν ὁ καλὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν ἐπαισθόμενος, ὅτι « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. » Καὶ, ὅτι « Ζῶ δὲ ἐγὼ οὐκ ἔτι, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. »

Οὗτος οὖν τοῦ κατὰ Χριστὸν ὀνομάζοντος ἐγνώρισεν ἡμῖν τὸ σημαινόμενον, εἰπὼν, ὅτι Χριστός ἐστι Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, ἀλλὰ καὶ εἰρήνην αὐτὸν ἐκάλεσε, καὶ φῶς ἀπρόσιτον, ἐν ᾧ οἰκεῖ ὁ Θεὸς, ἁγιασμόν τε καὶ ἀπολύτρωσιν, ἀρχιερέα τε μέγαν, καὶ Πάσχα, ἱλαστήριον ψυχῶν, ἀπαύγασμα δόξης, χαρακτῆρα ὑποστάσεως, καὶ ποιητὴν αἰώνων, βρῶμα πνευματικὸν καὶ πόμα, καὶ πέτραν, καὶ ὕδωρ, θεμέλιον πίστεως, καὶ γωνίας κεφαλὴν, καὶ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου εἰκόνα, καὶ μέγαν Θεὸν, κεφαλήν τε τοῦ C τῆς Ἐκκλησίας σώματος, καὶ τῆς καινῆς κτίσεως πρωτότοκον, καὶ ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων, πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καὶ πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ Υἱὸν μονογενῆ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, καὶ Κύριον τῆς δόξης, καὶ ἀρχὴν τῶν ὄντων (οὕτως εἰπὼν περὶ αὐτοῦ· Ὅς ἐστιν ἀρχὴ), βασιλέα τε δικαιοσύνης πρὸς τούτοις, βασιλέα εἰρήνης, καὶ βασιλέα τῶν ἁπάντων, ἀπερίγραπτον ἔχοντα τῆς βασιλείας τὸ κράτος. Καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ, ὧν οὐκ ἔστι τὸ πλῆθος ῥᾳδίως ἐξαριθμήσασθαι· ἅπερ πάντα συντεθέντα πρὸς ἄλληλα, τῆς ἑκάστου τῶν ἐπωνύμων διανοίας, τὸ παρ' ἑαυτῆς εἰς ἔνδειξιν τοῦ σημαινομένου συνεισφερούσης, ἔμφασίν τινα τῆς σημασίας τοῦ κατὰ Χριστὸν ὀνόματος ἡμῖν ἐμποιεῖ, ὅσον D χωροῦμεν τῇ ψυχῇ κατανοῆσαι, τοσοῦτον τὰ τῆς ἀφράστου μεγαλειότητος ἡμῖν ἐνδεικνύμενα. Ἐπειδὴ τοίνυν πάσης ἀξίας τε καὶ ἐξουσίας καὶ δυναστείας ὑπέρκειται τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα, τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ προσηγορίᾳ κυρίως καὶ πρώτως τὸ βασιλικὸν διασημαίνεται κράτος (προηγεῖτο γὰρ, καθὼς ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐμάθομεν, τῆς βασιλείας ἡ χρίσις), τῇ δὲ βασιλείᾳ πᾶσα ἡ τῶν λοιπῶν ἐμπεριέχεται δύναμις, τούτου χάριν ὁ τὰ περιεχόμενα κατανοήσας, καὶ τὴν περιεκτικὴν τῶν κατὰ μέρος συγκατενόησε δύναμιν. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ βασιλεία, ἧς ἐνδεικτικὸν ὄνομα ἡ τοῦ Χριστοῦ κλῆσίς ἐστιν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ

[1] II Cor. XIII, 3. [2] Galat. II, 20.

ipso nomine ut magistro et duce ad bene beateque vivendum utentes, quæ nobis vitæ studia sequenda sint, facile cognoscemus. Ad hæc autem duo quæ investigamus percipienda tutissimum aditum habebimus, si nobis D. Paulum itineris ducem proposuerimus. Hic enim maxime omnium exquisite, et qui Christus sit novit, et qualem esse oporteat, qui ab eo nomen accepit, ex iis quæ gessit ipse, declaravit : nam adeo accurate illum imitatus est, ut in se Dominum ipsum expressum ostenderit, quippe qui diligentissima imitatione formam animi sui ita transtulit in ipsum exemplar, ut non amplius, qui loquebatur, Paulus, sed Christus esse videretur, quemadmodum ipsemet dicit, qui propria bona pulchre sentiebat : « Quoniam experimentum, » inquit [1], « quæritis ejus qui in me loquitur Christus. » Et, « Vivo ego jam non ego, vivit autem in me Christus [2]. »

Hic igitur nobis et quam vim nomen hoc Christus habeat patefecit, cum diceret Christum esse Dei virtutem et Dei sapientiam, cumque et pacem ipsum nominaret et lucem inaccessibilem, in qua Deus inhabitat, expiationem, et redemptionem, et sacerdotem magnum, et Pascha, et propitiationem animarum, splendorem gloriæ et figuram substantiæ, et effectorem sæculorum, cibum ac potum spiritualem, petram et aquam, fundamentum fidei, et anguli caput, et Dei invisibilis imaginem, et magnum Deum, caput corporis Ecclesiæ, et novæ creaturæ primogenitum, et primitias eorum qui dormierunt, et primogenitum ex mortuis, et primogenitum in multis fratribus, et mediatorem Dei et hominum, et Filium unigenitum gloria et honore coronatum, et Dominum gloriæ, et rerum principium, et regem justitiæ, ad hæc et regem pacis, et regem omnium, imperium regni nullis terminis circumscriptum obtinentem. His et aliis id genus nominibus cum appellavit, quæ tam multa sunt ut præ multitudine haud facile numero comprehendi possint. Quæ quidem omnia si inter se componantur, et singulorum colligantur significationes, mirabilem nobis hujus nominis Christi vim aperient, et majestatis illius quæ verbis explicari nequit, tantum ostendent, quantum animis et cogitatione capere valuerimus. Verum, quoniam omni dignitati, et potentiæ, et principatui regia præcellit amplitudo, Christi autem nomine regium significatur imperium (nam ut ex historiarum libris didicimus, prius unguntur, qui futuri sunt reges), regno autem omnis reliquorum nominum vis continetur; eo fit ut qui ea quæ comprehenduntur cognoscit, simul etiam illa complectentem intelligat potestatem. Hoc autem regnum est, quod quidem regnum Christi appellatione indicatur. Quamobrem cum omnium maximum et divinissimum, et primum nomen Domini

nostri bonitas nobis impertiverit, ut Christi cognomine decorati appellemur Christiani, necesse est ut omnia nomina, quæ vocem hanc interpretantur, in nobis item conspiciantur expressa, ne falso vocati Christiani videamur, sed ex vita testimonium habeamus. Neque enim ex appellatione res fiunt, sed earum subjecta natura, quæcunque tandem illa sit, apti nominis significatione declaratur. Exempli gratia, si arbori, aut petræ hominis vocabulum tribuamus, ideone planta, aut lapis erit homo? Minime vero; sed oportet ut homo sit prius, deinde congrua ipsius naturæ appellatione nominetur: ac ne illis quidem, quæ similitudinem aliquam habent inter se, idem nomen proprie convenit, ut si quis statuam hominem dicat, aut equum, illius imaginem, sed ut aliquid proprie et vere nuncupetur, germanam omnino appellationem natura demonstrabit. Si quid autem ars in ære, aut marmore, aut alio ejusmodi subjecto imitabitur, id ipsius materiæ nomen obtinebit.

A τοῦ μεγίστου τε καὶ θειοτάτου καὶ πρώτου τῶν ὀνομάτων γέγονε παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου ἡμῖν κοινωνία, ὥστε τοὺς τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ Χριστοῦ τιμηθέντας Χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι· ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πάντα τὰ ἑρμηνευτικὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ὀνόματα καὶ ἐν ἡμῖν καθορᾶσθαι, ὡς μὴ ψευδώνυμον ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὴν κλῆσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὴν μαρτυρίαν ἔχειν. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ καλεῖσθαί τι τὸ εἶναι γίνεται· ἀλλ' ἡ ὑποκειμένη φύσις, οἵα δ' ἂν οὖσα τύχῃ, διὰ τῆς προσφυοῦς τοῦ ὀνόματος σημασίας γνωρίζεται. Οἷόν τι λέγω· Εἰ δένδρῳ τις ἢ πέτρᾳ προσηγορίαν ἀνθρώπου χαρίσαιτο, ἆρα ἄνθρωπος ἔσται διὰ τὴν κλῆσιν, ἢ τὸ φυτὸν, ἢ ὁ λίθος; Οὐκ ἔστι ταῦτα· ἀλλὰ χρὴ πρῶτον εἶναι ἄνθρωπον, εἶθ' οὕτως ὀνομασθῆναι τῇ προσηγορίᾳ τῆς φύσεως. Οὐδὲ γὰρ B ἐπὶ τῶν ὁμοιωμάτων αἱ κλήσεις ἔχουσι τὸ κύριον, ὡς εἴ τις ἄνθρωπον λέγει τὸν ἀνδριάντα, ἢ ἵππον τὸ μίμημα· ἀλλ' εἰ μέλλοι τι κυρίως καὶ ἀψευδῶς ὀνομάζεσθαι, ἀληθῆ δείξει πάντως τὴν προσηγορίαν ἡ φύσις. Ἡ δὲ ἀναδεξαμένη τὴν μίμησιν ὕλη, ὅπερ ἂν οὖσα τύχῃ, τοῦτο καὶ ὀνομάζεται, χαλκὸς, ἢ λίθος, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ᾧ ἐπέβαλεν ἡ τέχνη τὸ εἶδος πρὸς τὸ δοκοῦν σχηματίσασα.

Quapropter qui se nominant Christianos, id prius oportet ut sint, quod exigit ipsum nomen, deinde eam sibi appellationem accommodent. Ac quemadmodum si quis verum hominem ab homine sculpto velit sejungere, ex utriusque proprietatibus id faciet, alterum asserens animal rationale atque judicio præditum, alterum vero materiam inanimatam, quæ imitatione formam induerit: sic etiam vere Christianum hominem ab eo qui Christiani tantum speciem habet, ex propria utriusque forma distinguemus. Veri Christiani formam exprimunt illa omnia, quæ de Christo commemoravimus. Ex quibus ea, quæ capere possumus, imitamur: quæ vero in naturam nostram ad imitandum non cadunt, ea veneramur et colimus. Quamobrem, ut aliquis sit perfectus homo Dei, ut inquit Apostolus [3], nullo modo per malitiam perfectionem imminuens, oportet, ut omnia nomina, quæ Christi significationem explicant, in ejus vita partim imitatione, partim veneratione colluceant. Quemadmodum enim qui commentitia fabularum monstra vel oratione vel pictura confingunt, bucephalos quosdam, aut hippocentauros, aut anguipedes, aut quidpiam aliud ex diversis generibus componentes, non ad exemplar naturæ dirigunt imitationem, sed perversa illa inventione naturam prætereuntes, non hominem, sed aliud quiddam effingunt; quippe qui ex eo quod videtur, id formant quod non est, cujus licet aliqua pars cuipiam humani corporis parti similis videatur, nemo tamen id quod absurda illa compositione conflatum est, hominem dicat: eodem pacto haud recte perfectus Christianus appellabitur, qui vel a ratione abhorrens caput obtineat, id est ipsum universi corporis caput, quod Verbum est, fide non habeat, quamvis

Οὐκοῦν τοὺς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ὀνομάζοντας, πρῶτον γενέσθαι χρὴ ὅπερ τὸ ὄνομα βούλεται, εἶθ' οὕτως ἑαυτοῖς ἐφαρμόσαι τὴν κλῆσιν. Καὶ ὥσπερ εἴ τις διακρίνοι ἀπὸ τοῦ ὄντος ἀνθρώπου τὸν ὁμωνύμως ἐπὶ τῆς εἰκόνος λεγόμενον, ἐκ τῶν ἰδιωμάτων C ποιήσεται τὴν διάκρισιν (τὸ μὲν γὰρ ζῶον λογικὸν διανοητικὸν ὀνομάσει, τὸ δὲ ἕτερον ὕλην ἄψυχον διὰ μιμήσεως ὑπελθοῦσαν τὸ εἶδος)· οὕτω καὶ τὸν Χριστιανὸν, τόν τε ἀληθῶς ὄντα καὶ τὸν δοκοῦντα, διὰ τῶν ἐπιφαινομένων τοῖς χαρακτῆρσιν ἰδιωμάτων ἐπιγνωσόμεθα. Χαρακτῆρες δὲ τοῦ ὄντως Χριστιανοῦ πάντα κἀκεῖνά ἐστιν, ὅσα περὶ τὸν Χριστὸν ἐνοήσαμεν. Ὧν ὅσα μὲν χωροῦμεν, μιμούμεθα· ὅσα δὲ οὐ χωρεῖ ἡ φύσις πρὸς μίμησιν, σεβόμεθά τε καὶ προσκυνοῦμεν. Οὐκοῦν πάντα τὰ ἑρμηνευτικὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σημασίας ὀνόματα ἐπιλάμπειν χρὴ τῷ Χριστιανῷ βίῳ, τὰ μὲν διὰ μιμήσεως, τὰ δὲ διὰ προσκυνήσεως, εἰ μέλλοι ἄρτιος εἶναι ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, μηδαμοῦ διὰ τῆς κακίας ἀκρωτηριάζων τὴν ἀρτιότητα. Ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς μυθικὰς D τερατείας ἢ διὰ τῶν λόγων ἢ διὰ τῆς γραφικῆς πλάσσοντες τέχνης, βουκεφάλους τινὰς, ἢ ἱπποκενταύρους, ἢ δρακοντόποδας, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐξ ἑτερογενῶν συντιθέντες, οὐ πρὸς τὸ τῆς φύσεως ἀρχέτυπον τὴν μίμησιν ἄγουσιν, ἀλλὰ διὰ τῆς παραλόγου ταύτης ἐπινοίας τὴν φύσιν ἐμφαίνοντες, ἄλλο τι πλάσσουσι, καὶ οὐκ ἄνθρωπον, σχηματίζοντες πρὸς τὸ δοκοῦν τὸ ἀνύπαρκτον· καὶ οὐκ ἄν τις ἄνθρωπον εἴποι τὸ πεπλασμένον διὰ τῆς ἀλλοκότου ταύτης συνθέσεως, κἂν μέρει τινὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος προσεοικὸς τύχῃ τὸ μέρος τοῦ πλάσματος· οὕτως οὐδ' ἂν Χριστιανὸς ἀκριβῶς ὀνομασθείη ὁ τὴν κεφαλὴν ἄλογον ἔχων, τουτέστιν, ὁ τὴν τοῦ παντὸς κεφαλὴν, ἥτις ὁ Λόγος ἐστὶν, ἐν τῇ πίστει μὴ ἔχων, κἂν ἐν τοῖς ἄλλοις ἄρτιος ᾖ, ἢ ὁ τῇ κεφαλῇ τῆς πί-

[3] II Timoth. III, 17.

στεως μὴ κατάλληλον ἐνδεικνύμενος τῆς πολιτείας τὸ σῶμα, ἢ δρακόντων θυμοῖς συμφυόμενος, καὶ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἑρπετῶν τούτων ἐκθηριούμενος, ἢ τὸ θηλυμανὲς τῶν ἵππων τῷ ἀνθρωπίνῳ χαρακτῆρι συμβάλλων, καὶ διφυής τις ἱπποκένταυρος ἐκ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου γινόμενος. Τοιούτους δὲ πολλοὺς ἔστιν ἰδεῖν ἐν μόσχου κεφαλῇ, τουτέστιν ἐν τῷ τῆς εἰδωλολατρείας δόγματι, τὸν εὐσχήμονα κατορθοῦντας βίον (οἷον τὸν Μινώταυρον γράφουσιν), οἱ ἐν Χριστιανῷ προσώπῳ θηριωδῶς ὑφαρμόζοντες τῷ βίῳ τὸ σῶμα, οἵους τοὺς κενταύρους ἢ τοὺς δρακοντόποδας πλάττουσιν. Ὡς ἂν τοίνυν, καθάπερ ἐπὶ σώματος ἀνθρώπου, ὁ Χριστιανὸς γνωρίζοιτο, πάντων προσήκει τῶν κατὰ τὸν Χριστὸν νοουμένων ἀγαθῶν τὸν πιστὸν ἐνσημαίνεσθαι τῷ βίῳ τοὺς χαρακτῆρας. Τὸ γὰρ ἔν τινι μὲν εἶναι τοιοῦτον οἷον τὸ ὄνομα βούλεται, ἐν ἑτέροις δὲ πρὸς τὰ ἐναντία ῥέπειν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ εἰς πολεμίου τάξιν αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν διατέμνεσθαι, δι' ἀρετῆς καὶ κακίας ἐν ἑαυτῷ στασιάζοντα, ἄσπονδον αὐτὸν αὐτῷ καὶ ἀσύμβατον τῷ βίῳ γινόμενον. « Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » φησὶν ὁ Ἀπόστολος.

A ceteris partibus absolutus sit, vel eo capite præditus reliquas corporis partes aut capiti aut inter se minime convenientes possideat, hoc est vivendi rationem a fide alienam instituat, cum et draconum furiis imbutus ira excandescat, atque instar horum serpentium humi repat, et equinam rabiem apponens humanæ formæ feminarum amoribus insaniat, et ex duplici natura, humana videlicet et ferina, veluti hippocentaurus coalescat. Ejusmodi autem hominum genera passim licet intueri, qui vel in vituli capite, in idololatriæ videlicet disciplina, decore vitam officiis excultam agunt (qualem simulant esse minotaurum), vel Christianæ personæ belluæ corpus, id est flagitiosum vivendi genus adjiciunt, quales hippocentauros, aut anguipedes B fingunt. Consentaneum igitur est ut, quemadmodum in corpore humano singulæ partes conveniunt, sic tota Christiani vita omnibus, quæ in Christo ex fide considerantur, bonis insigniatur. Nam si una quidem ex parte talis sis qualem Christianum requirit nomen, ex altera vero in contrarium declines, nihil aliud facias, quam si hostis tui vicem obtinens in teipsum dividaris, quod eam seditionem in te per virtutem et vitium concites, ut nulla ratione tibi ipse in vita placari conciliarique possis. « Etenim quæ societas luci ad tenebras? » ut inquit Apostolus [4].

Ἐπεὶ οὖν ἄμικτος τῷ φωτὶ καὶ ἀμεσίτευτός ἐστιν ἡ ἐναντίωσις· ὁ ἀμφοτέρων ἐχόμενος, καὶ μὴ θάτερον αὐτῶν μεθιείς, τῇ τῶν ἀντιστοιχούντων ἀλλήλοις ἐναντιότητι καὶ αὐτὸς κατ' ἀνάγκην συνδιασχίζεται, φῶς κατὰ ταὐτὸν καὶ σκότος ἐν τῷ συμμίκτῳ βίῳ γινόμενος· τῆς μὲν πίστεως τὸν φωτισμὸν ἐνιείσης, τοῦ δὲ σκοτεινοῦ βίου τὴν ἐκ τοῦ λόγου λαμπηδόνα καταμελαίνοντος. Ἐπεὶ οὖν ἄμικτός ἐστι καὶ ἀσύμβατος τῷ φωτὶ πρὸς τὸ σκότος ἡ κοινωνία, ὁ ἑκατέρου τῶν ἐναντίων περιεχόμενος, αὐτὸς ἑαυτῷ πολέμιος γίνεται, διχῇ μερισθεὶς πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ ἑαυτῷ πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀντικαθιστάμενος. Ὥσπερ δὲ οὐκ ἔστιν ἐν δύο πολεμίοις ἀμφοτέρους νικητὰς κατ' ἀλλήλων γενέσθαι (ἡ γὰρ τοῦ ἑνὸς νίκη θάνατον τοῦ ἀντικειμένου πάντως ἐργάζεται), οὕτω καὶ ἐπὶ ταύτης τῆς ἐμφυλίου μάχης, τῆς διὰ τοῦ συμμίκτου βίου συνισταμένης, οὔ πως ἔστι νικῆσαι τὴν κρείττονα παράταξιν, μὴ πανωλεθρίᾳ τῆς ἄλλης διαφθαρείσης. Πῶς γὰρ ὁ τῆς εὐσεβείας στρατὸς κρείττων τῆς κακίας γενήσεται, τῆς πονηρᾶς φάλαγγος τῶν ἐναντίων ἀντιβαινούσης; ἀλλ' εἰ μέλλοι νικᾶν τὸ κρεῖττον, φονευθήσεται πάντως τὸ ἀντικείμενον. Καὶ οὕτως ἡ ἀρετὴ κατὰ τῆς κακίας ἕξει τὰ νικητήρια, ὅταν πᾶν τὸ πολέμιον αὐτῇ διὰ τῆς τῶν λογισμῶν συμμαχίας μεταχωρήσῃ πρὸς τὸ ἀνύπαρκτον. Καὶ τότε πληροῦται τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς προφητείας λεγόμενον, ὅτι « Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω. » Οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως τὸ ἐν ἐμοὶ ἀγαθὸν ζῆσαι, μὴ τῷ θανάτῳ πολεμίου ζωοποιούμενον. Ἕως δ' ἂν τῶν δύο περιεχώμεθα, ἑκατέρᾳ χειρὶ τῶν ἐναντίων ἁπτόμενοι, ἀδύνατον κατὰ ταὐτὸν τῶν ἀμφοτέρων ἔχειν τὴν μετουσίαν.

Cum igitur luci adeo contrariæ sint tenebræ ut nullo modo commisceri nulloque medio conjungi possint: qui in utrisque versatur, nec alterutram negligit partem, illis inter se contrariis pugnantibus, ipse quoque necessario scinditur, siquidem C eodem tempore in ea permistus confusione et lux et tenebræ efficitur, cum et fides lucem immittat, et vitæ malitia rationis splendori tenebras offundat. Quoniam igitur nulla inter lucem et tenebras amicitia, nulla potest esse conjunctio, qui utrumque contrarium suscipit, ipse sibi hostis evadit, cum ad virtutem et vitium ut duas in partes divisus inclinet, et more hostili tanquam instructa acie se ipsum oppugnet. Ac quemadmodum illi, qui capitali odio dissidentes dimicant, utrique victores esse nequeunt; unius enim victoria alteri victo prorsus interitum affert: sic in domestico intestinoque dissidio, quod ex vitæ permistione nascitur, pars melior sine alterius internecione D victrix esse non potest. Qui enim fiet ut pietatis exercitus superior sit, vitiorum multitudine veluti phalange hostium contra pugnante, nisi hæc uti debilior a præstantiore penitus deleatur? Tunc autem virtus de malitia victa triumphabit, cum rationis auxiliis superati omnes tibi cedent adversarii; tunc implebitur id quod ex persona Dei in prophetia dictum est, « Ego occidam et vivere faciam [5]. » Nullo enim pacto id quod in nobis est bonum potest vivere, nisi ex adversarii morte vita illi comparetur. Quandiu autem duobus inhæremus, alterutra manu contraria complectentes, fieri nequit ut utrumque consequamur. Quantum enim ex una

[4] II Cor. vi, 14. [5] Deut. xxxii, 39.

parte malitiæ capimus, tantum ex altera virtutis amittimus. Sed, ut eo unde digressa est, revertatur oratio, una est ad puram divinamque vitam, virtutem amantibus via, ut cognoscant quid Christi vocabulum significet, eique vivendi rationem ex vi sanctorum nominum virtute expolitam et concinnam accommodent. Quæcunque igitur verba ex sancta Pauli doctrina Christi significationem explicantia orationis initio recensuimus, ea si nobis ita proponamus, ut partim, quemadmodum diximus, imitemur, partim colamus, tutissimum nobis ad bene beateque vivendum aditum muniemus. A primis igitur, cum servantes ordinem, quem series eorum, quæ jam enumeravimus, suggerit, incipiamus: Christus Dei virtus et sapientia [6]. Ex his discimus ea quæ divinitati conveniunt, ex quibus Christi nomen nobis venerandum efficitur. Etenim quia res omnes, quæ vel sensu percipiuntur, vel sensus superant cognitionem, per ipsum effectæ sunt, et in ipso consistunt, necessario ad definiendam nominis illius, qui cuncta procreavit, significationem, sapientia et virtus conjunguntur. Nam ex duabus his vocibus ita copulatis id intelligimus; neque enim essent hæc magna et quæ nulla ratione explicari possunt creaturarum miracula, nisi et sapientia eorum procreationem excogitasset, et virtus, quæ per sapientiam excogitata fuerant, confecisset; per virtutem enim ipsius sapientiæ cogitationes opera sunt.

A Τοῦ γὰρ περιδραξαμένου τῆς κακίας, ἡ ἀρετὴ τῆς λαβῆς ἐξωλίσθησεν. Οὐκοῦν πάλιν τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀναλάβωμεν λόγον, ὅτι μία πρὸς τὴν καθαράν τε καὶ θείαν ζωὴν ἐστι τοῖς φιλαρέτοις ὁδὸς, γνῶναι τί σημαίνει τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα, ᾧ χρὴ καὶ τὸν ἡμέτερον συμμορφωθῆναι βίον, διὰ τῆς τῶν λοιπῶν ὀνομάτων ἐμφάσεως εἰς ἀρετὴν ῥυθμιζόμενον. Ὅσα τοίνυν ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ λόγου ῥήματά τε καὶ ὀνόματα παρὰ τῆς ἁγίας τοῦ Παύλου φωνῆς ἑρμηνευτικὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σημασίας συνελεξάμεθα, ταῦτα προθέντες εἰς τὴν προκειμένην ἡμῖν σπουδὴν, ἀσφαλεστάτην ὁδηγίαν εἰς τὸν βίον τὸν κατ' ἀρετὴν ποιησόμεθα, τὰ μὲν μιμούμενοι, καθὼς ἐν τοῖς φθάσασιν εἴρηται, τὰ δὲ προσκυνοῦντες καὶ σεβαζόμενοι. Γενέσθω δὲ ἡμῖν τάξις τῶν εἰρημένων ἡ ἀπαρίθμησις. B Οὐκοῦν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρξόμεθα· Χριστὸς, φησὶ, Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. Διὰ τούτων πρῶτον μὲν τὰς θεοπρεπεῖς ἐννοίας διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας μανθάνομεν, δι' ὧν σεβάσμιον ἡμῖν τὸ ὄνομα γίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα ἡ κτίσις, ὅση τε τῇ αἰσθήσει γινώσκεται, καὶ ἡ τῆς αἰσθητικῆς ὑπερκειμένη κατανοήσεως, δι' αὐτοῦ γέγονε, καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, ἀναγκαίως πρὸς τὸν ὁρισμὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος, ἡ σοφία τῇ δυνάμει συμπλέκεται. Τοῦτο νοούντων ἡμῶν διὰ τῆς τῶν δύο τούτων φωνῶν συζυγίας, τῆς δυνάμεώς τε λέγω καὶ τῆς σοφίας, ὅτι οὐκ ἂν ἦν τὰ μεγάλα ταῦτα καὶ ἄφραστα τῆς κτίσεως θαύματα, μὴ σοφίας μὲν τὴν γένεσιν αὐτῶν ἐπινοούσης, δυνάμεως δὲ τῇ σοφίᾳ παρομαρτούσης πρὸς τὴν τῶν νοηθέντων τελείωσιν, δι' ἧς ἔργα τὰ νοήματα γίνεται.

Christi igitur significatio in hanc duplicem vim, sapientiam scilicet virtutemque, dividitur, ut, quando rerum universitatis magnitudinem aspicimus, ex ea immensam Dei virtutem cognoscamus. Quando autem consideramus quonam modo ea quæ nulla fuerant, genita sint, tam multiformi natura in rebus per divinum Spiritum exsistente, incredibilem ipsius qui illa excogitarit sapientiam adoremus et suspiciamus, cujus cogitata ipsa sunt facta: neque vero ignava erit hæc fides, qua Christum esse virtutem et sapientiam credimus, sed ad boni dijudicationem nobis erit adjumento. Quod enim quis supplicans appellat, id ad seipsum obsecrando trahit et ducit; atque interiorem hominem virtute ita corroborat, ut Apostolus ad virtutem respiciens dicit: Christus autem est Dei virtus. Et sapiens fit, ut in Proverbiis patet, qui sapientiam invocat, quæ omnino Dominus esse intelligitur [7]. Quare ille, qui nomen habet a Christo, qui virtus est et sapientia, virtus etiam cum eo appellatur, cum adversus peccatum strenue ac fortiter pugnat: dum vero id quod melius est eligit, in seipso sapientiam ostendit. Qua quidem sapientiæ virtutisque conjunctione vita perfecta constituitur; altera enim, quæ recta honestaque sunt, perspicimus; altera, quæ perspecta habemus, exsequimur et confirmamus. Jam vero Christum esse pa-

C Μερίζεται τοίνυν καταλλήλως εἰς διπλῆν ἔμφασιν τὸ τοῦ Χριστοῦ σημαινόμενον, εἰς τὴν σοφίαν τε καὶ τὴν δύναμιν, ἵν' ὅταν μὲν πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τῶν ὄντων συστάσεως ἀποβλέψωμεν, τὴν ἄφραστον αὐτοῦ δύναμιν διὰ τῶν καταλαμβανομένων νοήσωμεν. Ὅταν δὲ λογιζώμεθα ὅτι τὰ μὴ ὄντα παρῆλθεν εἰς γένεσιν, τῆς πολυειδοῦς ἐν τοῖς οὖσι φύσεως διὰ θείου νεύματος οὐσιωθείσης, τότε τὴν ἀκατάληπτον σοφίαν τὸν Χριστὸν πιστεύειν. Ὃ γάρ τις ἐπικαλεῖται προσευχόμενος, καὶ πρὸς ὃ βλέπει τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ, τοῦτο πρὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς εὐχῆς ἐπισπᾶται· καὶ οὕτω δυνάμει τε κραταιοῦται πρὸς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὁ πρὸς τὴν δύναμιν βλέπων (Χριστὸς δέ ἐστιν ἡ δύναμις), καὶ σοφὸς γίνεται, καθὼς ἡ Παροιμία φησὶν, ὁ τὴν σοφίαν ἐπικαλούμενος, ἥτις πάλιν νοεῖται ὁ Κύριος. D Οὐκοῦν ὁ τῷ Χριστῷ συνονομαζόμενος, ὅς ἐστι δύναμίς τε καὶ σοφία, καὶ τῇ δυνάμει συνονομάζεται, δυναμωθεὶς κατὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὴν σοφίαν ἐν ἑαυτῷ δείξει, τῇ ἐκλογῇ τοῦ βελτίονος. Σοφίας δὲ καὶ δυνάμεως ἐν ἡμῖν δεικνυμένων, τῆς μὲν τὸ καλὸν αἱρουμένης, τῆς δὲ δυνάμεως τὸ νοηθὲν βεβαιούσης, κατορθοῦται τοῦ βίου τὸ τέλειον δι' ἀμφοῖν συμπλεκόμενον. Οὕτω καὶ εἰρήνην τὸν Χριστὸν νοήσαντες, ἀληθῆ τοῦ Χριστοῦ τὴν κλῆσιν ἐφ' ἑαυτῶν ἐπιδείξομεν, ἐὰν διὰ τῆς ἐν ἡμῖν εἰρήνης τὸν Χριστὸν τῷ βίῳ ἐπιδειξώμεθα. Ἐκεῖνος τὴν ἔχθραν ἀπέκτεινε,

[6] I Cor. I, 24. [7] Prov. II, 2 sqq.

καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Οὐκοῦν μηδὲ ἡμεῖς ἐν ἑαυτοῖς ταύτην ζωοποιήσωμεν, ἀλλὰ νεκρὰν αὐτὴν ἐν τῷ ἡμετέρῳ δείξωμεν βίῳ. Μήποτε τὴν καλῶς ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ νεκρωθεῖσαν, ἡμεῖς ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, δι' ὀργῆς καὶ μνησικακίας καθ' ἑαυτῶν ἀναστήσωμεν, πονηρὰν ἀνάστασιν τῆς καλῶς ἀποθανούσης κατεργασάμενοι. Ἀλλ' εἰ τὸν Χριστὸν ἔχομεν, ὅς ἐστιν ἡ εἰρήνη, καὶ ἡμεῖς ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἔχθραν νεκροποιήσωμεν, ἵν' ὅπερ ἐν ἐκείνῳ πιστεύομεν, τοῦτο καὶ ἐν τῷ ἡμετέρῳ κατορθώσωμεν βίῳ. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τοὺς δύο ἔκτισεν ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην· οὕτω καὶ ἡμεῖς εἰς καταλλαγὰς ἀγάγωμεν οὐ μόνον τοὺς ἔξωθεν ἡμῖν προσμαχομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς στασιάζοντας, ἵνα μηκέτι ἡ σὰρξ ἐπιθυμῇ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ἀλλ' ὑποταγέντος τοῦ σαρκώδους φρονήματος τῷ θείῳ νόμῳ, εἰρηνεύωμεν ἐν ἑαυτοῖς, εἰς ἕνα τὸν καινόν τε καὶ εἰρηνικὸν ἄνθρωπον ἀναστοιχειωθέντες, καὶ εἷς οἱ δύο γενόμενοι. Εἰρήνης γὰρ ὅρος, ἡ τῶν διεστηκότων ἐστὶν ὁμοφωνία. Ὅταν οὖν ἐξαιρεθῇ τῆς φύσεως ἡμῶν ὁ ἐμφύλιος πόλεμος, τότε καὶ ἡμεῖς, ἐν ἑαυτοῖς εἰρηνεύσαντες, εἰρήνη γινόμεθα, ἀληθῆ καὶ κυρίαν ἐφ' ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιδεικνύοντες. Φῶς δὲ ἀληθινὸν καὶ τῷ ψεύδει ἀπρόσιτον νοήσαντες τὸν Χριστὸν, τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι χρὴ καὶ τὸν ἡμέτερον βίον ταῖς τοῦ ἀληθινοῦ Πατρὸς ἀκτῖσι καταφωτίζεσθαι. Ἀρεταὶ δέ εἰσιν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, εἰς φωτισμὸν ἡμῶν ἀποῤῥέουσαι, δι' ὧν γίνεται τὸ ἀποθέσθαι τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ περιπατεῖν εὐσχημόνως, καὶ ἀπειπάμενον τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, καὶ πάντα ἐν φωτὶ ποιοῦντα, καὶ αὐτὸν φῶς γενέσθαι, ὥστε καὶ ἄλλοις λάμπειν διὰ τῶν ἔργων, ὅπερ φωτός ἐστιν ἴδιον. Κἂν ἁγιασμὸν τὸν Χριστὸν εἶναι νοήσωμεν, τῷ πάσης βεβήλου καὶ ἀκαθάρτου πράξεως καὶ ἐννοίας, οὐχὶ ῥήματι τοῦ ἁγιασμοῦ τὴν δύναμιν ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ τῷ βίῳ.

A cem cogitantes, veram Christiani appellationem ostendemus, si per eam pacem, quæ in nobis est, Christum vita nostra expresserimus. Ille interfecit inimicitiam, ut inquit Apostolus [8]. Ne igitur eam in nobis ullo modo reviviscere patiamur, sed plane mortuam esse declaremus. Ne præclare pro salute nostra interfectam a Deo, nos in nostrorum perniciem animorum irascentes, et injuriarum reminiscentes excitemus, eam, quæ bene mortua jacet, improbe in vitam revocantes. Sed cum habeamus Christum, qui est pax, nos item inimicitiam occidamus, ut, quod in ipso credimus, id in nostra vita prosequamur. Ut ille enim medium parietem maceriæ solvens duos condidit in semetipso in uno homine faciens pacem [9], sic et nos reconciliemus B non eos tantum qui nos extrinsecus oppugnant, sed illos etiam qui in nobis ipsis seditiones commovent, ut ne concupiscat amplius adversus spiritum caro, et spiritus adversus carnem; sed prudentia carnis legi divinæ subjecta, in unum novum et pacificum hominem reædificati, et ex duobus unus effecti in nobis ipsis pacem habeamus. Hæc enim est pacis definitio, ut dissidentium concordia esse dicatur. Quamobrem, quando naturæ nostræ bellum intestinum sublatum est, in nobis pacem colentes, pax efficimur, et veram ac propriam in nobis hanc Christi appellationem declaramus. At Christum esse lucem veram [10], et a mendacio remotissimam considerantes, discimus vitam quoque C nostram veræ lucis radiis illustrari oportere. Solis autem justitiæ radii sunt ipsæ virtutes, quæ ad nos illuminandos emanant, ut abjiciamus opera tenebrarum, et tanquam in die honeste ambulemus [11], et repudiantes abscondita turpitudinis, atque omnia in luce facientes, ipsi quoque lux evadamus, et quod proprium est lucis, aliis per opera splendeamus. Quodsi Christum ut sanctificationem considerabimus [12], ab improbis et impuris omnibus tum factis tum cogitationibus abstinentes, nos ejus nominis vere participes ostendemus, quippe qui non verbis, sed vitæ nostræ actionibus sanctificationis virtutem præ nobis feramus.

Ἀπολύτρωσιν δὲ εἶναι τὸν Χριστὸν μαθόντες, τὸν ἑαυτὸν δόντα λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τοῦτο διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς παιδευόμεθα, τὸ μαθεῖν ὅτι καθάπερ τιμήν τινα τῆς ἑκάστου ψυχῆς παρασχόμενος ἡμῖν τὴν ἀθανασίαν, κτῆμα ἴδιον τοὺς ἐκ τοῦ θανάτου παρ' αὐτοῦ διὰ τῆς ζωῆς ἐξαγορασθέντας ἐποίησεν. Εἰ τοίνυν δοῦλοι τοῦ λυτρωσαμένου γεγόναμεν, πρὸς τὸν κυριεύοντα πάντως ὀψώμεθα, ὡς μηκέτι ἡμᾶς ἑαυτοῖς ζῆν, ἀλλὰ τῷ κτησαμένῳ ἡμᾶς διὰ τοῦ τῆς ζωῆς ἀνταλλάγματος. Οὐκέτι γὰρ ἑαυτῶν ἐσμεν κύριοι, ἀλλ' ὁ ὠνησάμενός ἐστι Κύριος, ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ τὰ κτήματα. Οὐκοῦν νόμος ἔσται τῆς ἡμετέρας ζωῆς, τὸ τοῦ κυριεύοντος θέλημα. Ὥσπερ γὰρ τοῦ θανάτου κρατοῦντος ἡμῶν, ὁ τῆς ἁμαρτίας ἐν ἡμῖν νόμος ἐπολιτεύετο· οὕτως ἐπειδὴ τῆς ζωῆς κτῆμα γεγό-

Porro cum redemptionem esse Christum discimus, qui seipsum ut nos redimeret, pretium de- D dit, ea voce intelligimus, eum tanquam mercedem cujusque animi, præbendo nobis immortalitatem, nos e morte a se per vitam coemptos propriam sibi possessionem effecisse [13]. Quodsi ejus qui nos redemit effecti sumus, Dominum ita sequamur, omnino ut non amplius nobis vivamus, sed illi, qui nos vitæ suæ pretio comparavit [14]: non enim amplius nostri ipsorum domini sumus, sed ille qui nos coemit Dominus est, nos autem ejus dominio mancipati. Illius ergo voluntas nobis pro lege vivendi proposita sit. Ut enim cum mors impotenti dominatu nos premeret, peccati lex in nobis omnia administrabat, sic, quando vitæ jam addicti sumus, par uti-

[8] Ephes. II, 14. [9] ibid. [10] Joan. I, 9. [11] Rom. XIII, 12, 13. [12] I Cor. I, 30. [13] I Timoth. II, 6. [14] I Cor. VI, 20.

que sit, ut ipsius rerum potientis arbitrio gubernemur, ne quando a vitæ voluntate per peccatum recedentes, rursus ad improbum mortis in animos nostros dominatum ultro delabamur. Illa vero cogitatio nos astringet Domino [15], si cum a Paulo tum Pascha [16], tum sacerdotem appellatum esse audiverimus: pro nobis enim vere Pascha immolatus est Christus, sacerdos autem sacrificium obtulit Deo idem ipse Christus. « Seipsum enim, » inquit, « tradidit oblationem et hostiam pro nobis [17]. » Quæ quidem nobis documento sunt, ut qui Christum Deo se oblationem et hostiam dedisse, et factum esse Pascha videt, ipse quoque corpus suum Deo hostiam viventem, sanctam, beneplacentem exhibeat, rationabile obsequium factus [18]: sacrificandi autem modus est, ut ne conformetur huic sæculo, sed transformetur in renovationem mentis suæ, ut probet quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta [19]. Neque enim in carne, bona Dei voluntas ostendi potest, nisi ex spiritus lege sacrificata sit: quandoquidem prudentia carnis inimica est Deo, et legi Dei non est subjecta [20]. Quocirca, nisi prius caro mortificatis membris, quæ sunt super terram [21], quibus obsequimur appetitui, per hostiam viventem sacrificetur, beneplacens et perfecta Dei voluntas sine impedimento non potest in vita credentium observari. Sic etiam dum Christus in proprio sanguine propitiatio consideratur, edocemur, ut nos item nobis ipsis propitiatio simus, et membra mortificantes animos reddamus immortales. Quando autem gloriæ splendor et figura substantiæ Christus dicitur [22], his verbis adorandam ejus majestatem mente concipimus. Paulus enim divino Spiritu afflatus, et vere doctus a Deo, qui in altitudine divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei divinorum mysteriorum arcana et recondita scrutatus fuerat [23], cum ad divinitus sibi ostensos splendores earum rerum quæ indagari investigarique nequeunt declarandos lingua imbecillior esset, quatenus suam ipsius in mysterio intelligentiam aures excipientium caperent, significationibus quibusdam subindicavit, tantum videlicet loquens, quantum cogitationi serviens oratio poterat explicare. Nam cum omnia quæ in naturam et potentiam humanam cadunt de natura divina cognovisset, supremæ illius essentiæ rationem nullis humanis cogitationibus capi comprehendique posse demonstrat.

Itemque cum ea quæ de ipsa considerantur, pacem nimirum, virtutem, et vitam, et justitiam, et lucem, et veritatem, et id genus alia persequeretur, rationem ipsius omnino posse concipi negavit: Deum enim nec visum unquam fuisse, nec visum iri. « Quem nullus » inquit, « hominum

A ναμεν, ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πρὸς τὴν κρατοῦσαν μεθαρμοσθῆναι ἡμῶν τὴν πολιτείαν, μή ποτε τῆς ζωῆς παρατραπέντες θελήματος, πάλιν πρὸς τὸν πονηρὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν τύραννον, τὸν θάνατον λέγω, διὰ τῆς ἁμαρτίας αὐτομολήσωμεν. Ἡ δὲ αὐτὴ διάνοια προσοικειώσει ἡμᾶς τῷ Χριστῷ, κἂν Πάσχα αὐτὸν εἶναι, κἂν ἀρχιερέα, παρὰ τοῦ Παύλου ἀκούσωμεν. Ἐτύθη γὰρ ὡς ἀληθῶς ὑπὲρ ἡμῶν τὸ Πάσχα Χριστός· ἀλλ' ὁ ἱερεὺς, προσάγων τῷ Θεῷ τὴν θυσίαν, οὐκ ἄλλος τίς ἐστι παρ' αὐτὸν τὸν Χριστόν. « Ἑαυτὸν γὰρ, » φησὶ, « ἀνήνεγκε προσφορὰν καὶ θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν. » Οὐκοῦν τοῦτο διὰ τούτων μανθάνομεν, ὅτι πρὸς ἐκεῖνον βλέπων, τὸν ἑαυτὸν προσαγαγόντα προσφορὰν καὶ θυσίαν, Πάσχα γενόμενον, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν παραστήσει τῷ Θεῷ θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον, B λογικὴ λατρεία γενόμενος· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἱερουργίας ἐστὶ, τὸ μὴ συσχηματίζεσθαι τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθαι τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς αὐτοῦ, ἐν τῷ δοκιμάζειν, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. Οὐ γὰρ ἔστι ζώσης τῆς σαρκὸς, καὶ μὴ κατὰ τὸν πνευματικὸν ἱερουργηθείσης νόμον, τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ θέλημα ἐν αὐτῇ δειχθῆναι· διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεὸν, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται. Οὐδὲ γὰρ δύναται, ἕως ἂν ζῇ ἡ σὰρξ, ἧς διὰ τῆς ζωοποιοῦ θυσίας ἱερουργηθείσης, διὰ τοῦ νεκρῶσαι τὰ ἐπὶ γῆς μέλη, δι' ὧν ἐνεργεῖται τὰ πάθη, ἀνεμποδίστως τὸ εὐάρεστον καὶ τέλειον θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῷ πεπιστευκότων κατορθωθήσεται. Οὕτως καὶ C ἱλαστήριον ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ Χριστὸς νοούμενος, διδάσκει τὸν ταῦτα νοήσαντα, αὐτὸν ἕκαστον γενέσθαι ἑαυτῷ ἱλαστήριον, διὰ τῆς τῶν μελῶν νεκρώσεως τὴν ψυχὴν ἀφαγνίζοντα. Ὅταν δὲ δόξης ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως ὁ Χριστὸς λέγηται τῆς προσκυνουμένης αὐτοῦ μεγαλωσύνης διὰ τῶν ῥημάτων τούτων τὰς ἐννοίας ἀναλαμβάνομεν. Ὁ γὰρ θεόπνευστος ὡς ἀληθῶς καὶ θεοδίδακτος Παῦλος, ὁ ἐν τῷ βάθει τοῦ πλούτου τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῶν θείων μυστηρίων διερευνώμενος, τὰς γινομένας αὐτῷ θεόθεν ἐλλάμψεις περὶ τῆς τῶν ἀνεξερευνήτων τε καὶ ἀνεξιχνιάστων κατανοήσεως, ἀτονωτέραν ἔχων τῆς διανοίας τὴν γλῶτταν, καθὼς ἐχώρει ἡ ἀκοὴ τῶν δεχομένων τὴν σύνεσιν αὐτοῦ, τὴν ἐν τῷ μυστηρίῳ, δι' D αἰνιγμάτων τινῶν ὑπέδειξεν· ὅσον ὑπουργεῖν τῇ διανοίᾳ δυνατῶς εἶχεν ὁ λόγος, τοσοῦτον φθεγγόμενος. Πάντα γὰρ ὅσα χωρεῖ ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις, κατανοήσας, ἀνέφικτόν τε καὶ ἀνεπίληπτον ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς τὸν τῆς ὑπερκειμένης οὐσίας προσφέρεται λόγον.

. Διὸ τὰ περὶ αὐτῶν θεωρούμενα λέγων, εἰρήνην, καὶ δύναμιν, καὶ ζωὴν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθειαν, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὸν περὶ αὐτῆς ἐκείνης λόγον, ἄληπτον εἶναι παντελῶς διωρίσατο, εἰπὼν μήτε ἑωρᾶσθαί ποτε τὸν Θεὸν, μήτε ὀφθήσεσθαι. « Ὃν εἶδε » γὰρ, φησὶν, « οὐδεὶς, οὐδὲ ἰδεῖν δύνα-

[15] I Cor. v, 7. [16] Hebr. vii, 11 sqq. [17] I Timoth. ii, 6; Ephes. v, 2. [18] Rom. xii, 1. [19] ibid. 3. [20] Rom. viii, 6. [21] Coloss. iii, 5. [22] Hebr. i, 3. [23] II Cor. xii, 4.

ται. » Διὰ τοῦτο ζητῶν, πῶς ὀνομάσει τὸ μὴ δυνάμενον λογισμοῖς ληφθῆναι, ὡς οὐχ εὗρεν ἐμφαντικὸν ὄνομα τῆς τῶν ἀκαταλήπτων ἑρμηνείας, δόξαν καὶ ὑπόστασιν ὠνόμασε τὸ ὑπερκείμενον παντὸς ἀγαθοῦ, τὸ μήτε νοούμενον ἀξίως, μήτε φραζόμενον. Τὴν μὲν οὖν ὑπερκειμένην τῶν ὄντων οὐσίαν ἀφῆκεν ἀκατονόμαστον· τὸ δὲ συναφές τε καὶ ἀδιάστατον τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα διερμηνεύων, καὶ τὸ τῷ ἀορίστῳ τε καὶ ἀϊδίῳ Πατρὶ ἀορίστως τε καὶ ἀϊδίως συνθεωρούμενον, ἀπαύγασμα δόξης καὶ χαρακτῆρα ὑποστάσεως προσαγορεύει· τῷ μὲν ἀπαυγάσματι, τὸ συμφυὲς ἐνδεικνύμενος· τῷ δὲ χαρακτῆρι, τὸ ἰσοστάσιον. Οὔτε γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἀπαυγάζουσαν φύσιν ἐπινοεῖταί τι μέσον, οὔτε τις τοῦ χαρακτῆρος ἐλάττωσις πρὸς τὴν ὑπ' αὐτοῦ χαρακτηριζομένην ὑπόστασιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν ἀπαυγάζουσαν φύσιν νοήσας, καὶ τὸ ἀπαύγασμα ταύτης πάντως κατενόησε. Καὶ ὁ τὸ μέγεθος τῆς ὑποστάσεως ἐν νῷ λαβὼν, τῷ ἐπιφαινομένῳ χαρακτῆρι πάντως ἐμμετρεῖ τὴν ὑπόστασιν. Διὸ καὶ μορφὴν τοῦ Θεοῦ λέγει τὸν Κύριον, οὐ κατασμικρύνων τῇ τῆς μορφῆς ἐννοίᾳ τὸν Κύριον, ἀλλὰ τὸ μέγεθος τοῦ Υἱοῦ διὰ τῆς μορφῆς ἐνδεικνύμενος, ᾗ ἐνθεωρεῖται τοῦ Πατρὸς ἡ μεγαλειότης, οὐδαμοῦ τῆς ἰδίας μορφῆς ὑπερπίπτουσα, οὐδὲ ἔξω τοῦ περὶ αὐτὴν χαρακτῆρος εὑρισκομένη. Ἄμορφον γὰρ καὶ ἀκαλλὲς περὶ τὸν Πατέρα οὐδὲν, ὃ μὴ τῇ ὡραιότητι τοῦ Μονογενοῦς ἐπαγγέλλεται· διό φησιν ὁ Κύριος, ὅτι « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα, » σημαίνων διὰ τούτου, μήτε ἔλλειψίν τινα εἶναι, μήτε ὑπέρπτωσιν. Ἀλλὰ καὶ φέρειν αὐτὸν λέγων τὰ πάντα τῷ τῆς δυνάμεως ῥήματι, λύει τῶν τὰ ἀνεξερεύνητα πολυπραγμονούντων τὴν ἀμηχανίαν, οἳ τὸν περὶ τῆς ὕλης ἀναζητοῦντες λόγον, οὐδαμοῦ τῆς πολυπραγμοσύνης ἵστανται, Πῶς, λέγοντες, τῷ ἀΰλῳ ἡ ὕλη; καὶ πῶς τὸ ποσὸν ἐκ τοῦ ἀπόσου, καὶ ἐκ τοῦ ἀσχηματίστου τὸ σχῆμα, καὶ ἐκ τοῦ ἀοράτου τὸ χρῶμα, καὶ ἐκ τοῦ ἀορίστου τὸ τοῖς ἰδίοις μέτροις ἐμπερατούμενον; Καὶ εἰ μηδεμία ποιότης περὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, πόθεν ἐμπλέκεται ταῖς περὶ αὐτὴν ποιότησιν ἡ ὕλη; Πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ζητουμένων λύει ὁ εἰπὼν, ὅτι τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ φέρει ὁ Λόγος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς γένεσιν. Πάντα γὰρ, ὅσα τὴν ἄϋλον εἴληχε φύσιν, μίαν αἰτίαν ἔχει τῆς ὑποστάσεως, τὸ ῥῆμα τῆς ἀφράστου δυνάμεως. Ἐκ δὲ τούτων παιδευόμεθα τὸ πρὸς αὐτὸ βλέπειν, ἀφ' οὗ τῶν ὄντων ἐστὶν ἡ γένεσις. Εἰ γὰρ ἐκεῖθεν εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν, καὶ ἐν αὐτῷ συνεστήκαμεν, ἀνάγκη πᾶσα, μηδὲν ἔξω τῆς γνώσεως πιστεύειν εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐσμεν, καὶ ἀφ' οὗ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀναλυόμεν. Ταύτῃ δὲ τῇ διανοίᾳ συγκατορθοῦται, κατὰ τὸ εἰκὸς, τὸ κατὰ τὴν ζωὴν ἀναμάρτητον. Τίς γὰρ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ζῆν πιστεύων, μάρτυρα τῆς ἀπεμφαινούσης ζωῆς τολμήσαι ποιήσασθαι τὸν ἐν αὐτῷ τὴν ἑκάστου ζωὴν περιέχοντα; Βρῶμα δὲ καὶ πόμα πνευματικὸν ὀνομάζων τὸν Κύριον ὁ θεῖος

A vidit, nec potest videre [24]. Idcirco quærens quomodo quem cogitatio non assequitur nominaret, quia non invenit nomen quo ejus excellentiam exprimeret, gloriam et substantiam appellavit id quod omnibus partibus superat omne bonum, quod neque oculis cerni, nec mente percipi, nec verbis explicari potest, atque ita præstantissimam illam rerum substantiam sine nomine præterivit. Arctissimam autem necessitudinem, qua cum Patre nullis terminis circumscripto et sempiterno Filius ipse sine terminis perpetuo conjunctus consideratur, splendorem gloriæ et figuram substantiæ appellat; splendore naturalem unionem ostendens, figura autem indicans æqualitatem. Etenim neque inter splendorem et splendentem naturam medium intel-B ligitur, nec figura minor illa substantia, quæ sub ipsa signatur. Sed qui naturam splendentem cogitat, simul etiam omnino splendorem intelligit. Et qui substantiæ magnitudinem animo concipit, eam figuræ in ipsa conspicuæ prorsus dimetitur æqualem. Qua de causa et formam Dei Dominum vocat, formæ notione non imminuens Dominum, sed per formam ostendens magnitudinem Filii, qua intelligitur Patris amplitudo, quæ propriam formam non excedit, neque extra figuram, quæ circa ipsam est, invenitur. Nihil enim informe, nihil non pulchrum in Patre, nihil, quod non Unigeniti declaret pulchritudinem. Quare, « Qui vidit me, » inquit Dominus, « vidit Patrem [25], » ex his nihil deesse, nihil superesse significans. Quinetiam cum C omnia dicat eum portare verbo virtutis suæ [26], solvit dubitationem eorum qui nimis diligenter et anxie vestigant ea quæ sciri non possunt: siquidem hi de materia requirentes rationem, nullo modo præ nimia curiositate consistunt aut conquiescunt. Unde enim, inquiunt, materia sit illi qui a materia sejunctus est? Aut quonam pacto ducatur quantum ex eo qui caret quantitate? aut ex illo figura, qui figuram non habet? aut color ab eo qui videri non potest? aut ab illo qui fine vacat, id quod propriis finibus includitur? Quod si nulla adest qualitas simplici et incomposito, unde materia suis qualitatibus est implicita? Has enim omnes et alias ejusmodi quæstiones solvit, qui dicit sic verbo virtutis suæ Verbum D omnia portare, ut generentur ex nihilo. Quæcunque enim materiæ vel participem vel expertem naturam acceperunt, unam substantiæ causam habent, verbum virtutis illius quæ nullis verbis dici potest. Ex quo admonemur, ut eum, unde res omnes ortæ generatæque sunt, intueamur. Etenim si ab illo procreati sumus, atque in eo consistimus, omnino necesse est ut nihil esse credamus, quod ejus qui nos procrearit, in quo simus, in quem resolvamur, cognitionem effugiat. Qua quidem cogitatione, ut æquum est, innocentia vitæ conservatur. Quis enim ex ipso, et per ipsum, et in ipso [27] se vivere cre-

[24] I Tim. vi, 16. [25] Joan. xiv, 10. [26] Hebr. i, 3. [27] R[illegible]

dens, turpis et flagitiosæ vitæ testem habere velit eum, quem uniuscujusque vitam in se continere sciat? Escam autem et potum spiritualem Dominum appellans divus Apostolus [28] nos commonefacit, ut naturam humanam non simplicem, sed ex mente sensuque compositam cogitemus, cujus quidem utrique parti sit proprius cibus; solida enim esca corpus nutritur; spiritali alimento valetudo animi conservatur. Ac quemadmodum in corpore solida et humida alimenta inter se mista naturam nutriunt et tuentur, dum mutuo concocta singulis partibus, quæ in nobis ex elementis concretæ sunt, commiscentur: sic mentis alimentum ex proportione dividens Paulus, escam et potum vocat eamdem rem, prout apte et proprie ad accipientium usum accommodatur. Nam imbecillis afflictisque panis fit, cor hominis confirmans; ægris autem et hujus vitæ miseria laborantibus, ac propterea sitientibus fit vinum cordi lætitiam afferens [29].

Oportet autem per ea quæ dicta sunt vim orationis intelligere, qua animus ex præsenti usu gratiam accipiens alitur, ut indicat ænigma Prophetæ, qui loco pascuæ, et aqua refectionis consolationem significat [30], quæ oratione laborantibus et afflictis adhibetur. Sin aliquis etiam ad mysterium respiciens dicat cibum et potum proprie Dominum nominari, ne id quidem a germana significatione recesserit: vere enim caro ipsius est cibus, et sanguis ejus vere est potus [31]. Atque memorata quidem significatione, omnibus cum potestate facultas datur ut participes sint Verbi, quod ab iis qui requirunt illud acceptum, fit cibus et potus sine discrimine gustatus. In altera autem significatione non sine probatione aut sine dilectu fit ejusmodi cibi potusque participatio, cum Apostolus ita definierit: « Probet autem, inquit, se ipsum quisque, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim indigne manducat et bibit, judicium sibi manducat et bibit [32]. » Huc autem respiciens evangelista plane videtur eamdem significationem confirmasse, cum mysticæ passionis tempore nobilis ille senator immaculata mundaque sindone involvens Domini corpus in novo et puro monumento posuit [33]. Quamobrem et Apostoli præcepto et evangelistæ observatione commonemur, ut sacrosanctum Domini corpus pura conscientia suscipiamus. Quod si aliqua peccati macula infecta sit, eam aqua lacrymarum abluamus et expurgemus. Verum quia etiam petra dicitur Christus [34], eam nobis id nomen afferet utilitatem, ut rectam vivendi rationem firmam ac stabilem teneamus, et in rebus adversis fortiter perferendis constantes simus, adversusque omnem peccati impetum strenuos atque invictos animos præstemus: ex his enim rebus et aliis ejusmodi

Ἀπόστολος, ταῦτα διὰ τῶν λεγομένων νοεῖν ὑποτίθεται, ὅτι οὐ μονοειδής ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἀλλὰ τοῦ νοητοῦ πρὸς τὸ αἰσθητὸν συγκεκραμένου, ἰδιάζουσα καθ' ἕτερον τῶν ἐν ἡμῖν θεωρουμένων ἐστὶν ἡ τροφή· τῆς μὲν αἰσθητῆς βρώσεως τὸ σῶμα διακρατούσης, τῆς δὲ πνευματικῆς τροφῆς τὴν ψυχικὴν ἐμποιούσης ἡμῖν εὐεξίαν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σώματος, τὸ στερεόν τε καὶ ὑγρὸν τῆς τροφῆς, μετ' ἄλλων μιγνύμενα, συντηρητικὰ τῆς φύσεως γίνεται, διὰ τῆς καταλλήλου πέψεως ἑκάστῳ τῶν ἐν ἡμῖν στοιχειωδῶς συγκεκραμένων καταμιγνύμενα· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀναλογικῶς ὁ Παῦλος καὶ τὴν νοητὴν καταμερίζει τροφὴν, βρῶσιν ὀνομάζων καὶ πόσιν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, πρὸς τὴν χρείαν τῶν προσφερομένων οἰκείως μεθαρμοζόμενον. Τοῖς μὲν γὰρ ἀτονοῦσι καὶ ἐκλελυμένοις ἄρτος γίνεται, στηρίζων καρδίαν ἀνθρώπου· τοῖς δὲ κεκμηκόσι διὰ τὴν πρὸς τὸν βίον τοῦτον ταλαιπωρίαν, καὶ διὰ τοῦτο γενομένοις διψώδεσιν, οἶνος γίνεται, τὴν καρδίαν εἰς εὐφροσύνην ἄγων.

Νοεῖν δὲ χρὴ διὰ τῶν εἰρημένων τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, δι' οὗ τρέφεται ἡ ψυχὴ καταλλήλως τῇ χρείᾳ, τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν προσδεχομένη, κατὰ τὸ αἴνιγμα τοῦ προφήτου, ὃς τόπῳ χλόης καὶ ὕδατος ἀναπαύσεως τὴν ἐκ τοῦ λόγου γινομένην τοῖς κεκμηκόσι παραμυθίαν διασημαίνει. Εἰ δὲ πρὸς τὸ μυστήριόν τις βλέπων, βρῶμα καὶ πόμα κυρίως ὀνομάζεσθαι λέγοι τὸν Κύριον, οὐδὲ τοῦτο τῆς κυρίας ἐμφάσεως ἀπεξένωται· ἀληθῶς γὰρ ἡ σὰρξ αὐτοῦ βρῶσίς ἐστι, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἀληθῶς ἐστι πόσις. Ἀλλ' ἐπὶ τῆς προῤῥηθείσης μὲν διανοίας, πᾶσι κατ' ἐξουσίαν ἐστὶν ἡ μετουσία τοῦ Λόγου, ὃς γίνεται βρῶμα καὶ πόμα προσφερόμενον ἀδιακρίτως, ὑπὸ τῶν ἐπιζητούντων αὐτὸν λαμβανόμενος. Ἐπὶ δὲ τῆς ἑτέρας ἐννοίας, οὐκ ἔστιν ἀνεξέταστος καὶ ἀδιάκριτος ἡ τῆς τοιαύτης τροφῆς τε καὶ πόσεως μετουσία, οὕτως τοῦ Ἀποστόλου προσδιορίσαντος, ὅτι « Δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. Ὁ δὲ ἀναξίως ἐσθίων καὶ πίνων, εἰς κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει. » Πρὸς ὅ μοι δοκεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς βλέπων, ἠσφαλισμένως τὸ τοιοῦτο παρασημήνασθαι, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ μυστικοῦ πάθους ὁ εὐσχήμων ἐκεῖνος βουλευτὴς, ἀσπίλῳ καὶ καθαρᾷ τῇ σινδόνι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου διαλαβὼν, καινῷ τε καὶ καθαρῷ μνήματι ἐναπέθετο· ὥστε νόμον πᾶσιν ἡμῖν τό τε τοῦ Ἀποστόλου παράγγελμα γενέσθαι, καὶ τὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ παρατήρημα, τοῦ καθαρᾷ τῇ συνειδήσει τὸ ἅγιον ὑποδέχεσθαι σῶμα· εἰ πού τις ἐξ ἁμαρτίας εἴη κηλὶς, τῷ ὕδατι τῶν δακρύων ἀποῤῥύψαντας. Ἀλλὰ πέτρα λεγόμενος ὁ Χριστὸς, ὠφελήσει διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου ἡμᾶς, ἐν τῷ παγίῳ τε καὶ ἀμεταθέτῳ τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς, καὶ ἐν τῷ στεῤῥῶς ἔχειν πρὸς τὴν τῶν παθημάτων ὑπομονὴν, καὶ διὰ τοῦ πρὸς πᾶσαν προσβολὴν ἁμαρτίας ἀντίτυπον καὶ ἀνένδοτον τὴν ψυχὴν ἐπιδείκνυσθαι· διὰ τούτων γὰρ καὶ τῶν τοιού-

[28] I Cor. x, 16 sqq. [29] Psal. ciii, 15. [30] Psal. xxii, 2. [31] Joan. vi, 56. [32] I Cor. xi, 28. [33] Luc. xxiii, 53. [34] I Cor. x, 4.

των πέτρα καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, μιμούμενοι, καθὼς A ἐστι δυνατὸν, ἐν τῇ τρεπτῇ φύσει τὸ ἄτρεπτον τοῦ Δεσπότου καὶ ἀμετάθετον. Εἰ δὲ ὁ αὐτὸς παρὰ τοῦ σοφοῦ ἀρχιτέκτονος καὶ θεμέλιος πίστεως, καὶ γωνίας κεφαλὴ ὀνομάζεται, οὐδὲ τοῦτο πρὸς τὴν τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου συνεισφορὰν ἀσυντελὲς ἡμῖν ἀποδειχθήσεται. Διδασκόμεθα γὰρ διὰ τούτων, ὅτι πάσης ἀγαθῆς πολιτείας, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ μαθήματός τε καὶ ἐπιτηδεύματος, καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶν ὁ Κύριος. Ἥ τε γὰρ ἐλπὶς (ἣν ἀντὶ κεφαλῆς νοοῦμεν, πρὸς ἣν πάντα βλέπει, τὰ κατ' ἀρετὴν σπουδαζόμενα) ἐκεῖνός ἐστιν, οὕτως ὠνομασμένος παρὰ τοῦ Παύλου, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ὑψηλῆς ταύτης τοῦ βίου πυργοποιίας, ἡ εἰς αὐτὸν γίνεται πίστις, ἐφ' ἧς οἷόν τινα θεμέλιον τὰς ἀρχὰς τοῦ βίου καταβαλλομένων ἡμῶν, καὶ διὰ καθημερινῶν κατορθωμάτων τὰς κα- B θαρὰς ἐννοίας τε καὶ ἐνεργείας νομοθετούντων, οὕτως ἡ τοῦ παντὸς κεφαλὴ καὶ ἡμετέρα γίνεται κεφαλὴ, τοῖς δύο τῆς ζωῆς ἡμῶν τοίχοις, τοῖς τε κατὰ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, δι' εὐσχημοσύνης καὶ καθαρότητος ἐποικοδομουμένοις, διὰ τῆς ἀγωνίου συμφυΐας ἑαυτὴν ἐφαρμόζουσα. Ὡς ἐὰν ἐλλείπῃ τὸ ἕτερον τῶν οἰκοδομημάτων, ἤτοι τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνης τῇ τῆς ψυχῆς καθαρότητι μὴ συνοικοδομουμένης, ἢ τῆς ψυχικῆς ἀρετῆς τῷ φαινομένῳ μὴ συμβαινούσης, οὐκ ἂν γένοιτο τοῦ ἡμιτελοῦς τούτου βίου κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, ὁ μόνῃ τῇ διπλῇ τε καὶ διαγωνίῳ οἰκοδομίᾳ ἑαυτὸν ἐφαρμόζων· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν, χωρὶς τῆς τῶν δύο τοίχων συμβολῆς, γωνίας γενέσθαι. Τότε οὖν ἐπιτεθήσεται τῷ οἰκοδομήματι ἡμῶν τοῦ ἀκρογωνιαίου τὸ κάλλος, ὅταν ἀμφο- C τέρωθεν τὸν ὀρθὸν τοῦ βίου κανόνα τῇ τῶν ἀρετῶν σπάρτῳ ἀποταθῇ ἐναρμονίως ὁ διπλοῦς βίος, ὀρθός τε καὶ ἀδιάστροφος, καὶ οὐδὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ σκολιὸν ἢ κατηγκυλωμένον.

Εἰκόνα δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου τὸν Χριστὸν ὀνομάζων ὁ Παῦλος, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καὶ μέγαν Θεόν· καὶ ταύταις γὰρ ταῖς φωναῖς ἀνακηρύσσει τοῦ ἀληθινοῦ Δεσπότου τὸ μεγαλεῖον, λέγων· «Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·» καὶ, «Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας·» ταῦτα οὖν λέγων ἡμῖν, παιδεύει διὰ τῶν λεγομένων ἡμᾶς, ὅτι ἀεὶ ὢν ὑπέρ ἐστιν· ἔστι δὲ ἐκεῖνο, ὅπερ ὁ ὢν ἐπίσταται μόνος, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης καταλήψεως, κἂν ἀεὶ D αὐτῷ διὰ προκοπῆς προσεγγίζῃ ὁ τὰ ἄνω φρονῶν, πάντοτε τῷ ἴσῳ μέτρῳ ὑπερανέστηκεν. Οὗτος τοίνυν ὑπερέκεινα πάσης γνώσεώς τε καὶ καταλήψεως, ὁ ἄφραστός τε καὶ ἀνεκλάλητος καὶ ἀδιήγητος, ἵνα σε ποιήσῃ πάλιν εἰκόνα Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ὑπὸ φιλανθρωπίας ἐγένετο εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· ὥστε τῇ ἰδίᾳ μορφῇ, ἣν ἀνέλαβεν, ἐν σοὶ μορφωθῆναι, καὶ σὲ πάλιν δι' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἀρχετύπου συσχηματισθῆναι κάλλους, εἰς τὸ γενέσθαι, ὅπερ ἦς ἐξ ἀρχῆς. Οὐκοῦν εἰ μέλλοιμεν γίνεσθαι καὶ ἡμεῖς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρὸς τὸ ἐκκείμενον ἡμῖν τοῦ βίου ὑπόδειγμα τυποῦσθαι ζωῆς προσήκει τῆς ἡμῶν τὸ εἶδος· τοῦτο δέ ἐστι τί; τὸ σαρκὶ ζῶν-

nos item erimus petra, in natura fragili firmum et immutabile Domini robur pro viribus imitantes. Quod autem a sapiente architecto [35] fundamentum fidei [36] et anguli caput [37] nuncupatur, id quoque nobis ad vitam ex virtute instituendam expediet. Sic enim bonarum omnium et administrationum civilium, et disciplinarum, et institutorum tum principium, tum etiam finem esse Dominum discimus. Nam et spes, quam pro capite accipimus, ad quam rectæ honestæque actiones nostræ omnes tendunt, ille nominatus est a Paulo [38]; et in principio hujusce vitæ ædificii quod ad ipsum dirigitur, fides [39], in qua vitæ principia tanquam fundamenta jacimus, et quotidianis officiis puras tum cogitationes tum actiones nostras moderamur, atque ita, quod universi est caput, nostrum etiam caput efficitur, cum duobus vitæ nostræ, corporis videlicet atque animi, muris per honestatem et puritatem constructis angulari conjunctione apte cohæret. Quod si altera pars desit ædificio, ut vel animi puritas conspicuam extrinsecus honestatem non habeat, vel hæc quæ videtur animi virtute vacet, ejus mancæ inchoatæque vitæ caput non erit Christus, quippe qui duplici angularique fabricæ tantummodo quadrat; neque enim, nisi duo concurrant parietes, angulus fieri potest. Quare tunc imponetur ædificio nostro summi angularis fastigii pulchritudo, cum ex utraque parte ad rectam virtutis normam duplex vita et recta, et constans, et nihil obliqui curvique habens, perpendiculo concinne erit accommodata.

At vero cum Dei invisibilis imaginem Paulus Christum appellat [40], et in omnibus Deum et magnum Deum (his enim vocibus veri Domini magnitudinem prædicat, « Magni, » inquiens, « Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi [41]; » et, « Ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus benedictus in sæcula [42] »), nos docet, eum semper esse, qui est. Est autem ille major, quam ut humana mente comprehendi possit, si secum ipse versetur, per felicitatem cœlestia sentiens, et æqualem undique mensuram. Hic igitur longe præstantior, quam ut humana cognitione comprehendatur, qui nullis verbis, nulla oratione, nulla vi dici, enarrari, declararive potest, ut te prorsus faceret imaginem Dei, ipse pro sua erga hominem benevolentia factus est imago Dei invisibilis, hoc est, ad humanæ naturæ mensuram sese demisit, ut nos ad divinitatis mensuram extollamur. Ea enim fuerit negotiatio Filii Dei, ut propria forma, quam sumpsit, effectus homo, se rursus ad exemplaris pulchritudinis figuram effingeret, ut esset id quod initio fuerat. Proinde ut nos item simus

[35] I Cor. III, 10. [36] Ephes. II, 20. [37] Luc. XX, 17. [38] I Cor. I, 7. [39] Gal. III, 5 sqq. [40] Col. I, 15. [41] Tit. II, 13. [42] Rom. IX, 5.

imago invisibilis Dei, ad propositum nobis exemplar vitæ nostra vivendi ratio exprimenda est : eo nimirum pacto, ut in carne viventes, minime vivamus secundum carnem [43], siquidem et princeps illa Dei invisibilis imago, quæ ad nos per Virginem appropinquavit, per omnia ad humanæ naturæ similitudinem eatenus tentata est, ut nullum peccati experimentum susceperit. « Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [44]. » Quemadmodum igitur si pingendi artem disceremus, magister aliquam nobis pulcherrime depictam formam in tabula proponeret, cujus in sua quemque pictura oporteret pulchritudinem imitari, ut omnium tabulæ ad propositum pulchritudinis exemplar expolirentur : sic, quoniam suæ quisque vitæ pictor exsistit, artifex autem hujusce operis voluntas est, colores vero ad exprimendam imaginem virtutes sunt, non mediocre periculum est, ne a pulchritudinis exemplari ad turpem ac deformem aliquam personam recedat imitatio, et pro Domini forma effigiem vitii sordidis coloribus adumbremus. Itaque pro nostra virili nobis enitendum est, ut virtutum colores puri sint, et scienter periteque ad excipiendam imaginem commisceantur, ut imaginis imago simus, et quoad ejus fieri potest, imitatione perspicua pulchritudinis exemplum exprimamus, ut faciebat Paulus, qui ex virtute vitam instituens, Christi imitator fuit [45]. » Quod si clarius ea sigillatim oratione persequi volumus, quibus imitando imaginem repræsentamus, unus color est humilitas. « Discite, » inquit, « a me, quia mitis sum et humilis corde [46] : » alter est patientia, quæ quot modis in imagine invisibilis Dei conspicitur? ubi gladii, et fustes, et vincula, verbera, alapis maxillæ percussæ, facies sputis oblita, humeri verberibus traditi, judicium impium, crudelis sententia, milites subsannationibus, irrisionibus, contumeliis et calami percussionibus immitem sententiam per delicias exacerbantes, clavi, et fel, et acetum, et gravissima quæque ipsi sine causa illata, imo vero pro innumerabilibus beneficiis reddita : tunc ille quo modo ista patrantes ultus est? « Pater, » inquit, « ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt [47]. » Nonne poterat contra eos superius vel cœlum perfringere, vel ipsos terræ hiatibus abolere, vel dimovere ex propriis terminis mare, et voraginibus terram submergere, vel Sodomiticum ignis imbrem demittere unico verbo, vel aliquod aliud acerbum supplicium irrogare?

Attamen hæc omnia miti patientique animo pertulit, vitæque tuæ per seipsum leges patientiæ dedit. Sic alia omnia in principe Dei imagine licet intueri, ad quam qui respicit, et ad ejus similitudinem formam exornat suam, ipse quoque fit imago Dei invisibilis per tolerantiam expressa. Qui autem Ecclesiæ caput Christum esse didicit [48],

A τας, μὴ κατὰ σάρκα ζῆν. Καὶ γὰρ ἡ πρωτότυπος ἐκείνη τοῦ ἀοράτου Θεοῦ εἰκὼν, ἡ διὰ τῆς Παρθένου ἐπιδημήσασα, ἐπειράθη μὲν κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μόνης δ' οὐ παρεδέξατο τῆς ἁμαρτίας τὴν πεῖραν. « Ὃς ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησε, » φησὶν, « οὐδ' εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Ὥσπερ τοίνυν, εἰ τὴν ζωγραφικὴν ἐπαιδευόμεθα τέχνην, προθέντος ἡμῖν τοῦ διδασκάλου κεκαλλωπισμένην τινὰ μορφὴν ἐπὶ πίνακος· ἔδει πάντως τὸ ἀπ' ἐκείνης κάλλος ἐπὶ τῆς ἰδίας ἕκαστον ζωγραφίας μιμήσασθαι, ὥστε τοὺς πάντων πίνακας κατὰ τὸ ἐκκείμενον τοῦ κάλλους ὑπόδειγμα καλλωπισθῆναι· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπειδὴ τῆς ἰδίας ἕκαστός ἐστι ζωῆς ζωγράφος, τεχνῖτις δὲ τῆς δημιουργίας ταύτης ἐστὶν ἡ προαίρεσις, χρώματα δὲ πρὸς τὴν ἀπ- B εργασίαν τῆς εἰκόνος αἱ ἀρεταί· κίνδυνος οὐ μικρὸς, μεταχαράξαι τοῦ πρωτοτύπου κάλλους τὴν μίμησιν εἰς εἰδεχθές τι καὶ ἄμορφον προσωπεῖον, διὰ τῶν ῥυπαρῶν χρωμάτων, ἀντὶ τοῦ Δεσποτικοῦ εἴδους τὸν τῆς κακίας χαρακτῆρα σκιογραφήσαντας. Ἀλλὰ ὡς ἔστι δυνατὸν, καθαρὰ τῶν ἀρετῶν τὰ χρώματα, κατά τινα τεχνικὴν μίξιν πρὸς ἄλληλα συγκεκραμένα, πρὸς τὴν τοῦ κάλλους μίμησιν παραλαμβάνειν, ὥστε γενέσθαι ἡμᾶς τῆς εἰκόνος εἰκόνα, δι' ἐνεργοῦς ὡς οἷόν τε μιμήσεως ἐκμαξαμένους τὸ πρωτότυπον κάλλος, ὡς ἐποίει ὁ Παῦλος, μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου γινόμενος. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον διευκρινῆσαι τῷ λόγῳ, δι' ὧν ἡ τῆς εἰκόνος μίμησις γίνεται, ἓν χρῶμα ἡ ταπεινοφροσύνη. « Μάθετε » γὰρ, φησὶν, C « ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Ἕτερον χρῶμα, ἡ μακροθυμία, ἣ πῶς τῇ εἰκόνι τοῦ ἀοράτου Θεοῦ ἐπιφανεῖσα; Μάχαιρά τε καὶ ξύλα, καὶ δεσμὰ καὶ μάστιγες, σιαγόνες ῥαπιζόμεναι, πρόσωπον ἐμπτυόμενον, νῶτον πληγαῖς ἐκδεδομένον, κριτήριον ἀσεβὲς, ἀπόφασις ἀπηνὴς, στρατιῶται τῆς σκυθρωπῆς ἀποφάσεως κατατρυφῶντες, ἐν χλευασμοῖς καὶ εἰρωνείαις καὶ ταῖς ἐκ καλάμου πληγαῖς, ἧλοι, καὶ χολὴ, καὶ ὄξος καὶ πάντα τὰ δεινότατα, ἄνευ αἰτίας αὐτῷ προσαγόμενα, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τῆς πολυτρόπου εὐεργεσίας ἀντιδιδόμενα. Τίς οὖν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ἡ ἄμυνα; « Πάτερ, συγχώρησον αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. » Μὴ οὐκ ἦν δυνατὸν ἄνωθεν αὐτοῖς αὐτὸν ἐπιῤῥῆξαι τὸν οὐρανὸν, ἢ χάσματι γῆς ἐξαφανίσαι τοὺς ὑβριστὰς, ἢ D ἐπεκβαλεῖν ἔξω τῶν ἰδίων ὅρων τὴν θάλασσαν, καὶ τοῖς βυθοῖς ποιῆσαι τὴν γῆν ὑποβρύχιον, ἢ τὴν Σοδομιτικὴν αὐτοῖς ἐπιβαλεῖν τοῦ πυρὸς ἐπομβρίαν, ἢ ἄλλο τι ποιῆσαι τῶν σκυθρωπῶν διὰ προστάγματος;

Ἀλλὰ ταῦτα ἤνεγκεν ἐν πρᾳότητι καὶ μακροθυμίᾳ, ὁ τῷ σῷ βίῳ δι' ἑαυτοῦ νομοθετῶν τὸ μακρόθυμον. Οὕτω καὶ τὰ ἄλλα πάντα περὶ τὴν πρωτότυπον τοῦ Θεοῦ εἰκόνα ἔστιν ἰδεῖν, πρὸς ἣν ὁ βλέπων, καὶ κατ' ἐκείνην ἐναργῶς καλλωπίζων τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν, εἰκὼν καὶ αὐτὸς γίνεται τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, διὰ τῆς ὑπομονῆς ζωγραφούμενος. Ὁ δὲ κεφα-

[43] Rom. viii, 12 sqq. [44] I Petr. ii, 22. [45] I Cor. iv, 16. [46] Matth. xi, 29. [47] Luc. xxiii, 34. [48] Eph. v, 23.

λὴν τῆς Ἐκκλησίας τὸν Χριστὸν εἶναι μαθὼν, τοῦτο πρὸ πάντων διανοείσθω, ὅτι πᾶσα κεφαλὴ τῷ ὑποκειμένῳ σώματι ὁμοφυής ἐστι καὶ ὁμοούσιος, καὶ μία τίς ἐστι τῶν καθ' ἕκαστον μελῶν πρὸς τὸ ὅλον συμφυΐα, διὰ μιᾶς συμπνοίας κατεργαζομένη πρὸς τὰ μέρη τῷ παντὶ τὴν συμπάθειαν. Οὐκοῦν εἴ τι τοῦ σώματός ἐστιν ἐκτὸς, τοῦτο καὶ πρὸς τὴν κεφαλὴν πάντως ἀλλοτρίως ἔχει. Παιδεύει τοίνυν διὰ τούτων ὁ λόγος ἡμᾶς, ὅπερ ἐστὶν ἡ κεφαλὴ κατὰ τὴν φύσιν, τοῦτο καὶ τὰ καθ' ἕκαστον γίνεσθαι μέλη, ἵνα πρὸς τὴν κεφαλὴν οἰκείως ἔχῃ. Ἡμεῖς δέ ἐσμεν τὰ μέλη, οἱ εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ συντελοῦντες. Εἰ τοίνυν τις ἄρας τὸ μέλος τοῦ Χριστοῦ, ποιήσῃ μέλος πόρνης· οἱόν τινα μάχαιραν ἐμβαλὼν τὴν ἀκόλαστον λύσσαν, διὰ τοῦ πονηροῦ τούτου πάθους τὸ μέλος πάντως τῆς κεφαλῆς ἠλλοτρίωσεν. Οὕτω δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας ὄργανα, μάχαιραι γίνονται, δι' ὧν τὰ μέλη τοῦ συμφυοῦς ἀποτέμνεται σώματος, καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφορίζεται πάντα, καθὼς ἂν τὴν τομὴν ἐνεργήσῃ τὰ πάθη. Ἵνα οὖν τοίνυν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὅλον διαμένῃ τὸ σῶμα, πρὸς τὴν κεφαλὴν οἰκείως ἔχειν προσήκει καὶ τὰ καθ' ἕκαστον μέλη, οἷον καθαρὰν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας τὴν κεφαλὴν συντελοῦντα. Εἰ ἀφθαρσίαν νοοῦμεν τὴν κεφαλὴν, ἐν ἀφθαρσίᾳ χρὴ πάντως συνεστάναι τὰ μέλη. Οὕτω καὶ τὰ ἄλλα νοήματα, ὅσα ἡ κεφαλὴ νοεῖται, καὶ ἐπὶ τῶν μελῶν ἀκόλουθόν ἐστι καθορᾶσθαι, τὴν εἰρήνην, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. Διὰ γὰρ τοῦ Υἱοῦ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς μέλεσι δείκνυται, τῷ συμφυῶς ἔχειν αὐτὰ πρὸς τὴν κεφαλὴν μαρτυρεῖσθαι· οὕτως εἰπόντος τοῦ Ἀποστόλου, ὅτι ἐκεῖνος μέν ἐστιν ἡ κεφαλὴ, ἐξ αὐτοῦ δὲ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς, τῆς κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους, τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Καὶ τοῦτο προσήκει διὰ τοῦ τῆς κεφαλῆς ὀνόματος παιδευθῆναι, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐστι τῷ σώματι τὸ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἐνδόσιμον· δι' ὀφθαλμοῦ γὰρ καὶ ἀκοῆς τὰ καθ' ἕκαστον εὐθύνεται, ἥ τε διὰ ποδῶν κίνησις καὶ ἡ διὰ χειρῶν ἐνέργεια· οὐ γὰρ ἔστιν ἢ ὀφθαλμοῦ μὴ ἐπιστατοῦντος τῶν σπουδαζομένων, ἢ μὴ δεχομένης τῆς ἀκοῆς τὴν ὑφήγησιν, δεόντως τι τῶν προκειμένων γενέσθαι· οὕτω χρὴ κατὰ τὴν ἀληθινὴν κεφαλὴν καὶ ἡμᾶς τὸ σῶμα καταλλήλως κινεῖσθαι πρὸς πᾶσαν ὁρμὴν καὶ ἐνέργειαν, ὅπουπερ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ ὁ φυτεύσας τὸ οὖς καθηγήσεται. Ἐπεὶ οὖν ἡ κεφαλὴ τὰ ἄνω βλέπει, καὶ τὰ μέλη δεῖ πάντως, τὰ ὑφηρμοσμένα τῇ κεφαλῇ, ἕπεσθαι τῇ τῆς κεφαλῆς ὁδηγίᾳ, καὶ πρὸς τὰ ἄνω τὴν ῥοπὴν ἔχειν. Ὅταν δὲ πρωτότοκον τῆς κτίσεως εἶναι αὐτὸν ἀκούσωμεν, καὶ πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καὶ πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, πρῶτον μὲν τὰς αἱρετικὰς ὑπολήψεις ἀποπεμπώμεθα, ὡς οὐδεμίαν συνηγορίαν τῆς πονηρᾶς αὐτῶν δογματοποιΐας ἐκ τῶν προκειμένων ῥημάτων ἐχούσας. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἠθικὸν βίον διὰ τούτων ἡμῖν συντελοῦντα κατανοήσωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Μονογενῆ Θεὸν τὸν τοῦ παντὸς

A illud in primis cogitet, unam esse capitis et subjecti corporis naturam, et singula membra cum toto naturali quadam necessitudine conjuncta esse, quæ partes toti ita conciliat, ut miro consensu inter se conveniant. Ex quo fit ut, si quid extra corpus est, id etiam a capite omnino sejunctum sit. Ex hoc igitur intelligimus, quod natura caput est, idem fieri singula membra, ut cum ipso capite proprie amiceque consentiant. Nos autem membra sumus, qui in Christi corpus coalescimus. Quare si quis membrum Christi tollens, efficiat membrum meretricis [49], hic rabiem improbæ illius libidinis tanquam gladium arripiens, per hanc pravam perturbationem membrum prorsus abscindit a capite. Sic item reliqua malitiæ instrumenta
B sunt veluti gladii, quibus membra a proprio corpore amputantur, et omnia sejunguntur a capite, quorum sectionem perturbationes efficiunt. Ut igitur totum corpus in naturali amicitia cum capite permaneat, æquum est ut mutua concordia singula item membra inter se conjungantur. Quamobrem cum ipsum caput non modo purum, integrum castumque sit, sed ipsa quodam modo puritas, integritas et castitas existimetur, quæ sub ejusmodi caput membra concurrunt; ea item pura, incorrupta castaque sint consentaneum est. Denique quidquid de capite cogitamus, ut pacem, sanctimoniam, veritatem, et alia omnia ejusdem generis, in membris quoque conspicienda sunt.
C Per Filium enim hæc et talia in membris demonstrantur, quod ea naturali necessitudine cum capite cohærere sit testimonio comprobatum: cum sic Apostolus dixerit, Christum esse caput, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri augmentum corporis facit [50]. Illud præterea ex hoc capitis nomine discere debemus: quemadmodum in animalibus ex capite provenit corpori ad agendum occasio atque incitatio, siquidem et pedum et manuum motus atque opera omnia oculorum et aurium ope diriguntur; etenim nisi oculi præsint satagenti, et auris imperium excipiat, nihil eorum quæ proposita sunt recte fieri potest: sic ex veri capitis senten-
D tia corpus in rebus omnibus modo ad hoc, modo ad illud agendum dirigi et moveri oportet, quocunque ille qui finxit oculum et plantavit aurem [51], ducet. Quando igitur caput quæ supra sunt respicit, opus est ut quæ capiti apte subnexa sunt membra, ipsius capitis ductum sequantur, et ad ea quæ supra sunt tendant. Verum quoniam cum esse primogenitum creaturæ discimus [52] et primogenitum ex mortuis [53], et primogenitum in multis fratribus [54], primum quidem hæreticas opiniones refutemus, utpote quæ nullum ex propositis verbis pravo suo dogmati quærere patrocinium possint; deinde vero quæ nobis ad vitam et mores ex his

[49] I Cor. VI, 15. [50] Ephes. IV, 16. [51] Psal. XCIII, 9. [52] Coloss. I, 15. [53] ibid. 18. [54] Rom. VIII, 29.

conducant consideremus. Hostes igitur Dei si unigenitum Deum, universi effectorem, ex quo et per quem et in quo omnia [55], factum esse dicunt et creatum a Deo, ideoque ut creaturæ fratrem dici creaturæ primogenitum asserunt, cum temporis jure tantummodo præcellat, quemadmodum Ruben non natura, sed temporis prærogativa propriis fratribus præponebatur: illud imprimis contra istos dicendum est, eumdem non posse et unigenitum et primogenitum credi: aut enim unigenitus est, aut ex fratribus primogenitus: si unigenitus, fratres non habet; sin fratrum primogenitus, unigenitus neque esse, neque dici potest omnino.

Quare cum hæc nomina in eodem convenire conjungique nequeant, quod fieri non possit ut idem et unigenitus et primogenitus nominetur, in Scriptura autem de Verbo illo, quod erat in principio, dicatur, unigenitus Deus, et rursus apud Paulum, Primogenitus omnis creaturæ: veritatis judicio sic oportet hæc nomina separare et distinguere diligenter, ut Unigenitum intelligamus id Verbum, quod est ante sæcula; omnis autem creaturæ in Christo factæ, Verbum carnem factum esse Primogenitum. Quodsi, quo modo ille et primogenitus ex mortuis, et primogenitus in multis fratribus intelligatur, didicerimus, simul etiam quo modo sit creaturæ primogenitus, cognoscemus. Est igitur ex mortuis primogenitus aut primitiæ dormientium [56] factus, ut omni carni ad resurrectionem iter aperiret [57]. Cumque nos, qui natura eramus filii iræ, cœlesti generatione per aquam et Spiritum filios lucis et diei filios esset effecturus, ejusmodi generatione in Jordanis flumine dux ipse præcessit, ut ad naturæ nostræ primitias Spiritus gratiam attraheret, id est ut omnes ex spiritali regeneratione ad vitam generatos fratres ipse per aquam et Spiritum antegenitus constitueret. Ad eumdem modum creaturæ in Christo generatæ ipsum primogenitum cogitantes, ab opinione pia minime recesserimus. Quoniam igitur vetus creatura transiit, per peccatum inutilis reddita, necessario post transitum eorum quæ deleta sunt, successit nova vitæ creatura, quæ per regenerationem et resurrectionem ex mortuis constituitur, cujus princeps auctorque vitæ primogenitus est et appellatur. Atque hæc quidem pauca studiosis ad repellendos adversarios, et ad perspiciendam veritatem satis erunt. Quare jam quam utilia sint hæc verba ad virtutem et vitam, breviter percurramus. Ruben eorum qui post se geniti sunt fratres, primogenitus fuit [58]: cognationem autem, qua cum ipso conjuncti erant, signum quoque in eis perspicuum primogenito simile testabatur, ut fraterna sanguinis conjunctio formæ similitudine declarata ignorari non posset. Quapropter si nos item eodem modo per regenerationem aquæ et spiritus Domini fratres geniti sumus, qui propter nos factus est

A δημιουργόν, τὸν ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, ἔργον εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ κτίσμα, καὶ ποίημα, λέγουσιν οἱ θεομάχοι, καὶ διὰ τοῦτο πάσης τῆς κτίσεως πρωτότοκον αὐτὸν λέγεσθαι, διορίζονται· ἤ, ὡς ἀδελφὸν ὄντα τῆς κτίσεως, μόνοις τοῖς τοῦ χρόνου πρεσβείοις αὐτὸν προτερεύοντα, ὡς τὸν Ῥουβὶμ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, οὐ φύσει προτεταγμένον, ἀλλὰ τοῖς ἐκ χρόνου πρεσβείοις προτερεύοντα· πρῶτον μὲν τοῦτο πρὸς ἐκείνους ῥητέον, ὅτι οὐκ ἔστι τὸν αὐτὸν καὶ μονογενῆ καὶ πρωτότοκον πιστεύεσθαι. Οὔτε γὰρ ὁ μονογενὴς μετὰ ἀδελφῶν νοεῖται· οὔτε χωρὶς ἀδελφῶν ὁ πρωτότοκος, μονογενὴς πάντως οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται.

Οὐκοῦν ἀσύμβατά ἐστι καὶ ἀκοινώνητα ταῦτα πρὸς ἄλληλα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τὰ νοήματα, ὡς ἀδύνατον εἶ-
B ναι, τὰ δύο τὸν αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ μονογενῆ καὶ πρωτότοκον. Ἀλλὰ μὴν εἴρηται παρὰ τῆς Γραφῆς περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος Λόγου, ὅτι ὁ Μονογενὴς Θεὸς, Πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Οὐκοῦν ἐπιμερίσαι προσήκει τῷ μυστηρίῳ τῆς ἀληθείας, ἑκάτερον τούτων τῶν ὀνομάτων εὐσεβῶς διαστείλαντα· ὥστε Μονογενῆ μὲν εἶναι τὸν προαιώνιον Λόγον, τῆς δὲ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ Χριστῷ γενομένης κτίσεως πρωτότοκον γενέσθαι τὸν Λόγον, σάρκα γενόμενον. Καὶ ὅπερ ἂν ἡμῖν ἐγγένηται νόημα, πρωτότοκον αὐτὸν ἐκ νεκρῶν εἶναι μαθόντες, καὶ πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· ἐκεῖνο καὶ ἐπὶ τῷ πρωτοτόκῳ τῆς κτίσεως ἀκολούθως νοήσομεν. Οὐκοῦν ἐκ νεκρῶν μὲν πρωτότοκος γίνεται, ὁ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων γενόμενος, ἵνα ὁδοποιή-
C ση σαρκὶ τὴν ἀνάστασιν. Καὶ μέλλων ἡμᾶς διὰ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως, δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος, υἱοὺς ἡμέρας καὶ υἱοὺς φωτὸς ἀπεργάζεσθαι, τοὺς πρότερον ὄντας τέκνα φύσει ὀργῆς, αὐτὸς καθηγεῖται τῆς τοιαύτης γεννήσεως, ἐν τῷ ῥείθρῳ τοῦ Ἰορδάνου, ἐπὶ τὴν ἀπαρχὴν τῆς φύσεως ἡμῶν, τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν ἐπισπασάμενος. Ὥστε πάντας τοὺς ἐκ τῆς πνευματικῆς ἀναγεννήσεως εἰς ζωὴν γεννωμένους, ἀδελφοὺς χρηματίσαι τοῦ προγεννηθέντος διὰ τοῦ ὕδατός τε καὶ Πνεύματος. Κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ γενομένης κτίσεως πρωτότοκον αὐτὸν νοοῦντες, οὐκ ἔξω γινόμεθα τῆς εὐσεβοῦς ὑπολήψεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἀρχαία κτίσις παρῆλθε διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀχρειωθεῖσα, ἀναγκαίως τὴν τῶν ἀφανισθέντων πάροδον διεδέξατο ἡ καινὴ τῆς ζωῆς κτί-
D σις, διὰ τῆς ἀναγεννήσεως καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως συνισταμένη· ἧς ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς ἡγησάμενος, πρωτότοκος τῆς ζωῆς γίνεται καὶ ὀνομάζεται. Ἀλλ' ὅπως χρὴ πρὸς τοὺς ἀντιτεταγμένους ἔχειν, δι' ὀλίγων τῶν εἰρημένων ῥᾴδιον ἂν γένοιτο τοῖς φιλοπονωτέροις, αὐτάρκη συμμαχίαν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἔχειν. Ὅπως δ' ἂν φανείη συντελοῦντα πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον τὰ ῥήματα ταῦτα, διὰ βραχέων ἐπελευσόμεθα· Πρωτότοκος ἦν τῶν μετ' αὐτὸν διὰ γεννήσεως παραχθέντων ὁ Ῥουβίμ· ὡς ἐμαρτύρει τοῖς μετ' αὐτὸν γεννηθεῖσι τὴν πρὸς αὐτὸν συγγέ[νει]αν ὁ ἐπιφαινόμενος αὐτοῖς χαρακτὴρ, οἰκείως π[ρὸς] τὸν πρωτότοκον ἔχων, ὥστε μὴ ἀγνοεῖσθαι τὴν ἀδελ-

[55] Rom. xi, 36. [56] I Cor. xv, 20. [57] I Thess. iv, 13. [58] Gen. xxix, 32.

A φότητα, διὰ τῆς κατὰ τὴν μορφὴν ὁμοιότητος μαρτυρουμένην. Οὐκοῦν εἰ διὰ τῆς ὁμοτρόπου ἀναγεννήσεως, τῆς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου γεγόναμεν, τοῦ δι' ἡμᾶς γενομένου πρωτοτόκου ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· ἀκόλουθον ἂν εἴη, διὰ τῶν τοῦ βίου χαρακτήρων ἐπιδεικνύειν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγχιστείαν· ἐμμορφωσαμένου τῇ ζωῇ ἡμῶν τοῦ πρωτοτόκου τῆς κτίσεως. Τίνα δὲ χαρακτῆρα τῆς ἐκείνου μορφῆς παρὰ τῆς Γραφῆς μεμαθήκαμεν; Ὃν πολλοῖς εἰρήκαμεν, ὅτι « Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Οὐκοῦν εἰ μέλλοιμεν ἀδελφοὶ χρηματίζειν τοῦ καθηγησαμένου ἡμῶν τῆς γεννήσεως, τὸ ἀναμάρτητον τῆς ζωῆς ἡμῶν πιστώσεται τὴν πρὸς ἐκεῖνον συγγένειαν, μηδενὸς ῥύπου τῆς πρὸς τὴν καθαρότητα συναφείας ἡμᾶς ἀφορίζοντος. B Ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς ὁ πρωτότοκός ἐστι, καὶ ἀγάπη, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐκοῦν εἰ διὰ τῶν τοιούτων καὶ ὁ ἡμέτερος χαρακτηρίζοιτο βίος, ἐναργῆ παρεξόμεθα τῆς εὐγενείας ἡμῶν τὰ γνωρίσματα, ὥστε τὸν ταῦτα ἐν τῇ ζωῇ καθορῶντα τῇ ἡμετέρᾳ, προσμαρτυρεῖν ἡμῖν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἀδελφότητα. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀνοίξας ἡμῖν τὴν θύραν τῆς ἀναστάσεως, καὶ διὰ τοῦτο ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων γενόμενος. Ὅτι μὲν οὖν πάντες ἀναστησόμεθα ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι· τοῦτο ἔδειξεν, οἷς τε ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ οἷς ἐπὶ τῶν λοιπῶν, τῶν ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατηθέντων, ἐποίησεν.

primogenitus in multis fratribus, æquum est ut vitæ signis nostram cum ipso necessitudinem ostendamus : vitæ enim nostræ formam impressit primogenitus creaturæ. Quæ autem sit ejus formæ nota, ex Scriptura sæpe commemoravimus. « Qui peccatum, » inquit, « non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [59]. » Proinde utrum illius qui generatione præcessit appellari fratres debeamus, innocentia vitæ testimonium dabit, si nulla macula a puritatis conjunctione nos separaverit. Præterea justitia est primogenitus, et sanctificatio, et charitas, et redemptio, et alia ejusmodi. Quibus si vita item nostra fuerit insignita, adeo præclara præbebimus nostræ nobilitatis indicia, ut, qui illa conspexerint in nostra vita, ipsi quoque nos Christi fratres esse, sint testes futuri. Ipse enim est qui resurrectionis nobis aditum patefecit, et ob id primitiæ dormientium factus est. Nos igitur omnes resurrecturos in ictu oculi in novissima tuba [60] per ea demonstravit, tum quæ in seipso, tum quæ in cæteris qui a morte tenebantur, effecit.

Οὐ μὴν ἴση κατάστασις ἐν τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τῆς γῆς χώματος ἀναστάντας ἐκδέξεται, ἀλλὰ « Πορευσόμεθα, » φησὶν, « οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. » C Ὥστε εἴ τινος πρὸς τὴν φοβερὰν ἐκείνην κατάκρισιν ὁ βίος βλέπει· οὗτος, κἂν διὰ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως τοῖς ἀδελφοῖς τοῦ Κυρίου συναριθμούμενος τύχῃ, καταψεύδεται τοῦ ὀνόματος, ἐν τῇ μορφῇ τῆς κακίας τὴν πρὸς τὸν πρωτότοκον ἀγχιστείαν ἀρνούμενος. Ὁ δὲ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὁ δι' ἑαυτοῦ συνάπτων τῷ Θεῷ τὸ ἀνθρώπινον, ἐκεῖνο συνάπτει μόνον, ὅπερ ἂν τῆς πρὸς Θεὸν συμφυΐας ἄξιον ᾖ. Ὥσπερ οὖν τὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον τῇ δυνάμει τῆς θεότητος ἑαυτῷ προσῳκείωσε, μέρος μὲν τῆς κοινῆς φύσεως ὄντα, οὐ μὴν τοῖς πάθεσιν ὑποπεπτωκότα τῆς φύσεως τοῖς εἰς ἁμαρτίαν ἐκκαλουμένοις (« Ἁμαρτίαν » γὰρ, φησὶν, « οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ »)· οὕτω καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον προσάξει τῇ συναφείᾳ τῆς θεότητος, εἰ μηδὲν ἐπάγοιντο τῆς πρὸς D τὸ Θεῖον συναφείας ἀνάξιον. Ἀλλ' εἴ τις ἀληθῶς εἴη Θεοῦ ναὸς, μηδὲν κακίας εἴδωλον καὶ ἀφίδρυμα ἐν ἑαυτῷ περιέχων, οὗτος ὑπὸ τοῦ μεσίτου πρὸς μετουσίαν τῆς θεότητος παραληφθήσεται, καθαρὸς γενόμενος πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς αὐτοῦ καθαρότητος. Οὔτε γὰρ εἰς κακότεχνον ψυχὴν εἰσελεύσεται σοφία, καθὼς ὁ λόγος φησὶν, οὔτε ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἄλλο τι παρὰ τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ βλέπει· ᾧ διὰ τῆς ἀφθαρσίας προσκολληθεὶς, ἐντὸς ἑαυτοῦ πᾶσαν τὴν ἀγαθὴν βασιλείαν ἐδέξατο. Μᾶλλον δ' ἂν γένοιτο ἡμῖν καταφανὲς τὸ λεγόμενον, εἰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἣν διὰ τῆς Μαρίας πρὸς τοὺς ἀποστόλους πεποίηται, πρὸς

Verum in ea quæ futura est vita non idem omnes e terræ tumulo surgentes excipit status, sed « Ibunt, » inquit, « qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii [61]. » Quamobrem si cujus vita ad formidandam illam spectat condemnationem, is tametsi per regenerationem ad fratrum Domini numerum forte ascriptus sit, nomen ementitur, in malitiæ forma nullam cum primogenito cognationem præ se ferens. Mediator autem Dei et hominum, qui per seipsum genus humanum conjungit Deo, solum illud conjungit quod ea conjunctione sit dignum. Quemadmodum virtute divina hominem induit, eatenus quidem humanæ naturæ participem, ut nullis naturæ perturbationibus ad peccatum excitantibus subjaceret : « Peccatum » enim, inquit, « non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus : » sic homines singulos ad divinitatis communionem adducet, si nihil ea divinitatis conjunctione indignum afferant. Si quis nimirum vere sit templum Dei, nullumque malitiæ simulacrum aut statuam contineat, is a mediatore, ut divinitatis particeps fiat, admittetur, cum purus sit et ad puritatem ipsius suscipiendam idoneus. Neque enim in malevolam animam, ut scriptum est [62], introibit sapientia, et qui mundus est corde, nihil in seipso præter Deum videns, incorrupteque ipsi cohærens, omne bonum regnum in se accepit. Cæterum id quod dico, magis perspicuum fiet, si verba quæ Dominus apostolis per Mariam nuntiari voluit, considerabimus : « Ascendo, » inquit, « ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum

[59] I Petr. II, 22. [60] I Cor. XV, 52. [61] Joan. V, 29. [62] Sap. I, 4.

vestrum [63]. » Hæc enim ait mediator inter Patrem et abdicatos filios, qui inimicos Dei reconciliavit veræ et soli Divinitati. Nam quia per peccatum juxta propheticum sermonem alienati sunt homines a vivifica vulva, et erraverunt ab utero in quo formati fuerant, pro veritate mendacium loquentes [64], idcirco naturæ communis primitias per corpus et animam assumens, easque nulla malitia mistas aut contaminatas in se conservans sanctas effecit : ut eas incorruptas dedicans Patri, simul etiam traheret quidquid eis natura et genere cognatum esset, et eos, qui abdicati rejectique fuerant, filios redderet, et inimicos Dei divinitatis ejus participes faceret. Ut ergo massæ primitiæ puritate atque innocentia vero Patri et Deo conciliatæ sunt : sic etiam nos, qui massa sumus, iisdem rationibus cum veritatis Patre conjungemur, si mediatoris innocentiam et constantiam pro viribus imitabimur. Sic enim erimus unigeniti Dei corona ex lapidibus pretiosis, honor et gloria per vitam effecti. Nam Paulus dicit, quoniam « Minuisti eum paulo minus ab angelis [65], » propter cruciatum mortis. Majores enim nostros in spinæ naturam ob peccatum conversos sibi ipse ex mortis dispositione coronam fecit, et spinam in honorem et gloriam patiendo commutavit. Quocirca cum semel mundi peccatum sustulerit, et capiti coronam de spinis acceperit, ut ex honore et gloria coronam contexeret, non parvum periculum est, ne aliquo modo propter improbam vitam tribuli esse et spinæ deprehendamur : atque ita in media Domini corona, quæ per communionem corporis ejus fit, inserti, vocem illam justam omnino exaudiamus : « Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem [66]? » quomodo te, cum esses spina, inter eos qui ad coronam meam ex honore et gloria conficiendam apti sunt, contexuisti? « Quæ conventio Christo ad Belial? Quæ pars fideli cum infideli? Quæ societas luci ad tenebras [67]? »

A τὴν σαφήνειαν τῶν εἰρημένων συμπαραλάβοιμεν· «Πορεύομαι, » φησὶ, « πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Ταῦτα γὰρ ὁ μεσίτης μεταξὺ τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν ἀποκηρύκτων φησὶν, ὁ δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ καταλλάξας τῇ ἀληθινῇ καὶ μόνῃ Θεότητι. Ἐπειδὴ γὰρ, κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, ἀπηλλοτριώθησαν τῆς ζωοποιοῦ μήτρας διὰ τῆς ἁμαρτίας οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἐπλανήθησαν, ἐν ᾗ ἐπλάσθησαν, τὸ ψεῦδος ἀντὶ τῆς ἀληθείας λαλήσαντες, τούτου χάριν τὴν ἀπαρχὴν τῆς κοινῆς φύσεως ἀναλαβὼν, διὰ ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἁγίαν ἐποίησε, πάσης κακίας ἀμιγῆ τε καὶ ἀπαράδεκτον αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ διασώσας· ἵνα ταύτην ἀναθεὶς, διὰ τῆς ἀφθαρσίας, τῷ Πατρὶ τῆς ἀφθαρσίας, συνεπισπάσηται δι' αὐτῆς πᾶν τὸ συγ-
B γενὲς κατὰ τὴν φύσιν αὐτῇ καὶ ὁμόφυλον, καὶ προσδέξηται τοὺς ἀποκηρύκτους εἰς τὴν υἱοθεσίαν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν τῆς θεότητος αὐτοῦ μετουσίαν. Οὐκοῦν, ὥσπερ ἡ ἀπαρχὴ τοῦ φυράματος, διὰ καθαρότητός τε καὶ ἀπαθείας ᾠκειώθη τῷ ἀληθινῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ· οὕτω καὶ ἡμεῖς τὸ φύραμα, διὰ τῶν ὁμοίων ὁδῶν τῷ Πατρὶ τῆς ἀφθαρσίας κολληθησόμεθα, διὰ τοῦ μιμήσασθαι, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, τοῦ μεσίτου τὸ ἀπαθές τε καὶ ἀναλλοίωτον. Οὕτω γὰρ ἐσόμεθα τοῦ Μονογενοῦς Θεοῦ στέφανος ἐκ λίθων τιμίων, τιμὴ καὶ δόξα διὰ τοῦ βίου γενόμενοι. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι «Βραχύ τι αὐτὸν ἐλαττώσας,» διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, « παρὰ τοὺς ἀγγέλους. » Τοὺς πρότερον εἰς ἀκάνθης φύσιν μετατεθέντας διὰ
C τῆς ἁμαρτίας, στέφανον ἑαυτῷ διὰ τῆς κατὰ τὸν θάνατον οἰκονομίας ἐποίησεν, εἰς τιμὴν καὶ δόξαν μεταστοιχειώσας διὰ τοῦ πάθους τὴν ἄκανθαν. Κίνδυνος οὖν οὐ μικρὸς, ἅπαξ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον ἀναλαβόντος τῇ κεφαλῇ, ἵνα ποιήσῃ τὸν ἐκ τιμῆς τε καὶ δόξης συμπλεκόμενον στέφανον, εὑρεθῆναί τινα τρίβολον ὄντα διὰ τοῦ κακοῦ βίου καὶ ἄκανθαν, εἶτα ἐν μέσῳ τῷ Δεσποτικῷ στεφάνῳ διὰ τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ κοινωνίας παρενειρόμενον. Πρὸς ὃν ἐρεῖ πάντως ἡ δικαία φωνή· « Πῶς εἰσῆλθες ὧδε, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; » Πῶς συνεπλάκης τοῖς διὰ τιμῆς καὶ δόξης τῷ ἐμῷ στεφάνῳ ἐνηρμοσμένοις, ἄκανθα ὤν; « Τίς κοινωνία Χριστῷ πρὸς Βελίαν; Τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Τί κοινὸν τῷ φωτὶ πρὸς τὸ σκότος; »

Ne quando igitur vita nostra contra nos ejusmodi verbis compelletur, omni studio nobis in eam curam est incumbendum, ut spinosa omnia tum facta, tum dicta, tum cogitata ex omni nostra vita convulsa projiciamus, ut pura innocentique vivendi ratione honor et gloria efficiamur, atque universi caput nobismetipsis uti re pretiosa coronemus. Nullius enim rei vilis vult esse Dominus ille, qui gloriæ Dominus est [68]. Quisquis igitur in homine tum abscondito tum manifesto abhorret ab omni turpitudine et vanitate, eum, qui gloriæ non ignominiæ Dominus est, sibi principem constituit. Præterea principium est : atque adeo rerum omnium principium minime alienum ab iis, quæ ex ipso consequuntur. Quamobrem si quis vi-

Ὡς ἂν οὖν μὴ τ[οι]αῦτά ποτε ῥήματα καθ' ἡμῶν ὁ βίος ἡμῶν ἐκκαλέσαιτο, ἐπιμελητέον ἂν εἴη τοῦ πᾶν
D ἀκανθῶδες ἔργον τε καὶ ῥῆμα, καὶ νόημα, διὰ πάσης τῆς ζωῆς τοῦ βίου ἡμῶν ἀποσκευάσασθαι, ἵνα τῇ καθαρᾷ τε καὶ ἀπαθεῖ πολιτείᾳ τιμὴ καὶ δόξα γενόμενοι, τὴν τοῦ παντὸς κεφαλὴν δι' ἑαυτῶν στεφανώσωμεν, ὥσπερ τι κειμήλιον καὶ κτῆμα τῷ Δεσπότῃ γενόμενοι. Οὐδενὸς γὰρ ἀτίμου καταδέχεται Κύριος εἶναί τε καὶ λέγεσθαι ὁ τῆς δόξης Κύριος. Οὐκοῦν ὁ πάσης ἀσχημοσύνης τε καὶ βδελυρίας ἀλλότριος, κατά τε τὸν κρυπτὸν καὶ φαινόμενον ἄνθρωπον, δεσπότην ἑαυτοῦ ποιεῖται τὸν δόξης καὶ οὐκ ἀτιμίας Κύριον ὄντα τε καὶ λεγόμενον. Ἔστι καὶ ἀρχή· ἀρχὴ δὲ παντὸς πράγματος οὐκ ἀλλοτρίως πρὸς τὰ μεθ' ἑαυτὴν ἔχει. Εἰ γὰρ ζωὴν τὴν ἀρχὴν εἶναί τις ὁρίσαιτο·

[63] Joan. xx, 17. [64] Psal. LVII, 4. [65] Hebr. II, 7. [66] Matth. XXII, 12. [67] II Cor. VI, 15. [68] Psal. XXIII, 10.

A τοῖς ἄλλοις, παρακαταθήκην Θεοῦ νομίζοντας ἔχειν, οὓς ἐπιστεύθησαν. Οὕτως οὖν χρὴ τοὺς προεστῶτας ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἂν χρηστοὶ παιδαγωγοὶ παίδων ἁπαλῶν, οὓς ἐπιστεύθησαν παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τῶν παίδων τὰς ἕξεις σκοποῦντες, τῷ μὲν πληγάς, τῷ δὲ νουθεσίαν, τῷ δὲ ἔπαινον, τῷ δὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσάγουσιν, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς ἀπέχθειαν τούτων ποιοῦντες, καθὼς καὶ οἱ πνευματικοὶ προεστῶτες ποιεῖν ὀφείλουσιν. Ἐὰν οὕτως ἔχητε πρὸς ἀλλήλους, οἵ τε ὑφεστῶτες καὶ οἱ διδάσκαλοι, οἱ μὲν πειθόμενοι μετὰ χαρᾶς τοῖς ἐπιταττομένοις, οἱ δὲ μεθ' ἡδονῆς τοὺς ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ τέλειον προαγόμενοι, καὶ ταῖς τιμαῖς ἀλλήλους προηγῆσθε· τὸν τῶν ἀγγέλων ἐπὶ τῆς γῆς ζήσεσθε βίον. Πειθέτω δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν, ὡς B οὐ τοῦ συνόντος ἀδελφοῦ μόνον ἐστὶ καταδεέστερος, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἀνθρώπου· τοῦτο γὰρ γινώσκων, μαθητὴς ἔσται ὄντως Χριστοῦ. Εἰδότες οὖν τῆς ταπεινότητος τοὺς καρποὺς, καὶ τὴν ζημίαν τοῦ τύφου, μιμήσασθε τὸν Δεσπότην, καὶ ἑνὶ σώματι καὶ μιᾷ ψυχῇ χωρεῖτε πρὸς τὴν ἄνω κλῆσιν, ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν καὶ ἀλλήλους. Ἀγάπη γὰρ καὶ φόβος ὁ πρὸς Κύριον, τὸ πρῶτον τοῦ νόμου ἐστὶ πλήρωμα. Πλὴν οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ αὐτομάτως ἡμῖν ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ἐγγίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλὰ διὰ πολλῶν πόνων καὶ μεγάλων φροντίδων, καὶ συνεργίας τῆς τοῦ Χριστοῦ, καθὼς εἴρηκεν ἡ Σοφία. « Ἐὰν γὰρ ζητήσῃς αὐτὴν, » φησὶν, « ὡς ἀργύριον, καὶ ὡς θησαυροὺς ἐξερευνήσῃς, τότε συννοήσεις φόβον Κυρίου, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ εὑρήσεις. » Θεοῦ δὲ ἐπίγνωσιν εὑρὼν, καὶ φόβον C συννοήσεις ῥᾳδίως, καὶ τὸ ἐφεξῆς κατορθώσεις, τὸ ἀγαπᾷν, λέγω, τὸν πλησίον· τοῦ γὰρ πρώτου καὶ μεγάλου πόνῳ κτηθέντος, τὸ δεύτερον ἔλαττον ὂν, ἀπονώτερόν ἐστιν· ἐπεὶ ὁ τὸν Θεὸν μὴ ἀγαπῶν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης διανοίας, πῶς ἂν ὑγιῶς καὶ ἀδόλως ἐπιμελοῖτο τῆς τῶν ἀδελφῶν ἀγάπης;

Verumenimvero cum malitiæ artifex nactus est eum qui totam animam Deo non tradit, et vacuus est a dilectione illius, facile mancipat et pravis cogitationibus præcipitem dat, dum nunc facit ut gravia videantur Scripturæ mandata, et onerosum ministerium fratribus exhibitum, modo ad superbiam et fastum extollit ab ipso in conservos officio, ut gloriam ab hominibus quærat, et honorem a fratribus exigat, itaque infidelium acta ambiat et præstet. Etenim infidelis est qui humanos pro cœlestibus honores venatur, quemadmodum Dominus ipse alicubi dicit: « Quomodo vos credere potestis, qui gloriam a vobis invicem accipitis et honorem a Deo solo non quæritis [35]? » Quapropter si charitas a Deo adfuerit, necessum est reliqua etiam huic adhærere, et fraternum amorem, et lenitatem et candorem absque fictione, perseverantiam et sedulitatem in precibus, omnemque in genere virtutem. Quoniam autem quando magna

Τὸν δὲ μὴ τὴν ψυχὴν ὅλην ἀποδιδόντα Θεῷ, μηδὲ πρὸς τὴν ἐκείνου κεκενωμένον ἀγάπην, εὑρὼν ὁ τῆς κακίας τεχνίτης χειροῦται ῥᾳδίως λογισμοῖς πονηροῖς ὑποσκελίζων, νῦν μὲν βαρέα φαίνεσθαι ποιῶν τὰ τῆς Γραφῆς ἐπιτάγματα, καὶ ἐπαχθῆ τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς θεραπείαν· νῦν δὲ ἐπαίρων εἰς ἀλα- D ζονείαν καὶ τῦφον ἀπ' αὐτῆς τῆς εἰς τοὺς ὁμοδούλους διακονίας, ὡς τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξαν ζητεῖν, καὶ τιμὴν παρὰ τῶν ἀδελφῶν ἐπαιτεῖν· καὶ οὕτω τὰ τῶν ἀπίστων πραγματευόμενος καὶ ποιῶν. Ἄπιστος γὰρ ὁ τὰς ἀνθρωπίνας ἀντὶ τῶν οὐρανίων θηρεύων τιμὰς, ὡς αὐτός πού φησιν ὁ Κύριος· « Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεύειν, δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες; » Ἀγάπης οὖν ἡμῖν παρούσης τοῦ Θεοῦ, ἀνάγκη καὶ τὰ λοιπὰ ταύτῃ συνέπεσθαι, καὶ τὸ φιλάδελφον, τὸ πρᾶον, τὸ ἀνυπόκριτον, τὸ περὶ τὰς εὐχὰς διαρκὲς καὶ σπουδαῖον, καὶ ἁπλῶς πᾶσαν ἀρετήν. Ὡς δὲ μεγάλου τοῦ κτήματος ὄντος, μεγάλων

[34] Prov. II, 4, 5. [35] Joan. V, 44.

δεῖ πόνων περὶ τὴν κτῆσιν, οὐ πρὸς ἔνδειξιν ἀνθρώπων γινομένων, ἀλλ' εἰς τὸ ἀρέσαι Θεῷ τῷ τὰ κρυπτὰ εἰδότι. Τοῖς δὲ ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν εὔκολος καὶ ἡδὺς ὁ πόνος τῶν ἐντολῶν, ἐλαφρὸν καὶ ἐπέραστον ἡμῖν τὸν ἀγῶνα τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπης ποιούσης. Διὸ καὶ ὁ Πονηρὸς πάντα ἀγωνίζεται τρόπον ἐκβαλεῖν τὸν τοῦ Κυρίου φόβον ἐκ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ διαλῦσαι τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην ἡδοναῖς παρανόμοις. Δεινὸς γάρ ἐστιν, εἰ ῥαθυμοῦντας εὕροι τοὺς φύλακας, κλέψαι καιρὸν, καὶ ἐπεισελθεῖν τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις, καὶ κατασπεῖραι τῷ σίτῳ τὰ αὐτοῦ ζιζάνια· λοιδορίαν, λέγω, τῦφον, κενοδοξίαν, τιμῆς ἐπιθυμίαν, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας δημιουργήματα. Δεῖ οὖν ἐγρηγορέναι, καὶ τηρεῖν πάντοθεν τὸν Ἐχθρὸν, ὅπως κἂν προσβάλῃ τινὰ μηχανὴν ὑπ' ἀναισχυντίας, πρὶν ἅψασθαι τῆς ψυχῆς ἀποκρουσθῆναι. Μνημονεύετε δέ μοι συνεχῶς καὶ τούτου, ὅτι Ἄβελ μὲν προσέφερε τῷ Κυρίῳ θυσίαν ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων προβάτων καὶ ἀπὸ στεάτων· Κάϊν δὲ ἀπὸ μὲν τῶν καρπῶν τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν προβάτων· «Καὶ ἐπεῖδε,» φησὶν, «ὁ Θεὸς ἐπὶ ταῖς θυσίαις τοῦ Ἄβελ· ἐπὶ δὲ τοῖς δώροις τοῦ Κάϊν οὐ προσέσχεν.» Ἔστι τοίνυν μαθεῖν ἐκ τῆς ἱστορίας, ὡς εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ πᾶν τὸ μετὰ φόβου καὶ πίστεως, οὐ τὸ πολυτελῶς ἄνευ ἀγάπης γινόμενον. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ ἄλλως ἐδέξατο τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ Μελχισεδὲκ, ἀλλ' ἢ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰ καίρια προσήνεγκε τῷ ἱερεῖ τοῦ Θεοῦ. Καίρια δὲ λέγει καὶ ἀκροθίνια τῶν ὑπαρχόντων, αὐτὴν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν, κελεύων ἡμῖν μὴ μικροπρεπῶς θύειν τῷ Θεῷ τὰς αἰνέσεις καὶ τὰς εὐχὰς, μηδὲ τὰ τυχόντα τῷ Δεσπότῃ προσάγειν, ἀλλ' εἴ τι καίριον τῆς ψυχῆς, μᾶλλον δὲ αὐτὴν τὴν ὅλην ἀνατιθέναι Θεῷ. Περὶ μέντοι τῶν τῆς ἀρετῆς μερῶν, ποῖον κρεῖττον ἡγεῖσθαι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδεύειν, καὶ ποῖον τούτου δεύτερον, καὶ τὰ λοιπὰ ἐφεξῆς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλήλων γὰρ ὁμοίως ἔχονται, καὶ δι' ἀλλήλων ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοὺς χρωμένους ἀνάγουσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἁπλότης τῇ ὑπακοῇ παραδίδωσιν· ἡ δὲ ὑπακοὴ, τῇ πίστει· αὕτη δὲ τῇ ἐλπίδι· καὶ ἡ ἐλπὶς, τῇ δικαιοσύνῃ· κἀκείνη, τῇ διακονίᾳ· καὶ αὕτη, τῇ ταπεινότητι· παρὰ δὲ ταύτης ἡ πραότης παραλαμβάνεται· ἡ δὲ, τῇ χαρᾷ προσάγει· ἡ δὲ χαρὰ, τῇ ἀγάπῃ· ἐκείνη, τῇ εὐχῇ· καὶ οὕτως ἀλλήλων ἐξηρτημέναι, καὶ ἐξαρτήσασαι τὸν ἐχόμενον, ἐπ' αὐτὴν ἀνάγουσι τοῦ ποθουμένου τὴν κορυφὴν, καθάπερ ἀπεναντίας ἡ πονηρία τοὺς ἑαυτῆς φίλους, διὰ τῶν οἰκείων αὐτῆς μερῶν, ἐπὶ τὴν ἐσχάτην κατάγει κακίαν. Δεῖ δὲ ἡμᾶς τῇ εὐχῇ πλέον προσκαρτερεῖν· οἷον γὰρ κορυφαῖός τις τοῦ χοροῦ τῶν ἀρετῶν αὕτη τυγχάνει, καὶ συνάπτει δι' ἁγιότητος μυστικῆς καὶ πνευματικῆς ἐνεργείας καὶ διαθέσεως ἀῤῥήτου Θεῷ τὸν τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντα· ὃς ζέων τῷ πόθῳ, κόρον τῆς εὐχῆς οὐχ εὑρίσκει· ἀεὶ δὲ τῷ πόθῳ τοῦ ἀγαθοῦ εὑρίσκεται, κατὰ τὸ εἰρημένον· «Οἱ τρώγοντές με, ἔτι πεινάσουσι· καὶ οἱ πίνοντές με, ἔτι διψήσουσι.» Καὶ ἀλλαχοῦ· «Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.» Καὶ ὁ Κύριος· «Ἡ βασιλεία τῶν οὐ-

A est possessio, magnis etiam ad eam acquirendam laboribus opus est: non qui ad ostentationem hominum suscipiuntur, verum ad placendum Deo, qui occulta novit. Atqui Deum amantibus facilis et jucundus est labor mandatorum, cum leve et gratum nobis certamen efficiat charitas erga Deum. Quapropter malus omni ratione contendit ut Dei metum ex animis nostris expellat, et amorem in Deum voluptatibus illegitimis dissolvat. Enimvero subtilis est, si torpentes socordia invenerit custodes, in rapienda opportunitate, et sensim invadendis virtutis laboribus, atque inserendis zizaniis suis frumento: convicium dico, fastum, inanem gloriam, honoris cupiditatem, et alia vitii effecta. Itaque vigilare oportet, et undique inimicum ob- B servare, ut etiamsi fabricam admoverit aliquam præ impudentia sua, antequam animam attingat, excutiatur. Hoc quoque frequenter in memoriam revocate, quod Abel quidem obtulit Domino sacrificium de primogenitis ovium, et de adipibus: Cain autem ex fructibus quidem terræ, sed non ex ovibus. «Et respexit,» inquit, «Deus ad victimas Abel, ad munera autem Cain non attendit [36].» Igitur ex historia sacra discere licet quam acceptum sit Domino omne quod cum timore et fide fit, non quod sumptuose absque charitate. Neque enim aliter Abraham accepisset benedictionem a Melchisedec, nisi primitias et præcipua obtulisset sacerdoti Dei [37]. Præcipua vero dicit, et primitias C manubiarum, animam ipsam et mentem, dum præcipit nobis non sordide sacrificare Deo laudationes et preces; ac neque Domino quævis offerre, sed si quid in anima primarium fuerit, imo ipsam totam Deo consecrare. Cæterum quæ virtutis partes præstantiores censendæ sint, et quibus primo ante alias incumbendum sit, et reliquis deinceps, dici non potest. Nam virtutes inter se connexæ sunt: ac per se invicem cultores ad cacumen extollunt. Etenim simplicitas obedientiæ tradit, obedientia fidei: hæc vero spei, et spes justitiæ; justitia ministerio, et ministerium humilitati; ab hac autem clementia assumitur, quæ gaudio admovet; gaudium charitati; hæc precationi: et sic a se invicem pendent, et sublimem eum qui appensus adhæret D ad ipsum verticem optatæ rei vehunt, sicuti ex adverso improbitas amicos suos per proprias partes suas ad extremam deprimit nequitiam. Nobis vero amplius orationi insistendum est: siquidem hæc veluti chori virtutum antistita quædam est, et per sanctitatem arcanam et spiritualem actionem et affectum inenarrabilem, Deo conjungit eum qui in prece perseverat; qui desiderio fervens, satietatem precationis non invenit: imo semper a boni appetitu corripitur juxta id quod dictum est: «Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient [38].» Atque alibi: «Dedisti lætitiam in corde meo [39].» Et Dominus, «Regnum cœlorum

[36] Gen. IV, 4, 5. [37] Gen. XIV, 18 sqq. [38] Eccli. XLIX, 29. [39] Psal. IV, 7

intra vos est[60]. » Regnum appellavit gaudium desuper insitum animis per spiritum : quod est arrhabo sempiterni gaudii, quo tunc fruentur sanctorum animæ.

Igitur quoniam declaratum est quis sit pietatis scopus, quem iis propositum esse convenit, qui Deo charam instituunt vitam, quæ est animæ purgatio, et Spiritus sancti per bonorum operum profectum inhabitatio : quisque vestrum anima eo quo demonstratum est modo præparata, ac referta amore divino, ita seipsum precibus et jejuniis tradat, memor ejus qui ad assidue orandum cohortatur, et ad non segniter agendum. Etenim sedulitas in precatione, magna nobis largitur : duntaxat intenta et recta conscientia faciat hoc quisque ; nusquam cogitatione sponte circumvagans, neque ut necessitate exortum debitum exsolvens, sed animi desiderium atque amorem complens. Suggeret etiam Dominus ipse petentibus, quomodo precandum sit, juxta id quod dictum est: Qui precem dat precanti. Igitur et petere oportet, et scire eum qui in precatione, quæ tanti momenti est, perseverat, magno studio magnaque virium contentione, certamen subire. Quoniam vitium insidiatur ejusmodi potissimum, undique studium honesti quærens evertere. Hinc corporis et animi labes, inde mollitia, et incuria et negligentia, et cætera, quibus anima profligatur, per partes direpta, et ad hostem suum transfuga. Quamobrem par est rationem, tanquam prudentem gubernatorem, animæ præsidere, ut ipsam comparet ad recta navigandum, et appellendum ad portum qui sursum est ; et eamdem integram reddat Deo, qui fidei commisit et repetit. Porro præpositos una opitulari huic decet, atque omni studio et admonitione precantis cupiditatem in proposito suo alere. Etenim eorum qui vere precantur virtutum fructus intelligentibus ostensus, non iis modo qui progressi fuerint, sed et infantibus adhuc, et disciplinæ egentibus utilis exsistit, dum ipsos ad ea quæ vident imitanda concitat. Cæterum puræ ac sinceræ precationis fructus est,simplicitas,charitas, humilitas, tolerantia, innocentia : aliaque ejusmodi, quæ æternis fructibus anteeunt, per studiosi vitam... hic pullulant. Hisce fructibus decoratur precatio : quibus si destituatur, inanem sumit laborem ; neque ipsa duntaxat, sed etiam omnis philosophiæ via et ratio, quæ germen habet ejusmodi, justitiæ reapse est semita et ad rectum ducit exitum ; his autem privata, nomen inane relinquitur. Ecquis est usus vitis excultæ, nisi fructus adsint, quorum gratia labores exantlavit agricola ? Quod lucrum est jejunii et orationis et pervigilii, si pax et gaudium et charitas, et reliqui fructus gratiæ spiritus non adfuerint ? quapropter labores jejunii et orationis et cæterorum operum, cum multa jucunditate et charitate et spe consi-

[60] Luc. xvii, 21.

A ρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. Βασιλείαν δὲ τὴν ἄνωθεν
ταῖς ψυχαῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐγγινομένην εὐφρο-
σύνην ἐκάλεσεν, ἥτις ἐστὶν ἀῤῥαβὼν τῆς αἰωνίου
χαρᾶς, ἧς ἀπολαύσουσι τότε αἱ τῶν ἁγίων ψυχαί.

Ἐπεὶ τοίνυν δέδεικται, τίς ὁ τῆς εὐσεβείας σκοπὸς,
ὃν χρὴ προκεῖσθαι τοῖς τὸν θεοφιλῆ βίον αἱρουμένοις,
ὅς ἐστι ψυχῆς καθαρισμὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος δι'
ἔργων ἀγαθῶν προκοπῆς ἐνοίκησις· ἕκαστος ὑμῶν
κατὰ τὸν ἀποδειχθέντα τρόπον παρασκευάσας τὴν
ψυχὴν, καὶ μεστὴν θείου ποιήσας ἔρωτος, οὕτως ἀπο-
δότω ἑαυτὸν ταῖς εὐχαῖς καὶ νηστείαις, μεμνημένος
τοῦ παρακαλοῦντος, τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι,
καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Ἡ γὰρ περὶ τὴν εὐχὴν σπουδὴ,
μεγάλα ἡμῖν χαρίζεται· μόνον συντόνῳ καὶ ὀρθῇ
συνειδήσει τοῦτο ποιείτω ἕκαστος, μηδαμοῦ κατὰ τὴν
B διάνοιαν ἑκουσίως περιπλανώμενος· μηδὲ ὥσπερ ὑπ'
ἀνάγκης ἀκούσιον χρέος ἀποδιδοὺς, ἀλλ' ἔρωτα καὶ
πόθον ἀποπληρῶν τῆς ψυχῆς. Δώσει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ
Κύριος τοῖς αἰτοῦσιν ὅπως εὔχεσθαι δεῖ, κατὰ τὸ εἰ-
ρημένον· Ὁ διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. Δεῖ οὖν
αἰτεῖν, καὶ εἰδέναι τὸν τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντα
πράγματι τοσούτῳ, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δυνά-
μεως ἐναθλεῖν τῷ ἀγῶνι. Ἐπεὶ μάλιστα ἡ κακία
τοῖς τοιούτοις ἐφεδρεύει, πάντοθεν ζητοῦσα περιτρέ-
ψαι τὴν σπουδήν. Ἐκεῖθεν ἄνεσις σώματος καὶ ψυ-
χῆς· ἐντεῦθεν μαλακία, καὶ ἀκηδία, καὶ ὀλιγωρία,
καὶ τὰ λοιπὰ, δι' ὧν ἀπόλλυται ψυχὴ κατὰ μέρος ἀρ-
παζομένη, καὶ αὐτομολοῦσα πρὸς τὸν ἐχθρὸν αὐτῆς.
Χρὴ οὖν ἐφεστάναι τῇ ψυχῇ καθάπερ σοφὸν κυβερ-
νήτην τὸν λογισμὸν, παρασκευάζοντα εὐθυπλοεῖν
C πρὸς τὸν ἄνω λιμένα, καὶ τὴν ψυχὴν ἀκέραιον ἀπο-
διδόντα τῷ πιστεύσαντι Θεῷ. Καὶ τοὺς προεστῶτας
δὲ χρὴ συναντιλαμβάνειν τῷ τοιούτῳ, καὶ διὰ πάσης
σπουδῆς καὶ νουθεσίας τρέφειν τὴν περὶ τὸ προκεί-
μενον τοῦ εὐχομένου ἐπιθυμίαν. Τῶν γὰρ ὄντως εὐ-
χομένων ὁ καρπὸς τῶν ἀρετῶν τοῖς συνιοῦσιν ἐπιδει-
κνύμενος, οὐ τῷ προκόψαντι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς
ἔτι νηπίοις καὶ δεομένοις διδασκαλίας, χρήσιμος γί-
νεται, προτρέπων αὐτοὺς εἰς μίμησιν ὧν ὁρῶσι. Καρ-
πὸς δ' εἰλικρινοῦς εὐχῆς ἁπλότης, ἀγάπη, ταπει-
νοφροσύνη, καρτερία, ἀκακία, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ
πρὸ τῶν αἰωνίων καρπῶν, παρὰ τὸν βίον ὁ τοῦ
σπουδαίου .... ἐνταῦθα βλαστάνει. Τούτοις εὐχὴ καλ-
λωπίζεται τοῖς καρποῖς· ἀποροῦσα δὲ τούτων, μά-
D ταιον ἔχει πόνον· καὶ οὐκ αὐτὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα
φιλοσοφίας ὁδὸς τοιαύτην μὲν ἔχουσα βλάστην, δικαιο-
σύνης ὄντως ἐστὶν ὁδὸς, καὶ πρὸς ὀρθὸν ἄγει τέλος·
τούτων δὲ ἐστερημένη, κενὸν ὄνομα καταλείπεται.
Τί ὄφελος ἀμπέλου πεπονημένης, καρπῶν μὴ παρ-
όντων, ὧν ἕνεκα ὁ γεωργὸς τὸν πόνον ὑπέμεινε; Τί
κέρδος νηστείας καὶ προσευχῆς καὶ ἀγρυπνίας, εἰ-
ρήνης ἀπούσης καὶ χαρᾶς καὶ ἀγάπης, καὶ τῶν λοι-
πῶν τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος καρπῶν; Δεῖ οὖν
τοὺς μὲν πόνους τῆς νηστείας καὶ τῆς εὐχῆς καὶ τῶν
λοιπῶν ἔργων μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ ἀγάπης καὶ
ἐλπίδος ὑφίστασθαι· τὰ δὲ ἄνθη τῶν πόνων καὶ τοὺς
καρποὺς, τῇ τοῦ Πνεύματος εἶναι πιστεύειν ἐνεργείᾳ.

stere convenit. Flores vero laborum et fructus, A Spiritus sanctissimi operatione adesse credendum est.

Εἰ δ' ἂν ἑαυτῷ τις λογίζοιτο ταῦτα, καὶ τὸ πᾶν ἀνατιθείη τοῖς πόνοις, ἀντὶ τῶν ἀκηράτων ἐκείνων καρπῶν, ἀλαζονείας τῷ τοιούτῳ φρόνημα φύεται. Διὸ χρὴ τοὺς μὲν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας μεθ' ἡδονῆς ὑπομένειν· τὴν δὲ λύτρωσιν τῆς ψυχῆς, ἐκ τῶν παθῶν τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι· ὡς ἂν οὕτω κρείττων ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ γενομένη, καὶ τῆς τοῦ Ἐχθροῦ δυνατωτάτης κακίας, οἰκητήριον ἀγαθὸν ἑαυτὴν παρέξει τῷ προσκυνητῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, παρ' οὗ τὴν ἀθάνατον τοῦ Χριστοῦ λαβοῦσα εἰρήνην, συνάπτεται δι' αὐτῆς, καὶ προσκολλᾶται τῷ Κυρίῳ. Εἰ δέ τινες μήπω τὸν τῆς ἄκρας εὐχῆς τόνον ἔχοντες, μηδὲ τὴν ὀφειλομένην τῷ πράγματι σπουδήν τε καὶ δύναμιν, ἀπολιμπάνονται ταύτης τῆς ἀρετῆς, ἐν τοῖς ἄλλοις πληρούτωσαν τὴν ὑπακοήν, κατὰ δύναμιν διακονοῦν- B τες, προθύμως ἐργαζόμενοι, σπουδαίως θεραπεύοντες μεθ' ἡδονῆς, μὴ ἐπὶ μισθῷ τινι, μηδὲ τῆς ἀνθρωπίνης δόξης ἕνεκα, μηδὲ ὡς ἀλλοτρίοις σώμασι καὶ ψυχαῖς ὑπηρετούμενοι, ἀλλ' ὡς Χριστοῦ δούλοις, ὡς ἡμετέροις σπλάγχνοις, καθαρὸν ἡμῶν καὶ ἄδολον τὸ ἔργον ἀποφανθῇ τῷ Κυρίῳ. Προφασιζέσθω δὲ μηδεὶς ἀδυναμίαν εἰς τὴν τῶν καλῶν ἔργων σπουδήν· οὐδὲν γὰρ ὁ Θεὸς ἀδύνατον ἐπιτάττει· «Ὃς ἐάν,» φησί, «ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.» Τί τῆς ἐντολῆς ταύτης εὐχερέστερον; καὶ ὁ μισθὸς τοῦ εὐχεροῦς ἔργου, ἐπουράνιος. Καὶ πάλιν· «Ἐφ' ἑνὶ τούτων ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε.» Τὸ μὲν ἐπίταγμα μικρόν· τὸ δὲ τῆς ὑπακοῆς κέρδος, πολύ. Ὥστε οὐδὲν ὑπὲρ δύναμιν ἀπαιτεῖ· ἀλλὰ κἂν μικρὸν, κἂν C μέγα ποιῇς, ἕπεταί σοι κατὰ τὴν προαίρεσιν ὁ μισθός. Ἐὰν μὲν γὰρ εἰς ὄνομα καὶ φόβον Θεοῦ, λαμπρὰ καὶ ἀναφαίρετος ἦλθεν ἡ δωρεά· ἐὰν δὲ εἰς ἐπίδειξιν, ἄκουσον ὀμνύντος αὐτοῦ τοῦ Κυρίου· «Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.» Ἵνα δὲ μή τις τοῦτο πάθῃ, παραγγέλλει τοῖς μαθηταῖς, καὶ δι' ἐκείνων ἡμῖν· «Βλέπετε μὴ ποιήσητε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν, ἢ τὴν εὐχήν, ἢ τὴν νηστείαν, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πατρὶ ὑμῶν, τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.» Αὐτῷ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Quod si quis hæc sibi ipsi imputaverit, et omnia laboribus suis tribuerit, vice æternorum fructuum illorum, arrogantiæ spiritus huic homini inseritur. Idcirco ob virtutem suscepta certamina cum jucunditate par est sustinere, et animi liberationem ab affectibus Deo acceptam ferre, ut sic anima semetipsa melior effecta, et potentissimi hostis malitia superior, domicilium bonum præbeat se adorando sanctoque Spiritui, a quo immortali Christi pace accepta copulatur per eam, et agglutinatur Domino. Quod si quidam, qui nondum perfectæ precationis vigorem tenent, neque debitum huic negotio studium, et vim obtinent, privati sunt hac virtute; in cæteris compleant obedientiam, pro viribus ministrantes, alacriter operantes, sedulo cum voluptate cultum impendentes, non ob mercedem ullam, neque humanæ gloriæ causa, neque ut alienis corporibus et animis inservientes, sed tanquam Christi servis, et nostris visceribus, ut purum et fraudis expers opus nostrum Domino pateat. Nemo autem imbecillitatem prætexat ad honestarum actionum studium. Nihil enim Deus præcipit, quod fieri non possit; quippe cum dicat: «Si quis præbuerit poculum aquæ frigidæ in nomine discipuli, amen dico vobis, non amittet mercedem suam [41]. » Quid hoc mandato facilius? Atqui merces tam levis et expeditæ operæ, cœlestis est. Et rursus: «Quandiu fecistis uni de his, mihi fecistis [42]. » Jussum quidem exiguum est; obtemperantiæ vero quæstus ingens. Quare nihil præter vires exposcit. Verum sive parvum, sive magnum quid facias, sequitur te merces ex proposito. Nam si in nomine et timore Dei fiat, illud et quod eripi non possit donum venit; sin autem ad ostentationem, audi jurantem ipsum Dominum: «Amen dico vobis, receperunt mercedem suam [43]. » Jam ne quis hoc experiatur, præcipit discipulis, et per illos nobis [44]: «Videte ne eleemosynam vestram, aut preces aut jejunium faciatis coram hominibus: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.» Huic gloria in sæcula. Amen.

[41] Matth. x, 42; Marc. ix, 40. [42] Matth. xxv, 40. [43] Matth. vi, 2, 5. [44] ibid.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΧΘΟΜΕΝΟΥΣ ΤΑΙΣ ΕΠΙΤΙΜΗΣΕΣΙ.

EJUSDEM

ADVERSUS EOS QUI CASTIGATIONES ÆGRE FERUNT.

(Gentiano Herveto interprete.)

Sermo Dei ac ratio vere divina res est et sacra, eximia possessio, non aliunde adnata, sed cum natura commista, homini munus pretiosissimum ab opifice in eum descendens. Itaque et ad similitudinem Dei fieri dicitur. Etenim hoc etiam ab aliis animantibus differt, et divina quadam prærogativa peculiariter insignitur, valde alioqui aliis in rebus magna cum pecudibus communicatione præditus. Nam oculorum figura, et corporis compositio, eorumque et quæ ad cutem exstant, et in ventre latitant, hominem non nobilitant: quandoquidem et terrestres, et aquatiles, et volucres, et omnes denique animantes illorum participes cernantur. Hoc vero principem omnium facit, et beatissimum demonstrat: quo copiose Deus ditatus ejus paulum nobis impertivit, in primis ut illum intueamur, et agnoscamus sermonem sermonis ac rationis largitorem, et religiose serviamus ei qui tam bene nos sua ipsius gratia exornaverit. Sermone rationeque nos longe corpore imbecilliores, fortiores fortioribus exsistimus, et omnia servituti mancipamus, ac usui nostro jubemus obsecundare. Ita tauros domamus, et jugo subjicimus, terramque aratris proscindere apparamus, ac celerem equum frenis comprimentes obedientem habemus, et tardum asinum fustibus compellentes facimus celeriorem, durasque mulas vehicula trahere oneraque bajulare cogimus; elephantorum vero effusam corporis molem, ac camelorum magnitudinem ad id quod placet facili arte traducimus. Hinc etiam maris profundum trajicimus, et exiguo ligno ratione gubernante pelagus immensum lustramus, et cum itineris illius indicibus amotis e conspectu terræ abiimus, cœlestibus signis tuto proficiscimur, ac nauta ea duce iter facit, ut stella Magi ducebantur. Cœli autem latitudines et conformationes repertæ sunt, et stellarum multitudo, et qua quæque sit magnitudine, quoque intervallo, itemque lunæ figura, et quid soli accidat, quod certis quibusdam temporibus radium abscondat; jam vero de terra quoque commota philosophamur, quique fiat ut naturalibus soluta firmamentis ipsa-

A Θεῖον ἀληθῶς καὶ ἱερὸν χρῆμα ὁ λόγος Θεοῦ, κτῆμα ἐξαίρετον, οὐκ ἄλλοθεν προσγενόμενον, ἀλλὰ συγκεκραμένον τῇ φύσει, ἀνθρώπῳ δῶρον τιμιώτατον παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος εἰς αὐτὸν ἐλθόν. Διὸ καὶ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγενῆσθαι λέγεται. Τούτῳ γοῦν ἔχει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα τὴν διαφορὰν, καὶ τῷ θεοειδεῖ πλεονεκτήματι ἰδιαζόντως χαρακτηρίζεται, σφόδρα τοῖς ἄλλοις πολλὴν ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸς τὰ βοσκήματα. Ὀφθαλμῶν γὰρ τύπος, καὶ σαρκῶν διάπλασις, τῶν τε ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, καὶ τῶν ἐν γαστρὶ κρυπτομένων, οὐ σεμνύνει τὸν ἄνθρωπον· ἐπειδὴ καὶ ἐν χερσαίοις, καὶ ἐνύδροις, καὶ πτηνοῖς, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς ζώοις ἡ ἐκείνων μετουσία βλέπεται. Τοῦτο δὲ ἡγεμόνα τῶν πάντων ποιεῖ, καὶ μακαριστὸν ἀποδείκνυσιν· ὅπερ Θεὸς ἔχων πλουσίως, ὀλίγον ἡμῖν B ἐχαρίσατο, ἵνα πρῶτον ἐκεῖνον βλέπωμεν, καὶ γνωρίζωμεν λόγον τοῦ λόγου δοτῆρα, καὶ λατρεύωμεν τῷ οὕτως ἡμᾶς καλῶς τῇ ἰδίᾳ κατακοσμήσαντι χάριτι. Διὰ λόγους ἰσχύομεν τῶν ἰσχυρῶν πλέον ἀσθενεῖς ὄντες τὸ σῶμα, καὶ πάντα δουλούμεθα, καὶ ταῖς ἡμετέραις ὑπηρετεῖσθαι χρείαις κελεύομεν. Οὕτω ταύρους δαμάζομεν καὶ ὑπάγομεν τῷ ζυγῷ, καὶ γῆν ἀρότροις ἀνατέμνειν παρασκευάζομεν, καὶ ἵππον ταχὺν τοῖς ψαλίοις κατάγχοντες ἔχομεν εὐπειθῆ, καὶ τὸν βραδὺν ὄνον τοῖς ῥοπάλοις ἐπείγοντες ποιοῦμεν ὀξύτερον, καὶ τὰς σκληρὰς ἡμιόνους ὀχήματα ἕλκειν καὶ ἀχθοφορεῖν ἀναγκάζομεν· ἐλεφάντων δὲ τὴν ἐκκεχυμένην πολυσαρκίαν, καὶ καμήλων τὸ μέγεθος εὐμηχάνως πρὸς τὸ δοκοῦν μεταχειριζόμεθα. Ἐντεῦθεν καὶ βάθος C περαιούμεθα, καὶ μικρῷ ξύλῳ διὰ κυβερνητικῆς τὰ ἄφατα τῶν πελαγῶν ἐφοδεύομεν, καὶ τῆς πορείας ἐκείνης οὐκ ἔχοντες σύμβολα, ὅταν γῆν ἀποκρύψωμεν, τοῖς κατ' οὐρανὸν σημείοις ἀσφαλῶς ὁδηγούμεθα, καὶ ὁδηγεῖ τὸν ναύτην ὡς τοὺς Μάγους ἀστήρ. Οὐρανοῦ δὲ πλάτη καὶ σχήματα ἐξευρέθη καὶ πλῆθος ἀστέρων, καὶ ὅπως ἕκαστος μεγέθους ἔχει, καὶ διαστήματος, καὶ τῆς σελήνης σημείωσις, καὶ τί πάσχων ὁ ἥλιος κατά τινας χρόνους τὴν ἀκτῖνα καλύπτεται· ἤδη δὲ καὶ κατὰ γῆς κινουμένης φιλοσοφοῦμεν, ὅπως λυομένη τῶν φυσικῶν ἐρεισμάτων αὐτή τε ἀναβράσσεται, καὶ τοὺς ἐποίκους μετὰ τῶν ἐπικειμένων κλονεῖ. Συμβόλοις δὲ τισὶ παρατετηρημένοις καὶ αὐχμοὺς

A παραθεωροῦμεν, καὶ ἐπομβρίας προμαντευόμεθα, καὶ τοῖς ἐκ γῆς φυομένοις τὸν λόγον προσάγοντες, τὰς φύσεις τῶν βοτανῶν ἐξετάζομεν, καὶ τὴν μὲν τῷ τραυματίᾳ σωτήριον ἀποφαίνομεν, ἄλλην ἐπιτήδειον πρὸς ὕπνον τῷ μὴ καθεύδοντι, ἑτέραν ἥπατος ἰατικὴν, καὶ ἄλλην τὰς ἐπαναστάσεις τοῦ σπληνὸς καταστέλλουσαν. Ἐῶ τὰς ἐπιστήμας, ἀφίημι τὰς τέχνας τὰς ἀναγκαίας, τὰς πρὸς τρυφὴν πᾶσαν, τὴν ποικίλην τῶν ἐπιτηδευμάτων περίοδον. Τὸ δὲ τοιοῦτον ζῶον, τὸ σοφὸν, τὸ πρακτικὸν, τὸ δραστήριον, τὸ μνημονικὸν, τὸ ἐνταῦθα ὂν καὶ τὰ ἀλλαχοῦ βλέπον, διὰ τὸ ποικίλαις ἡδοναῖς καὶ διαφόροις πάθεσι περιέλκεσθαι, ἑνὸς ὀλιγώρως ἔχει, τῆς ἀληθοῦς ζωῆς καὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας. Καὶ ὁ προβλέπων τροπὰς ἀέρων, τὴν ἀνάστασιν οὐχ ὁρᾷς· ὁ τὰς μεταβολὰς τῶν ἐνιαυτῶν εἰδὼς, τὴν μεταβολὴν οὐ βλέπεις τοῦ B βίου· ὁ τὸν ἴδιον δοῦλον ἀπαιτῶν τὰς εὐθύνας ὧν διαπράττεται, τοῦ σοῦ κριτοῦ καὶ Κυρίου τῆς ἐξουσίας καταφρονεῖς.

Ταῦτα οὐκ ἔστι τοῦ λογικοῦ, ἀλλ' εἰς μωρίαν τὸ λογικὸν παρατρέποντος. Δικαιοσύνην οὐκ ἀσκεῖς, τὴν ἀρετὴν οὐ μανθάνεις, εὐχῆς ἀμελεῖς. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ἡ χθιζὴ ἡμέρα. Ποίοις γὰρ ὀφθαλμοῖς τὴν Κυριακὴν ὁρᾷς, ὁ ἀτιμάσας τὸ Σάββατον; Ἢ οὐκ οἶδας ὡς ἀδελφαὶ αὗται αἱ ἡμέραι; κἂν εἰς τὴν ἑτέραν ἐξυβρίσῃς, τῇ ἑτέρᾳ προσκρούεις; Ἔχων νοῦν καὶ λόγον, οὐ προορᾷς τὸ πρέπον καὶ συμφέρον, οὐδὲ ἐμμελῶς ποιῇ τῆς σαυτοῦ ἀθανασίας τὴν ἐπιμέλειαν, οὐδὲ δια[σ]κέπτῃ τὴν σαυτοῦ φύσιν ὅστις εἶ, καὶ τί γε- C νέσθαι δύνασαι· γαστρὶ δὲ καὶ λαγνείαις, καὶ ἀργίᾳ, καὶ ὕπνῳ τοῦ Θεοῦ καὶ εὐεργέτου προδίδως τὸ δῶρον, ἵνα σοι ἀχρεῖον καὶ ἀνωφελὲς καὶ μάταιον γένηται. Αἴσχιστον τοῦτο, καὶ νηπίας φρενὸς, καὶ τῆς ἐπαχθοῦς κατηγορίας ἄξιον. Ἧττον δ' ἂν ἦν κακὸν, εἰ μὴ νοοῦντες οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῶν τὸ συμφέρον, ἄλλου γοῦν εἰσηγουμένου τὸ χρήσιμον, ἐπειθόμεθα. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τοῖς διδασκάλοις ἀχθόμεθα, καὶ χαλεπῶς αὐτῶν τὴν νουθεσίαν φέρομεν, καὶ ταῖς συμβουλαῖς βαρυνόμεθα. Ναυτιῶμεν δὲ πρὸς τὴν παιδείαν τῶν καλῶν, ὡς οἱ κακόσιτοι τῶν ἀῤῥώστων πρὸς τὰ ὄψα τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν αὐτοῖς ὀρεγόμενα. Κἂν ἐπίπληξις γένηται, χαλεπαίνομεν· κἂν τραχυτέρου ἀκούσωμεν ῥήματος, δυσανασχετοῦμεν· κἂν ἀποκλεισθῶσιν ἡμῖν ἀφορισμῷ αἱ θύραι τῆς ἐκ- D κλησίας, βλασφημοῦμεν. Οὗτος δὲ οὐκ ἔστι μανθανόντων τρόπος, οὐδὲ ὑπακοὴ μαθητῶν, ἀλλὰ στασιαστῶν καὶ μαχομένων φιλονεικία. Παιδίου γὰρ τάξιν ὁ μαθητὴς ἐπέχειν ὀφείλει, ὃς τέχνης ἢ ἐπιστήμης ἐπιθυμήσει μιᾶς τῶν ἔξωθεν· ὁ δὲ εὐσέβειαν ἀσκούμενος, μετὰ πλείονος τῆς προσθήκης εἶναι βρέφος ὀφείλει· ἐπειδὴ καὶ ὁ Κύριος ἐκείνην τὴν ἡλικίαν ὡς εὐπειθῆ τοῖς παρ' ἑαυτοῦ ἐπαίνοις ἐσέμνυνε. Τὸ παιδίον τοίνυν οὐκ ἐμβαίνει τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὰς γραμμὰς ἅσπερ ἂν ὁ διδάσκαλος τῷ κηρῷ ἐνσημήνηται· οὐδὲ στοιχεῖα καινοτομεῖ, ὑπ' ἐξουσίας ἐμπλήκτου νεωτερίζον περὶ τὰ γράμματα· ἀλλὰ πρώτην μὲν τῇ γραφίδι τοῖς τοῦ διδασκάλου τύποις ἐνασκεῖ τὴν χεῖρα· ὀνόματα δὲ οὐκ ἄλλα τοῖς στοιχείοις ἐπι-

que subsiliat, et incolas quæque adjacent concutiat, ex signis observatis et æstus perspicimus, et imbres futuros prædicimus. Præterea ad ea quæ terra parit rationem admoventes, naturas herbarum perquirimus, et hanc saucio salutarem decernimus, alteram somno non dormienti conciliando idoneam, aliam jecinori sanando, et aliam lienis tumoribus comprimendis. Omitto scientias, artes relinquo, tum necessarias, tum quæ ad delicias omnigenas attinent, varium quoque studiorum orbem. Cæterum tale animal, sapiens, ad agendum idoneum, laboriosum, memoria valens, quodque quod hic et quæ alibi sunt cernit, quia variis voluptatibus ac diversis affectibus circumagitur, unius rei penuria laborat, veræ vivendi rationis, et suæ ipsius salutis; atque qui aeris commutationes intueris, resurrectionem non vides; qui annorum conversiones nosti, vitæ mutationem non cernis; qui a famulo tuo administrati rationem exigis, judicis et Domini potestatem contemnis.

Hæc ejus non sunt qui ratione præditus est, sed ejus qui rationem in insaniam convertit. Justitiam non meditaris, virtutem non addiscis, precationem negligis: cujus rei hesternus indicio dies est. Quibus enim oculis diem Dominicum intueris, qui Sabbatum dedecorasti? An hos nescis dies germanos esse? Ac si in alterum injurius sis, te in alterum impingere? Tu mentis et rationis compos non provides quid deceat et conducat, nec concinne tuæ curam geris immortalitatis, nec tuam interpellas naturam quisnam sis, et quid de te fieri possit, sed ventre, libidine, otio, ac somno, Dei et benefactoris donum prodis, ut sit inutile tibi, incommodum et inane. Turpissima hæc res est, et juvenilis, id est stulti animi, et gravi accusatione digna. Minus autem malum esset, si nos intrinsecus et a nobis ipsis quid expediret non intelligentes, cum alius quod usui sit adducit, ei crederemus. Id vero non habet ita, sed etiam valde nos magistris et doctoribus indignamur, ac eorum admonitionem ægre ferimus, et consiliis gravamur. Nauseamus vero ad rerum honestarum disciplinam, perinde ac ægroti cibum fastidientes ad opsonia quæ illis medici porrigunt. Ac si quis increpet, exacerbamur; si asperius verbum audiamus, indignamur; sique nobis ad separationem ecclesiæ fores obserantur, ad convicia ferimur, ac blasphemamus. Ii non sunt discentium mores, neque obedientia discipulorum, sed seditiosorum et pugnacium contentio. Puelli enim vicem discipulus subire debet, qui artem vel scientiam aliquam de externis desideraverit: qui vero pietatem meditatur, majori cum accessione infans esse debet: præsertim cum etiam Dominus illam ætatem veluti ad obediendum paratam suis ipsius laudibus ornaverit. Atqui puellus non insurgit in characteres et lineamenta quæ præceptor in cera inscripserit, neque nova molitur elementa, aliquid novi in litteris licentia

stolida attentans, sed primam graphio in notis præceptoris manum exercet, nomina vero non alia ex elementis colligit quam ea quæ audivit, sed omni modo, ratione ac opera magistri traditionem imitatur. Quod si quando negligentius quid egerit, cutis ejus verberibus afficiatur, plagis contumax non efficitur, neque perfractis tabellis a magistro abit, sed aliquandiu dolori amaras instillans lacrymas, disciplinis adhæerescit, versaturque acrior in meditatione, non autem negligentior evadit. Alias rursum si tanquam juvenis ac novus parum rem curet, a cibis abstinere jubetur, et famis pœna propter socordiam damnatur: permanet vero in ludo etiam solus, aliis ad prandium discedentibus pueris, præceptum religiose observans. Christianus autem non sic, qui audivit tamen, « Nisi convertamini, et quasi puelli fiatis, non intrabitis in regnum cœlorum [1]. » Sed si quando asperius sacerdotem specie ac voce corrigentem erratum perceperit, palam contradicit, et inter dentes murmurat, et circumiens forum ac plateas conviciatur. Et si ab ecclesia excludatur, orationem contemnit, se cum a populo, tum a mysteriis sine ulla dissimulatione abducens; aut forte ne huic quidem supplicio addictus, se ab ecclesia submovet, ira contra episcopum commotus, ac Deum et Dominum aversatus. Sed ejusmodi homini dicendum est quod Paulo, cum adhuc Saulus esset, dictum est, « Durum tibi est, o homo, contra stimulos calcitrare [2]: » sive a teipso Deum dimiseris, reputato quod qui a sole sejunctus est, in tenebris et caligine vitam degit; sive orationibus ut indignus interdictus sis, per pœnitentiam primum statum revocato.

A λέγει, ἀλλ' ἅπερ ἤκουσε· παντὶ δὲ τρόπῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ μιμεῖται τοῦ καθηγητοῦ τὴν παράδοσιν. Ἂν δέ που καὶ ῥᾳθυμήσαν ἀποτυμπανισθῇ τῷ σκύτει, οὐ θρασύνεται τῇ πληγῇ, οὐδὲ τὰς δέλτους τῷ διδασκάλῳ περιῤῥήξαν ἀποφοιτᾷ· ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον τῇ ἀλγηδόνι πικρὸν ἐπιστάξαν τὸ δάκρυον, ἔχεται τῶν μαθημάτων, καὶ συντονώτερον περὶ τὴν μελέτην, ἀλλ' οὐκ ἀμελέστερον γίνεται. Ἄλλοτε πάλιν ὀλιγωρήσας ὡς νέος, κελεύεται μένειν ἀπόσιτος, καὶ τῷ λιμῷ τὴν ῥᾳθυμίαν καταδικάζεται. Παραμένει δὲ τῷ διδασκαλείῳ καὶ μόνος, τῶν ἄλλων παίδων ἀναχωρησάντων ἐπ' ἄριστον, τηρῶν τὸ πρόσταγμα σὺν εὐλαβείᾳ πολλῇ. Ὁ Χριστιανὸς δὲ οὐχ οὕτως, ὁ ἀκούσας, « Ἂν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » ἀλλ' B ὅταν αὐστηρότερον ἴδῃ τὸν ἱερέα σχήματι καὶ φωνῇ διορθούμενον τὸ πλημμέλημα, προφανῶς ἀντιλέγει, καὶ ὑπ' ὀδόντα γογγύζει, καὶ περινοστῶν τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἄμφοδα λοιδορεῖται. Κἂν τῆς ἐκκλησίας ἀποκλεισθῇ, καταφρονεῖ τῆς εὐχῆς, ἀπροσποιήτως τοῦ λαοῦ καὶ τῶν μυστηρίων ἀποτεμνόμενος· ἢ τυχὸν οὐδὲ ὑποβληθεὶς ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ, ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας ἀπάγει, διὰ τὴν ὀργὴν τὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην ἀποστρεφόμενος. Λεκτέον δὲ τῷ τοιούτῳ τὸ πρὸς Παῦλον λεχθὲν, ἡνίκα ἔτι Σαῦλος ἐτύγχανε· « Σκληρόν σοι, ἄνθρωπε, πρὸς κέντρα λακτίζειν. » Εἴτε ἀπὸ σαυτοῦ τὸν Θεὸν ἀφῆκας, λόγισαι ὅτι ὁ τοῦ ἡλίου χωριζόμενος, ἐν σκότει καὶ ζόφῳ διάγει τὸν βίον· εἴτε ἀπεβλήθης τῶν εὐχῶν ὡς ἀνάξιος, ἀνακάλεσαι τῇ μετανοίᾳ τὴν πρώτην C κατάστασιν.

Nihil falsi aut mendacii scriptum est in Evangeliis, neque Christi prædictio exitum fallacem habet. Per Petrum episcopis dedit clavem cœlestium honorum; agnosce quod solutus, solutus es, et ligatus vinculis invisibilibus constrictus es. Si oculi tibi essent quibus cerneres animi substantiam, ostenderem tibi qui a communione abactus es, speciem condemnati, gravissimis vinculis cervice depressi, nullum membrorum liberum aut solutum habentis. Atque utinam cum vita supplicium terminaretur! Nunc vero si quid humanum evenerit, et derepente mors accesserit, ut latro de nocte, scito tibi occlusa quæ illic sunt esse. Diligentes sunt et qui non ludant illius regni janitores; vident animam separationis notas ferentem. Quasi quemdam fetore et sordibus carceris notatum, igant eam semita quæ ad bona ducit. Non con lunt ut ordines justorum cernat, et angelicam iam; misera vero tum suæ se temeritatis vehementer accusans, lugensque, ac plorans, et mens in locum quemdam tristem tanquam anlum abjecta permanebit, luctu nunquam finituro insolabili in æternum pœnas luens. « Nolite ieri, » inquit, « sicut equus et mulus, quibus non

Οὐδὲν ψεῦδος ἐν Εὐαγγελίοις γέγραπται, οὐδὲ πρόῤῥησις τοῦ Χριστοῦ ἐσφαλμένην ἔχει τὴν ἔκβασιν. Διὰ Πέτρου ἔδωκε τοῖς ἐπισκόποις τὴν κλεῖδα τῶν ἐπουρανίων τιμῶν· γίνωσκε ὅτι λυθεὶς λέλυσαι, καὶ δεθεὶς τοῖς ἀοράτοις δεσμοῖς κατασφίγγῃ. Εἰ ὀφθαλμοὺς εἶχες πρὸς τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ἔδειξα ἄν σοι τῷ ἀφωρισμένῳ σχῆμα κατακεκριμένου, βαρυτάτοις δεσμοῖς τὸν αὐχένα πιεζομένου, οὐδὲν τῶν μελῶν ἐλεύθερον ἢ ἄνετον ἔχοντος. Καὶ εἴθε τῷ βίῳ ἡ τιμωρία περιωρίζετο! νυνὶ δὲ [ἂν] ἀνθρώπινόν τι συμβῇ, καὶ ἀθρόον παραστῇ ἡ τελευτὴ, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, D γίνωσκε κεκλεῖσθαί σοι τὰ ἐκεῖ. Ἐπιμελεῖς εἰσι καὶ μὴ παιζόμενοι οἱ τῆς βασιλείας θυρωροί· ὁρῶσι τὴν ψυχὴν τὰ τοῦ ἀφορισμοῦ φέρουσαν σύμβολα. Ὥς τινα τοῦ δεσμωτηρίου τῇ κόμῃ καὶ τῷ ῥύπῳ κατηγορούμενον, ἀπελαύνουσιν αὐτὴν τῆς ἐπὶ τὰ καλὰ φερούσης ὁδοῦ· οὐ συγχωρήσουσιν ἰδεῖν τὰ τάγματα δικαίων, καὶ ἀγγελικὴν εὐφροσύνην. Ἡ δὲ ἀθλία τότε πολλὰ τῆς ἀβουλίας ἑαυτὴν καταμεμφομένη, οἰμώζουσα δὲ καὶ ὀδυρομένη, καὶ στένουσα, καὶ σκυθρωπῷ τινι τόπῳ, οἷον γωνίᾳ προσεῤῥιμμένη διατελέσει, τὸν ἄληκτον ὀδυρμὸν καὶ ἀπαραμύθητον εἰς αἰῶνας ἐκτείνουσα. « Μὴ γίνεσθε, » φησὶν, « ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις· ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ

[1] Matth. XVIII, 3. [2] Act. IX, 5.

τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξεις. » Τὸν σκληρὸν ὁ ψαλμὸς A ἁπαλύνων ταῦτά φησι, καὶ οἷον ἐλαίῳ ἐκμαλάσσων ταῖς παραινέσεσι. Κάμψον οὖν τὸν αὐχένα, εἶξον ὡς ζυγῷ τοῖς προστάγμασι· τὸ σκληρὸν ἀποῤῥήγνυται, τὸ εἶκον καὶ καμπτόμενον ὀρθοῦται· καὶ διδάσκει σε τοῦτο ἡ ἐπὶ τοῖς φυτοῖς πεῖρα. Μὴ τὸν χαλινὸν ἐνδακὼν ὁρμήσῃς ἐπὶ τὸν κρημνὸν, ἢ τὸ βάραθρον, ἀλλὰ περιαχθεὶς τὸν αὐχένα τῇ χειρὶ τοῦ ἀναβάτου, ἐπὶ τὴν σώζουσαν ὁδὸν κατευθύνθητι· ὅταν ἐπιτίμησιν δέξῃ, εἰπὲ ἀπὸ εὐλαβοῦς ψυχῆς τὸ Δαβιτικὸν, « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. » Μὴ ἐπισκοπικῆς αὐθαδείας εἶναι τὸν ἀφορισμὸν νομίσῃς· πατρῷος ὁ νόμος, παλαιὸς τῆς Ἐκκλησίας κανὼν ἀπὸ τοῦ νόμου ἀρξάμενος καὶ κρατυνθεὶς ἐν τῇ χάριτι. Θεώρησον τὸν ἅγιον Παῦλον B δι' ἐπιστολῶν τὰς ἀποφάσεις τοῦ ἀφορισμοῦ κατὰ τῶν ὑπευθύνων ἐκπέμποντα, καὶ τὸν Κορίνθιον νεανίσκον τῷ τοιούτῳ ἰατρεύοντα φαρμάκῳ, τὸν τῇ μητρυιᾷ σατανικῶς ἐπιμανέντα· « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ υἱὸν ὃν παραδέχεται. » Οὐ γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς παιδείας γλυκεῖαι, ἀλλὰ πικραί· καρπὸν δὲ εἰς ὕστερον βλαστάνουσι κηρίων ἡδύτερον. Καὶ διὰ τοῦτο χρεία τῷ μὲν ἀσκουμένῳ τοῦ μοχθεῖν, τῷ δὲ ἀσκοῦντι καὶ πληγῆς καὶ τραχύτητος. Καὶ τῷ μὲν Μωσαϊκῷ νόμῳ αἱ τέσσαρες δεκάδες μέχρι νῦν αἱ νομικαὶ τῶν πληγῶν παραμένουσιν, οὐ τῷ εὐαγγελικῷ δὲ βίῳ· ἐπειδὴ πάντων ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ ἔλεος, καὶ ῥάβδος, καὶ παράκλησις, καὶ πληγή. Οὐ γὰρ τύπτομέν σε ὡς οἰκέτην, ἀλλὰ παιδεύομέν σε ὡς ἐλεύθερον· σοὶ γὰρ ἐκ τῆς Σάῤῥας τῆς ἐλευθέρας τὸ C γένος, οὐκ ἐκ τῆς Ἄγαρ τῆς δούλης. Αἰδούμεθά σε ὡς υἱὸν τῆς ἐλευθέρας, οὐκ ἀτιμάζομεν ὡς γέννημα τῆς παιδίσκης. Διὰ τοῦτο ταῖς ἐλευθερίοις ἐπιτιμήσεσι λυποῦμέν σε πλημμελοῦντα, οὐ σῶμα ξαίνοντες, ἀλλὰ ψυχὴν ἀνιῶντες. Ἂν δὲ καὶ τούτου φειδώμεθα, πῶς σε παιδεύσομεν; Δυσμεταχείριστός ἐστιν ὁ διδασκαλικὸς λόγος, καὶ ἡ ἀγωγὴ τῆς ἀρετῆς, καὶ ποικίλην ἐπιζητεῖ τὴν τῆς ἐπιστασίας οἰκονομίαν, τοῖς ὑποκειμένοις ἤθεσιν ἑαυτὴν προσαρμόζουσα. Ἔστι τις εὐπειθὴς καὶ τὴν γνώμην εὐάγωγος; τούτῳ ὁ πρᾶος καὶ ἁπαλὸς ἁρμόζει λόγος. Ἄλλος σκληρὸς καὶ ἀνάγωγος; μαστίγων χρήζει. Τί οὖν ποιήσομεν, ἐπειδὴ ῥάβδους οὐ μεταχειριζόμεθα; καταλείψομεν αὐτὸν ἀπρονόητον; Οὐχ οὕτως. Ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λόγῳ μεταῤῥυθμίσομεν εἰς ἄλλο σχῆμα ὑποκειμένῃ χρείᾳ D κατάλληλον· καὶ ὥσπερ τὰ ὄψα τῇ μικρᾷ προσθέσει τῶν ἀρτυμάτων πρὸς τὰς ἐναντίας ποιότητας διαμείβεται, ἀπὸ τοῦ στύφοντος εἰς τὸ γλυκὺ, καὶ ἀπὸ τοῦ γλυκέος εἰς τὸ στύφον μεταβαλλόμενα· οὕτως καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος τῇ προσθήκῃ τῶν σχημάτων πρὸς διαφόρους χρείας μετατυποῦται, ἵν' ἐπινοηθῇ ἑκάστου τὸ τρόφιμον.

Μὴ οὖν ἐν ταῖς γωνίαις μου καταλάλει, τραχὺ ὀνομάζων τὸ διδασκαλικὸν, μηδὲ τοὺς κοινωνοὺς τῶν ἁμαρτημάτων κοινωνοὺς τῶν κατ' ἐμοῦ ποιούμενος μέμψεων, καθέζῃ κρίνων ἐπίσκοπον μετὰ τοῦ συν-

est intellectus : in camo et freno maxillas eorum constringes [3]. » Durum et contumacem psalmus emolliens hæc ait, et veluti oleo adhortationibus mitigans. Incurva ergo cervicem, præcepta tanquam jugum subi. Quod durum est confringitur; quod cedit et flectitur, rectum efficitur; quod te etiam in plantis experientia docet. Ne freno dentibus compresso rapiaris in præcipitium, aut barathrum, sed accommodata manui sessoris cervice, ad viam quæ te servet recta ducaris; cum increparis, dic animo religioso Davidicum illud : « Bonum mihi est, quod humiliaveris me, ut discam justificationes tuas [4]. » Ne segregationem arbitreris esse ab episcoporum audacia profectam; paterna lex est, antiqua Ecclesiæ regula, quæ a lege traxit originem, et in gratia obtinuit. Contemplare sanctum illum Paulum per Epistolas separationis pœnas in obnoxios pronuntiandas mandantem, et Corinthium juvenem ejusmodi medicamento sanantem, qui satanica rabie percitus, novercæ se commiscuerat : « Quem enim Dominus diligit, castigat; flagello autem ferit quem suscipit [5]. » Non sunt enim radices eruditionis dulces, sed amaræ; fructum autem in posterum germinant favis suaviorem. Et idcirco labore quidem ei qui exercetur opus est; ei autem qui exercet, et verbere, et asperitate. Ac in lege Mosaica decades quatuor hucusque plagarum permanent, non autem in evangelica vita : siquidem omnium sermo est, misericordia et virga, adhortatio et plaga. Non enim tibi verbera inferimus ut servo, sed te castigamus ut liberum : tibi enim ex Sara libera genus est, non ex Agar serva. Reveremur te ut liberæ filium, non dedecoramus ut ancillæ progeniem : ob id liberis increpationibus te angimus peccantem, non corpus pungentes, sed animum cruciantes. Quod si ab hac re abstineamus, quo te pacto castigabimus? Docendi ratio est tractatu difficilis, institutioque virtutis, ac variam requirit administrationis dispensationem, quæ se moribus ut sese offerunt accommodet. Est quispiam obediens et ad instituendum animo facilis? Huic lenis et mitis congruit sermo. Alius durus et indocilis? Verberibus eget. Quid igitur faciemus, cum virgæ non conceduntur? Eumne nulla cura, nulla providentia dignabimur? Non ita sane. Sed cum verbis ad aliam accommodam rei subjectæ formam concinne traducemus : ac quemadmodum opsonia condimentorum, exiguo additamento ad contrarias qualitates permutantur, ex acri in dulce, et ex dulci in acre conversa : ita et noster sermo figurarum adjectione ad varios usus transformatur, ut quod cujusque educationi congruit intelligatur.

Ne igitur in angulis de me obloquaris, asperum nominans docendi genus, neque cum tuorum scelerum participibus communes mei reprehensiones faciens, assideas episcopum cum vanitatis consessu

[3] Psal. xxxi, 9. [4] Psal. cxviii, 71. [5] Hebr. xii, 6.

judicans. Equidem non ægre feram quasi animo novum quid passus, si e discipulis meis contumaciores indignentur. Est enim ea hominum peculiaris quædam affectio, quæ ab initio ad finem usque vitam comitatur ; ac qui aliis imperat, parentibus in totum is molestus et gravis est, imo etiam sceleratis et iniquis odiosus : quisquis enim peccatum prohibet, ægritudinem parit. Ac me id præter eas res quæ extrinsecus occurrunt, satis historia ecclesiastica docet. Quis Moyse pastor præstantior ? Quis princeps ita moderatus ac lenis ? qui omnia in populi gratiam factus, nutritor, imperator, sacerdos, verus pater, in bello servans, in deserto nusquam aut sata, aut aratro culta bona suppeditans, jus apte dicens, sine errore dux viæ ; et tandem tamen seditionibus ut injurius agitatus est, conviciis ut lædens petitus, ut latrones et fraudatores murmure turbatus, maledictis ut imperitus imperator ac malus præfectus lacessitus, periclitatus etiam est ne ipso fungendi sacerdotii officio privaretur, quando Dathan et Abiron filiique Core seditiosam secum plebem una rupto fœdere ex populo abducentes, profani se sacerdotes sanctorum magno conatu esse contenderunt, ac feminas qui suffirent elegerunt, et non multo post sancta attigerunt, ignemque mysticum accenderunt, quod ante incensum suffientes exussit. Usque adeo populi præfectura docendique munus res est offendiculis obnoxia, ut Mosi ne fratres quidem pepercerint : quin et Maria obloquebatur, et Aaron conviciabatur : ac imperii onus importunum naturalem concitavit benevolentiam, et amicissimos quosque viro laborioso ut insurgerent fecit. Verum nihil ad hoc ille, siquidem erat perpetuo Moyses, et nihil seipso deterior evadebat. Ab illis vero peccatorum in ducem Deus pœnas exegit, quas luerunt. Quid qui post eum præfuerunt ? Nonne religionem docens Isaias serra dissectus est ? Nonne Jeremias contra cultum idolorum concionans clamore fatigatus est, et lacus eum et catarrhactarum supplicia exceperunt ? Num Zacharias inter templum et altare bello petitus est et trucidatus ? Dominus quoque noster ipse nonne pro ovibus pastor occisus est ? nonne pro iis quos erudiebat, odio habitus cruci suffixus est ? Quid Paulo caput abscidit ? Quid Petrum ad crucem sustulit ? Quid singulos discipulos variis tormentis tradidit ? Nonne quod prohiberent peccatum, et docerent justitiam ? Semper enim discipulis quos reprehendunt, invisi sunt veritatis amatores et magistri. Nos autem nondum veritatis nomine colaphum ullum passi sumus, neque adhuc corporis periculum subiimus. Ac quid magni murmuremus, qui crucifixi ministri sumus ? Veluti pater aut mater tuas insolentias exacerbationesque amplector.

A ἑδρίου τῆς ματαιότητος. Ἐγὼ δὲ οὐ παραχθήσομαι τὴν ψυχὴν καινόν τι πάσχων, εἰ ἄχθονταί μου τῶν μαθητῶν οἱ σκληρότεροι. Πάθος γάρ ἐστι τοῦτο ἀνθρώπινον ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος τῷ βίῳ παρακόλουθον· καὶ βαρὺς μὲν ὁ ἄρχων ὡς ἐπὶ πᾶν τοῖς ἀρχομένοις· τοῖς δὲ μιαροῖς καὶ παρανόμοις καὶ μίσους ἄξιος. Λυπεῖ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν κωλύων· καί με τοῦτο μετὰ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων ἱκανῶς καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία διδάσκει. Τίς κρείττων ποιμὴν Μωσέως; τίς δὲ ἄρχων ἐμμελὴς οὕτω καὶ ἤπιος, πάντα γινόμενος τῷ λαῷ, τροφεύς, στρατηγός, ἱερεύς, αὐτοπατήρ, ἐν πολέμοις σώζων, ἐν ἐρήμῳ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα χορηγῶν ἀγαθά, δικάζων ἐμμελῶς, ἀπλανῶς ὁδηγῶν; καίτοι ἐπὶ τούτων κατεστασιάσθη ὡς ἀδικῶν, ὑβρίσθη ὡς βλάπτων, κατεγογγύσθη ὡς οἱ κλέπτοντες καὶ
B νοσφιζόμενοι, ἐβλασφημήθη ὡς ἀνεπιστήμων στρατηγὸς καὶ προστάτης οὐκ ἀγαθός, ἐκινδύνευσε καὶ αὐτῆς τῆς ἱερωσύνης ἀπελαθῆναι, ἡνίκα Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν καὶ υἱοὶ Κορὲ δῆμον στασιώδη μεθ' ἑαυτῶν τοῦ λαοῦ ἀποῤῥήξαντες, βέβηλοι τῶν ἁγίων ἱερεῖς ἐφιλονείκουν εἶναι, καὶ τὰς θυμιατρίδας μετεχειρίζοντο, καὶ ὅσον οὐδέπω τῶν ἁγίων ἥπτοντο, καὶ τὸ πῦρ ἀνῆπτον τὸ μυστικόν, ὃ πρὸ τοῦ θυμιάματος τοὺς θυμιῶντας κατέφλεξε. Καὶ τοσοῦτόν γέ ἐστιν εὐπρόσκρουστον προστασία λαοῦ καὶ τὸ διδασκαλικὸν ἐπιτήδευμα, ὥστε οὐδὲ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Μωϋσέως ἐφείσαντο· ἀλλὰ καὶ Μαρία κατελάλει, καὶ Ἀαρὼν ἐλοιδόρει, καὶ τὸ φορτικὸν τῆς ἀρχῆς τὴν φυσικὴν παρώξυνεν εὔνοιαν, καὶ τοὺς οἰκειοτάτους τῷ πολυμόχθῳ ἀνδρὶ ἐπανέστησεν. Ἀλλ' οὐδὲν περὶ τοῦτο· ὁ
C μὲν γὰρ ἦν Μωϋσῆς, καὶ οὐδὲν ἑαυτοῦ χείρων ἐγένετο· οἱ δὲ τῶν εἰς τὸν ἡγεμόνα πλημμελημάτων παρὰ Θεοῦ τὰς δίκας καὶ ἀπητήθησαν, καὶ ἀπέτισαν. Τί οἱ μετὰ τοῦτον; Οὐχ Ἡσαΐας τὴν εὐσέβειαν διδάσκων ἐπρίσθη; Οὐχ Ἱερεμίας τὴν εἰδωλολατρείαν ἀποκηρύττων κατεβοήθη, καὶ λάκκοι αὐτὸν καὶ τιμωρίαι καταῤῥακτῶν διεδέξαντο; Οὐ Ζαχαρίας μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἐπολεμήθη καὶ ἐφονεύθη; Ὁ Κύριος ἡμῶν [ὁ] αὐτὸς οὐ περὶ τῶν προβάτων, ὁ ποιμήν, ἐσφάγη; οὐ περὶ τῶν παιδευομένων μισηθεὶς ἐσταυρώθη; Τί Παῦλον τῆς κεφαλῆς ἀπέτεμε; τί Πέτρον ἐπὶ τὸν σταυρὸν ὕψωσε; τί τοὺς καθ' ἕκαστον τῶν μαθητῶν ταῖς ποικίλαις τιμωρίαις παρέδωκεν; Οὐ τὸ κωλύειν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ παιδεύειν δικαιοσύνην; Ἀεὶ γὰρ ἐχθροὶ τῶν ἐλεγχομένων
D μαθητῶν οἱ τῆς ἀληθείας φίλοι τε καὶ διδάσκαλοι. Ἡμεῖς δὲ οὐδέπω ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐῤῥαπίσθημεν, οὐδέπω τῇ σαρκὶ τὸν κίνδυνον ἐδεξάμεθα. Καὶ τί μέγα ἂν γογγυσθῶμεν, οἱ τοῦ σταυρωθέντος διάκονοι; Ὡς πατὴρ ἢ μήτηρ δέχομαί σου τὰς σκληρότητας καὶ παροξυσμούς.

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΗ ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΤ' ΑΡΕΤΗΝ ΒΙΟΝ.

—

S. P. N. GREGORII
DE VIRGINITATE.
EPISTOLA EXHORTATORIA AD FRUGI VITAM.

(Petro Galesinio interprete.)

—

Ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ λόγου ἐστὶν, ἐπιθυμίαν τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐμποιῆσαι· πολλῶν δὲ τῷ κοινοτέρῳ βίῳ, καθὼς ὠνόμασεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τῶν περισπασμῶν ἐγκειμένων, ἀναγκαίως ὁ λόγος, ὥσπερ τινὰ θύραν καὶ εἴσοδον τῆς σεμνοτέρας διαγωγῆς, τὸν τῆς παρθενίας ὑποτίθεται βίον, ὡς οὔτε τοῖς ἐμπλακεῖσι τῇ τοῦ βίου κοινότητι ῥᾴδιον τὸ καθ' ἡσυχίαν προσφιλοσοφεῖν τῇ θειοτέρᾳ ζωῇ, καὶ τοῖς ἀποταξαμένοις πάντῃ τῷ ταραχώδει βίῳ, πολλῆς εὐκολίας οὔσης ταῖς ὑψηλοτέραις ἀσχολίαις παρεδρεύειν ἀπερισπάστως. Καὶ ἐπειδὴ καθ' ἑαυτήν πως ἀργοτέρα πρὸς τὸ πείθειν ἐστὶν ἡ συμβουλὴ, καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως ὑπαγάγοιτό τινα ψιλῷ τῷ λόγῳ πρός τι τῶν ὠφελούντων ἐγκελευόμενος, εἰ μὴ πρότερον ἀποσεμνύνειεν ἐκεῖνο, πρὸς ὃ τὸν ἀκροατὴν παρορμᾷ· B τούτου χάριν ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων τῆς παρθενίας ἀρξάμενος, οὕτως εἰς τὴν συμβουλὴν καταλήγει. Μᾶλλον δέ πως τοῦ ἐν ἑκάστῳ καλοῦ, καὶ διὰ τῆς παραθέσεως τῶν ἐναντίων φανερουμένου, ἀναγκαίως καὶ τῆς δυσχερείας τοῦ κοινοτέρου βίου μνήμη τις γέγονεν. Εἶτα εὐμεθόδως ὑπογραφή τις παρεισήχθη τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν βίου, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τούτου τυχεῖν τὸν ἐν κοσμικαῖς ὄντα φροντίσιν, κατεσκευάσθη. Τῆς δὲ σωματικῆς ἐπιθυμίας ἀργούσης ἐν τοῖς ἀποταξαμένοις, ἀκολούθως ἐπεζητήθη τί τὸ ἀληθῶς ἐπιθυμητόν. Οὗ χάριν καὶ τὴν ἐπιθυμητικὴν δύναμιν παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐλάβομεν. Τούτου δὲ καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν ἐκκαλυφθέντος, ἐφάνη ἀκολούθως καί τινα μέθοδον πρὸς τὸ τυχεῖν τούτου ἐπινοῆσαι τοῦ ἀγαθοῦ. Εὑρέθη τοίνυν ἀληθὴς παρθενία, C ἡ παντὸς τοῦ ἐξ ἁμαρτιῶν μολυσμοῦ καθαρεύουσα, πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπίνοιαν ἐπιτηδείως ἔχουσα· ὥστε πάντα τὸν διὰ μέσου λόγον, κἂν πρὸς ἕτερά τινα βλέπειν δοκῇ, πρὸς τὸ τῆς παρθενίας συντείνειν ἐγκώμιον. Τὰς δὲ μερικὰς ὑποθήκας τοῦ τοιούτου βίου, ὅσαι τοῖς ἀκριβῶς μετιοῦσι τὴν σεμνότητα ταύτην ἐπετηδεύθησαν, φεύγων τὴν ἀμετρίαν ὁ λόγος παρέδραμε, καθολικῶς τε διὰ τῶν γενικωτέρων παρ-

A Oratio hæc omnis eo spectat, ut, qui ejus vim assequuntur, iis profecto vitæ honestæ, et quæ virtuti maxime conveniat, allatura sit cupiditatem; permultæ enim cum sint, ut divini Apostoli verbo utar, distractiones, quæ communi hominum vitæ impendent; necessario hæc quidem oratio, quasi quosdam sanctioris disciplinæ aditus, atque fores virginalis vitæ rationes constituit: tanquam neque iis, qui in hac vitæ vulgaris societate occupati sunt, facile sit otioso animo se divinioris vitæ institutis tradere, et illis, qui ab omni turbulentæ vitæ consuetudine se removerunt, valde promptum sit ac facile, in gravioribus rerum divinarum studiis sine ulla interpellatione ac libere versari. Et quoniam aliquo modo consilium per se non multam ad persuadendum vim habet, neque qui ad res aliquas utiles et salutares adhortatur, facile quempiam simplici verborum ratione flectit, nisi illud unum ante graviter, et ample exornaverit, ad quod auditorem ipsum impellere studet: propterea oratio hæc, quæ consilio concluditur et terminatur, a virginitatis laudibus exorsa est. Quæ autem cuique rei laus attribuitur, ea quia rerum inter se pugnantium appositione, quasi contentione quadam, illustrior fit, non sine causa a nobis molestiarum, ac difficultatum, quibus humana vita afficitur, mentio facta est. Deinde explicatio quædam, et illa quidem brevis est introducta vitæ illius, quæ philosophiæ consentanea est, illudque sane conclusum est, non posse eam vitæ rationem quemquam assequi, qui in humanis negotiis omnino versatur. Sed cum eorum, qui rerum humanarum curam abjecerunt, corporis cupiditas debilitata sit, et quasi languescat appetitio, illud item ordine quæsitum est, quæ a nobis res sit vere appetenda. Cujus rei gratia ab eo qui naturæ nostræ effector est, ipsam appetitionis vim naturamque nos accepimus. Qua quidem re, quoad fieri potuit, plane explicata, neque etiam

præpostere visum est, rationem quamdam, atque viam indagare, qua hoc sane bonum assequeremur. Vera igitur, et solida virginitas cum nullis peccatorum sordibus obsolescat, ea ad hanc ipsam indagationem inventa est valde accommodata. Quamobrem quæcunque hac oratione exposita sunt, etsi alio spectare videntur, omnia tamen ad hanc virginalem laudem plane referuntur. Singula enim hujus vitæ præcepta atque instituta, quæ diligenter sunt et accurate exculta ab iis, qui sanctæ vitæ hujus participes sunt, nimiam verborum copiam effugiens, hæc percurrit oratio: ac generatim per communia præcepta adhortatione producta, res singulas ita quodam modo comprehendit, ut neque res ullas necessarias prætereat, neque extra modum vagetur. Cum autem in more atque hominum consuetudine illud positum sit, ut omnes iis potissimum sese studiis dent, quorum laude viros illustres exstitisse viderint, necessario qui cœlibatus gloria floruerunt, eos pie commemoravimus. Et quoniam neque rebus narrandis exempla ad virtutis perfectionem tantum quidem momenti habent, quantum certe habet tum vox viva, tum maxime exempla, quæ res salutares gignunt: idcirco jure et merito, hac prope extrema oratione, religiosissimi episcopi, et Patris nostri meminimus, quasi unus omnium maxime possit hæc ipsa quæ quærimus docere. Mentio autem ejus non nominatim facta est, sed ex quibusdam signis oratio ipsa ostendit eum esse, quem nos significamus: ut ne qui postea in hoc sermone versantur, id consilium iis videatur inutile, si, qui in hanc vivendi viam ingrediuntur, se ad juvenes conferre juberentur. At vero hoc solum hi intuendo, nempe qualem esse deceat hujus vitæ moderatorem, deligant eos sibi duces, qui munere ac benignitate Dei instituti sunt, ut honestæ vitæ hujus rationibus præsint: ita enim aut invenient id quod quærunt; aut, quale hoc esse debeat non ignorabunt.

αγγελμάτων προσαγαγὼν τὴν παραίνεσιν, ἐμπεριείληφε τρόπον τινὰ τὰ καθέκαστον· ὡς μήτε τι παριδεῖν τῶν ἀναγκαίων, καὶ τὴν ἀμετρίαν φυλάξασθαι. Ἔθους δὲ πᾶσιν ὄντος, προθυμότερον ἀντιλαμβάνεσθαι παντὸς ἐπιτηδεύματος, εἴ τινας ἐν ἐκείνῳ προευδοκιμήσαντας ἴδοι, ἀναγκαίως καὶ τῶν ἐν ἀγαμίᾳ διαλαμψάντων ἁγίων μνήμην ἐποιησάμεθα. Καὶ ἐπειδὴ μὴ τοσοῦτον τὰ ἐν τοῖς διηγήμασιν ὑποδείγματα δύνανται πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς, ὅσον ἡ ζῶσα φωνὴ, καὶ τὰ ἐνεργούμενα τῶν ἀγαθῶν ὑποδείγματα· ἀναγκαίως πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου καὶ Πατρὸς ἡμῶν ἐπεμνήσθημεν, ὡς μόνου δυνατῶς ἔχοντος τὰ τοιαῦτα παιδεύειν. Ἡ δὲ μνήμη οὐκ ἐπ' ὀνόματος γέγονεν, ἀλλὰ διά τινων γνωρισμάτων τὸ ἐκεῖνον εἶναι τὸν δηλούμενον ὁ λόγος ἠνίξατο· ἵνα μὴ τοῖς μετὰ ταῦτα καθομιλοῦσι τῷ λόγῳ ἀνόνητος ἡ συμβουλὴ εἶναι δόξῃ, τῷ παρελθόντι τὸν βίον προσφοιτᾷν τοὺς νέους ἐγκελεύουσα· ἀλλὰ πρὸς τοῦτο βλέποντες μόνον, οἷον εἶναι προσήκει τὸν τοιούτου βίου καθηγητὴν, ἐκλέγωνται ἑαυτοῖς εἰς ὁδηγίαν τοὺς ἀεὶ παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος εἰς προστασίαν τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας ἀναδεικνυμένοις· ἢ γὰρ εὑρήσουσι τὸν ζητούμενον, ἢ οἷον χρὴ εἶναι οὐκ ἀγνοήσουσιν.

CAP. I.

Omni laude præstantior virginitas.

Augusta illa virginitatis quædam quasi facies, quæ cum in pretio est apud omnes qui de bono sincere judicent, tum iis solis contingit, quibus ad præclarum hoc studium Dei gratia benigne opituletur, vel ex nomine quo compellatur, insignem laudem habet: nam incorruptum, quæ vox in virginitate de multorum consuetudine dicitur, ejus integritatem significat. Itaque ex eo nomine quod tantumdem valeat, intelligere est hujus doni præstantiam: siquidem, cum multa sint quæ cum virtute gerantur, solum hoc incorrupti appellatione ornatum est. Sin autem beneficium hoc Dei Optimi Maximi etiam prædicandum est, sufficiet ad ejus commendationem divinus Apostolus, qui paucis verbis omnem laudum amplificationem obscuret, sanctam atque inculpatam eam appellans, quæ hoc munere ornata sit. Quod si enim augustæ hujus virginitatis ea est perfunctio, ut inculpatus ac sanctus efficiare: eæ autem voces proprie ac primo ad incorrupti Dei gloriam usurpantur: ecquænam major esse potest laus virginitatis, quam ostendi eam iis rebus castorum suorum arcanorum participes quasi deos efficere, ut socii quidam sint gloriæ solius vere sancti atque inculpati Dei, necessitudine cum eo puritate atque integritate contra-

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Ὅτι κρείττων ἐγκωμίων ἡ παρθενία.

Τὸ σεμνὸν τῆς παρθενίας εἶδος, ὃ πᾶσι μὲν τίμιόν ἐστι τοῖς τὸ καλὸν ἐν καθαρότητι κρίνουσι· παραγίνεται δὲ μόνοις οἷς ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις εὐμενῶς πρὸς τὴν ἀγαθὴν ταύτην ἐπιθυμίαν συναγωνίσηται· αὐτόθι μὲν ἔχει τὸν πρέποντα ἔπαινον, ἀπὸ τῆς προσηγορίας τῆς συνονομαζομένης αὐτῇ. Τὸ γὰρ ἄφθορον κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν ἐπὶ τῆς παρθενίας λεγόμενον, σημαντικόν ἐστι τῆς ἐν αὐτῇ καθαρότητος. Ὥστε διὰ τοῦ ἰσοδυναμοῦντος ὀνόματος ἔστιν ἐπιγνῶναι τὴν ὑπερβολὴν τοῦ τοιούτου χαρίσματος, εἴπερ πολλῶν ὄντων τῶν κατ' ἀρετὴν ἐπιτελουμένων, μόνον τοῦτο τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ ἀφθάρτου τετίμηται. Εἰ δὲ χρὴ καὶ δι' ἐγκωμίων ταύτην τοῦ Μεγάλου Θεοῦ δωρεὰν ἀποσεμνύνειν, ἀρκεῖ πρὸς εὐφημίαν αὐτῆς ὁ θεῖος Ἀπόστολος, δι' ὀλίγων ῥημάτων πᾶσαν ἐγκωμίων ὑπερβολὴν ἀποκρύψας, ὃς ἁγίαν καὶ ἄμωμον τὴν κεκοσμημένην διὰ τῆς χάριτος ταύτης ὠνόμασεν. Εἰ γὰρ τὸ κατόρθωμα τῆς σεμνῆς ταύτης παρθενίας ἐστὶ, τὸ ἄμωμόν τινα γενέσθαι καὶ ἅγιον· ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα κυρίως καὶ πρώτως εἰς δόξαν παραλαμβάνεται τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ· τίς μείζων ἔπαινος παρθενίας, ἢ τὸ ἀποδειχθῆναι διὰ τούτων θεοποιοῦσαν τρόπον τινὰ τοὺς τῶν καθαρῶν αὐτῆς μυστηρίων μετεσχηκότας, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτοὺς κοινωνοὺς τῆς δόξης τοῦ μόνου ὡς ἀληθῶς ἁγίου καὶ ἀμώμου Θεοῦ,

διὰ καθαρότητος αὐτῷ καὶ ἀφθαρσίας οἰκειουμένους. Ὅσοι δὲ μακροὺς ἐπαίνους ἐν διεξοδικοῖς κατατείνουσι λόγοις, ὡς διὰ τούτων προσθήσοντές τι τῷ θαύματι τῆς παρθενίας, λελήθασιν ἑαυτοὺς, κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, ἐναντιούμενοι τῷ ἰδίῳ σκοπῷ· δι' ὧν ἐξαίρουσιν εἰς μέγεθος, ὕποπτον ποιοῦντες διὰ τῶν ἐγκωμίων τὸν ἔπαινον. Ὅσα γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ μεγαλεῖον ἔχει, οἴκοθεν τὸ θαῦμα ἐπάγεται, οὐδὲν τῆς ἐκ τῶν λόγων συνηγορίας δεόμενα· καθάπερ ὁ οὐρανὸς, ἢ ὁ ἥλιος, ἢ ἄλλο τι τῶν τοῦ κόσμου θαυμάτων· τοῖς δὲ ταπεινοτέροις τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀντὶ ὑποβάθρας ὁ λόγος γινόμενος, μεγέθους τινὰ φαντασίαν διὰ τῆς τῶν ἐπαίνων περινοίας προστίθησιν. Ὅθεν πολλάκις τὸ ἐκ τῶν ἐγκωμίων κατασκευαζόμενον θαῦμα, ὡς σεσοφισμένον καθυποπτεύεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἔπαινος δὲ μόνος ἱκανὸς τῆς παρθενίας ἐστὶ, τὸ κρείττονα τῶν ἐπαίνων εἶναι τὴν ἀρετὴν ἀποφήνασθαι, καὶ τῷ βίῳ θαυμάσαι μᾶλλον ἢ τῷ λόγῳ τὴν καθαρότητα· ὁ δὲ ὑπόθεσιν ἐγκωμίων ταύτην ὑπὸ φιλοτιμίας ποιούμενος, ἔοικε τὴν σταγόνα τῶν οἰκείων ἱδρώτων ἀξιόλογον εἰς προσθήκην νομίζειν τῷ ἀπείρῳ πελάγει γενήσεσθαι, εἴγε ἀνθρωπίνῳ λόγῳ δυνατὸν εἶναι τὴν τοσαύτην χάριν ἀποσεμνῦναι πεπίστευκεν. Ἢ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀγνοεῖ, ἢ ὃ ἐπαινεῖ οὐκ ἐπίσταται.

A benda. Quicunque vero longius orationis digressionibus hujus rei latius explicant laudes, quasi ex hoc aliquid admirabili huic virginali studio sint addituri, hi profecto mihi seipsos ignorare videntur, cum suæ sententiæ magnopere ipsi repugnent: quibus enim encomiis se rei magnitudinem amplificare arbitrantur, iisdem suspectam faciunt laudem. Nam quæ natura excellunt, admirationem secum afferunt, neque orationum patrocinio indigent: qualia sunt cœlum, sol, cæteraque id generis, quæ in omni cœlo, et terra aliquid admirabile habent: humilioribus autem studiis oratio pro fundamento proposita aliquam magnitudinis opinionem laudum artificio adjungit. Itaque fit plerumque ut admiratio quæ encomiis comparatur, veluti commentitia ab B hominibus suspecta habeatur. Ergo hæc laus virginitatis egregia est, ut scilicet statuat quis virtutem ipsam omni esse laude præstantiorem, atque ex ipso potius vitæ genere, quam ex aliqua oratione castitatem suspiciat atque admiretur; nam qui in hoc virginitatis laudandæ argumento gloriæ cupiditate adductus versatur, non ab eo plane dissimilis est qui aliquam sudoris sui stillam, quam is magni faciat, immenso mari putet fore additamentum, si modo hominum sermone crediderit tantum munus posse illustrari atque ornari. Aut enim is suarum virium ignarus est, aut id quod laudat non intelligit.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅτι ἴδιον τῆς θείας τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως κατόρθωμά ἐστιν ἡ παρθενία.

Συνέσεως γὰρ ἡμῖν χρεία πολλῆς, δι' ἧς ἔστι γνῶναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς χάριτος ταύτης, ἥτις συνεπινοεῖται μὲν τῷ ἀφθάρτῳ Πατρί· ὃ δὴ καὶ παράδοξον, ἐν Πατρὶ παρθενίαν εὑρίσκεσθαι, τῷ τε Υἱὸν ἔχοντι, καὶ δίχα πάθους γεννήσαντι· τῷ δὲ Μονογενεῖ Θεῷ τῷ τῆς ἀφθαρσίας χορηγῷ συγκαταλαμβάνεται, ὁμοῦ τῷ καθαρῷ καὶ ἀπαθεῖ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ συνεκλάμψασα. Πάλιν τὸ ἴσον παράδοξον, Υἱὸς διὰ παρθενίας νοούμενος. Ἐνθεωρεῖται δὲ ὡσαύτως καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φυσικῇ καὶ ἀφθάρτῳ καθαρότητι. Τὸ γὰρ καθαρὸν καὶ ἄφθαρτον ὀνομάσας, ἄλλῳ ὀνόματι τὴν παρθενίαν ἐσήμανας. Πάσῃ δὲ τῇ ὑπερκοσμίῳ φύσει συμπολιτεύεται, διὰ τῆς ἀπαθείας συμπαροῦσα ταῖς ὑπερεχούσαις δυνάμεσιν, οὔτε τινὸς τῶν θείων χωριζομένη, καὶ οὐδενὸς τῶν ἐναντίων προσαπτομένη. Πάντα γὰρ ὅσα καὶ φύσει [καὶ] προαιρέσει πρὸς ἀρετὴν νένευκεν, τῷ καθαρῷ πάντως ἐνωραΐζεται τῆς ἀφθαρσίας· καὶ ὅσα πάντα εἰς τὴν ἐναντίαν ἀποκέκριται τάξιν, τῇ ἀποπτώσει τῆς καθαρότητος τοιαῦτά ἐστι καὶ ὀνομάζεται. Τίς οὖν ἐξαρκέσει δύναμις λόγων τῇ τοσαύτῃ χάριτι παρισωθῆναι; Ἢ πῶς οὐ φοβεῖσθαι χρὴ, μὴ διὰ τῆς τῶν ἐπαίνων σπουδῆς λυμήνηταί τις τὸ μεγαλεῖον τοῦ ἀξιώματος, ἐλάττω τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν τῆς προειλημμένης τοῖς ἀκροαταῖς ἐμποιήσας; Οὐκοῦν καλῶς ἔχει, τοὺς μὲν ἐγκωμιαστικοὺς λόγους ἐπὶ ταύτης ἐᾷν, ὡς ἀμήχανον ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς ὑποθέσεως συνεπᾶραι τὸν λόγον· ὡς καὶ ἔστι δυνατὸν ἀεὶ μεμνῆσθαι τοῦ θείου χαρίσματος, καὶ ἐπὶ

CAPUT II.

Divinæ et incorporeæ naturæ proprium, et perfectum virginitatis officium.

C Intelligentia non parva egemus, ut cognitionem capere possimus hujus excellentis gratiæ, quæ cum incorrupto patre comprehenditur. Res admirabilis est, atque inusitata, ut virginitas in Patre inveniatur, qui et Filium habet, et Filium absque affectu genuit. Cum unigenito autem Deo, qui omnis pudicitiæ, et incorruptæ virginitatis auctor est, simul cognoscitur, cum in ejus pudica, atque incorrupta generatione pariter eluxerit. Rursusque mirum æque est Filium in virginitate comprehendi. Eademque ratione in Spiritus sancti naturali atque incorrupta puritate spectantur. Cum enim purum nominas, atque incorruptum, virginitatem alio nomine signi-D ficas: quæ in universa denique cœlesti natura simul versatur, quia cum ab affectibus vacua sit, sublimibus illis potestatibus inhæret. Neque vero, etsi a nullis rebus divinis sejuncta est virginitas, contrariis tamen est rebus adjuncta. Cuncta enim, quæ et natura et consilio ad virtutem propensa sunt, omnino incorruptæ virginitatis, pudicitiæque splendore decorantur; quæ vero in contrariam virtutis partem proclivia feruntur, castitatis lapsu ea talia et sunt, et nominantur. Quamobrem quæ tanta erit dicendi facultas et copia, quæ tam magni muneris dignitatem laudibus æquare possit? Quove pacto non pertimescendum, ut ne studio laudum quis dignitatis amplitudinem lædat, si minorem iis, qui audiunt, quam ipsi antea conceperant, opinio-

nem in laudando afferat? Præclare itaque agitur, si quæ in alicujus rei laudibus versantur orationes, in hac prætereantur: quasi difficile sit orationis vim et copiam comparare, quæ gravissimo huic argumento respondeat: quemadmodum contra illud facile est, divinum hoc munus perpetua memoria colere, atque id bonum in ore semper habere, quod incorporeæ divinæque naturæ proprium quidem ac præcipuum est; Dei tamen benignitate iis etiam, qui e carne et sanguine effecti hujus vitæ usura fruuntur, datum et tributum est, ut virginitas quasi manum munditiæ participationem porrigens, hominum naturam vitiosa affectione abjectam rursus erigat, et ad cœlestium contemplationem perducat. Ob eam enim causam mihi Dominus noster Jesus Christus, a quo veluti fonte quodam omnis castimonia manat, non nuptiarum via quæsita, in hanc vitam ingressus videtur, ut ex eo modo, quo carnem humanam assumpsit, admirabile hoc, et magnum plane mysterium patefieret: quoniam, quæ Dei adventum demonstraret, sola castitas idonea est: quam aliter perfecte omnino præstare nemo potest, nisi qui ab omni carnis affectu se etiam atque etiam totum averterit. Quod enim in Mariæ Virginis inviolatæ corpore effectum est, perfecta Christi divinitate, quæ in ipsa Virgine eluxerat: hoc ipsum in omni animo contingit, qui sit castitate ornatus, rationemque ducem in virginali vita sequatur. Quoniam non amplius, ut corporis humani formam habitumque induat, venturus est Dominus; non enim etiam novimus, inquit, secundum carnem Christum; sed in spiritu veniet, et Patrem secum ducet, ut quodam loco testatur Evangelium. Quoniam igitur tanta vis virginitatis est, ut et in cœlis apud spirituum Patrem maneat, et cum cœlestibus illis mentibus una exsultet, et salutem humanam attingat; cumque Deum ipsum sua vi ad humanæ vitæ communionem ducat, hominemque rursus ad cœlestium rerum cupiditatem excitet; atque adeo hominum cum Deo familiaritatis vinculum quoddam hæc cum sit; et ea, quæ vicissim natura valde distant, ipsa concilians in consensum concordiamque redigat: quæ dicendi vis inveniri posset, quæ mirabilis hujus rei magnitudinem assequatur? Sed quia absurdum plane est mutarum rerum, et earum, quæ sensu carent, similem se esse videri, e duobusque alterum est, ut aut quis virginales laudes non agnovisse videatur, aut ad harum cognitionem non commotum se neque affectum ostenderit: nos hoc ipso de genere toto pauca quædam commemorare proposuimus, quoniam illius, qui nobis præcepit, imperio omnibus in rebus parendum erat. Neque vero magnificam verborum ostentationem quis a nobis requirat: quandoquidem etiam si nos expeteremus hoc fortasse nobis, id orationis genus negligentibus, præstare non liceret. Sin autem facultas nobis hujus ostentationis, quæ generatim minus expedit, inesset, in concionum genere eam approbari, hoc nos antiquius habuimus. Nam qui ratione præditus est, ei potissimum quærendum esse arbitror, non quibus rebus maximam præter cæteros admirationem sui excitaverit, sed quibus cum sibi, tum cæteris adjumentum sit allaturus.

A γλώττης ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ ἴδιον μὲν τῆς ἀσωμάτου φύσεώς ἐστι καὶ ἐξαίρετον· ὑπὸ φιλανθρωπίας δὲ Θεοῦ, καὶ τοῖς διὰ σαρκὸς καὶ αἵματος λαχοῦσι τὴν ζωὴν ἐχαρίσθη, ἵνα καταβληθεῖσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπὸ τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως, ὥσπερ τινὰ χεῖρα τὴν τῆς καθαρότητος μετουσίαν ὀρέξασα, πάλιν ὀρθώσῃ, καὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέπειν χειραγωγήσῃ. Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τὴν πηγὴν τῆς ἀφθαρσίας, αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, μὴ διὰ γάμου εἰσελθεῖν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα ἐνδείξηται διὰ τοῦ τρόπου τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον, ὅτι Θεοῦ παρουσίαν καὶ εἴσοδον μόνη καθαρότης ἱκανὴ ἐστι δέξασθαι· ἣν ἄλλως οὐκ ἔστι πρὸς ἀκρίβειαν πᾶσαν κατορθωθῆναι, εἰ μὴ παντελῶς τις ἑαυτὸν τῶν σαρκικῶν παθημάτων ἀλλοτριώσειεν. Ὅπερ γὰρ ἐν B τῇ ἀμιάντῳ Μαρίᾳ γέγονε σωματικῶς, τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς Παρθένου ἐκλάμψαντος· τοῦτο καὶ ἐπὶ πάσης ψυχῆς κατὰ λόγον παρθενευούσης γίνεται. Οὐκέτι σωματικὴν ποιουμένου τοῦ Κυρίου τὴν παρουσίαν· οὐ γὰρ γινώσκομεν ἔτι, φησὶ, κατὰ σάρκα Χριστόν· ἀλλὰ πνευματικῶς εἰσοικιζομένου, καὶ τὸν Πατέρα ἑαυτοῦ συνεισάγοντος, καθώς φησί που τὸ Εὐαγγέλιον. Ἐπεὶ οὖν τοσαύτη ἐστὶ τῆς παρθενίας ἡ δύναμις, ὡς καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τῷ Πατρὶ τῶν πνευμάτων μένειν, καὶ μετὰ τῶν ὑπερκοσμίων χορεύειν δυνάμεων, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σωτηρίας ἐφάπτεσθαι· τὸν μὲν Θεὸν δι' ἑαυτῆς πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου κοινωνίαν κατάγουσα, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῇ πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίαν πτεροῦσα, καὶ οἱονεὶ σύνδεσμός C τις γινομένη τῆς ἀνθρωπίνης πρὸς τὸν Θεὸν οἰκειώσεως, τὰ τοσοῦτον ἀλλήλοις ἀφεστῶτα τῇ φύσει, τῇ παρ' ἑαυτῆς μεσιτείᾳ εἰς συμφωνίαν ἀνάγουσα, τίς ἂν εὑρεθείη δύναμις λόγων συνανιοῦσα τῷ θαύματι; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον παντελῶς ἀφώνοις ἢ ἀναισθήτοις ὅμοιον φαίνεσθαι, καὶ τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ μὴ ἐπεγνωκέναι δοκεῖν τὰ τῆς παρθενίας καλὰ, ἢ ἄπληκτον καὶ ἀκίνητον πρὸς τὴν τῶν καλῶν αἴσθησιν ἐπιδειχθῆναι· βραχέα τινὰ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, διὰ τὸ δεῖν ἐπὶ πᾶσι πείθεσθαι τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἐπιτάξαντος ἡμῖν, προεθυμήθημεν. Μηδεὶς δὲ τοὺς κομπωδεστέρους παρ' ἡμῶν ἐπιζητείτω τῶν λόγων· ἔστι μὲν γὰρ οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ἴσως δυνατὸν τὸ τοιοῦτον, ἀμελετήτοις οὖσι τῆς τοιαύτης λέξεως. Εἰ δὲ καὶ παρῆν D τοῦ κομπάζειν ἡ δύναμις, οὐκ ἂν τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος τὸ ἐν ὀλίγοις εὐδοκιμῆσαι προετιμήσαμεν. Ζητεῖν γὰρ ἐξ ἁπάντων οἶμαι δεῖν τόν γε νοῦν ἔχοντα, οὐχ ἐξ ὧν ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς θαυμασθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς λοιποὺς ὠφελήσειεν.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Μνήμη τῶν ἐκ τοῦ γάμου δυσχερῶν, καὶ ἔνδειξις τοῦ τὸν γεγραφότα τὸν λόγον μὴ ἄγαμον εἶναι.

A Εἴθε πως οἷόν τε ἦν κἀμοί τι γενέσθαι πλέον ἐκ τῆς τοιαύτης σπουδῆς· ὡς μετὰ πλείονος ἂν τῆς προθυμίας τὸν περὶ τούτων πόνον ἀνεστησάμην, εἴπερ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετασχεῖν τῶν ἐκ τοῦ ἀρότρου καὶ ἀλοητοῦ γεννημάτων, ἐφιλοπόνουν τὸν λόγον. Νυνὶ δὲ τρόπον τινὰ ματαία καὶ ἀνόνητος ἡ γνῶσις ἐμοὶ τῶν τῆς παρθενίας καλῶν, ὡς τῷ βοῒ τὰ γεννήματα, τῷ μετὰ κημῶν ἐπιστρεφομένῳ τὴν ἅλωνα· ἢ ὡς τῷ διψῶντι τὸ ἀποῤῥέον τῶν κρημνῶν ὕδωρ, ὅταν ἀνέφικτον ᾖ. Μακάριοι δὲ οἷς ἐν ἐξουσίᾳ τῶν βελτιόνων ἐστὶν ἡ αἵρεσις, καὶ B οὐκ ἀπετειχίσθησαν τῷ κοινῷ προληφθέντες βίῳ, καθάπερ ἡμεῖς οἷόν τινι χάσματι πρὸς τὸ τῆς παρθενίας καύχημα διειργόμεθα, πρὸς ἣν οὐκ ἔστιν ἐπανελθεῖν ἔτι τὸν ἅπαξ τῷ κοσμικῷ βίῳ τὸ ἴχνος ἐναπερείσαντα. Διὰ τοῦτο θεαταὶ μόνον τῶν ἀλλοτρίων ἐσμὲν καλῶν ἡμεῖς, καὶ μάρτυρες τῆς ἑκατέρων μακαριότητος· κἂν τι δεξιὸν περὶ παρθενίας νοήσωμεν, ταὐτὸν πάσχομεν τοῖς ὀψοποιοῖς τε καὶ ὑπηρέταις, οἳ τὴν ἐπιτραπέζιον τῶν πλουσίων τρυφὴν ἄλλοις ἡδύνουσιν, οὐδενὸς αὐτοὶ τῶν παρεσκευασμένων μετέχοντες· ὡς μακάριόν γε ἂν ἦν, εἰ μὴ οὕτως εἶχε, μηδὲ τῇ ὑστεροβουλίᾳ τὸ καλὸν ἐγνωρίσαμεν. Νυνὶ δὲ ζηλωτοὶ μὲν ὄντως, καὶ πάσης εὐχῆς καὶ ἐπιθυμίας ἐπέκεινα πράττοντες, οἷς ἡ δύναμις τῶν ἀπο- C λαύσεων τῶν ἀγαθῶν τούτων οὐκ ἀποκέκλεισται. Ἡμεῖς δὲ καθάπερ οἱ τῇ πολιτείᾳ * τοῦ πλούτου τὴν ἑαυτῶν παραθεωροῦντες πενίαν, πλεῖον ἀνιῶνται τοῖς παροῦσι καὶ δυσχεραίνουσι· τὸν αὐτὸν τρόπον ὅσῳ πλέον τὸν τῆς παρθενίας πλοῦτον ἐπιγινώσκομεν, τοσούτῳ μᾶλλον οἰκτείρομεν τὸν ἄλλον βίον, διὰ τῆς τῶν βελτιόνων παρεξετάσεως, οἷον καὶ ὅσον πτωχεύει καταμανθάνοντες. Οὐ λέγω μόνον ὅσα ὕστερον τοῖς κατ' ἀρετὴν βεβιωκόσιν ἀπόκειται, ἀλλὰ καὶ ὅσα τῆς παρούσης ἐστὶ ζωῆς. Εἰ γάρ τις ἀκριβῶς ἐξετάζειν ἐθέλοι τοῦ βίου τούτου τὸ πρὸς τὴν παρθενίαν διάφορον, τοσαύτην εὑρήσει τὴν διαφορὰν, ὅση σχεδὸν πρὸς τὰ οὐράνια τῶν ἐπιγείων ἐστίν· ἔξεστι δὲ γνῶναι τὴν τοῦ λόγου ἀλήθειαν, αὐτὰ διασκεψαμένους τὰ πράγματα. Πόθεν δέ τις ἀρξάμενος ἐπαξίας ἂν τὸν D βαρὺν τοῦτον ἐκτραγῳδήσειεν; Ἢ πῶς ἄν τις τὰ κοινὰ τοῦ βίου ὑπ' ὄψιν ἀγάγοι κακὰ, ἃ πάντες μὲν οἱ ἄνθρωποι διὰ τῆς πείρας γινώσκουσιν, οὐκ οἶδα δὲ ὅπως ἐν αὐτοῖς τοῖς εἰδόσιν αὐτὰ λανθάνειν ἡ φύσις ἐμηχανήσατο, ἑκουσίως τῶν ἀνθρώπων ἐν οἷς εἰσιν ἀγνοούντων; Βούλει ἀπὸ τῶν ἡδίστων ἀρξώμεθα; Οὐκοῦν τὸ κεφάλαιον τῶν ἐν τῷ γάμῳ σπουδαζομένων τὸ κεχαρισμένης ἐπιτυχεῖν ἐστι συμβιώσεως. Καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἐχέτω, καὶ διὰ πάντων μακαριστὸς ὑπογεγράφθω ὁ γάμος· γένος εὐδόκιμον, πλοῦτος ἀρκῶν, ἡλικία συμβαίνουσα, τῆς ὥρας αὐτὸ τὸ ἄνθος, φίλτρον πολὺ, καὶ οἷόν ἐστιν ἐν ἑκατέρῳ ὑπὲρ τοῦ ἄλλου ὑπονοεῖσθαι· γλυκεῖα ἐκείνη φιλονεικία τὸ ἑαυτὸν βούλεσθαι νικᾷν ἐν τῇ ἀγάπῃ ἑκά-

CAPUT III.

Commemoratio difficultatum, ac molestiarum, quæ e nuptiis exsistunt: qua in re demonstratur item is, qui orationem hanc conscripsit, cælebs non fuisse.

Utinam aliquo modo fieri posset, ut ex hoc studio mihi quoque aliquid amplius contingeret, quo propensiore animi voluntate, ego in hoc studii genere laborem posuissem: quoniam si ea spe ducerer, ut, quemadmodum litteris proditum est, frugum quæ ex aratione triturave percipiuntur, partem* ego quoque aliquam ferrem; accurate sane in hac oratione elaborassem. Nunc vero mihi virginalium laudum cognitio quodam modo inanis est ac minime fructuosa, quales solent esse terræ fruges bovi, qui ore frenis impedito ad aream convertitur: id quod accidit item ei qui aquam sitit e præruptis saxis defluentem, neque eam capere potest. Præclare quidem cum iis agitur, quibus integrum et liberum est meliora deligere: quippe cum communi se vitæ dederint, quasi vallo aliquo circumsepti non tenentur: quemadmodum nos, qui veluti quodam terrarum hiatu prohibemur, quominus ad hanc virginalem gloriam accedamus, quam attingere illis amplius non licet, qui in humanæ vitæ curriculo vestigium semel impresserint. Quare nos alienarum laudum spectatores, beatæque aliorum vitæ testes, licet magnum aliquid, et præclarum de virginitate cogitemus: tamen idem nobis contingit, quod conditoribus administrisque convivii usu venire solet, qui conquisitissimis cibis ad aliorum voluptatem divitum mensas condiunt; ipsi vero earum rerum, quæ apparatæ sunt, nullam omnino partem habent: quam beati essemus, nisi res ita se haberet, neque nos præpostero consilio seroque malum cognosceremus. Certe hujusce laudis hi æmulationem revera profitentur, ac plus sane, quam cupiunt et optant, illi quidem agunt, quibus ad bona hæc perfruenda non est obstructus aditus. Nos vero jam in ea porro conditione sumus in qua ii, qui divitiarum, atque opum amplitudine suam cum ipsi contemplentur paupertatem, majores ex rerum suarum statu sibi struunt sollicitudines, vehementiusque torquentur: ita nos quo magis virginitatis divitias cognoscimus, eo gravius, rebus melioribus indagatis, aliud vitæ genus lugemus; cum animadvertamus quibus quantisve bonis careat, neque iis solum, quæ illos manent, qui honeste casteque vixerunt, sed illis etiam quæ hujus vitæ propria sunt. Si quis enim diligenter exquirere velit, quæ sit hujus a virginali vita dissimilitudo, tantam profecto inveniet, quanta ferme est terrenarum rerum a cœlestibus: hujusque orationis veritatem cognitam, exploratamque ii habere possunt, qui res ipsas ratione animoque lustraverint. Unde igitur quis initium faciendo, acerbam hanc vitam tragice satis deplo-

raret? Aut quomodo hæc communia vitæ incommoda ob oculos poneret, cum ex usu satis hæc ipsa omnes intelligant? Ac nescio quomodo natura effecit, ut hæc ipsa ignota sint iis, qui ea perspiciunt, cum homines, in quibus hæ res insunt, ultro ignorent. Sed lubetne ut a rebus jucundissimis exordiamur? Igitur rerum omnium quas in nuptiis homines expetunt, caput illud est, ut convictum, vitæque societatem jucundissimam assequantur. Atque hæc quidem ita se habeant, nuptiæque omni ex parte quam beatissimæ describantur: generis nobilitas, divitiarum satis, apta utriusque ætas, pulchritudinis flos, charitas summa, et quanta maxima cogitari potest utriusque erga alterum: dulcis illa contentio, cum alter alterum in amore studet vincere. Accedant ad hæc gloria, opes, potentia, splendor, et omne denique, quod addi lubet. Attamen tu velim videas ægritudinem quamdam, quæ sensim hominem conficit, unaque necessario iis rebus inest, quæ in bonis numeratæ sunt.

A τερον. Προσέστω τούτοις δόξα καὶ δυναστεία καὶ περιφάνεια, καὶ πᾶν ὅ τι βούλει. Ἀλλ' ὅρα καὶ τὴν τοῖς ἀπηριθμημένοις χρηστοῖς ἀναγκαίως συμπαροῦσαν καὶ ὑποσμύχουσαν λύπην.

Præterea invidiam, quæ concitari in eos solet, qui gloriæ assecuti sunt splendorem, neque commemoro, quam facile hominum insidiis illud expositum sit, cum quis in vita rebus secundis uti videtur, quamve paratus sit omnis, cui bonorum æquatio non contingit, naturale quoddam odium habere in eum, qui plus adeptus est: atque propterea iis, qui optima animi constitutione esse videntur, propter suspicionem quamdam molestiarum plus vita hæc, quam voluptatum affert. Missa hæc facio, quasi contra eos omnis languescat invidia. At non facile invenire quempiam licet, in quo hæc duo simul convenerint, ut secundioribus, quam multi, rebus utatur, et invidiam declinet Sed tamen faciamus esse ut ab his omnibus, si videtur, vacua sit, et libera hominum vita; videamusque an fieri possit, ut qui hoc secundo rerum cursu utuntur, tranquillo rectoque animi statu sint. Quid igitur erit, inquies, quod molestiam afferat, nisi florentissimos homines attigerit invidia? Hoc ipsum dixerim, cum illorum vita omnibus circumfluit bonis, quod est doloris incitamentum. Nam quam diu homo res mortalis est, et caduca; sepulcraque eorum, a quibus ortus est intuetur; si paululum modo rationis est particeps, in dolore est, qui cum hac vita conjunctus separari et avelli non potest. Nam assidua, quotidianaque mortis exspectatio nullis certis, neque definitis signis cognita, sed propter incertos casus semper, veluti præsens, perterrefaciens, hanc vitæ jucunditatem perpetuo turbat, atque rerum, quæ sperantur, metu lætitias omnes pervertit. Si enim fieri posset, ut ante periculum rerum, quas postea quis est expertus, disceret; aut aliqua alia conjectura is, qui in hac vita versatur, res perspicere posset, quantus profecto fieret illorum concursus, qui ad virginitatem a nuptiis confugerent? Quanta cautio provisioque animi adhiberetur, ut inexplicabilibus iis laqueis nunquam se irretissent, quorum difficiles nodos non potest alius accurate cognoscere, nisi qui retibus ipsis illaqueatus tenetur? Cerneres enim, si hoc tamen sine periculo liceret, multam rerum inter se dissimilium perturbationem, risum luctu admistum, mœrorem cum lætitia confusum, semperque iis, qui nati sunt, propter spes, quas sibi proponunt, mortem impen-

Οὐ λέγω τὸν τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἐπιφυόμενον φθόνον, καὶ τὸ, πρόχειρον εἶναι πρὸς ἐπιβουλὴν τῶν ἀνθρώ-
B πων τὸ δοκοῦν εὐημερεῖν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ὅτι πᾶς ὁ μὴ ἰσομοιρῶν ἐν τῷ κρείττονι, φυσικόν τι πρὸς τὸν ὑπερέχοντα τὸ μῖσος ἔχει· καὶ διὰ τοῦτο δι' ὑποψίας τοῖς δοκοῦσιν εὐθυμεῖν ὁ βίος ἐστὶν, πλείω τῶν ἡδέων τὰ λυπηρὰ παρεχόμενος. Παρίημι ταῦτα, ὡς καὶ τοῦ φθόνου κατ' ἐκείνων ἀργοῦντος. Καίτοι γε οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ὅτῳ τὰ δύο κατὰ ταὐτὸν συνηνέχθη, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς εὐδαιμονεῖν, καὶ διαφεύγειν τὸν φθόνον. Πλὴν ἀλλὰ πάντων τῶν τοιούτων ἐλευθέραν αὐτῶν τὴν ζωὴν, εἰ δοκεῖ, ὑποθώμεθα. Καὶ ἴδωμεν εἰ δυνατόν ἐστιν εὐθυμεῖν τοὺς ἐν τοιαύτῃ διάγοντας εὐημερίᾳ. Τί οὖν ἔσται τὸ λυποῦν, ἐρεῖς, εἰ μηδὲ ὁ φθόνος τῶν εὐδαιμονούντων καθάψεται; Τοῦτο αὐτό φημι τὸ διὰ πάντων αὐτοῖς τὸν βίον καταγλυκαίνεσθαι, τοῦτό ἐστι τὸ τῆς λύπης ὑπ-
C έκκαυμα. Ἕως γὰρ ἄνθρωποι ὦσι, τὸ θνητὸν τοῦτο καὶ ἐπίκηρον πρᾶγμα, καὶ τοὺς τάφους τῶν ἀφ' ὧν γεγόνασι βλέπωσιν, ἀχώριστον ἔχουσι καὶ συνεζευγμένην τῇ ζωῇ τὴν λύπην, εἰ καὶ μικρὸν μετέχοιεν τοῦ λογίζεσθαι. Ἡ γὰρ διηνεκὴς τοῦ θανάτου προσδοκία, οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς τισι σημείοις ἐπιγινωσκομένη, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀδηλίαν τοῦ μέλλοντος, πάντοτε ὡς ἐνεστηκυῖα φοβοῦσα, τὴν ἀεὶ παροῦσαν εὐφροσύνην συγχεῖ, τῷ φόβῳ τῶν ἐλπιζομένων τὰς εὐθυμίας ἐπιταράσσουσα. Εἰ γὰρ ἦν δυνατὸν πρὸ τῆς πείρας τὰ τῶν πεπειραμένων μαθεῖν, εἰ γὰρ ἐξῆν δι' ἄλλης τινὸς ἐπινοίας ἐντὸς τοῦ βίου γενόμενον, ἐποπτεῦσαι τὰ πράγματα· πόσος ἂν ἦν ὁ δρόμος τῶν αὐτομολούντων πρὸς τὴν παρθενίαν ἀπὸ τοῦ γάμου! πόση φυ-
D λακὴ καὶ προμήθεια τοῦ μήποτε ἀφύκτοις πάγαις ἐγκρατηθῆναι, ὧν τὴν δυσκολίαν οὐκ ἔστιν ἄλλως δι' ἀκριβείας μαθεῖν, μὴ ἐντὸς τῶν ἀρκύων γενόμενον! Εἶδες γὰρ ἂν, εἴπερ ἰδεῖν ἀκινδύνως ἐξῆν, πολλὴν τῶν ἐναντίων τὴν σύγχυσιν, γέλωτα δακρύοις ἐμπεφυρμένον, καὶ λύπην εὐφροσύναις συμμεμιγμένην, πανταχοῦ τοῖς γινομένοις συμπαρόντα διὰ τῶν ἐλπίδων τὸν θάνατον, καὶ ἑκάστου τῶν καθ' ἡδονὴν ἐφαπτόμενον. Ὅταν ἴδῃ ὁ νυμφίος τὸ ἀγαπώμενον πρόσωπον, εὐθὺς πάντως καὶ ὁ φόβος τοῦ χωρισμοῦ συνεισέρχεται· κἂν ἀκούσῃ τῆς ἡδίστης φωνῆς, καὶ τὸ μὴ ἀκούσεσθαί ποτε ἐννοήσει· καὶ ὅταν εὐφρανθῇ τῇ θεωρίᾳ τοῦ κάλλους, τότε μάλιστα φρίττει τὴν προσδοκίαν τοῦ πένθους· ἐὰν τὰ τίμια τῇ νεότητι, καὶ ὅσα παρὰ τῶν ἀνοήτων σπουδάζεται κατανοήσῃ·

οἷον ὀφθαλμὸν τοῖς βλεφάροις λάμποντα, καὶ ὀφρὺν περικεχυμένην τῷ ὄμματι, καὶ παρειὰν ἐν ἡδεῖ καὶ γλαφυρῷ μειδιάματι, καὶ χεῖλος ἐπηνθισμένον τῷ φυσικῷ ἐρυθήματι, κόμην τε χρυσομιγῆ καὶ βαθεῖαν τῷ ποικίλῳ τῆς ἐμπλοκῆς τῇ κεφαλῇ περιστίλβουσαν, καὶ πᾶσαν τὴν πρόσκαιρον ἀγλαΐαν ἐκείνην, τότε πάντως, κἂν μικρὸν αὐτῷ προσῇ τοῦ λογίζεσθαι, κἀκεῖνο τῇ ψυχῇ ἐννοεῖ, ὅτι τοῦτο τὸ κάλλος οἰχήσεταί ποτε διαῤῥυὲν, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν περιστήσεται, ὀστέα βδελυρά τε καὶ εἰδεχθῆ ἀντὶ τοῦ νῦν φαινομένου γενόμενον, οὐδὲν ἴχνος, οὐδὲν μνημόσυνον, οὐδὲν λείψανον τοῦ παρόντος ἄνθους ἐπιφερόμενον.

A dere, ac singula quæ in voluptate posita sunt attingere. Sponsus honestam faciem, et amabilem cum cernit, continuo eum metus invadit, ne a se disjungatur; cum suavissimam vocem auribus percipiet, ei in mentem statim veniet, a se nunquam amplius auditum iri; formoso et liberali aspectu cum delectatus est, tum luctus exspectationem horret: ac denique quæ adolescentes in pretio et in honore habent, quæve insani expetunt, si ea intuebitur, verbi causa, oculum palpebrarum venustate insignem, supercilium oculi decore circumfusum, genas forma et lepore eleganti affluentes, labrum naturali rubore suffusum, comam auro intextam, capitis verticem variis coloribus gemmisque refulgentem, et omnem illum denique venustatis splendorem qui ad tempus manet: tum omnino, si vel paululum rationis in eo sit, illud simul mente intuetur, omnem illam venustatem aliquando prorsus interituram esse, ad ossa deformia, turpia ac fœda redactam, amissa pristina specie, nullum autem vestigium, nullum monumentum, nullas hujus floris reliquias afferentem.

Εἰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διανοοῖτο, ἆρα ἐν εὐφροσύνῃ βιώσεται; ἆρα πιστεύσει τοῖς παροῦσιν αὐτῷ χρηστοῖς, ὡς ἀεὶ παραμένουσιν; Ἢ δῆλον ἐκ τούτων, ὅτι καθάπερ ἐν ταῖς τῶν ὀνείρων ἀπάταις ἀμηχανήσει, καὶ ἀπίστως πρὸς τὸν βίον ἕξει, ὡς ἀλλοτρίοις προσέχων τοῖς φαινομένοις. Συνιεῖς πάντως, εἴπερ ἔχεις τινὰ τῶν ὄντων ἐπίσκεψιν, ὅτι οὐδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ φαινομένων, ὡς ἔστι φαίνεται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀπατηλὰς φαντασίας, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἡμῖν προδείκνυσι, διαπαίζων τοὺς ἐλπίσι πρὸς αὐτὸν κεχηνότας· καὶ διὰ τῆς τῶν φαινομένων πλάνης συγκαλύπτων αὐτὸς ἑαυτὸν, ἕως ἂν ἀθρόως ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἐλεγχθείη ἄλλο τι ὢν παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα, τὴν διὰ τῆς ἀπάτης τοῖς ἀνοήτοις ἐγγινομένην. Ποίας οὖν ἡδονῆς ἄξια τῷ ταῦτα λογιζομένῳ φανεῖται τὰ ἡδέα τοῦ βίου; Πότε αἰσθήσεται κατὰ ἀλήθειαν ὁ ταῦτα φρονῶν, καὶ τοῖς δοκοῦσιν αὐτῷ παρεῖναι χρηστοῖς εὐφρανθήσεται; Οὐκ ἀεὶ τῷ φόβῳ τῆς μεταβολῆς ταραττόμενος, ἀνεπαίσθητον ἔχει τὴν τῶν παρόντων ἀπόλαυσιν; Ἐῶ σημεῖα, καὶ ὀνείρους, καὶ κληδόνας, καὶ τοὺς τοιούτους λήρους, πάντα ὑπὸ ματαίας συνηθείας παρατηρούμενα, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ὑποπτευόμενα. Ἀλλὰ καιρὸς ὠδίνων τὴν παῖδα καταλαμβάνει· καὶ οὐχὶ παιδὸς γένεσις, ἀλλὰ θανάτου παρουσία τὸ πρᾶγμα νομίζεται, καὶ θάνατος τῆς κυοφορούσης διὰ τοῦ τόκου ἐλπίζεται· πολλάκις δὲ καὶ τῆς πονηρᾶς ταύτης μαντείας οὐ διεψεύσθησαν, ἀλλὰ πρὶν ἑορτάσαι τὴν γενέθλιον ἑορτὴν, πρίν τινος τῶν κατ' ἐλπίδα ἀγαθῶν ἀπογεύσασθαι, εὐθὺς εἰς θρῆνον τὴν χαρὰν μεθηρμόσαντο. Ἔτι τῷ φίλτρῳ ζέοντες, ἔτι τοῖς πόθοις ἀκμάζοντες, οὔπω τῶν κατὰ τὸν βίον ἡδίστων λαβόντες τὴν αἴσθησιν, ὥσπερ τινὸς ἐνυπνίου φαντασίᾳ, πάντων εὐθέως τῶν ἐν χερσὶν ἐχωρίσθησαν. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις οἷα; Πορθεῖται μὲν ὑπὸ τῶν οἰκείων ὡς ὑπὸ πολεμίων ὁ θάλαμος· καλλωπίζεται δὲ ἀντὶ τοῦ θαλάμου διὰ τοῦ τάφου ὁ θάνατος· ἀνακλήσεις ἐπὶ τούτων ἀνόνητοι, καὶ μάταιοι χειρῶν κρότοι· ἀναμνήσεις τοῦ προτέρου βίου, κατάραι κατὰ τῶν συμβουλευσάντων τὸν γάμον, μέμψεις κατὰ τῶν μὴ κωλυσάντων φίλων· ἐν αἰτίᾳ πολλῇ οἱ γονεῖς, ἄν τε περιόντες τύχωσιν, ἄν τε καὶ μή· ἀγανάκτησις κατὰ τῆς

B Si igitur hæc, cæteraque hujusmodi secum quis animo reputarit, num jucunde vivet? Num in iis quæ ipse bona possidet fiduciam spemque ponet, quasi illa perpetuo maneant? Nonne ex his exploratum habet, se veluti insomniorum fallaciis incertum fore, nihil in iis, quæ ad hanc vitam pertinent, se fidei habiturum, cum in eas res, quæ videntur esse, tanquam in alienas incumbat? Jam plane intelligis, si rerum, quæ sunt, aliquam rationem tenes, nihil eorum quæ in hac vita speciem aliquam præbent ita, ut est, videri, sed omnia ex opinionis errore diversa sese nobis ostendere; spe eos illudendo, qui illis intenti sunt, occultandoque sese specie quadam eorum quæ videntur, dum evestigio in commutationibus aliquid aliud compertum C sit præter hominum spem, quæ stultis errore quodam innascitur. Ergo qua voluptate ei, qui hæc ratione secum cogitat, digna videntur? Num vitæ jucunditates is vere sentiet, qui hæc intelligit, et iis rebus, quas putat in bonis habere, omnino gaudebit? non vicissitudinis perpetuo metu affectus, gustum, qui ex his rebus capitur, sine sensu voluptatis habebit? Prætereo signa, prodigia, somnia, vaticinationes, cæterasque id generis ineptias: quæ omnia stulta hominum consuetudine observata in pejorem partem conjecturam trahunt. Sed tempus pariendi instat, laborat puella e dolore; neque pueri ortus, sed quia mors tum imminet, hoc negotium putatur: mors enim prægnantis propter incertum partus exitum timetur; eosque sæpe hæc D mala divinatio non fefellit: ante vero quam diem natalem egerint, bonumque ullum, quod in spe esset, degustarint, omne gaudium in mœrorem repente commutarunt. Præterea qui amore flagrant neque dum rerum, quæ in vita jucundissimæ sunt, quasi specie voluptatis aliqua in somnis oblata, sensum ceperunt: hi ab omnibus, quæ in manibus tenent, subito divelluntur. Ad hæc illud etiam, quod eorum cubiculum a domesticis, ut ab hostibus, diripitur: cubiculique loco funeris exsequiæ exornantur: insanæ in his lamentationes ac plangores, inanes manuum percussiones anteactæ vitæ com-

memorationes, diræ detestationes eorum qui nuptias suaserunt: querelæ gravissimæ de amicis, qui non prohibuerunt: in magna culpa parentes, si adsunt, sin minus, stomachatio et deploratio humanæ vitæ, naturæque omnis reprehensio, et contra Dei ipsius providentiam criminationes et accusationes multæ: secum pugnæ, bellum cum iis qui adhortati sunt: nullis aut verbis aut rebus insulsissimis abstinent. Quos enim perturbatio mentis superaverit, et qui præ dolore sæpe mente deseruntur, pejori termino eorum tragœdia sæpe conclusa est, cum dolori resistere minus potuerint.

A ἀνθρωπίνης ζωῆς, κατηγορία πάσης τῆς φύσεως, κατ' αὐτῆς τῆς θείας οἰκονομίας μέμψεις πολλαὶ καὶ ἐγκλήματα, μάχη πρὸς ἑαυτὸν, πόλεμος κατὰ τῶν νουθετούντων· οὐδεὶς τῶν ἀτοπωτάτων ὄκνος, οὔτε ῥημάτων, οὔτε πραγμάτων. Πολλάκις δὲ, οἷς ἂν ὑπερσχῇ τὸ πάθος, καὶ περισσοτέρως καταποθῇ ὁ λογισμὸς ὑπὸ τῆς λύπης, εἰς πικρότερον πέρας ἡ τραγῳδία κατέληξεν, οὐδὲ τοῦ περιλειφθέντος ἐπιβιῶναι τῇ συμφορᾷ δυνηθέντος.

Sed hæc mittamus, ponamus meliora, laborum in pariendo periculum fugit, natus est ei scitus puer, imago ipsa parentum formæ. Vides profecto quanto in bono tibi ex argumento ratione gratificetur oratio. Quid? Estne propterea deplorandi materia imminuta, an non potius adaucta? Nam cum superiores illi formidines sustinent, tum hanc etiam filii causa assumpserunt; metuunt enim, ne quid in educatione rei acerbæ accidat, ne qua communis mala fortuna impendeat, neve fortuitus aliquis casus aut morbum, aut febrim, aut periculum ei aliquod importet. Atque hæc quidem utriusque communia; illa vero, quæ uxoris sunt propria, quis commemoret? ut prætereamus ea quæ in promptu sunt, atque omnibus notissima, veluti prægnantis molestias, pariendi periculum, educationis labores, et quamdam denique cordis ipsius præ amore filii quasi convulsionem. Si vero complurium liberorum mater est, ejus animus in totidem curas distrahitur, quot illi numero sunt, tanquam, quæ illis accidant, ipsius visceribus infixa plane hæreant. Hæc autem, quæ perspecta omnes habent, quis oratione complectatur? Sed quando illa ex divino præcepto non est sui juris, verum ab ejus voluntate, in cujus arbitrio propter nuptias est, omnino pendet: si exiguo tempore est ab eo relicta, quasi capite a se convulso solitudinem ferre non potest, et tanquam vitæ solitudinem, viduitatemque exiguam viri separationem interpretatur, continuo metus efficit, ut in nulla sit rerum exspectatione meliorum. Atque eam ob causam oculus ejus plenus perturbationis ac formidinis in ædium aditum ostiumque conjectus est; aures autem susurrationes obloquentium observant; rerumque terribilium metu perculsum cor ejus disrumpitur: ante vero quam rerum novarum aliquid allatum sit, ostii vel solus concrepitus, sive factus, sive cogitatione comprehensus, quasi malarum rerum nuntius evestigio ejus animum commovit: fortasseque nihil absenti marito adversi accidit, aut metu dignum; sed animi consternatione, nullo accepto nuntio, mentem a jucundis rebus ad contraria convertit. Hæc est felicium hominum vita, non valde scilicet digna: non enim cum virginali libertate comparatur. Atqui multa, quæ graviora sunt, percurrens prætérit oratio. Nam sæpe illa cum adolescentula est, atque in sponsæ splendore elucet, fortasseque adhuc sponsi adventu rubet, et pudens limis aspe-

Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο· ὑποθώμεθα δὲ τὰ βελτίω, ὅτι καὶ διέφυγε τῶν ὠδίνων τὸν κίνδυνον, καὶ γέγονεν αὐτοῖς παῖς, αὐτὸ τῆς ὥρας τῶν γεννησαμένων τὸ ἀπεικόνισμα. Τί οὖν; ἠλαττώθη διὰ τούτων ἡ τοῦ B λυπεῖσθαι ὑπόθεσις; ἢ οὐχὶ καὶ προσθήκας μᾶλλον ἐδέξατο; Τούς τε γὰρ προτέρους ἔχουσι φόβους, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ τέκνου προσέλαβον, μή τι συμβῇ περὶ τὴν ἀνατροφὴν ἀηδές· μή τις πονηρὰ συντυχία· μή τι σύμπτωμα τῶν ἀβουλήτων, ἢ πάθος, ἢ πήρωσιν, ἢ κίνδυνον ἐπαγάγῃ τινά. Καὶ ταῦτα μὲν ἀμφοτέρων κοινά· τὰ δὲ τῆς γαμετῆς ἴδια, τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο; Ἵνα γὰρ ἐάσωμεν τὰ πρόχειρα ταῦτα καὶ πᾶσι γνώριμα, τὸ τῆς κυοφορίας ἄχθος, τὸν ἐν ταῖς ὠδῖσι κίνδυνον, τὸν ὑπὲρ τῆς ἀνατροφῆς πόνον, τὸ τὴν καρδίαν αὐτῆς τῷ τεχθέντι συναποσχίζεσθαι· κἂν πλειόνων γενήσηται μήτηρ, εἰς τοσαῦτα κατατέμνεσθαι αὐτῆς τὴν ψυχὴν, ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν τέκνων ἐστίν· τὸ τῶν συμβαινόντων ἐκείνοις τὴν αἴσθησιν ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις δέχεσθαι· καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα γνώ- C ριμα πᾶσιν ὄντα τί ἄν τις λέγοι; Ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸ θεῖον λόγιον, οὐχ ἑαυτῆς ἐστι κυρία, πρὸς δὲ τὸν διὰ τοῦ γάμου κυριεύσαντα τὴν ἀποστροφὴν ἔχει, κἂν πρὸς ὀλίγον αὐτοῦ μονωθῇ, ὡς τῆς κεφαλῆς διεζευγμένη, οὐ φέρει τὴν μόνωσιν, ἀλλὰ μελέτην τινὰ τῆς ἐν τῇ χηρείᾳ ζωῆς, καὶ τὴν ἐν ὀλίγῳ τοῦ ἀνδρὸς ἀναχώρησιν οἰωνίζεται. Εὐθὺς ὁ φόβος ἀπόγνωσιν ἐμποιεῖ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν ὀφθαλμὸς περὶ τὴν εἴσοδον πέπηγε, γέμων ταραχῆς καὶ πτοήσεως· ἡ δὲ ἀκοὴ τοὺς ὑπολαλοῦντας περιεργάζεται· συγκόπτεται δὲ ἡ καρδία μαστιζομένη τῷ φόβῳ, καὶ πρίν τι προσαγγελθῆναι νεώτερον· καὶ μόνον ψόφος πρὸ τῶν θυρῶν ἢ ὑπονοηθεὶς, ἢ γενόμενος, ὥσπερ τις ἄγγελος κακῶν ἐξαίφνης τὴν ψυχὴν διεκλόνησεν. Καὶ τὰ μὲν ἔξω, δεξιὰ τυχὸν καὶ οὐδενὸς ἄξια φόβου· φθάνει δὲ ἡ λειποθυμία τὴν ἀγγελίαν, καὶ ἀναστρέφει πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπὸ τῶν ἡδέων τὴν γνώμην. Τοιοῦτος τῶν εὐθυμούντων ὁ βίος, οὐ πάνυ γε ἄξιος· οὐ γὰρ τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς παρθενίας ἀντεξετάζεται. Καίτοι πολλὰ τῶν σκυθρωποτέρων ὁ λόγος ἐπιτρέχων κατέλιπε. Πολλάκις γὰρ κἀκείνη ἔτι νέα τῷ σώματι, ἔτι τῇ νυμφικῇ ἀγλαΐᾳ στίλβουσα, ἔτι τυχὸν ἐρυθριῶσα τοῦ νυμφίου τὴν εἴσοδον, καὶ μετὰ αἰδοῦς ὑποβλέπουσα, ὅτε καὶ θερμοτέρους εἶναι συμβαίνει τοὺς πόθους, ὑπ' αἰσχύνης πρὸς τὸ ἐκφανῆναι κωλυομένους, ἐξαίφνης χήρα, καὶ ἀθλία, καὶ ἔρημος, καὶ πάντα τὰ φευκτὰ μεταλαμβάνει ὀνόματα, καὶ τὴν τέως λαμπρὰν καὶ λευχείμονα καὶ περίβλεπτον, ἀθρόως καταμελαίνει

A προσπεσοῦσα ἡ συμφορὰ, καὶ περιβάλλει τῷ πένθει, τὸν νυμφικὸν κόσμον ἀποσυλήσασα· εἶτα ζόφος ἀντὶ τῆς ἐν παστάδι λαμπρότητος, καὶ θρηνῳδοὶ τὰς οἰμωγὰς ἐπιτείνουσαι, καὶ μῖσος κατὰ τῶν ἐπιχειρούντων πραῢνειν τὰ πάθη, ἀπέχθεια σιτίων, τηκεδὼν σώματος, κατήφεια ψυχῆς, ἐπιθυμία θανάτου, καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ θανάτου πολλάκις ἰσχύσασα. Ἐὰν δὲ καὶ παυσθῇ πως τῷ χρόνῳ ἡ συμφορὰ, πάλιν ἄλλη συμφορὰ, εἴτε ὑπάρχει τέκνα, εἴτε καὶ μή. Ὄντα μὲν γὰρ, ὀρφανὰ πάντως ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἐλεεινὰ, καὶ δι' αὐτῶν τὸ πάθος ἀνακαινίζοντα· εἰ δὲ μὴ εἴη, πρόῤῥιζον οἴχεται τὸ τοῦ κατοιχομένου μνημόσυνον, καὶ τὸ κακὸν ὑπὲρ παραμυθίαν ἐστίν. Ἐῶ τὰ ἄλλα τὰ τῆς χηρείας ἴδια. Τίς γὰρ ἂν πάντα μετὰ ἀκριβείας ἀπαριθμήσαιτο; τοὺς ἐχθροὺς, τοὺς οἰκείους· B τοὺς μὲν ἐπεμβαίνοντας τῇ συμφορᾷ· τοὺς δὲ φαιδρυνομένους τῇ ἐρημίᾳ, καὶ μεθ' ἡδονῆς βλέποντας ἐν πικρῷ ὀφθαλμῷ τὸν διαπίπτοντα οἶκον, καὶ τοὺς καταφρονοῦντας οἰκέτας, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ὅσα πάρεστιν ἀφθόνως ἐπὶ τῶν τοιούτων δυστυχημάτων ὁρᾷν· δι' ὧν αἱ πολλαὶ καὶ δεύτεραι ὑπ' ἀνάγκης πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων κακῶν παρεβάλλοντο πεῖραν, οὐκ ἐνεγκοῦσαι τῶν ἐπεγγελώντων τὴν πικρίαν, ὥσπερ ἀμυνόμεναι τοὺς λυπήσαντας τοῖς ἰδίοις κακοῖς· πολλαὶ δὲ τῇ μνήμῃ τῶν συμβεβηκότων, πᾶν ὁτιοῦν ὑπέστησαν μᾶλλον, ἢ ἐμπεσεῖν ἐκ δευτέρου τῇ τῶν συμφορῶν ὁμοιότητι. Καὶ εἰ βούλει μαθεῖν τὰ δυσχερῆ τοῦ κοινοτέρου βίου, ἄκουσον οἷα λέγουσιν αἱ τῇ πείρᾳ τὸν βίον γνωρίσασαι, ὅπως μακαρίζουσι τὴν ζωὴν τῶν ἐξ ἀρχῆς τὸν ἐν παρθενίᾳ βίον C προελομένων, καὶ μὴ διὰ συμφορᾶς μεταμαθόντων τὸ κάλλιον, ὅτι πάντων τῶν τοιούτων κακῶν ἀνεπίδεκτός ἐστιν ἡ παρθενία· οὐκ ὀρφανίαν θρηνεῖ, οὐ χηρείαν ὀδύρεται· ἀεὶ σύνεστι τῷ ἀφθάρτῳ νυμφίῳ· ἀεὶ ἐπαγάλλεται τοῖς τῆς εὐσεβείας γεννήμασι· τόν τε οἶκον τὸν ἀληθῶς ἴδιον πᾶσι καλλίστοις ὁρᾷ διηνεκῶς εὐθηνούμενον, διὰ τὸ παρεῖναι καὶ ἐνοικεῖν ἀεὶ τὸν τοῦ οἴκου Δεσπότην· ἐφ' ἧς ὁ θάνατος οὐ χωρισμὸν, ἀλλὰ συνάφειαν τοῦ ποθουμένου ποιεῖ· ὅταν γὰρ ἀναλύσῃ, τότε σὺν Χριστῷ γίνεται, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος.

D Ἀλλὰ καιρὸς ἂν εἴη, ἐπειδὴ τὰ τῶν εὐθυμούντων ἐκ μέρους ἐξήτασται, καὶ τοὺς ἑτέρους ἐποπτεῦσαι βίους τῷ λόγῳ, οἷς καὶ πενίαι, καὶ δυσκληρίαι, καὶ λοιπαὶ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν συμφοραὶ παραπεπήγασιν· οἷον πηρώσεις τε καὶ νόσοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ συγκεκλήρωται· ἐν οἷς ἅπασιν ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν ζῶν, ἢ διαφεύγει τὴν πεῖραν, ἢ ῥᾷον διαφέρει τὴν συμφορὰν, συγκεκροτημένην ἔχων περὶ αὐτὸν τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς οὐδὲν ἄλλο ταῖς φροντίσι περιελκόμενος. Ὁ δὲ πρὸς γυναῖκα καὶ τέκνα μεμερισμένος, οὐδὲ σχολὴν ἄγει πολλάκις

A ciat: quandoquidem cum animi cupiditates pudore quodam comprimuntur, quo minus sese ostendant, acriores fieri contingit: tum de improviso viduitas, ærumna, solitudo: quæve horribilia sunt, nomina sibi imponit, et ecce, quæ lauta modo erat amictu candido ornatuque insigni, repente quæ incidit calamitas eam pulla veste, atroque habitu induit, dilaceratoque sponsæ ornatu, in luctum illam et squalorem conjicit; deinde pro luce in nuptiali cubiculo caligo et tenebræ, luctus, lamentabiles ploratus atque odium in eos qui dolorem lenire conantur; cibique abstinentia, corporis tabes, contractio demissioque animi, mortis cupiditas, quæ sæpe ad ipsam usque mortem perdurat. Sin autem aliquo modo fit ut tempore mitigetur calamitas, B rursum alia exoritur ærumna, sive liberos habet, sive caret. Etenim si habet, orbi omnino sunt, propterea commiseratione digni, atque ex his ipsis doloris affectus renovatur; sin omnino caret, mortui memoria funditus tollitur, graviusque est solatio malum. Reliqua, quæ sunt viduitatis propria incommoda, omitto. Quotus enim quisque est, qui omnia accurate enumeret? ut inimicos domesticos, tum eos qui in calamitatem incidunt, tum illos qui ea solitudine gaudent, sensuque quodam oculorum iniquo, et cum voluptate labentem domum, servosque omnia negligentes aspiciunt, cunctasque alias res adversas, quas multas in iis quidem cernere licet: quarum causa non paucæ mulieres, cum eas C deridentium iniquitatem non ferrent, ex necessitate iterum se similium malorum periculo objecerunt, quasi malis suis pœnas petierint ab iis, a quibus dolorem acceperint. Complures vero superiorum malorum recordatione quidvis sustinere, ac perpeti maluerunt, quam in similes rursus calamitates incurrere. Sin autem communes hujus vitæ difficultates cognoscere cupis, velim audias quæ commemorent mulieres, quæ illud vitæ genus expertæ cognoscunt, quam beatissimas eas esse quæ virginalis vitæ rationem delegerunt, neque ex ulla calamitate, quid melius esset, didicerunt, quoniam ab omnibus his malis vacua est virginitas; non orbitatem luget, non viduitatem lamentatur, unaque semper est cum incorrupto sponso, et fructibus pietatis perpetuo gaudet, ac domum vere propriam omni rerum optimarum genere continenter institutam videt, propterea quod harum ædium Dominus una semper est atque incolit, ubi non sejunctionem, sed conjunctionem cum eo, cujus desiderio tenetur, mors efficit; cum enim dissolvitur, inquit Apostolus [1], tum est cum Christo.

D Sed quoniam quæ ad lætos homines pertinent, sunt aliqua ex parte a nobis indagata, tempus jam est, ut hac oratione cæteras vitæ rationes persequamur, quæ paupertatibus, rebus adversis, reliquisque malorum humanorum sunt implicatæ pestibus: quales omnino sunt febres, morbi, et quæcunque id generis humanæ vitæ acciderunt: quorum omnium periculum aut declinat, aut eorum calamitatem æquius fert is, qui sibi vivit, utpote cum omnis ejus mentis cogitatio in ipso hæreat, neque alienarum rerum curis abstrahatur. Qui vero uxo-

[1] Philipp. 1, 23.

ris ac liberorum cogitatione detinetur, propter rerum sibi charissimarum curam, quæ in alienis malis animum occupat, sæpe nec otium quidem is habet ut suis ipse doleat incommodis. Sed fortasse supervacaneum est hæc commemorare, quæ exploratissima sunt: etenim si tantus labor, tantave miseria cum iis conjuncta est, quæ in rebus optimis esse videntur, quid aliquis de rebus contrariis opinabitur, quandoquidem est veritate inferior omnis illa sermonis explicatio, qua quis hanc vitam ob oculos omnium ponere conatur? Attamen multas fortasse hujus vitæ injucunditates ex paucis demonstrari licet: quoniam quibus hoc vitæ genus contingit, si comparentur cum iis, qui beati esse videntur, e rebus contrariis dolorem ac mœstitiam capiunt. Nam his qui gaudenti sunt animo, aut exspectata, aut quæ jam instat mors perturbationem affert; illis vero calamitas est dilatio mortis: vitaque eorum inter se contraria est, quasique interjecto diametro distat: utriusque tamen imbecillitas animi eodem termino commiscetur. Quamobrem multiplex et varia est copia malorum, quæ a nuptiis exsistunt: dolorem enim liberi nati æque important, ac non nati; et rursus tam vivi, quam mortui. Hic enim liberorum multitudine gaudet, cum non satis habeat unde alat; ille vero hærede caret facultatum suarum, in quibus maxime elaboravit: atque unius quidem bona fortuna alterius calamitatem efficit, cum sibi uterque illud evenire velit, quo alterum cruciari videt. Ac huic mortuus est suavissimus puer: illi superat prodigus. Uterque sane commiseratione dignus: unus quidem filii mortem, alter vero vitam luget. Præterea quibus affectibus et calamitatibus suspiciones, et rixæ, vel ex rebus veris, vel e falsis cogitationibus exortæ terminentur. Quis enim omnia diligenter narrare posset? Tu vero si scire vis, ut his rebus vita sit hominum implicata, ne mihi repetas antiquas narrationes, quæ poetis fabularum argumenta præbuerunt; nam propter incredibilem quamdam insulsitatem fabulæ illæ quidem putantur: in his enim liberorum cædes, ac voracitates, fratrum trucidationes, virorum neces, matrum interemptiones, nefarii coitus, et varia denique naturæ perturbatio, cujus commemorationem ii, qui vetera narrant, a nuptiis exordiuntur, hujusmodique calamitatibus narrationem ipsam concludunt. Verum omnibus his prætermissis, tu velim in hujus vitæ theatro tragœdias spectes, quarum omnino ministræ hominibus nuptiæ sunt. Veni ad judicia, pertracta de his leges, invenies in illis res de nuptiis nefarias: quemadmodum enim, cum medicos de variis morbis disserentes audieris, animadverterisque quibus, quotve morbis corpus humanum affici potest, illius miserias cognoscis: ita ex legibus, cum perspicias multa, et varia, quæ in nuptiis scelera committuntur, quorum pœnæ legibus ipsis definiuntur, accurate intelligis, quæ sunt nuptiarum propria: neque enim aut medicus eos, qui non sunt, morbos curat, nec delicta item, quæ non committuntur, leges puniunt.

A τοῖς ἰδίοις ἐπιστενάξαι κακοῖς, τῆς τῶν φιλτάτων φροντίδος τὴν καρδίαν περιεχούσης. Ἢ τάχα περιττόν ἐστι τοῖς ὁμολογουμένοις ἐνδιατρίβειν τῷ λόγῳ· εἰ γὰρ τοῖς δοκοῦσι καλοῖς τοσοῦτος πόνος καὶ ταλαιπωρία συνέζευκται, τί ἄν τις περὶ τῶν ἐναντίων στοχάσαιτο; Ὅπου πᾶσα λόγου ὑπογραφὴ τῆς ἀληθείας ἐλάττων ἐστὶ, τὸν βίον αὐτῶν ὑπ' ὄψιν ἀγαγεῖν ἐπιχειροῦσα. Ἀλλ' ἔστιν ἴσως δι' ὀλίγου τὸ πολὺ τῆς κατὰ τὴν ζωὴν ἀηδίας ἐνδείξασθαι, ὅτι ἐναντίως πρὸς τοὺς εὐημερεῖν δοκοῦντας συγκεκληρωμένοι τῷ βίῳ, καὶ τὰς λύπας ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἔχουσι. Τοῖς μὲν γὰρ εὐθυμοῦσι ταράσσει τὸν βίον ὁ προσδοκώμενος ἢ καὶ παραγινόμενος θάνατος, τούτοις δὲ συμφορά ἐστιν ἡ ἀναβολὴ τοῦ θανάτου· καὶ ὁ μὲν βίος αὐτοῖς πρὸς τὸ ἐναντίον διέστηκεν, ἡ δὲ ἀθυμία B πρὸς τὸ αὐτὸ πέρας ἀμφοτέροις συμφέρεται. Οὕτω πολύτροπός ἐστι καὶ ποικίλη τῶν ἐκ τοῦ γάμου κακῶν ἡ χορηγία· λυποῦσι γὰρ ὁμοίως καὶ γινόμενοι παῖδες καὶ μὴ ἐλπιζόμενοι· καὶ πάλιν ζῶντες καὶ ἀποθνήσκοντες. Ὁ μὲν γὰρ εὐθηνεῖται παισὶν, οὐδὲ τροφῆς ἔχων ἱκανῶς· τῷ δὲ οὐχ ὕπεστιν ὁ τοῦ κλήρου διάδοχος ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἐμόχθησεν, καὶ ἐν ἀγαθῶν μοίρᾳ τὴν τῶν ἀλλοτρίων ποιεῖται συμφοράν· ἑκάτερος αὐτῶν ἐκεῖνο γενέσθαι βουλόμενος, ἐφ' ᾧ δυσφοροῦντα βλέπει τὸν ἕτερον. Ὧ μὲν γὰρ τέθνηκεν ἠγαπημένος παῖς, ᾧ δὲ ἐπεβίω ὁ ἄσωτος· ἐλεεινοὶ δὲ ἀμφότεροι· ὁ μὲν τὸν θάνατον τοῦ παιδὸς, ὁ δὲ τὴν ζωὴν ὀδυρόμενος. Ἐῶ ζηλοτυπίας καὶ μάχας, εἴτε ἐξ ἀληθῶν πραγμάτων, εἴτε ἐξ ὑπονοιῶν συνισταμένας, εἰς οἷα πάθη καὶ συμφορὰς καταλήγουσι. Τίς C γὰρ ἂν πάντα μετὰ ἀκριβείας ἀπαριθμήσαιτο; Σὺ δὲ εἰ βούλει μαθεῖν, ὅπως ἐμπέπλησται τῶν τοιούτων κακῶν ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ, μή μοι ἀναλάβῃς τὰ παλαιὰ διηγήματα, ἃ τοῖς ποιηταῖς τῶν δραμάτων τὰς ὑποθέσεις ἔδωκε· μῦθοι γὰρ ἐκεῖνα διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτοπίας νομίζονται, ἐν οἷς παιδοφονίαι, καὶ τεκνοφαγίαι, φόνοι τε ἀνδρῶν, καὶ μητροκτονίαι, καὶ ἀδελφῶν σφαγαὶ, καὶ μίξεις παράνομοι, καὶ ἡ παντοδαπὴ τῆς φύσεως σύγχυσις· ἣν οἱ τὰ ἀρχαῖα διηγούμενοι ἀπὸ γάμων ἀρχόμενοι τῆς ἀφηγήσεως, εἰς τὰς τοιαύτας συμφορὰς καταλήγουσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνα πάντα καταλιπὼν, θεώρησον ἐπὶ τῆς παρούσης τοῦ βίου σκηνῆς τὰς ἐν αὐτῷ τραγῳδίας· ὧν χορηγὸς γίνεται τοῖς ἀνθρώποις ὁ γάμος. Ἐλθὲ ἐπὶ τὰ δικαστήρια, ἀνάγνωθι τοὺς περὶ τούτων νόμους, ἐκεῖ D κατόψει τὰ τῶν γάμων ἀπόῤῥητα. Ὥσπερ γὰρ ὅταν ἰατρῶν ἀκούσῃς τὰ ποικίλα πάθη διεξιόντων, τὴν ἀθλιότητα μανθάνεις τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος, οἵων καὶ ὅσων κακῶν δεκτικόν ἐστι διδασκόμενος· οὕτως ἐπειδὰν τοῖς νόμοις ἐντύχῃς, καὶ γνῷς τὰς πολυτρόπους τῶν γάμων παρανομίας, καθ' ὧν ἐκεῖνοι τὰς τιμωρίας ὁρίζουσιν, ἀκριβῶς διδάσκῃ τοῦ γάμου τὰ ἴδια. Οὔτε γὰρ ἰατρὸς τὰ μὴ ὄντα θεραπεύει πάθη, οὔτε νόμος τὰ μὴ γινόμενα θεραπεύει κακά.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅτι πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον ἄτοπα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ γάμου ἔχει· ἐν ᾧ καὶ οἷος ὁ κατὰ ἀλήθειαν ἀποταξάμενος τῷ βίῳ ἐστίν.

Μᾶλλον δὲ τί χρὴ μικρολόγως τοῦ τοιούτου βίου τὴν ἀτοπίαν ἐλέγχειν, ἐν μόναις μοιχείαις, καὶ διαστάσεσι, καὶ ἐπιβουλαῖς περιορίζοντας τὴν τῶν συμφορῶν ἀρίθμησιν; δοκεῖ γάρ μοι τῷ ὑψηλοτέρῳ καὶ ἀληθεστέρῳ λόγῳ, πᾶσα ἡ τοῦ βίου κακία, ἡ πᾶσι πράγμασι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἐνθεωρουμένη, μηδεμίαν εὑρίσκειν ἀρχὴν κατὰ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς, εἴ τις ἑαυτὸν μὴ ὑπαγάγοι τῇ ἀνάγκῃ τοῦ βίου τούτου. Οὕτω δὲ ἡμῖν ἡ ἀλήθεια τοῦ λόγου φανερωθήσεται. Ὁ τὴν τοῦ βίου τούτου ἀπάτην κατανοήσας καθαρῷ τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ, καὶ ὑψηλότερος τῶν ἐνταῦθα σπουδαζομένων γενόμενος· καὶ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καθάπερ τινὰ δυσώδη σκύβαλα πάντα περιορῶν, καὶ τρόπον τινὰ τοῦ βίου παντὸς διὰ τῆς τοῦ γάμου ἀναχωρήσεως ἑαυτὸν ἐξοικίσας, οὐδεμίαν ἔχει κοινωνίαν πρὸς τὰ κακὰ τὰ ἀνθρώπινα· πλεονεξίαν λέγω καὶ φθόνον, ὀργήν τε καὶ μῖσος, καὶ κενῆς δόξης ἐπιθυμίαν, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιούτου γένους ἐστίν. Πάντων δὲ τῶν τοιούτων τὴν ἀτέλειαν ἔχων, καὶ διὰ πάντων ἐλευθεριάζων καὶ εἰρηνεύων τῷ βίῳ, οὐκ ἔστιν ἐφ' ᾧτε φιλονεικήσει τοῖς γειτνιῶσι τὸν φθόνον, οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἁπτόμενος, οἷς ὁ φθόνος ἐν τῇ ζωῇ περιφύεται· παντὸς γὰρ τοῦ κόσμου τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ὑπεράρας, καὶ μόνον τίμιον ἑαυτῷ κτῆμα νομίζων τὴν ἀρετὴν, ἄλυπόν τινα καὶ εἰρηνικὸν καὶ ἄμαχον βιοτεύσει βίον. Τῆς γὰρ ἀρετῆς ἡ κτῆσις, κἂν πάντες μετέχωσιν αὐτῆς ἄνθρωποι, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος, ἀεὶ πλήρης τοῖς ἐπιθυμοῦσίν ἐστιν· οὐ κατὰ τὴν ἐπὶ γῆς κτῆσιν, ἣν διαιροῦντες εἰς τμήματα, ὅσον ἂν προσθῶσι τῇ μιᾷ μερίδι, τοσοῦτον ὑφείλοντο τῆς ἑτέρας, καὶ πλεονασμὸς τοῦ ἑνὸς, ἐλάττωσίς ἐστι τοῦ συμμετέχοντος. Ὅθεν καὶ αἱ περὶ τοῦ πλείονος μάχαι, διὰ τὸ πρὸς τὸ ἐλαττοῦσθαι μῖσος τοῖς ἀνθρώποις συνίστανται· ἐκείνου δὲ ἀνεπίφθονός ἐστιν ἡ πλεονεξία τοῦ κτήματος, καὶ ὁ τὸ πλεῖον ἁρπάσας, οὐδεμίαν ἤνεγκε ζημίαν τῷ μετασχεῖν ἀξιοῦντι τῶν ἴσων· ἀλλ' ὅσον ἐστί τις χωρητικὸς, αὐτός τε πληροῦται τῆς ἀγαθῆς ἐπιθυμίας, καὶ ὁ πλοῦτος τῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν οὐ καταναλίσκεται. Ὁ τοίνυν πρὸς τοῦτον ἀποβλέπων τὸν βίον, καὶ τὴν ἀρετὴν ἑαυτῷ θησαυρίζων, ἣν οὐδεὶς ὅρος ἀνθρώπινος περιγράφει, ἆρα καταδέξεταί ποτε πρός τι τῶν ταπεινῶν καὶ πεπατημένων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐπικλῖναι; ἆρα θαυμάσεται τὸν γήϊνον πλοῦτον, ἢ δυναστείαν ἀνθρωπίνην, ἢ ἄλλο τι τῶν ὑπ' ἀνοίας σπουδαζομένων; Εἰ μὲν γάρ τις ἔτι περὶ ταῦτα διάκειται ταπεινῶς, ἔξω τοῦ τοιούτου ἂν εἴη χοροῦ, καὶ οὐδὲν πρὸς τὸν ἡμέτερον ἕξει λόγον· εἰ δὲ τὰ ἄνω φρονεῖ, καὶ συμμετεωροπορεῖ τῷ Θεῷ, ὑψηλότερος πάντως τῶν τοιούτων ἐστὶν, οὐκ ἔχων τὴν κοινὴν ἀφορμὴν τῆς περὶ ταῦτα πλάνης, τὸν γάμον λέγω· τοῦ γὰρ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους θέλειν εἶναι, τὸ χαλεπὸν τοῦτο πάθος, ἡ ὑπερηφανία, ὃ δὴ μάλιστα σπέρμα

CAPUT IV.

Quæcunque in hac vita eveniunt absurda, initium ab nuptiis habent. Qualis item esse debeat is qui hujus se vitæ societate abduxerit.

At vero quid hujus vitæ absurditatem brevi oratione præstringere nos oportet, qui adulteriis, dissidiis, dissensionibus, atque insidiis calamitatum enumerationem terminemus? veriori enim ratione mihi omnis vitæ improbitas, quæ et cunctis in rebus, et studiis cernitur, nullum in hominum vita imperium habere videtur, nisi quis hujusmodi vitæ necessitatem sibi ipse imponat. Atque hoc quidem modo hujus orationis veritas nobis aperietur. Qui hujus vitæ fraudes puro mentis sensu animadvertit, et altius a rebus, quæ hic expetuntur, se tollit, omniaque, ut est apud Apostolum, quasi putida stercora despicit [2], atque ab omni vitæ consuetudine, repudiatis nuptiis, quodam modo se removit; nullum omnino habet cum humanis vitiis, avaritia, inquam, invidia, odio, gloriæque cupiditate commercium, neque cum cæteris, quæ id generis sunt. Qui enim ab omnibus his vacuus atque omnino liber est, et quiete vivit, nihil sane est, in quo plus habere contendat, aut contra se alicujus rei gratia vicinorum invidiam commoveat, cum nihil earum sit rerum assecutus, ex quibus in hac vita concitetur invidia; nam qui ab omnibus humanis rebus animum suum superando abduxit, et virtutem solam, quæ magno a se æstimetur, possessionem sibi statuit, hic ab omni certe dolore vacuam, quietam, atque otiosam vitam deget: virtutis enim possessio, etsi homo pro virili quisque aliquam ejus partem tenet, appetentium tamen cupiditates semper explet, non ut aliqua soli possessio, quam qui in partes dividunt, quantum uni parti addunt, tantum de altera detrahunt, atque ita quod uni redundat, id plane deest alteri, qui socius est. Unde de majori cumulatiorique parte contentiones exsistunt; ex eo enim, quod imminutio facta est, conflatum est odium, virtutis vero si quis majorem partem occupavit, ab invidia vacuus est, neque vero qui plus ab ea rapuit, ullum ei detrimentum importavit, qui æquas partes ferre dignum se esse ducit; sed, ut quisque capax est, ita et recta cupiditate expletur, et rebus iis, quas supra meminimus, non exhauriuntur virtutum divitiæ. Itaque hanc vitam qui intuetur, atque in virtute, quæ nulla hominum definitione describitur, omnes sibi thesauros constituit, an unquam ad res ullas humiles, et caducas animum suum proclivem ferri patietur? An terrenas divitias, an hominum opes, et potentiam, an aliud quidpiam eorum, quæ præ stultitia expetuntur, is admirabitur? Etenim si quis ita humili est, et abjecto animo, ut ad hæc ipsa afficiatur, is utique est ab hoc cœtu alienus, nihilque ad nostrum sermonem. sin

[2] Philipp. III, 8.

autem cœlestia cogitat, divinaque simul cum Deo contemplatur, ad sublimiores hic omnino res relictis humilibus contuetur, cum minime nuptiis vinctus sit, unde communis exsistit occasio cur in ejusmodi rerum errore quis versetur; nam cum quis vult se aliis præponere, gravissimus est hic superbiæ affectus: quem si quis semen, vel potius radicem dixerit omnis spinæ, quæ e peccato est, non a recto is aberrabit. Hic sane affectus a nuptiarum causa initium maxime habet.

Non enim potest plerumque avarus hujus vitii liberos accusare, neque item is, qui præ gloriæ aviditate insanit, neque qui honoris studio tenetur, ne hujus mali causam ad progeniem ipsam referat, ut ne iis, qui ante se nati sunt, ipse inferior videatur, et ut a posteris, aliquam de se commemorationem liberis suis relinquendo, magnus omnino existimetur: eodemque modo reliquæ, quæ sunt animi ægritudines, invidia, et odium, injuriarum recordatio, si quæ aliæ sunt, ab hac sane causa proficiscuntur. Hæc enim omnia in his una insunt, qui hanc vitam attigerunt: a quibus quidem rebus qui remotissimus est, tanquam ex alta aliqua specula hominum perturbationes longe prospiciens, eorum dolet cæcitatem, qui rebus his fallacibus sese manciparuut, rerumque humanarum prosperitatem magnum aliquid esse putarunt. Cum enim hic quempiam hominem rebus, quæ in vita eveniunt, secundis florentem, honoribusque, aut opibus, aut potentia ornatum videt, eorum quidem, qui harum rerum studio efferuntur, ridet insaniam, humanæque vitæ tempus, ut a Psalmorum auctore terminus ejus certus dictus est, quam brevissimum numerat: deinde infinitis illis sæculis cum exiguo hoc vitæ spatio collatis, mollitiem ejus luget, qui ad res hujusmodi sordidas, humiles, quæque ad tempus manent, animum extollit. Quid enim causæ est, cur in iis ipsis rebus honos, quem plerique expetunt, sit beatitudine dignus? Quoniam quid iis, qui honore affecti sunt, addit honor? Atqui ea conditione natus est ut moriatur, mortalis hic manet, sive honos ei tribuatur, sive non. Aut multa jugera terræ possedisse? Ad quem optimum finem hoc perducit eos, qui ista possederunt, nisi quis demens arbitretur sua esse ea, quæ nullo pacto ad se pertinent; præ multa enim inexhausta aviditate, ut verisimile est, hoc ignorat, quod Domini est terra, et plenitudo ejus [3]. Rex enim omnis terræ Dominus; hominibus vero ut rerum, quas possident, domini appellentur, falso hoc illis tribuit avaritiæ affectus. Terra enim, inquit sapiens Ecclesiastes [3*], in æternum stetit, omnibus ætatibus suppeditans, aliosque subinde e se natos nutriens. Neque vero homines sui potestatem habent, sed ex voluntate, nutuque summi rectoris pendent: cum enim nesciunt, in hanc vitam ingrediuntur, cum autem minime volunt, ex eadem rursus exeunt: cumque vicissim nascantur et intereant, insigni stultitia

A τις εἰπὼν ἢ ῥίζαν πάσης τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀκάνθης, τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτήσεται, τοῦτο μάλιστα ἐκ τῆς αἰτίας τοῦ γάμου τὴν ἀρχὴν ἔχει.

Οὐ γάρ ἐστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸν πλεονέκτην μὴ τοὺς παῖδας ἐπαιτιᾶσθαι, ἢ τὸν δοξομανῆ καὶ φιλότιμον μὴ εἰς τὸ γένος ἀνενεγκεῖν τοῦ κακοῦ τὴν αἰτίαν· ὡς ἂν μὴ ἐλάττων δοκοίη τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονότων, καὶ ἵνα μέγας τοῖς μετὰ ταῦτα νομίζοιτο, καταλιπών τινα τοῖς ἐξ αὐτοῦ διηγήματα· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ψυχῆς ἐστιν ἀῤῥωστήματα, φθόνος, καὶ μνησικακία, καὶ μῖσος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον B ἕτερον, τῆς αὐτῆς αἰτίας ἤρτηται. Πάντα γὰρ ταῦτα τοῖς περὶ τὸν βίον τοῦτο[ν] ἐπτοημένοις συμπολιτεύεται· ὧν ὁ ἔξω γενόμενος, καθάπερ ἐπί τινος ὑψηλῆς σκοπιᾶς πόῤῥωθεν ἐποπτεύων τὰ ἀνθρώπινα πάθη, οἰκτείρει τῆς τυφλότητος τοὺς τῇ τοιαύτῃ ματαιότητι δεδουλωμένους, καὶ μέγα κρίνοντας τὴν τῆς σαρκὸς εὐπραγίαν. Ὅταν γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων ἐπί τινι τῶν κατὰ βίον ἴδῃ περίβλεπτον, ἀξιώμασιν, ἢ πλούτοις, ἢ δυναστείαις κομῶντα, καταγελᾷ τῆς ἀνοίας τῶν διὰ ταῦτα πεφυσημένων, καὶ ἀριθμεῖ τὸν μήκιστον χρόνον τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, κατὰ τὴν εἰρημένην ὑπὸ τοῦ Ψαλμῳδοῦ προθεσμίαν· εἶτα παραμετρῶν τοῖς ἀπείροις αἰῶσι τὸ ἀκαριαῖον τοῦτο διάστημα, ἐλεεῖ τῆς χαυνότητος τὸν ἐπὶ τοῖς οὕτω γλίσχροις καὶ ταπεινοῖς καὶ προσκαίροις τὴν ψυχὴν ἐπαιρόμενον. C Τί γὰρ ἄξιόν ἐστι μακαρισμοῦ τῶν ἐνταῦθα ἡ τιμὴ, τὸ παρὰ πολλοῖς σπουδαζόμενον; Ἐπεὶ δὴ τί πλέον τοῖς τετιμημένοις προστίθησι; διαμένει γὰρ θνητὸς ὁ θνητὸς, κἂν τιμᾶται, κἂν μή. Ἢ τὸ πολλὰ πλέθρα κεκτῆσθαι γῆς; Τοῦτο δὲ εἰς τί πέρας χρηστὸν καταλήγει τοῖς κτησαμένοις, ἐκτὸς τοῦ οἴεσθαι τὸν ἀνόητον ἑαυτοῦ εἶναι τὰ μηδὲν προσήκοντα; ἀγνοεῖ γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ πολλῆς λαιμαργίας, ὅτι τοῦ Κυρίου μέν ἐστιν ἡ γῆ ἀληθῶς, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Βασιλεὺς γὰρ πάσης τῆς γῆς ὁ Θεός· τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ τῆς πλεονεξίας πάθος ψευδώνυμον τῆς κυριότητος τὴν προσηγορίαν δίδωσι τῶν οὐδὲν προσηκόντων. Ἡ μὲν γὰρ γῆ, καθώς φησιν ὁ σοφὸς Ἐκκλησιαστὴς, εἰς τὸν αἰῶνα ἕστηκε, πάσαις ὑπηρετοῦσα ταῖς γενεαῖς, καὶ ἄλλοτε ἄλλους τοὺς κατ' αὐτὴν D γινομένους ἐκτρέφουσα. Οἱ δὲ ἄνθρωποι οὐδὲ ἑαυτῶν ὄντες κύριοι, ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ ἄγοντος βούλημα, ὅτε οὐκ ἴσασιν, εἰς τὴν ζωὴν περιιόντες, καὶ ὅτε μὴ βούλονται, πάλιν αὐτῆς χωριζόμενοι, ὑπὸ τῆς πολλῆς ματαιότητος κυριεύειν οἴονται αὐτῆς, οἱ κατὰ καιροὺς γινόμενοί τε καὶ ἀπολλύμενοι, τῆς ἀεὶ μενούσης. Ὁ οὖν ἐπεσκεμμένος ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο περιφρονῶν ὅσα τίμια τοῖς ἀνθρώποις νομίζεται, μόνης δὲ τῆς θείας ζωῆς ἔχων τὸν ἔρωτα, ὁ εἰδὼς ὅτι πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, πότε σπουδῆς ἄξιον τὸν χόρτον οἰήσεται τὸν σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον οὐκ ἐσόμενον; Οἶδε

[3] Psal XXIII, 1. [3*] Eccle. I, 4.

γὰρ ὁ ἐπεσκεμμένος τὰ θεῖα καλῶς, ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα μόνον οὐκ ἔχει τὸ πάγιον, ἀλλ' ὡς οὐδὲ τοῦ κόσμου παντὸς εἰς τὸ διηνεκὲς ἠρεμήσοντος, διὰ τοῦτο ὡς ἀλλοτρίας καὶ προσκαίρου ταύτης ὑπερορᾷ τῆς ζωῆς· ἐπειδὴ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, καὶ πάντα τὴν μεταστοιχείωσιν ἀναγκαίως ἐκδέχεται. Διὰ τοῦτο, ἕως ἐστὶν ἐν τῷ σκήνει, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, τὸ πρόσκαιρον ἐνδεικνύμενος, βαρούμενος τὴν παροῦσαν ζωὴν, τῷ μακρύνεσθαι αὐτῷ τὴν παροικίαν ταύτην ὀδύρεται, ὥσπερ καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ἐν ᾠδαῖς θείαις λέγων πεποίηται. Ὄντως γὰρ ἐν σκότει βιοτεύουσιν οἱ μετὰ τῶν σκηνωμάτων τούτων τῇ ζωῇ παροικοῦντες. Οὗ χάριν στενάξας ὁ Προφήτης πρὸς τὴν παράτασιν τῆς παροικίας, « Οἴμοι, » φησὶν, « ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη ! » Σκότει δὲ τὴν αἰτίαν τῆς κατηφείας ταύτης ἀνέθηκε. Τὸ γὰρ σκότος τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ *κηδὰρ* ὀνομάζεσθαι μεμαθήκαμεν· ἢ γὰρ ὡς ἀληθῶς, καθάπερ ἀορασίᾳ τινὶ νυκτερινῇ κεκρατημένοι οἱ ἄνθρωποι, οὕτω πρὸς τὴν τῆς ἀπάτης ἐπίγνωσιν ἀμβλυωποῦσιν· οὐκ εἰδότες ὅτι πάντα ὅσα τίμια ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ νενόμισται, ἢ καὶ ὅσα πρὸς τὸ ἐναντίον ὑπείληπται, ἐν μόνῃ τῇ ὑπολήψει τῶν ἀνοήτων ὑφέστηκεν· αὐτὰ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν ἐστιν οὐδαμῇ οὐδέν· οὐ δυσγένειά τις, οὐκ εὐδοκίμησις γένους, οὐ δόξα, οὐ περιφάνεια, οὐ τὰ παλαιὰ διηγήματα, οὐχ ὁ ἐπὶ τοῖς ἐνεστῶσι τῦφος, οὐ τὸ κρατεῖν ἑτέρων, οὐ τὸ ὑποχείριον εἶναι· πλοῦτοί τε καὶ τρυφαὶ, καὶ πενίαι καὶ ἀπορίαι, καὶ πᾶσαι αἱ τοῦ βίου ἀνωμαλίαι, τοῖς μὲν ἀπαιδεύτοις πάμπολυ διαφέρειν δοκοῦσιν, ὅταν ἡδονὴν ποιῶνται τῶν τοιούτων κριτήριον.

se terræ dominari credunt, quæ semper maneat. Ergo qui hæc mente intuetur, hacque de causa pro nihilo ea putat, quæ hominum vulgus in pretio, atque in honore habet, quique cœlestis vitæ solum amore ducitur, fenumque esse omnem carnem, quasique feni florem omnem hominis gloriam videt, studione dignum fenum unquam putabit, quod hodie est, cras non futurum? Qui enim divina recte contemplatur, hic animadvertit non solum res humanas nihil firmi solidique habere, sed, quasi neque universus hic mundus in perpetuum sit futurus, propterea vitam hanc quasi alienam, eamque caducam negligit: quoniam, ut voce Domini significatum est [4], cœli et terra transibunt, cunctaque formæ commutationem necessario exspectant. Quamobrem quandiu aliquis, inquit Apostolus [5], in hoc habitaculo est, mortalitatem præ se ferens, hacque vita gravatus, prorogari sibi hunc incolatum dolet, ut in divinis cantibus Psalmistes cecinit; vere enim in tenebris vivunt ii, qui in his tabernaculis vitam degunt: itaque hujus incolatus prorogationem Propheta his verbis luget: « Væ mihi, quoniam incolatus meus prolongatus est [6]! » Tenebris porro domicilii, et incolatus hujus causam tribuit: Hebræorum enim voce Cedar tenebras appellari a sapientibus didicimus; aut id quidem revera: ut enim quædam noctis caligo mortalibus offunditur, sic hi ad erroris cognitionem obcæcantur, utpote cum minime videant, quæ in hac vita summa magnificaque existimata sunt, quæve in contrariis sunt rebus habita, omnia hæc solum insana quadam hominum opinione talia exstitisse: ea vero per se nihil omnino sunt: nulla ignobilitas, nullum illustre genus, nulla gloria, nullus splendor, nullæ de majoribus commemorationes, nulla rerum præsentium animi elatio, nihilque est in alios dominari, nihilque aliorum imperio teneri: non divitiæ, non paupertas, non egestas, nullæ denique hujus vitæ inæquabiles varietates, quæ imperitis quidem hominibus, cum hi voluptatem suis sensibus metiantur, multum eminere videntur.

Τῷ δὲ ὑψηλῷ τὴν διάνοιαν πάντα ὁμότιμα φαίνεται, καὶ οὐδὲν προτιμότερον τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, τῷ ὁμοίως διὰ τῶν ἐναντίων τὸν τῆς ζωῆς δρόμον ἀνύεσθαι, καὶ ἴσην ἐν ἑκατέρᾳ τῶν λήξεων τὴν πρὸς τὸ εὖ ἢ κακῶς ζῆν δύναμιν ἐνυπάρχειν, διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων καὶ ἀριστερῶν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας· δι' ὧν ὁ μὲν κεκαθαρμένος τὸν νοῦν καὶ ἐπεσκεμμένος τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν, ὀρθῶς ὁδεύσει τὴν πορείαν, ἀπὸ γενέσεως μέχρι τῆς ἐξόδου τὸν τεταγμένον αὐτῷ χρόνον διεξερχόμενος· ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν ὁδοιπόρων συνήθειαν τοῦ πρόσω ἐχόμενος, ὀλίγον ποιεῖται τῶν προφαινομένων τὸν λόγον. Σύνηθες γὰρ τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐπὶ τὸ τῆς ὁδοῦ πέρας ὁμοίως ἐπείγεσθαι, ἄν τε διὰ λειμώνων καὶ συμφύτων χωρίων, ἄν τε δι' ἐρημοτέρων καὶ τραχυτέρων τόπων διέρχωνται, καὶ οὔτε τὸ ἡδὺ παρακατέσχεν, οὔτε τὸ ἀηδὲς ἐνεπόδισεν. Οὕτω καὶ αὐτὸς ἀμεταστρεπτὶ πρὸς τὸν προκείμενον σκοπὸν ἑαυτῷ ἐπειχθήσεται, πρὸς οὐδὲν τῶν παροδίων ἐπιστρεφόμενος· ἀλλὰ πρὸς μόνον οὐρανὸν βλέπων διαπεράσει τὸν

At vero qui magno altoque est animo, omnia hæc paria esse, neque rem unam alteri præstare putat, quoniam ex rebus inter se contrariis vitæ cursus æque conficitur, æqualisque in utraque vitæ conditione et bene et male vivendi inest facultas; tam ex rebus dextris, inquit Apostolus, quam sinistris, et æque ex gloria, atque ex aliqua ignominia: in quibus quidem rebus is, qui pura mente fuit et incorrupta, rerum veritatem intuitus est, ab ortu usque ad obitum præfinitum sibi tempus percurrendo, recta hunc ipsum vitæ cursum conficit, cum neque voluptatum blanditiis molliatur, neque rebus gravibus debilitetur ac deprimatur, sed viatorum more longius progressus, parvam earum rerum, quæ se illis ostendunt, rationem habet. Illud enim in consuetudine eorum est qui peregrinantur, ut sive pratis, sive cultis agris, sive vastis desertisque locis iter faciant, neque rei ullius oblectatione, neque re aliqua molesta impediti, itineris

[4] Matth. xxiv, 35. [5] II Cor. v, 4. [6] Psal. cxix. 5.

cursum conficere maturent. Parique ratione hic nec diverticula, neque viarum flexiones respiciendo, ad illud quod sibi maxime propositum est, omnino perveniet, sed in cœlum solum contuendo, hunc vitæ cursum, tanquam aliquis optimus gubernator, conficiet, qui cœleste aliquod sidus intuendo ad id navis cursum dirigit. Ille vero, cui obtusior est mentis acies, inferiora respicit, et ad corporis voluptates, tanquam ad pabulum pecudes, animum adjicit, ventrique soli, cæterisque ventris vitium consequentibus rebus deditus vivit; quive a vita divina aversus, et a testamentorum promissis alienus, nihil aliud in bonis esse putat, nisi cum quis in corporis voluptate est, hic profecto, et omnis homo, qui in eo numero est, in tenebris, ut divinis Litteris scriptum est[6*], ambulat, cum in vita hujusmodi mala introducat: in his enim avaritia, animi impotentia, immodica ad voluptates affectio, imperii cupiditas, inanis gloriæ appetitio, ac reliqua inest earum quæ sunt hominibus contubernales, perturbationum multitudo. Ex his enim morbis, alter quodam modo alterius vinculo tenetur, et cui unus ex his accedit, reliqui quasi naturali quadam necessitate compulsi, ad eum concurrunt: id quod in catena fieri videmus: ejus enim principio attracto, neque reliqui illius orbes consistere possunt, sed ultimus catenæ orbis cum primo simul motus est, cum ex eorum perpetuo ordine qui simul annexi sunt circulis, a primo motio ipsa progrediatur: ita humani affectus impliciti inter se atque connexi sunt, sæpeque fit, ut, cum unus imperaverit, reliqua item morborum turba animum invadat. Atque si hæc quidem ipsa quasi malorum catena tibi explicetur necesse est, fac esse quempiam, qui præ voluptate quadam sit inanis gloriæ affectu superatus; est huic sane inanis gloriæ cupiditati adjuncta etiam appetitio quædam, ut plus is assequatur: quoniam non potest quis plus habendi cupiditate teneri, nisi hujus affectus dux et comes quædam sit gloriæ aviditas; deinde appetitio hæc, qua quis afficitur, ut et opum, et dignitatis amplitudine cæteris ipse antistet, vel in æquales concitat iram, vel superbiam in inferiores, vel in superiores invidiam, cujus socia est simultas: hujus vero comes acerbitas, quam odium quoddam hominum consequitur: at horum omnium postremum est damnatio, in gehennam, tenebras, atque ignem desinens.

A βίον, καθάπερ τις κυβερνήτης ἀγαθὸς πρὸς τὸν ἄνω σκοπὸν διευθύνων τὸ σκάφος. Ὁ δὲ παχὺς τὴν διάνοιαν, καὶ κάτω βλέπων, καὶ συγκεκυφὼς τῇ ψυχῇ πρὸς τὰ ἡδέα τοῦ σώματος, καθάπερ πρὸς τὴν νομὴν τὰ βοσκήματα, μόνῃ τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς μετὰ γαστέρα ζῶν, ἀπηλλοτριωμένος τοῦ Θεοῦ τῆς ζωῆς, καὶ ξένος τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, οὐδὲν ἕτερον ἀγαθὸν εἶναι νομίζων, ἢ τὸ ἡσθῆναι διὰ τοῦ σώματος, οὗτός ἐστιν, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος, ὁ ἐν σκότει διαπορευόμενος, καθὼς φησιν ἡ Γραφὴ, ὁ τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κακῶν εὑρέτης· ἐν τούτοις γὰρ καὶ πλεονεξία, καὶ παθῶν ἀκολασία, καὶ ἡ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀμετρία, φιλαρχία τε πᾶσα, καὶ κενῆς δόξης ἐπιθυμία, καὶ ὁ λοιπὸς ὅμιλος τῶν συνοικούντων παθῶν τοῖς ἀνθρώποις. Ἔχεται γάρ πως ἐν τοῖς κακοῖς τοῦ B ἑτέρου τὸ ἕτερον, καὶ ᾧπερ ἂν τὸ ἓν παραγένηται, καὶ τὰ λοιπὰ καθάπερ ὑπό τινος φυσικῆς ἀνάγκης ἑλκόμενα, συνεισέρχεται πάντως. Οἷον ἐν ἁλύσει γίνεται, τῆς ἀρχῆς ἐπισπασθείσης, οὐδὲ τὰς λοιπὰς ἠρεμεῖν τῆς ἁλύσεως ἀγκύλας δυνατόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸ ἕτερον πέρας τῆς ἁλύσεως ἀγκύλη συνεκινήθη τῇ πρώτῃ, κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἀεὶ καὶ προσεχὲς ἀπὸ τοῦ πρώτου διὰ τῶν παρακειμένων τῆς κινήσεως προϊούσης· οὕτως ἐμπέπλεκται καὶ συμπέφυκεν ἀλλήλοις τὰ ἀνθρώπινα πάθη, καὶ δι' ἑνὸς τοῦ ἐπικρατήσαντος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν κακῶν ὁλκὸς συνεισέρχεται τῇ ψυχῇ. Καὶ εἰ χρή σοι διαγράφειν τὴν πονηρὰν ταύτην ἅλυσιν, ὑπόθου τινὰ διά τινος ἡδονῆς τοῦ κατὰ τὴν κενοδοξίαν ἡττηθῆναι πάθους· ἀλλὰ τῇ κενοδοξίᾳ καὶ ἡ τοῦ πλείονος ἔφεσις συνηκο- C λούθησεν· οὐ γὰρ ἔστι πλεονέκτην γενέσθαι, μὴ ἐκείνης ἐπὶ τὸ πάθος χειραγωγούσης. Εἶτα ἡ τοῦ πλεονεκτεῖν καὶ προέχειν ἐπιθυμία, ἢ ὀργὴν ἐξάπτει πρὸς τὸ ὁμόφυλον, ἢ πρὸς τὸ ὑποχείριον τὴν ὑπερηφανίαν, ἢ πρὸς τὸ ὑπερέχον τὸν φθόνον· φθόνου δὲ ἀκόλουθος ἡ ὑπόκρισις γίνεται· ἐκείνης ἡ πικρία, ταύτης ἡ μισανθρωπία· τούτων ἁπάντων τὸ τέλος κατάκρισις, εἰς γέενναν καὶ σκότος καὶ πῦρ καταλήγουσα.

Vides horum omnium malorum quasi viam, quemadmodum videlicet ab uno voluptatis affectu cuncta proficiscuntur? Quamobrem ubi ejusmodi malorum conjuncta multitudo in hanc vitam semel sese conjecit, una est, ut ab his liberemur, ratio, quam in divinis Litteris contemplemur: ea autem est, ut ab illa vitæ disciplina nos avocemus, quæ rebus gravibus est atque molestis astricta; neque enim, cui Sodomam incolere cordi est, ignis imbrem declinare hic potest: nec qui Sodomis egressus, iterum ad urbis excidium se convertit, in statuam salis non concrescere, ne-

D Ὁρᾷς τὸν ὁλκὸν τῶν κακῶν, ὅπως ἑνὸς τὰ πάντα τοῦ κατὰ τὴν ἡδονὴν ἐξέρχεται πάθους; Ἐπειδὴ οὖν ἅπαξ εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον ἡ ἀκολουθία τῶν τοιούτων παθῶν, μίαν ὁρῶμεν ἐκ τῆς τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν συμβουλῆς τὴν διέξοδον τούτων, τὸ χωρισθῆναι τοῦ τοιούτου βίου, τοῦ συνημμένην ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ τὴν τῶν ἀνιαρῶν ἀκολούθησιν· οὐκ ἔστι γὰρ, ἐν Σοδόμοις φιλοχωρήσαντα, διαφυγεῖν τὴν τοῦ πυρὸς ἐπομβρίαν· οὐδὲ τὸν ἔξω Σοδόμων γενόμενον, εἶτα πάλιν ἐπιστραφέντα πρὸς τὴν ἐρήμωσιν ταύτης, μὴ παγῆναι στήλην ἁλός· ἀλλ' οὐδὲ τῆς Αἰγυπτίων δουλείας ἀπαλλαγήσεται, ὁ μὴ καταλιπὼν τὴν Αἴγυ-

[6*] Joan. XII, 35.

πτον, τὴν ὑποβρύχιον λέγω ταύτην ζωὴν, καὶ διαβὰς οὐχὶ τὴν Ἐρυθρὰν ἐκείνην, ἀλλὰ τὴν μέλαιναν ταύτην καὶ ζοφώδη τοῦ βίου θάλασσαν· εἰ δὲ, καθὼς φησιν ὁ Κύριος, ἐὰν μὴ ἐλευθερώσῃ ἡμᾶς ἡ ἀλήθεια, τῷ κακῷ τῆς δουλείας ἐναπομένομεν, πῶς ἔστιν ἐν τῇ ἀληθείᾳ γενέσθαι τὸν ζητοῦντα ψεῦδος, καὶ ἐν τῇ πλάνῃ τοῦ βίου ἀναστρεφόμενον; πῶς δέ τις τὴν δουλείαν ἀποδράσει, ὁ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως ὑποχείριον δοὺς τὴν ἰδίαν ζωήν; Γνωριμώτερος δ' ἂν γένοιτο ἡμῖν διά τινος παραδείγματος ὁ περὶ τούτων λόγος. Ὥσπερ τις ποταμὸς χειμέριος ῥεύματι τραχυνόμενος, καὶ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φερόμενος φύσιν, ξύλα τε καὶ λίθους, καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ὑπολαμβάνων τῷ ῥείθρῳ, μόνοις τοῖς κατ' αὐτὸν γινομένοις σφαλερὸς καὶ κινδυνώδης ἐστὶ, τοῖς δὲ πόῤῥωθεν αὐτὸν φυλασσομένοις εἰκῇ ῥεῖ· οὕτω καὶ τὴν τοῦ βίου ταραχὴν ὁ κατ' αὐτὴν γεγονὼς μόνος ὑφίσταται, καὶ μόνος ἀναδέχεται καθ' ἑαυτοῦ τὰ πάθη, ἅπερ ἂν ἡ φύσις ἀκολούθως ἑαυτῇ ῥέουσα τοῖς δι' αὐτῆς πορευομένοις ἀναγκαίως ἐπάγεται, διὰ τῶν τοῦ βίου κακῶν ἐπικλύζουσα. Εἰ δέ τις καταλίποι τὸν χείμαῤῥον τοῦτον, ὥς φησιν ἡ Γραφὴ, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον, ἔξω πάντως ἔσται, κατὰ τὴν τῆς ᾠδῆς ἀκολουθίαν, τῆς θήρας τῶν ὀδόντων τοῦ βίου, καθάπερ στρουθίον τῷ τῆς ἀρετῆς πτερῷ διαπτὰς τὴν παγίδα. Ἐπειδὴ γὰρ, κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου ὑπόδειγμα, παντοίαις ταραχαῖς καὶ ἀνωμαλίαις πλημμύρων ὁ ἀνθρώπινος βίος ἀεὶ φέρεται, κατὰ τοῦ πρανοῦς τῆς φύσεως προχεόμενος, καὶ οὐδὲν ἕστηκε τῶν ἐν αὐτῷ σπουδαζομένων, οὐδὲ ἀναμένει τὴν πλησμονὴν τῶν ἐπιθυμούντων αὐτῶν· πάντα δὲ τὰ προσπίπτοντα ὁμοῦ τε προσήγγισε, καὶ θίγοντα παρέδραμε, καὶ τὸ ἀεὶ παρὸν τῷ σφοδρῷ τῆς παρόδου διαφεύγει τὴν αἴσθησιν, ὑπὸ τῆς κατόπιν ἐπιῤῥοῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἁρπαζόμενον· διὰ τοῦτο λυσιτελὲς ἂν εἴη πόῤῥω τοῦ τοιούτου ῥεύματος ἑαυτοὺς ἀνέχειν, ὡς ἂν μὴ τῶν ἀστάτων περιεχόμενοι, τῶν ἀεὶ ἑστώτων ὀλιγωρήσαιμεν. Πῶς γὰρ ἔστι τὸν προσπαθοῦντά τινι τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, διὰ τέλους ἔχειν τὸ ποθούμενον; Τί τῶν μάλιστα σπουδαζομένων εἰσαεὶ παραμένει τοιοῦτον; ποία νεότητος ἀκμή; τίς δυνάμεως ἢ μορφῆς εὐμοιρία; τίς πλοῦτος; ποία δόξα; τίς δυναστεία; Οὐ πάντα τὰ τοιαῦτα μικρὸν ἀνθήσαντα χρόνον, πάλιν ἀπεῤῥύη, καὶ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἐπωνυμίαν μετέπεσε; Τίς ἐνεβίω διαπαντὸς τῇ νεότητι; τίνι διήρκεσε διατέλους ἡ δύναμις; Τὸ δὲ τοῦ κάλλους ἄνθος ἆρ' οὐχὶ καὶ αὐτῶν τῶν κατὰ τὸ ἔαρ προφαινομένων ὠκυμορώτερον ἡ φύσις ἐποίησε; Τὰ μὲν γὰρ τῆς ὥρας ἐπιλαβούσης ἐβλάστησε, καὶ μικρὸν ἀπανθήσαντα χρόνον, πάλιν ἀνέζησε· καὶ πάλιν ἀπεῤῥύη, καὶ πάλιν ἐκόμασε, καὶ τὸ νῦν κάλλος καὶ εἰς νεότητα ἔδειξε. Τὸ δὲ ἀνθρώπινον ἄνθος ἅπαξ ἡ φύσις κατὰ τὸ ἔαρ τῆς νεότητος δείξασα, εἶτα ἀπέσβεσε, τῷ χειμῶνι τοῦ γήρως ἐναφανίσασα· ὡσαύτως καὶ τὰ ἄλλα πάντα πρὸς καιρὸν τὴν τῆς σαρκὸς αἴσθησιν ἀπατήσαντα, εἶτα παρέδραμε καὶ συνεκαλύφθη τῇ λήθῃ. Ἐπεὶ οὖν αἱ τοιαῦται μεταβολαὶ κατά τινα τῆς

A que ab Ægyptiorum servitute se quis vindicabit, nisi Ægyptum, id est hanc submersam vitam deserat, et non Rubrum illud, sed nigrum hoc et obscurum vitæ mare transeat; si autem nisi liberaverit nos, ut inquit Dominus [7], veritas, in malo servitutis permanebimus, quomodo potest, qui falsum quærit, quive in hujus vitæ erroribus est, in veritate versari? Quove pacto quis hoc jugum servitutis dejecerit, qui vitam suam, quasi servam, in naturæ necessitates conjicit? Sed notior quidem nobis proposito aliquo exemplo erit de his plane oratio. Quemadmodum amnis aliquis, qui sua natura satis profluens, incitatis aquarum profluxionibus rapidior fertur, lignaque et lapides, et omnia, quæ sibi obviam fiunt, in al-
B veum rapit, calamitatem hic et periculum iis importat, qui prope incolunt, illis vero frustra defluit, qui longe remoti eum vitant: ita, qui sibi hujus vitæ perturbationem peperit, eam solus sustinet, et solus eos sua sponte recipit affectus, in quos natura, quæ suo quodam cursu fertur, cum his vitæ malis circumfluat, illos impellit, qui ejus cursum tenent. Sed si quis, ut est in sacris Litteris, torrentem hunc, intolerabilemque aquam relinquit, hic plane liber erit, ut in Psalmo sequitur [8], a captione dentium hujus vitæ, ac veluti passer e laqueis alis virtutis evolabit. Quoniam igitur, ut illo ipso torrentis exemplo patet, variis perturbationibus inæquabilibusque rerum varietatibus
C referta mortalium vita, ad naturæ declinationem effusa semper fertur; ne quidquam consistit rerum quæ in ea ambiantur, neque exspectat, dum ii, qui cupiditate aliqua tenentur, satietate expleantur, cumque omnia, quæ impetu quodam feruntur prope simul accesserint, et quæ attingunt, cursum confecerint, quodque semper præsens adest, fluxu quodam clandestino ex oculis ereptum, cum sensum nostrum celeri transitu effugiat: propterea utile sane esset extra hunc vitæ fluctum longe se tenere, ut ne rebus his caducis nos impediti ea quæ sempiterna sunt omnino despiciamus. Quo enim modo potest his vitæ rebus addictus assidue id habere, quod in rebus, quæ maxime expetuntur, optabile est ut perpetuo maneat? Quod adultæ æta-
D tis robur, quæ virium aut formæ integritas, quæ opes, quæ gloria, quæ potentia? nonne omnia hæc vel exiguo tempore cum floruerint, rursus diffluunt, atque in contrariam nominis appellationem defluxa conciderunt? Quis omni tempore in adolescentia? Cui perpetuo suppeditarunt vires? Annon pulchritudinis florem citius vel illis ipsis floribus, qui se primo ostendunt, interiturum natura efficit? Quæ sane tempore suo natura consevit, cum brevi tempore floruerint, rursus surgunt, rursus diffluunt, rursus frondescunt, atque hanc quidem pulchritudinis speciem adulta in ætate natura ostendit. Quam vero hominum pulchritudinem in adolescen-

[7] Joan. VIII, 32. [8] Psal. CXXIII, 7.

tia, quasi primo vere, plane demonstravit, senectutis postea hieme exstinxit; eodemque modo reliqua omnia, quæ ad quoddam tempus carnis sensum deceperunt, posteaquam cursum ea perfecerunt, oblivione simul occultata sunt. Quoniam igitur ejusmodi commutationes, quæ quadam naturæ necessitate eveniunt, dolore illum afficiunt qui in affectione versatur, una certe est horum malorum declinatio, ut ne ullis rebus, quæ animum concitent, sese adjungat, sed, quantum fieri potest, se ab omni vitæ consuetudine avocet, quæ ad vitiosam disciplinam, carnique deditam adducat, vel potius ab ea convenientia, conjunctioneque naturæ se removeat, qua suo quisque corpori astrictus tenetur, ut ne vita, quæ e carne est, sit carnis obnoxia calamitatibus: hoc autem est, soli animæ vivere, ut quis, quantum in se est, institutum imitetur illarum potestatum, quæ corporis expertes sunt: illæ enim neque nubunt, neque nubuntur; sed hoc est ipsis propositum munus, studium, atque perfectum officium, ut incorruptæ integritatis patrem contemplentur, atque, quantum imitatione assequi possunt, ad ipsius pulchritudinis exemplar contuendo, suam ipsi ornent formam.

A φύσεως ἀνάγκην συμβαίνουσαι, λυποῦσι πάντως τὸν ἐν προσπαθείᾳ γενόμενον, μία τῶν τοιούτων κακῶν ἐστιν ἀποφυγὴ, τὸ μηδενὶ τῶν μεταβαλλομένων τῇ ψυχῇ προστεθῆναι, ἀλλ' ὡς ἔστι δυνατὸν, χωρισθῆναι τῆς πρὸς πάντα τὸν βίον τὸν ἐμπαθῆ τε καὶ σάρκινον ὁμιλίας· μᾶλλον δὲ καὶ τῆς πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ συμπαθείας ἔξω γενέσθαι, ὡς ἂν μὴ κατὰ σάρκα βιοὺς, ὑπεύθυνος γένηται ταῖς ἐκ τῆς σαρκὸς συμφοραῖς· τοῦτο δέ ἐστι τὸ μόνῃ τῇ ψυχῇ ζῆν, καὶ μιμεῖσθαι κατὰ τὸ δυνατὸν τὴν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων πολιτείαν· ἐν ᾗ οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ' ἔργον αὐτοῖς καὶ κατόρθωμα τὸ θεωρεῖν τὸν Πατέρα τῆς ἀφθαρσίας ἐστὶ, καὶ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον κάλλος τὴν ἰδίαν καλλωπίζειν μορφὴν διὰ τῆς ἐνδεχομένης μιμήσεως.

CAPUT V.

Animi integritatem, ejusque ab omnibus affectibus vacuitatem, corporis munditiis anteire oportet.

Hujus igitur mentis, summæque cupiditatis adjutorium, ut in divinis Litteris appellari solet, homini virginitatem tributam esse diximus: ut enim reliquorum studiorum artes quædam ad illorum qui earum studio tenentur, perfectam disciplinam inventæ sunt: sic virginitatis studium mihi ars quædam et facultas divinioris vitæ videtur esse, quæ doceat, quemadmodum ii, qui his corporis vinculis astricti tenentur, earum rerum, quæ corpore carent, naturæ similes efficiantur. Vitæ enim hujus omne studium, atque institutum illud est, ut ne voluptatum impetu animi deprimatur altitudo, neve nos, qui cœlestia contemplari, quive divina animo contueri debemus, ad corporis affectiones delapsi cadamus. Quo enim modo animus noster, qui inferiori huic carnis voluptati mancipatus est, atque in humanorum affectuum appetitionem totus incumbit, potest cognatum illud lumen, quodque mente ipsa cernitur, vacuo et libero sensu aspicere, cum is prava quadam atque inerudita anticipatione ad humiles has res, et lutulentas aciem intendat? Nam ut porcorum oculi natura in terram conversi, mirificarum rerum cœlestium aspectum non habent, sic animus corporis luxu perditus, cum ad humilia, et ad ea quæ sunt pecudum inclinatus sit, non cœlum amplius, neque reliquarum rerum convenientiam, et decorem cernere poterit. Quare ut ad voluptatem divinam illam quidem, et beatam animus noster quietus, ac liber maxime respiciat, ad nullas omnino res caducas, et terrenas se ipse convertet, neque earum voluptatum particeps fiet, quæ ad communis vitæ indulgentiam comparatæ sunt, sed omnem potius amoris vim a rebus corporeis ad eam traducet pulchritudinis contemplationem; quæ et corporis expers est, et mente cernitur: atque ad hanc quidem animi affe-

B

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὅτι προηγεῖσθαι χρὴ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπάθειαν τῆς ἐν σώματι καθαρότητος.

Ταύτης οὖν τῆς διανοίας καὶ τῆς ὑψηλῆς ἐπιθυμίας συνεργὸν, καθὼς τῇ Γραφῇ δοκεῖ, καὶ βοηθὸν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν παρθενίαν εἶναί φαμεν. Καὶ ὥσπερ τῶν λοιπῶν ἐπιτηδευμάτων τέχναι τινὲς πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν σπουδαζομένων ἐπεργασίαν ἐπενοήθησαν· οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὸ τῆς παρθενίας ἐπιτήδευμα τέχνη τις εἶναι καὶ δύναμις τῆς θειοτέρας ζωῆς, πρὸς τὴν ἀσώματον φύσιν τοὺς ἐν σαρκὶ ζῶντας ὁμοιοῦσθαι παρασκευάζουσα. Πᾶσα γάρ ἐστι σπουδὴ τοῦ τοιούτου βίου, ὅπως μὴ τὸ ὑψηλὸν τῆς ψυχῆς διὰ τῆς ἐπαναστάσεως τῶν ἡδονῶν ταπεινωθῇ, καὶ ἀντὶ τοῦ μετεωροπορεῖν, καὶ εἰς τὰ ἄνω βλέπειν τὴν διάνοιαν ἡμῶν, πρὸς τα C σαρκὸς καὶ αἵματος κατενεχθεῖσαν πάθη πεσεῖν. Πῶς γὰρ ἔτι δύναται πρὸς τὸ συγγενές τε καὶ νοητὸν φῶς ἐλευθέρῳ ἀναβλέπειν τῷ ὄμματι ἡ προσηλωθεῖσα κάτω τῇ ἡδονῇ τῆς σαρκὸς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πάθη ἀπασχολήσασα, ὅταν πρὸς τὰ ὑλώδη σχῇ τὴν ῥοπὴν ἐκ μοχθηρᾶς τινος καὶ ἀπαιδεύτου προσλήψεως; Καθάπερ γὰρ οἱ τῶν συῶν ὀφθαλμοὶ εἰς τὸ κάτω παρὰ τῆς φύσεως ἐστραμμένοι τῶν οὐρανίων θαυμάτων ἀπείρως ἔχουσιν, οὕτως ἡ τῷ σώματι συγκατασπασθεῖσα ψυχὴ οὐκέτι πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἄνω κάλλη βλέπειν δυνήσεται, πρὸς τὸ ταπεινὸν καὶ κτηνῶδες τῆς φύσεως ἐπικύπτουσα. Ὡς ἂν οὖν μάλιστα ἡμῖν ἐλευθέρα καὶ ἄνετος ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν θείαν τε καὶ μακαρίαν ἡδονὴν ἀναβλέποι, πρὸς οὐδὲν τῶν γηΐνων ἑαυτὴν ἐπι- D στρέφῃ, οὐδὲ τῶν νενομισμένων κατὰ τὴν τοῦ κοινοῦ βίου συγχώρησιν ἡδονῶν μεταλήψεται, ἀλλὰ μεταθήσει τὴν ἐρωτικὴν δύναμιν ἀπὸ τῶν σωματικῶν ἐπὶ τὴν νοητήν τε καὶ ἄϋλον τοῦ καλοῦ θεωρίαν, πρὸς τὴν τοιαύτην τῆς ψυχῆς διάθεσιν ἡ παρθενία τοῦ σώματος ἡμῖν ἐπενοήθη· ὡς ἂν μάλιστα λήθην καὶ ἀμνηστίαν ἐμποιήσειε τῇ ψυχῇ τῶν ἐμπαθῶν τῆς φύσεως κινημάτων, μηδεμίαν ἀνάγκην ἐπάγουσα πρὸς τὰ ταπεινὰ τῆς σαρκὸς ὀφλήματα καταγίνεσθαι.

Ἐλευθερωθεῖσα γὰρ ἅπαξ τῶν τοιούτων χρεῶν, οὐκέτι κινδυνεύει μὴ τῷ κατ' ὀλίγον προσεθισμῷ περὶ τὰ δοκοῦντα νόμῳ τινὶ φύσεως συγκεχωρῆσθαι, ἐν ἀποστροφῇ καὶ ἀγνοίᾳ τῆς θείας τε καὶ ἀκηράτου γένηται ἡδονῆς, ἣν μόνη ἡ καρδίας καθαρότης, τοῦ ἐν ἡμῖν ἡγεμονικοῦ, θηρεύειν πέφυκεν.

ctionem, studiumque est corporis inventa virginitas, ut, cum affectionum, quæ a natura tributæ videntur, oblivionem animo maxime attulerit, nullam inducat necessitatem sordidis carnis debitis vacandi. Nam ubi semel hisce liberata est debitis, non jam amplius periculum est, ne assuetudine tandem rerum, quæ naturæ quadam lege permissæ videntur, veram illam atque immortalem voluptatem aversetur atque fugiat, quam cor solum, pura ejus, qui nos regit, animi integritate adhibita, capere solet.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὅτι Ἠλίας καὶ Ἰωάννης τῆς ἀκριβείας τοῦ βίου τούτου ἐπεμελήθησαν.

Διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ ὁ μέγας ἐν προφήταις Ἠλίας, καὶ ὁ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου μετ' ἐκεῖνον ἐπιδημήσας τῷ βίῳ, οὗ μείζων οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Εἴπερ τι καὶ ἕτερον ἡ κατ' αὐτοὺς ἱστορία παραδηλοῖ δι' αἰνίγματος, τοῦτο μάλιστα τῷ ἰδίῳ δογματίζειν βίῳ, τὸ χωρισθῆναι τῆς τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ἀκολουθίας τὸν τῇ θεωρίᾳ τῶν ἀοράτων σχολάζοντα· ὡς ἂν μὴ ταῖς τοιαύταις ἀπάταις ταῖς διὰ τῶν αἰσθήσεων γινομέναις προσεθισθεὶς, σύγχυσίν τινα καὶ πλάνην πάθοι περὶ τὴν τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ κρίσιν. Ἀμφότεροι γὰρ εὐθὺς ἐκ νέων ἀπεξενώθησαν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, καὶ οἷον ἔξω τῆς φύσεως ἑαυτοὺς ἔστησαν τῇ περὶ τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν ὑπεροψίᾳ τῆς συνήθους καὶ νενομισμένης τροφῆς, καὶ τῇ κατὰ τὴν ἔρημον διαγωγῇ, ὡς καὶ τὴν ἀκοὴν ἀπεριήχητον, καὶ ἀπλάνητον αὐτοῖς φυλαχθῆναι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν γεῦσιν ἁπλῆν τε καὶ ἀπραγμάτευτον διαμεῖναι, ἐκ τοῦ προστυχόντος ἑκατέροις πληρουμένης τῆς χρείας. Ἐντεῦθεν εἰς πολλὴν εὐδίαν καὶ γαλήνην ἀπὸ τῶν ἔξωθεν θορύβων κατέστησαν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τοσοῦτον μέγεθος τῶν θείων χαρισμάτων ἐπήρθησαν, ὅσον περὶ ἑκατέρου τούτων μνημονεύει ὁ λόγος. Ἠλίας μὲν γὰρ καθάπερ ταμίας τις τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν καταστὰς, τὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ χρείας κατ' ἐξουσίαν καὶ ἀποκλείειν τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ ἀνιέναι τοῖς μετανοοῦσι κύριος ἦν. Τὸν δὲ Ἰωάννην τοιοῦτον μέντοι θαυματοποιῆσαι οὐδέν φησιν ἡ θεία Ἱστορία· περισσότερον δὲ ἢ κατὰ πάντα προφήτην τὸ ἐν αὐτῷ χάρισμα παρὰ τοῦ τὰ κρυπτὰ βλέποντος μεμαρτύρηται· τάχα ὅτι καθαράν τε καὶ ἀμιγῆ πάσης ὑλικῆς προσπαθείας τὴν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος τῷ Κυρίῳ ἀνέθηκαν, οὔτε εἰς τέκνων στοργὴν, οὔτε εἰς γυναικὸς φροντίδα, οὔτε εἰς ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ἀσχολήσαντες· οἵ γε μηδὲ τῆς καθ' ἡμέραν ἀναγκαίας τροφῆς πρέπειν ἑαυτοῖς ὑπολαβόντες τὴν μέριμναν, τῆς τε τῶν ἐνδυμάτων σεμνότητος κρείττους ἐπιδειχθέντες, ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἑαυτοῖς τὰς χρείας ἀπεσχεδίαζον, ὁ μὲν δέρμασιν αἰγείοις, ὁ δὲ καμήλου θριξὶ σκεπαζόμενος· οὐκ ἂν εἰς ἐκεῖνο τὸ μέγεθος, ὡς οἶμαι, φθάσαντες, εἰ ταῖς τοῦ σώματος ἡδυπαθείαις ὑπὸ τοῦ γάμου κατεμαλάχθησαν. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, εἰς νουθεσίαν ἡμῶν ἀναγέγραπται, ἵνα πρὸς τὸν ἐκείνων βίον καὶ τὸν ἑαυτῶν κατευθύνωμεν. Τί οὖν ἐκ τούτων μανθάνομεν; Τὸ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἁγίων ἀνδρῶν, μηδενὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων προσασχολεῖν τὴν διάνοιαν τὸν ἐπιθυμοῦντα τῷ Θεῷ συναφθῆ-

CAPUT VI.

Elias et Joannes diligentem harum curam adhibuerunt.

Ob eam causam magnus in prophetis mihi videtur Elias, et is qui postea in spiritu et virtute Eliæ in vitam venit, quo sane in natis mulierum nemo major exortus est. Quæ porro de his ipsis narratur historia, etsi quid aliud obscure, illud tamen maxime indicat, quod vitæ rationem docet, ut, qui scilicet contemplandis rebus, quæ minime sub aspectum cadunt, se dedit, hic ab humanæ vitæ consuetudine alienus fiat, ne hujusmodi fraudibus, quæ sensibus concipiuntur, addictus, perturbatione atque mentis errore in illius judicio afficiatur, quod re vera bonum est. Hi ambo ab adolescentia sese statim ab humanæ vitæ societate removerunt: cum enim potionis, atque cibi, qui cæteris ad vitæ sustentationem est datus, despicientia, tum vita, quam in solitudine egerunt, se quasi a naturæ alienarunt instituto, ut et aures a strepitu et oculos ab errore tuerentur, et gustatu simplici essent, et ad nullam rem parato, nimirum cum necessitatem victus ex quibusvis rebus, quæ utrique obviam fierent, sane explerent. Quamobrem ab externis perturbationibus remoti, in summa vitæ tranquillitate atque otio sese constituerunt indeque ad tantam divinorum munerum altitudinem elati sunt, quantam hæc de utroque commemorat oratio. Elias enim quasi Dei munerum quæstor aliquis, cum ex potestate quadam cœli administrationem haberet, illius et peccatoribus obstruendi, et iis, qui pœnitentiam agendo resipiscerent, aperiendi potestatem habuit. Joannem vero tale aliquid miraculum fecisse, nihil divinis est Litteris proditum: at is, qui res occultas perspicit, testatum reliquit, majus illi munus esse tributum, quam cæteris omnibus prophetis. Hæc fortasse his duobus contigerunt, quoniam puram, omnisque materialis expertem affectionis suam in Deo cupiditatem posuerunt, neque liberorum amoribus, neque conjugum curis, neque cæteris ullis rebus humanis intenti, ne quotidiani quidem, ac necessarii victus curam ad se pertinere censuerunt: vestiumque luxu abjecto, ex iis quæ offerebantur, facile sibi necessaria parabant: unus enim quidem caprinis pellibus, alter pilis cameli amictus erat: neque profecto, ut arbitror, ad eam magnitudinem pervenissent, si nuptiæ eos corporis oblectamentis delinitos mollivissent. Hæc porro non sine causa, sed, ut est apud Apostolum, ad nostram sane

A καὶ· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν τὸν εἰς πολλὰ τῇ διανοίᾳ διαχεόμενον, πρὸς Θεοῦ κατανόησιν καὶ ἐπιθυμίαν εὐθυπορῆσαι.

doctrinam scripta sunt, nempe ut ad illorum vitæ institutum nos item vitam nostram dirigamus. Ergo quid ex his documenti percipimus? Id sane, ut, proposito sanctorum virorum exemplo, iis rebus quæ ad hanc vitam pertinent, animum ne adjiciat is qui se cum Deo junctum esse studet: fieri enim non potest, ut cujus animus multarum rerum curis distrahitur, is in Dei contemplationem, cupiditatemque plane totus incumbat.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ὅτι τὸν εἰς πολλὰ μεριζόμενον τελειωθῆναι τὴν ψυχὴν ἀδύνατον.

Δοκεῖ δέ μοι δι' ὑποδείγματος ἐναργέστερον ἂν παραστῆσαι τὸ περὶ τούτων δόγμα. Ὑποθώμεθα γάρ τι ὕδωρ ἐκ πηγῆς προχεόμενον, εἰς διαφόρους ἀποῤῥοὰς κατὰ τὸ συμβὰν διασχίζεσθαι. Οὐκοῦν ἕως ἂν οὕτω φέρηται, εἰς οὐδὲν τῶν πρὸς τὴν γεωργίαν χρη- B σίμων ἐπιτήδειον ἔσται, τῆς εἰς πολλὰ διαχύσεως ὀλίγον τὸ ἐν ἑκάστῳ, καὶ ἀδρανὲς, καὶ δυσκίνητον ὑπὸ ἀτονίας ποιούσης· εἰ δέ τις πάσας αὐτοῦ τὰς ἀτάκτους ἀποῤῥοὰς συναγάγοι, καὶ εἰς ἓν ῥεῖθρον τὸ πολλαχῇ τέως ἐσκεδασμένον ἀθροίσειεν, εἰς πολλὰ ἂν τῶν βιωφελῶν καὶ χρησίμων ἀθρόῳ καὶ συντεταγμένῳ τῷ ὕδατι χρήσαιτο. Οὕτω μοι δοκεῖ καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, εἰ μὲν πανταχοῦ διαχέοιτο, πρὸς τὸ ἀρέσκον ἀεὶ τοῖς αἰσθητηρίοις ῥέων καὶ σκεδαννύμενος, μηδεμίαν ἀξιόλογον δύναμιν ἴσχειν πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ ὄντως ἀγαθὸν πορείαν· εἰ δὲ πανταχόθεν ἀνακληθεὶς, καὶ περὶ ἑαυτὸν ἀθροισθεὶς, συνηγμένος καὶ ἀδιάχυτος πρὸς τὴν οἰκείαν ἑαυτῷ καὶ κατὰ φύσιν ἐνέργειαν κινοῖτο, οὐδὲν τὸ κωλῦον αὐτὸν ἔσται πρὸς τὰ ἄνω φέρεσθαι, καὶ τῆς ἀληθείας τῶν ὄντων ἐφάπτεσθαι. Καθά- C περ γὰρ τὸ περιεστεγασμένον διὰ σωλῆνος ὕδωρ ὄρθιον πολλάκις ὑπὸ τῆς ἀναθλιβούσης βίας ἐπὶ τὰ ἄνω φέρεται, οὐκ ἔχον ὅπῃ διαχυθῇ, καὶ ταῦτα, καταφεροῦς αὐτῷ τῆς κατὰ φύσιν οὔσης κινήσεως· οὕτω καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, οἷόν τινος σωλῆνος στεγανοῦ τῆς ἐγκρατείας αὐτὸν ἀπανταχόθεν περισφιγγούσης, ἀναληφθήσεταί πως ὑπὸ τῆς τοῦ κινεῖσθαι φύσεως πρὸς τὴν τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιθυμίαν, οὐκ ἔχων ὅπου παραῤῥυῇ. Οὔτε γὰρ στῆναί ποτε δυνατόν ἐστι τὴν ἀεικίνητον ὑπὸ τοῦ πεποιηκότος εἰληφότα τὴν φύσιν, καὶ εἰς τὰ μάταια χρῆσθαι τῇ κινήσει κωλυόμενον, ἀμήχανον μὴ πρὸς τὴν ἀλήθειαν πάντως εὐθυπορῆσαι, τῷ πανταχόθεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων ἀπείργεσθαι· καὶ γὰρ ἐν ταῖς πολυοδίαις οὕτω μάλιστα τοὺς ὁδοιπόρους ὁρῶμεν τῆς εὐθείας οὐχ ἁμαρτάνοντας, ὅταν τὴν ἐν D ταῖς ἄλλαις ὁδοῖς πλάνην προμαθόντες, ἐκκλίνωσιν. Ὡς ὁ τῶν πεπλανημένων τρίβων ἐν τῷ ὁδεύειν ἀναχωρήσας, ἐπὶ τῆς εὐθείας μᾶλλον ἑαυτὸν φυλάξει· οὕτως ἡμῶν ἡ διάνοια τῇ ἀποστροφῇ τῶν ματαίων τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀλήθειαν ἐπιγνώσεται. Ἔοικεν οὖν ταῦτα παιδεύειν ἡμᾶς τῇ μνήμῃ τῶν μεγάλων προφητῶν ἐκείνων, τὸ μηδενὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ σπουδαζομένων ἐμπλέκεσθαι· ἓν δὲ τῶν σπουδαζομένων ὁ γάμος ἐστίν· μᾶλλον δὲ ἀρχὴ καὶ ῥίζα τῆς τῶν ματαίων σπουδῆς.

CAPUT VII.

Qui multis rerum curis distinetur, fieri non potest ut hic animo sit perfecto.

Mihi sane videtur, quod de his præceptum est, exemplo illustrius fieri posse. Ponamus igitur aquam, quæ a fonte aliquo manat, in diversas fluxiones, ac rivos, ut fit, dispergi atque dissipari. Quandiu certe ita fertur, ad nullas eas res, quæ agriculturæ expediant, erit accommodata; cum illius aquæ in multas partes dissipatio exiguum id efficiat, quod in singulis partibus tenue est, vixque præ tenuitate movetur: sin autem quis omnes ejus dispersos rivos colligat, quodve passim dissipatum est, in unum alveum concludat, ad multas vitæ commoditates, et eas quidem necessarias uberiore uteretur aqua, quæ in unum sit locum derivata. Ita hominum mens, si passim diffunditur, eoque potissimum, quo sensuum illecebris rapitur, perpetuo diffluit ac dissipatur, nullam plane mihi magnam vim habere videtur ad eum cursum, qui ad verum bonum pertinet; sed si undique sese collegerit, atque in se receperit, totaque ad eam, quæ sibi propria est, ac naturalis muneris functionem impellatur, nihil quidem impedimento erit, quominus ad superiora feratur, atque rerum, quæ vere sunt, veritatem attingat. Ut enim magna aquæ vis aquæ ductibus obtecta et conclusa, sæpe, cum vis illa erumpat, in sublime fertur, quoniam non habet qua diffundatur, idque cum motus ejus naturalis ille sit, ut deorsum feratur: sic humana mens quasi angusto quodam aquæ ductu, cum undique continentia ipsa comprimatur, neque habeat unde erumpat, agitatione ipsa naturali ad rerum cœlestium quodam modo excitabitur appetitionem. Nam neque animus, qui perenni agitatione movetur, consistere potest, cum ab eo, qui illum effecit, hujusmodi motus naturam sortitus sit: neque, si prohibetur, quominus ad res inanes eo motu utatur, dubium est, quin cum undique a rebus absurdis repellatur, ad veritatem recta omnino contendat: in multis enim itineribus viatores maxime videmus recta via non aberrare, cum reliquorum itinerum errore ante instructi omnino caveant, ne aberrent, veluti is, qui in itinere faciendo cum se ab incertis, transversisque semitis abduxerit, magis in recta se via conservabit: ita animus noster a rebus inanibus aversus, in rebus quæ sunt, veritatem plane agnoscet. Itaque de summis illis prophetis commemoratio nos ad hoc erudire videtur, ut iis rebus, quæ in hac vita expetuntur, ne implicemur: in quarum rerum numero sunt nuptiæ, quæ studiorum inanium semen potius sunt atque principium.

ΚΕΦΑΛ. Η΄.

Ὅτι οὐδὲ ὁ γάμος τῶν κατεγνωσμένων ἐστίν.

Μηδεὶς δὲ διὰ τούτων ἡμᾶς ἀθετεῖν οιέσθω τὴν οἰκονομίαν τοῦ γάμου· οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν ὅτι καὶ οὗτος τῆς τοῦ Θεοῦ εὐλογίας οὐκ ἠλλοτρίωται· ἀλλ' ἐπειδὴ τούτου μὲν αὐτάρκης συνήγορος καὶ ἡ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων φύσις ἐστὶν, αὐτόματον τὴν πρὸς τὰ τοιαῦτα ῥοπὴν ἐντιθεῖσα πᾶσι τοῖς διὰ γάμου προϊοῦσιν εἰς γέννησιν· ἀντιβαίνει δέ πως ἡ παρθενία τῇ φύσει· περιττὸν ἂν εἴη περὶ γάμου προτροπὴν καὶ παραίνεσιν φιλοπόνως συγγράφειν, τὴν δυσανταγώνιστον αὐτοῦ προβαλλομένους συνήγορον τὴν ἡδονὴν, πλὴν εἰ μὴ τάχα διὰ τοὺς τὰ δόγματα τῆς Ἐκκλησίας παραχαράσσοντας τῶν τοιούτων χρεία λόγων ἂν εἴη· οὓς κεκαυτηριασμένους τὴν ἰδίαν συνείδησιν ὁ Ἀπόστολος ὀνομάζει· καὶ καλῶς ὀνομάζει· ὅτι καταλιπόντες τὴν ὁδηγίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων διδασκαλίας οὐλάς τινας καὶ ἐκκαύματα ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐγχαράσσουσι, τὰ τοῦ Θεοῦ κτίσματα βδελυσσόμενοι ὡς μιάσματα, καὶ εἰς κακὸν φέροντα, καὶ κακῶν αἴτια, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύοντες. Ἀλλὰ τί μοι τοὺς ἔξω κρίνειν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος; ἔξω γάρ εἰσιν ὡς ἀληθῶς ἐκεῖνοι τῆς τοῦ λόγου τῶν μυστηρίων αὐλῆς, οὐκ ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ μάνδρᾳ τοῦ Πονηροῦ αὐλιζόμενοι· οἱ ἐζωγρημένοι εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ συνιέντες, ὅτι πάσης ἀρετῆς ἐν μεσότητι θεωρουμένης, ἡ ἐπὶ τὰ παρακείμενα παρατροπὴ κακία ἐστίν· ὑφέσεως γὰρ καὶ ἐπιτάσεως πανταχοῦ τις τὸ μέσον ἐπιλαβὼν, τὴν ἀρετὴν ἐκ τῆς κακίας διέκρινε. Σαφέστερος δ' ἂν ἡμῖν ὁ λόγος γένοιτο ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δεικνύμενος· Δειλία καὶ θράσος δύο κακίαι κατὰ τὸ ἐναντίον νοούμεναι, ἡ μὲν κατὰ ἔλλειψιν, ἡ δὲ κατὰ πλεονασμὸν πεποιθήσεως, μέσην περιέχουσιν αὐτῶν τὴν ἀνδρείαν. Πάλιν ὁ εὐσεβὴς οὔτε ἄθεος, οὔτε δεισιδαίμων ἐστίν· ἴσον γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν τὸ ἀσέβημα, καὶ τὸ μηδένα Θεὸν, καὶ τὸ πολλοὺς εἶναι οἴεσθαι. Βούλει καὶ δι' ἑτέρων ἐπιγνῶναι τὸ δόγμα; Ὁ φυγὼν τὸ φειδωλὸς εἶναι καὶ ἄσωτος, ἐν τῇ τῶν ἐναντίων παθῶν ἀναχωρήσει τὴν ἐλευθερίαν τῷ ἤθει κατώρθωσε· τοιοῦτον γάρ τι ἡ ἐλευθερία ἐστὶν, τὸ μήτε πρὸς τὰς ἀμέτρους καὶ ἀνωφελεῖς δαπάνας εἰκῇ διαχεῖσθαι, μήτε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα μικρολόγως ἔχειν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πάντων, ἵνα μὴ τοῖς καθέκαστον ἐπεξίωμεν, τὴν μεσότητα τῶν ἐναντίων ἀρετὴν ὁ λόγος ἐγνώρισεν. Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη μεσότης ἐστὶν, καὶ φανερὰς ἔχει τὰς ἐφ' ἑκάτερα πρὸς κακίαν παρατροπάς. Ὁ μὲν γὰρ ἐλλείπων κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς τόνον, καὶ διὰ τοῦτο εὐκαταγώνιστος τῷ τῆς ἡδονῆς πάθει γινόμενος, καὶ μηδὲ προσεγγίσας τῇ ὁδῷ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου καὶ σώφρονος, εἰς πάθη τῆς ἀτιμίας κατώλισθεν· ὁ δὲ παρελθὼν τῆς σωφροσύνης τὸ βάσιμον, καὶ ὑπερπεσὼν τοῦ μέσου τῆς ἀρετῆς, οἷον κρημνῷ τινι τῇ διδασκαλίᾳ τῶν δαιμόνων ἐγκατηνέχθη, καυτηριάζων, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Ἐν ᾧ γὰρ

A

CAPUT VIII.

Nec matrimonium esse in rebus damnatis.

Nemo vero ex iis, quæ diximus, in opinionem veniat, nos matrimonii improbare institutionem: non enim ignoramus, neque illud a benedictione Dei fuisse alienum. Sed quoniam hoc ipsum satis accurate defendit communis hominum natura, quæ sua sponte ad hujusmodi res vim inserit iis qui matrimonii via quæsita ad liberorum procreationem accedunt: naturæ enim quodam modo resistit virginitas; supervacaneum utique esset, admonitiones atque hortationes de matrimonio diligenter conscribere, cum voluptas ipsa ostendat, se acerrimum illius patrocinium suscipere, nisi
B fortasse tamen his sermonibus opus esset propter eos, qui Ecclesiæ præcepta atque instituta corrumpunt: quos cauteriatam suam conscientiam habentes vocat Apostolus [9], et recte vocat, propterea quod, spiritum ducem relinquendo, dæmoniorum doctrinis cicatrices quasdam, atque inustiones cordibus suis imprimunt, res a Deo creatas detestantes, quasi impuræ illæ sint, ad malumque trahant, atque in causa sint malorum, et hæc atque alia ejusmodi dicentes. At quid ad me extraneos judicare, inquit Apostolus [10]? Extranei enim, et alieni re vera sunt illi a sese domicilioque, in quo mysteriorum sermo positus est, qui non in Dei præsidio, sed in spelunca diaboli ad ejus voluntatem commorantur, secundum vocem Apostoli:
C propterea que non intelligunt, cum virtus omnis in mediocritate consistat, id, quod in contrarias partes convertitur, esse vitium. Qui enim in omnibus rebus et ejus, quod parum, et illius, quod nimium est, mediocritatem capit, hic vitium a virtute distinxit. Quæstio hæc illustrior erit, si rebus ipsis demonstretur. Metus et audacia, duo e regione posita vitia putantur, hic quidem, quoniam confidentiæ modum deserit, illa quia superat, mediocritatem continent, quæ in fortitudine cernitur. Rursus, qui pietatem colit, is neque impius est, neque superstitiosus; in utroque enim æque inest impietas: alter, quia Deum negat; alter quoniam multos esse opinatur. Visne hoc ipsum ex aliis
D cognoscere? Qui in avaris ac prodigis esse recusat, contrariis inter se affectibus remotis, liberalitatem habitu quodam recte coluit; liberalitas enim in eo elucet, ut ne quis in sumptus immoderatos minimeque utiles temere profuseque eroget, neve in rebus necessariis parcus sit ac remissus. Atque ita in cæteris omnibus, ne singula nos persequamur, rerum inter se pugnantium mediocritatem in virtute positam esse ratio definivit: itaque temperantia item mediocritas est, atque in utraque parte conversiones ad vitium habet perspicuas. Qui enim animi firmitate deseritur, voluptatisque affectu facile vincitur, eamque ob causam

[9] I Timoth. IV, 2. [10] I Cor. V, 12.

ad incorruptæ temperatæque vitæ viam prope non accessit, in ignominiosas hic affectiones delapsus incidit: qui vero temperantiæ fines transit, et a virtutis mediocritate recedit, hic conscientiam suam, inquit Apostolus, cauteriatam habens, in aliquas dæmoniorum doctrinæ salebras compulsus incurrit. Nam quod matrimonium detestabile esse statuit, matrimonium ipsum vituperando, se ipse conspuit: si enim arbor mala, ut est quodam loco in Evangelio [11], fructus ejus item est arbore plane dignus, matrimonii quasi alicujus plantæ germen est, atque fructus homo. Quæ igitur ipse in matrimonium convicia conjicit, in eum illa ipsa recidunt.

A βδελυκτὸν εἶναι τὸν γάμον ὁρίζεται, ἑαυτὸν στίζει τοῖς τοῦ γάμου ὀνειδισμοῖς· εἰ γὰρ τὸ δένδρον κακὸν, καθώς φησί που τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ὁ καρπὸς πάντως τοῦ δένδρου ἄξιος. Εἰ δὴ τοῦ φυτοῦ τοῦ κατὰ τὸν γάμον βλάστημα καὶ καρπός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, τὰ τοῦ γάμου ὀνείδη πάντως τοῦ προφέροντος γίνεται.

At illi quidem, qui conscientiam notis inustam habent, atque ex sententiæ absurditate sunt cicatrice quadam affecti, ejusmodi rebus convincuntur. Nos vero de matrimonio ita sentimus, oportere nos rerum divinarum studium curamque huic matrimonii officio anteferre, neque tamen eum despicere, qui temperate illo, ac moderate uti potest: qualis patriarcha Isaac fuit, qui non florescente ætate, ut affectioni conjugium serviret, sed exhausta jam adolescentia, ob Dei in semine benedictionem, Rebeccam in matrimonium duxit: cui cum usque ad unum partum operam dedisset, rursus in rebus, quæ oculis non cernuntur, totus fuit, clausis corporis sensibus. Id enim significare mihi videtur historia, quæ gravem illius patriarchæ oculorum obtutum commemorat. Atque hæc quidem ita se habeant, quemadmodum iis ita se habere videntur, qui ejusmodi res perspicere plane sciunt. Nos vero, quæ ad orationis perpetuitatem pertinent, persequamur. Quid ergo illud est quod dicitur, si licuerit, neque a divina voluntate discedat, neque nuptias fugiat? quæ porro naturæ institutionem aspernetur, crimineturve id, cui honos attribui solet, nulla est oratio: nam ut in eo, quod a nobis expositum est, aquæ et fontis exemplo patet: cum in regionem aliquam agricola canalibus aquam derivat, in medioque cursu contingit, ut exiguo rivulo opus sit: tantum ille aquæ diffluere concedet, quantum usus ille moderate exigere videtur, rursusque paratus est, ut id cum reliquo iterum aquæ cursu commisceatur. Sin autem, aquæ nihil reservando, aditum illi incaute aperiet, periculum erit, ne tota aquæ vis, rectum cursum relinquendo, paludibus ex transverso omnia occupet. Pari ratione, quoniam in vita opus est mutua successione, si quis hoc, quod jam contractum est, matrimonio ita utetur, ut rebus spiritalibus præpositis, tenui ad ejusmodi res ac remissa cupiditate usus sit propter temporis brevitatem, hic temperans est, ex Apostoli præcepto, agricola, qui seipsum sapientiæ præceptis excolit, nec in retribuendis illis frigidis debitis sordide semper, abjecteque occupatus est, sed ex convenientia quadam munditiam animi in orationum studio constituit: timet enim, ne ex hac affectione totus efficiatur caro, et sanguis, in quibus non permanet Spiritus Dei. Qui vero ita infirmus est, ut

Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν στιγματίαι τὴν συνείδησιν καὶ καταμεμωλωπισμένοι τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ δόγματος διὰ τῶν τοιούτων ἐλέγχονται. Ἡμεῖς δὲ ταῦτα καὶ περὶ τοῦ γάμου γινώσκομεν, ὡς δεῖ προηγουμένην μὲν B εἶναι τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδήν τε καὶ ἐπιμέλειαν, τῆς δὲ τοῦ γάμου λειτουργίας μὴ ὑπερορᾶν τὸν σωφρόνως τε καὶ μεμετρημένως κεχρῆσθαι δυνάμενον· οἷος ἦν ὁ πατριάρχης Ἰσαὰκ, ὃς οὐκ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, ἵνα μὴ πάθους ἔργον ὁ γάμος γένηται, ἀλλ' ἤδη τῆς νεότητος ὑπαναλωθείσης αὐτῷ δέχεται τὴν τῆς Ῥεβέκκας συνοίκησιν, τῆς διὰ τὴν ἐπὶ τῷ σπέρματι τοῦ Θεοῦ εὐλογίαν· καὶ μέχρι μιᾶς ὠδῖνος ὑπηρετήσας τῷ γάμῳ, πάλιν τῶν ἀοράτων ὅλος ἦν, μύσας τὰ σωματικὰ αἰσθητήρια· τοῦτο γὰρ ἡ ἱστορία δοκεῖ σημαίνειν, τὴν βαρύτητα τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ πατριάρχου διηγουμένη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐχέτω, ὅπως ἂν ἔχειν δοκῇ τοῖς τὰ τοιαῦτα καθορᾷν ἐπιστήμοσιν. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου προΐωμεν. Τί οὖν ἦν τὸ λεγόμενον; Ὅτι ἂν ἐξῇ, μήτε τῆς C θειοτέρας ἐπιθυμίας ἀφίστασθαι, μήτε ἀποφεύγειν τὸν γάμον. Οὐδείς ἐστι λόγος ὁ ἀθετῶν τὴν οἰκονομίαν τῆς φύσεως, καὶ ὡς βδελυκτὸν διαβάλλων τὸ τίμιον. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ προῤῥηθέντος ἡμῖν τοῦ κατὰ τὸ ὕδωρ καὶ τὴν πηγὴν ὑποδείγματος, ὅταν ἐπί τι χωρίον διοχετεύων ὁ γεωργὸς τὸ ὕδωρ ἐφέλκεται, γένηται δέ τις καὶ διὰ μέσου χρεία βραχείας ἀποῤῥοῆς, τοσοῦτον μόνον δώσει παραῤῥυῆναι, ὅσον τῇ ἐπιζητούσῃ χρείᾳ σύμμετρον γενόμενον, πάλιν εὐκόλως συναναμιχθῆναι τῷ ὅλῳ· εἰ δὲ ἀπείρως καὶ εὐταμιεύτως ἀνοίξειε τῷ ὕδατι τὴν ἀπόῤῥοιαν, κινδυνεύσει τῆς εὐθείας ἀφέμενον ἅπαν ἐκχαραδρωθῆναι κατὰ τὸ πλάγιον· τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπειδὴ χρεία τῷ βίῳ καὶ τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς, εἰ μέν τις οὕτω χρήσαιτο τῷ γινομένῳ, ὡς προηγουμένων D τῶν πνευματικῶν, φειδωλῇ καὶ ὑπεσταλμένῃ κεχρῆσθαι τῇ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιθυμίᾳ, διὰ τὴν τοῦ καιροῦ συστολὴν, οὗτος ὁ σώφρων ἂν εἴη γεωργὸς, κατὰ τὸ παράγγελμα τοῦ Ἀποστόλου, οὐκ ἀεὶ περὶ τὰς ἀποδόσεις τῶν ψυχρῶν ἐκείνων ὀφλημάτων μικρολογούμενος, ἀλλὰ τὴν ἐκ συμφώνου καθαρότητα τῇ σχολῇ τῶν προσευχῶν ἀφορίζων, ὁ δεδοικὼς μὴ διὰ τῆς τοιαύτης προσπαθείας ὅλος γένηται σὰρξ καὶ αἷμα, ἐν οἷς οὐ καταμένει τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα. Ὁ δὲ ἀσθενῶς διακείμενος, ὡς μὴ δύνασθαι πρὸς τὴν τῆς φύσεως φορὰν ἀνδρικῶς στῆναι, κρείττων ἂν εἴη πόῤῥω τῶν τοιούτων ἑαυτὸν μᾶλλον ἀνέχων, ἢ εἰς ἀγῶνα κατιὼν μείζονα τῆς δυνάμεως. Κίνδυνος γὰρ

[11] Matth. VII, 18.

A οὐ μικρῶς παρακρουσθέντα τὸν τοιοῦτον ἐν τῇ πείρᾳ τῆς ἡδονῆς, μηδὲν ἕτερον ἀγαθὸν οἰηθῆναι, ἢ τὸ διὰ σαρκὸς μετὰ προσπαθείας τινὸς λαμβανόμενον, καὶ ἀποστρέψαντα παντελῶς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν ἀπὸ τῆς τῶν ἀσωμάτων ἀγαθῶν ἐπιθυμίας, ὅλον σαρκικὸν γενέσθαι, τὸ ἐν τούτοις ἡδὺ διαπαντὸς τρόπου θηρεύοντα· ὡς φιλήδονον εἶναι μᾶλλον αὐτὸν ἢ φιλόθεον. Ἐπειδὴ τοίνυν διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς, οὐ παντός ἐστι τῆς εἰς τὰ τοιαῦτα συμμετρίας ἐπιτυγχάνειν, ἐπικίνδυνον δὲ τὸ ἔξω τοῦ μέτρου παρενεχθέντα εἰς ἰλὺν βυθοῦ, κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν, ἐμπαγῆναι· λυσιτελὲς ἂν εἴη, καθὼς ὑφηγεῖται ὁ λόγος, ἀπείρατον τῶν τοιούτων διαβιῶναι· ὡς ἂν μὴ τῇ προφάσει τῶν συγκεχωρημένων εἴσοδον λάβοι κατὰ τῆς ψυχῆς τὰ πάθη.

naturæ onus sustinere nequeat, melius agetur, si ab iis procul se abducat, quam in certamen descendat impar viribus. Periculum enim non leve est, ne hic voluptatum usu, quasi esca, deceptus, nihil aliud in bonis esse putet, quam illud quod cum suavitate quadam carnis percipitur sensibus, neve, cum a rerum corpore vacantium cupiditate suam mentem plane averterit, in rebus sane corporeis totus omnino sit, rerumque harum voluptatem omni tempore indaget, quasi potius voluptatis sit, quam Dei amator. Et quoniam præ naturæ imbecillitate non cujusvis hominis est, harum rerum moderationem assequi, periculosumque est, qui extra modum positi sunt, ne hi, ut est in Psalmorum auctore [12], in limo profundi infigantur : illud maxime expedit, hujusmodi vitæ genus, uti hæc oratio monet, minus experiri, ne rerum, quæ permissæ sunt excusatione adhibita, animi affectionibus aditus pateliat.

B

ΚΕΦΑΛ. Θʹ.

Ὅτι δυσμετάθετον ἐπὶ παντὸς ἡ συνήθεια.

Ἄμαχον γάρ ἐστιν ἐπὶ παντὸς ἡ συνήθεια, πολλὴν ἔχουσα δύναμιν πρὸς ἑαυτὴν ἑλκύσαι καὶ ἐπισπάσασθαι τὴν ψυχὴν, καί τινα καλοῦ παρασχεῖν φαντασίαν, ἐν ᾧ ἄν τις σχέσιν καὶ προσπάθειαν διὰ τοῦ προσεθισμοῦ τινα κτήσηται· καὶ οὐδὲν οὕτω τῇ φύσει φευκτόν ἐστιν, ὡς ἐν συνηθείᾳ γενόμενον μὴ καὶ σπουδῆς ἄξιον καὶ αἱρετὸν νομισθῆναι. Ἀπόδειξις τοῦ λόγου ὁ ἀνθρώπινος βίος, ἐν ᾧ τοσούτων ὄντων ἐθνῶν, οὐ τὰ αὐτὰ πᾶσι σπουδάζεται, ἄλλα δὲ παρ' ἑτέροις ἐστὶ καλά τε καὶ τίμια, τῆς παρ' ἑκάστου συνηθείας τὴν περί τι σπουδήν τε καὶ ἐπιθυμίαν ποιούσης. C Καὶ οὐ μόνον κατὰ τὰ ἔθνη τὴν τοιαύτην παραλλαγὴν ἔστιν ἰδεῖν, τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων παρά τισι μὲν θαυμαζομένων, διαβαλλομένων δὲ παρ' ἑτέροις· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους καὶ τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ γένους, ἐν οἷς πολλὴν ἔστι διαφορὰν ἰδεῖν ἐκ τῆς συνηθείας ἑκάστοις ἐγγινομένην. Οὕτως ἐκ μιᾶς ὠδῖνος ἀδελφοὶ προελθόντες εἰς γένεσιν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῷ βίῳ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἐσχίσθησαν· καὶ οὔπω τοῦτο θαυμαστόν· ἐπεὶ καὶ ὁ καθέκαστον ἄνθρωπος οὐ τὴν αὐτὴν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος κρίσιν ἔχει, ἀλλ' ὡς ἂν περὶ ἕκαστον ἀπὸ τῆς συνηθείας διατεθῇ. Καὶ ἵνα μὴ τὰ πόῤῥω τοῦ πράγματος λέγωμεν, πολλοὺς ἡμῖν ἐγνωρίσαμεν ἐραστὰς μάλιστα τῆς σωφροσύνης εὐθὺς παρὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν φανέντας, ἀρχὴν δὲ ῥυπαροῦ βίου ποιησαμένους τὴν δοκοῦσαν ἔννομόν τε D καὶ συγκεχωρημένην τῶν ἡδονῶν μετουσίαν. Ἐπεὶ γὰρ ἅπαξ τὴν τοιαύτην παρεδέξαντο πεῖραν, κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ ῥείθρου ὑπόδειγμα, ὅλον πρὸς ταῦτα τὸ ἐπιθυμητικὸν μεταστρέψαντες, καὶ τὴν ὁρμὴν ἀπὸ τῶν θειοτέρων πρὸς τὰ ταπεινὰ καὶ ὑλώδη μετοχετεύσαντες, πολλὴν ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐρυχωρίαν τοῖς πάθεσιν ἤνοιξαν· ὡς παντελῶς τῆς ἐπὶ τὸ ἄνω φορᾶς λῆξαι καὶ ἀποξηρανθῆναι τὴν ἐπιθυμίαν, ὅλην πρὸς τὰ πάθη μεταῤῥυεῖσαν. Διὰ τοῦτο λυσιτελὲς εἶναι νομίζομεν τοῖς ἀσθενεστέροις εἰς τὴν παρθενίαν

CAPUT IX.

In omni re non facile commutari potest consuetudo.

In omni re difficilis est, quæ expugnetur, consuetudo : quoniam cum multam ad attrahendum in se animum, alliciendumque vim obtineat, tum in eo valet, ut aliquam honesti opinionem afferat; nam si quis ex consuetudine, usuque habitum, et aliquam animi affectionem sibi comparaverit, nihil vel ipsa natura sic fugiendum est : quod si in consuetudinem abierit, non omni studio dignum expetendumque videatur. Atque hujus sententiæ testis est hominum vita, in qua cum infinitæ exsistant nationes, non omnes tamen uno eodemque studio ducuntur, sed apud diversas, ex earum cujusque consuetudine, quæ studium in aliqua re et cupiditatem gignit, res in honore atque pretio sunt. Neque apud diversas solum nationes ejusmodi horum studiorum variam commutationem cernere licet, ut apud quasdam gentes in pretio illa sint, apud alias improbentur, sed in eadem natione, eademque civitate, et familia hanc, quæ e singulorum consuetudine nascitur, dissimilitudinem plane cognoscere possumus. Eodemque modo sæpe gemelli fratres diversis vitæ studiis ex usu consuetudineque affecti sunt, neque hoc sane mirabile est : quoniam singuli homines non sæpe idem de una eademque re sentiunt, sed ita ut quisque est consuetudine affectus. Et ne, quæ a re ipsa valde remota sunt, commemoremus, multos nos quidem amatores cognovimus, qui ab ineunte prope ætate se omnis temperantiæ maxime studiosos ostenderunt; impuræ vero vitæ initium quoddam jecerunt, quod justum permissum videtur esse voluptatum consortium, postea vero quam hoc semel experti sunt, omnem, ut in alvei nos exemplo diximus, appetitionis vim cum ad hæc ipsa converterint, et a rebus divinis ad humiles, caducasque mentem, et cupiditatem traduxerint; ita valde sibi patentem ad animi affectiones aditum apparue-

[12] Psal. LVIII, 3.

runt, ut cœlestia petere omnino desierint; peneque illarum ardore arefacti sint, cum omnis eo confluat appetitio. Quamobrem iis qui minus firmi sunt, conducere arbitramur, ut ad virginitatem tanquam ad tutissimum quoddam præsidium confugiant, neque ad hujus vitæ consuetudinem descendentes, contra se tentationes provocent, neque ut propter hos carnis affectus, illis se maxime rebus implicent, quæ summopere mentis nostræ repugnant rationi, periclitenturque non de prædii finibus, non de pecuniarum jactura, non de ullis denique cæteris rebus, quæ in hac vita expetuntur, sed de ea spe, quæ prælucet. Non enim qui ad res humanas mente, animoque se convertit, atque omnem illuc curam rejicit, animumque suum in eo occupat, ut hominibus placeat, is potest primum illud, et maximum Dei præceptum explere, quo monemur, ut toto corde, totis viribus Deum diligamus. Quo enim pacto fiet, ut toto quis animo Deum diligat, cum suum hic animum modo in Deum, modo in res humanas impellat, debitamque illi soli pietatem, ac benevolentiam quodam modo eripiens, in humanis affectibus exhauriat? cœlebs enim ea, quæ Dei sunt, curat : qui vero matrimonio vinctus est, in his, quæ et mundi et hominum sunt, curam studiumque adhibet. Sin autem laboriosa contra voluptates ac difficilis videtur pugna; fidenti animo quisque sit et forti; non enim parum in eo consuetudo valet, ut vel iis quæ difficillima esse videntur, voluptatem quamdam, eamque honestissimam et maxime puram ex aliqua perseverantia pariat, cujus quidem voluptatis amore is. qui mente præditus est, potius est detinendus, quam a rebus vere magnis, quæve omnem mentem excedunt, alienandus ex demissione quadam animi, quæ in rebus humilibus cernitur.

A ὡς εἰς ἀσφαλές τι φρούριον καταφεύγειν, καὶ μὴ πρὸς τὴν ἀκολουθίαν κατιόντας τοῦ βίου, προσκαλεῖσθαι καθ' ἑαυτῶν πειρασμοὺς, καὶ τοῖς ἀντιστρατευομένοις τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν διὰ τῶν τῆς σαρκὸς παθημάτων συμπλέκεσθαι, καὶ κινδυνεύειν οὐ περὶ γῆς ὅρων, ἢ χρημάτων ἀποβολῆς, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ τὴν ζωὴν ταύτην σπουδαζομένων, ἀλλὰ περὶ τῆς προηγουμένης ἐλπίδος. Οὐκ ἔστι γὰρ τὸν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἀποστρέφοντα τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἐνθάδε μέριμναν ἀναλαβόντα, καὶ εἰς ἀνθρωπίνην ἀρέσκειαν ἀσχολοῦντα ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν, πληρωτὴν γενέσθαι τῆς πρώτης καὶ μεγάλης ἐντολῆς τοῦ Κυρίου, ἥ φησιν ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν. Πῶς γὰρ ἀγαπήσει τις ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως τὸν Θεὸν, ὅταν καταμερίσῃ τὴν καρ- B δίαν ἑαυτοῦ πρὸς Θεὸν καὶ κόσμον, καὶ κλέπτων τρόπον τινὰ τὴν ἐκείνῳ μόνῳ χρεωστουμένην ἀγάπην, ἀνθρωπίνοις αὐτὴν πάθεσι προσαναλίσκῃ; ὁ γὰρ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου. Εἰ δὲ ἐπίπονος ἡ πρὸς τὰς ἡδονὰς μάχη δοκεῖ, θαῤῥείτω πᾶς· οὐδὲ γὰρ πρὸς τοῦτο μικρὰ ἡ συνήθεια καὶ τοῖς δυσκολωτάτοις εἶναι δοκοῦσιν, ἡδονήν τινα διὰ τῆς ἐπιμονῆς ἐνεργάσασθαι· καὶ ἡδονὴν τὴν καλλίστην καὶ καθαρωτάτην, ἧς ἄξιόν ἐστι τόν γε νοῦν ἔχοντα περιέχεσθαι μᾶλλον, ἢ τῇ περὶ τὰ ταπεινὰ μικροπρεπείᾳ, τῶν μεγάλων κατ' ἀλήθειαν καὶ πάντα νοῦν ὑπερεχόντων ἀλλοτριοῦσθαι.

C

CAPUT X.

Quid re vera expetendum.

Quanta enim jactura fiat, cum quis veri honesti possessione cadit, quæ orationis vis hoc explicaret? quantave mentis esset adhibenda præstantia? Quo enim modo quis id explicando assequeretur, quod neque oratione exprimi, neque mente comprehendi potest? Nam si quis ita mentis aciem purgaverit, ut aliquo pacto intueri possit, quod in beatitudinibus factum est nobis a Deo promissum, is omnem hominum vocem reprehendet, quasi nullam vim habeat ad rei intellectæ explicationem; si quis autem corporis ita est irretitus affectibus, ut mentis suæ acies affectione mala, quasi lippitudine quadam obscurata sit, inanis huic est et minime fructuosa omnis vis et orationis copia, quoniam in illis qui sine sensu sunt, perinde est, eleves verbis an amplifices miracula : ut in solis radiis, inanis est, atque minime utilis de his sermonis explicatio ei, qui lumen ab ortu non aspexit, quoniam luminis radios auribus percipere non potest : ita in vero lumine, quod mente cernitur, suis cuique oculis opus est, ut illam pulchritudinem aspiciat, quam qui munere Dei, ac providentia cernit, incredibili mentis stupore tenetur in eo quod exprimi non potest; qui vero non aspexit, is

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τί τὸ ἀληθῶς ἐπιθυμητόν.

Ὅση γάρ ἐστιν ἡ ζημία ἐν ἀποπτώσει γενέσθαι τῆς τοῦ ὄντως καλοῦ κτήσεως, τίς ἂν παραστήσειε λόγος; ποίᾳ δ' ἄν τις χρήσαιτο διανοίας ὑπερβολῇ; πῶς ἂν ἐνδείξαιτο καὶ εἰς ὑπογραφὴν ἀγάγοι τὸ καὶ λόγῳ ἄῤῥητον καὶ νοήματι ἀκατάληπτον; Εἰ μὲν γάρ τις ἐπὶ τοσοῦτον τὸ τῆς καρδίας ὄμμα κεκάθαρται, ὡς δυνηθῆναί πως ἰδεῖν τὸ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐπηγγελμένον, πάσης καταγνώσεται ἀνθρωπίνης φωνῆς, ὡς οὐδεμίαν ἐχούσης δύναμιν εἰς τὴν τοῦ νοηθέντος παράστασιν· εἰ δέ τις ἔτι τοῖς ὑλικοῖς ἐγκαθήμενος πάθεσι, καθάπερ ὑπὸ λήμης τινὸς τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως τὸ διορατικὸν τῆς ψυ- D χῆς ἐπιπέπλασται, ματαία καὶ τούτῳ πᾶσα λόγων ἰσχύς· ἐπὶ γὰρ τῶν ἀναισθήτως ἐχόντων, ἐν τῷ ὁμοίῳ καθέστηκε τό τε ἐλαττοῦν διὰ τοῦ λόγου καὶ τὸ ὑπεραίρειν τὰ θαύματα· ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, τῷ μὴ τεθεαμένῳ τὸ φῶς ἀπὸ πρώτης γενέσεως ἀργὴ καὶ ἀνόνητος γίνεται ἡ διὰ τῶν λόγων τοῦ φωτὸς ἑρμηνεία· οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν τὴν τῆς ἀκτῖνος λαμπηδόνα δι' ἀκοῆς ἐναυγάσαι. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ νοητοῦ φωτὸς, ἰδίων ὀφθαλμῶν ἑκάστῳ χρεία, ἵνα τὸ κάλλος ἐκεῖνο θεάσηται, ὅπερ ὁ μὲν ἰδὼν κατά τινα θείαν δωρεάν τε καὶ ἐπίπνοιαν ἀνερμήνευτον ἐν τῷ ἀποῤῥήτῳ τῆς συνειδήσεως ἔχει

τὴν ἔκπληξιν· ὁ δὲ μὴ τεθεαμένος, οὐδὲ γνώσεται A τὴν ζημίαν ὧν ἀπεστέρηται. Πῶς γὰρ ἄν τις αὐτῷ διαπεφευγὸς αὐτὸν ἀγαθὸν παραστήσειε; πῶς δ' ἄν τις ὑπ' ὄψιν ἀγάγοι τὸ ἄφραστον; Ἰδίας φωνὰς σημαντικὰς ἐκείνου τοῦ κάλλους οὐ μεμαθήκαμεν· ὑπόδειγμα τοῦ ζητουμένου ἐν τοῖς οὖσιν οὐκ ἔστιν οὐδέν· ἐκ συγκρίσεώς γε μὴν αὐτὸ δηλωθῆναι ἀμήχανον. Τίς γὰρ ὀλίγῳ σπινθῆρι προσεικάζει τὸν ἥλιον, ἢ ῥανίδα βραχεῖαν πρὸς τὴν τῶν ἀβύσσων ἀπειρίαν ἀνθίστησιν; Ὃν γὰρ ἔχει λόγον πρὸς τὰς ἀβύσσους ἡ ὀλίγη σταγὼν, ἢ πρὸς τὴν μεγάλην ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου τὸ μικρὸν σπινθηράκιον· οὕτω διάκειται καὶ πάντα τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς καλὰ θαυμαζόμενα πρὸς ἐκεῖνο τὸ κάλλος, ὃ περὶ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν καὶ τὸ ἐπέκεινα παντὸς ἀγαθοῦ θεωρεῖται. Τίς οὖν ἐπίνοια τὸ μέγεθος τῆς ζημίας τῷ παθόντι B τὴν ζημίαν ταύτην ἐνδείξεται; Καλῶς μοι δοκεῖ ὁ μέγας Δαβὶδ τὴν ἀμηχανίαν ἐνδεδεῖχθαι ταύτην· ὃς ἐπειδή ποτε δυνάμει τοῦ Πνεύματος ὑψωθεὶς τὴν διάνοιαν, καὶ οἷον ἐκβὰς αὐτὸς ἑαυτὸν, εἶδεν ἐκεῖνο τὸ ἀμήχανον καὶ ἀπερινόητον κάλλος ἐν τῇ μακαρίᾳ ἐκστάσει (εἶδε δὲ πάντως ὡς ἀνθρώπῳ γε δυνατὸν ἰδεῖν, ἔξω τῶν τῆς σαρκὸς προκαλυμμάτων γενόμενος, καὶ εἰσελθὼν διὰ μόνης διανοίας εἰς τὴν τῶν ἀσωμάτων καὶ νοητῶν θεωρίαν)· ἐπειδή τι καὶ εἰπεῖν ἄξιον τοῦ ὀφθέντος ἐπεπόθησεν, ἐκείνην ἐξεβόησε τὴν φωνὴν, ἣν πάντες ᾄδουσιν, ὅτι *Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης*· τοῦτο δέ ἐστιν, ὥς γε ὁ ἐμὸς λόγος, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος φωνῇ ἐπιτρέπων τὴν τοῦ ἀφράστου φωτὸς ἑρμηνείαν, ὄντως ψεύστης ἐστίν· οὐχὶ τῷ μισεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ τῷ ἀσθενεῖν περὶ τὴν C τοῦ νοηθέντος παράστασιν. Τὸ μὲν γὰρ αἰσθητὸν κάλλος, ὅσον κάτω περὶ τὸν ἡμέτερον ἀναστρέφεται βίον, εἴτε ἐν ἀψύχοις ὕλαις, εἴτε καὶ ἐν σώμασιν ἐμψύχοις διά τινος εὐχροίας ἐμφανταζόμενον, αὐτάρκης ἡμῶν ἡ κατὰ τὴν αἴσθησιν δύναμις καὶ θαυμάσαι, καὶ ἀποδέξασθαι, καὶ γνώριμον ἑτέρῳ ποιῆσαι, διὰ τῆς τῶν λόγων γραφῆς ὥσπερ ἐν εἰκόνι τινὶ τῷ λόγῳ τοῦ τοιούτου κάλλους ἐγγραφομένου· οὗ δὲ τὸ ἀρχέτυπον κάλλος διαφεύγει τὴν κατανόησιν, πῶς ἂν ὁ λόγος ὑπ' ὄψιν ἀγάγοι, οὐδεμίαν μηχανὴν ἐξευρίσκων ὑπογραφῆς, οὐ χροιὰν ἔχων εἰπεῖν, οὐ σχῆμα, οὐ μέγεθος, οὐ μορφῆς εὐμοιρίαν, οὐδέ τινα ὅλως φλυαρίαν τοιαύτην; Τὸ γὰρ ἀειδὲς πάντη, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ πηλικότητος πάσης ἀλλότριον, καὶ πάντων ὅσα περὶ σῶμα καὶ αἴσθησιν θεωρεῖται, πόῤῥωθεν ἱδρυμένον, D πῶς ἄν τις διὰ τῶν μόνῃ τῇ αἰσθήσει καταλαμβανομένων γνωρίσειεν; Οὐ μὴν διὰ τοῦτό γε ἀπογνωστέον ἡμῖν τῆς ἐπιθυμίας ταύτης, ὅτι ὑψηλοτέρα φαίνεται τῆς καταλήψεως· ἀλλ' ὅσῳ μέγα τὸ ζητούμενον ὁ λόγος ἀπέδειξεν, τοσούτῳ μᾶλλον ὑψοῦσθαι χρὴ τὴν διάνοιαν καὶ συνεπαίρεσθαι τῷ μεγέθει τοῦ ζητουμένου, μὴ παντελῶς ἔξω γενέσθαι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίας· κίνδυνος γὰρ οὐ μικρὸς, μὴ τῷ λίαν ὑψηλῷ τε καὶ ἀῤῥήτῳ, παντάπασι τῆς περὶ αὐτοῦ ἐννοίας ἀπολισθήσωμεν, μηδενὶ γνωρίμῳ τὴν κατανόησιν αὐτῶν ἐπερείδοντες. Δεῖ τοίνυν τῆς ἀσθε-

neque earum rerum damnum sentiet, quibus orbatus est. Quomodo enim illi quisquam bonum exponeret, quod ab ejus sensu refugit? qua ratione rem ob oculos poneret, quæ sub aspectum non cadit? nos propria verba, quæ illius pulchritudinis speciem significarent, non didicimus; non ullum ejus, de quo quæritur, exstat exemplum: comparatione vero aliqua hoc ipsum illustrari difficile sane est. Quis enim parvæ scintillulæ solem comparat, aut parvam stillam cum immensa aquarum voragine confert? nullam enim comparationem habet neque cum voragine gutta, neque cum solis radiis minima scintilla. Eodem modo se habent omnia, quæcunque homines tanquam pulchra admirantur, comparatione facta cum eo quod omne pulchrum atque bonum excedit. Itaque quæ mentis vis est, ut ei, qui hoc damno afficitur, illud ipsum demonstret? Recte mihi quidem hanc difficultatem summus ille David demonstrasse videtur: qui Spiritus vi aliquando mente elatus, quasique extra se positus, cumque in beata illa mentis elatione esset, pulchritudinem illam difficilem, quæ non mente comprehenditur, ipse vidit, ut homini saltem potest contingere, corporis velut exutus involucris, sola mente animoque cum ad rerum, quæ corpore vacant, menteque solum intelliguntur, contemplationem se conferret, quoniam aliquid dicere cupierat eo dignum, quod a se conspectum erat, ejusmodi verbum protulit, quod vulgo dici solet: « Omnis homo mendax [14]: » hoc est, ut mea fert opinio, homo omnis, qui ineffabilis luminis interpretationem sermoni permittit, hic est re vera falsus: non quia veritatem odit, sed quoniam ad ejus quod mente comprehenditur, explicationem infirmus est. Pulchritudinem enim, quæ sensibus percipitur, quæve in terris in nostra hac vita cernitur, sive illa sit in rebus inanimis, sive in corporibus animatis, bono aliquo colore excogitata, vis sensuum nostrorum per se satis est, ut illam nos aspiciamus, admiremur, demonstremus aliis, ac sermone, quasi in tabella quadam sit hujus pulchritudinis expressa species, notam illam cæteris faciamus; neque enim ejus exemplar intelligentiam fugit: quo modo fiet, ut ob oculos rem ponat oratio, quæ nullam describendi artem comperit, non dicendi colorem, non figuram, non magnitudinem, non integritatem formæ, neque ullas plane id generis nugas habet? quod enim ab omni parte obscurum est, neque ulla forma expressum, quodve ab omni magnitudine alienum, longeque ab his omnibus positum est, quæ corporis sensibus cernuntur, id quo modo aliquis cognitum ex iis rebus haberet, quæ solo sensu comprehenduntur? Non propterea tamen hujus cognitionis, cupiditatisque nos spem deponere debemus, quoniam altior ea apparet, quam ut mente comprehendi possit; sed, quo ma-

[14] Psal. cxv, 11.

jus est id, quod quæritur, eo altius animo menteque efferri, reique ipsius magnitudine magis atque magis nos excitari oportet, ut ne ab ipsius boni societate alieni nos plane efficiamur. Periculum enim non parvum est, ne, cum nullius rei cognitione hujus intelligentiam capi posse affirmaverimus, propter magnam quamdam et inexplicabilem magnitudinem nos ejus omnino cognitionem amittamus. Itaque propter hanc ipsam imbecillitatem, ex rebus sensu cognitis mentis vim nos quodammodo ad id traducere oportet, quod sub oculos non cadit. Atque in hac quidem contemplatione nos ita versemur.

A νείας ἕνεκεν ταύτης διὰ τῶν τῇ αἰσθήσει γνωρίμων χειραγωγεῖν πρὸς τὸ ἀόρατον τὴν διάνοιαν. Ἡ δὲ ἐπίνοια γένοιτο ἂν ἡμῖν τοιαύτη·

CAPUT XI.

Quemadmodum quis in consideratione vere honesti versari debet.

Qui exteriores tantum res nulla penitiori contemplatione intuentur, cum hominem, aut rem aliquam aspiciunt, quæ speciem aliquam præ se ferat, nihil sane amplius exquirunt, quam id quod sub oculos cadit. Nam dum corporis molem contemplantur, iis satis est, si totam corporis constitutionem comprehendisse se putent. At vero qui mente est acuta et perspicaci, scientiarumque disciplinis instructus, non solum satis habet oculorum sensu res, quæ sunt, intueri; neque rebus, quæ videntur, simpliciter acquiescit; neque id quod non cernitur, in iis rebus, quæ nullæ sunt, numerat; sed omnem etiam animi naturam diligenter investigat, corporumque qualitates, quæ apparent, et universe, et sigillatim considerat: et harum unam ab altera præcipue ratione distinguit: rursusque illarum communem concursum et conspirantem quemdam consensum in corporis constitutione contemplatur. Eadem igitur ratio est in hujus honesti pulchrique indagatione. Qui enim mente minus perfecta est, cum aliquid cernit, quod speciem pulchritudinis aliquam præ se fert, illud ipsum pulchrum sua natura esse opinabitur, quod voluptate quadam ejus sensus affecerit: nihilque præter eam requirit. Sed qui integerrimo est animi sensu ejusmodique res inspicere potest, is materiam relinquens pulchri formæ subjectam, eo, quod oculis cernitur, quasi fundamento aliquo, utetur ad illius pulchritudinis contemplationem, quod mente comprehenditur, cujus communione cum reliqua honesta pulchraque sunt, tum etiam habentur. Mihi vero difficile videtur, cum plerique obtusa mentis acie sint, eos, qui sermone materiam disjungunt, et a pulchritudine illa secernunt, quæ aspicitur, posse ipsam per se pulchritudinis naturam cognitam habere. Ac si quis malarum opinionum in erroreque versantium causam accurate perspicere velit, non aliam sane eum invenire arbitror, nisi quod non accurate nos hos nostri animi sensus in hoc exercuimus, ut honestum pulchrumve ab eo internosceremus, quod neque honestum, neque sane pulchrum est. Quamobrem cum ab hoc studio, quod in vero bono consistit, se abduxerint homines, partim in carnis amorem delapsi sunt, partim in inanimatam pecuniarum vim cupiditatibus prolapsi inciderunt: plerique vero in honoribus, in gloriæ splendore, in opibus et potentia honestum posuere; nonnulli

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Πῶς ἄν τις ἐν περινοίᾳ γένοιτο τοῦ ὄντως καλοῦ.

Ὥσπερ τοίνυν οἱ μὲν ἐπιπολαιότερον δίχα διανοίας τὰ πράγματα βλέποντες, ἐπειδὰν εἴδωσιν ἄνθρωπον ἢ ὅπερ ἂν τύχῃ τῶν φαινομένων, πλέον οὐδὲν τοῦ ὁρωμένου περιεργάζονται· B ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς θεασαμένοις τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, ὅλον νομίσαι τὸν τοῦ ἀνθρώπου λόγον κατειληφέναι· ὁ δὲ διορατικὸς τὴν ψυχὴν, καὶ πεπαιδευμένος μὴ μόνοις ὀφθαλμοῖς ἐπιτρέπει[ν] τὴν τῶν ὄντων ἐπίσκεψιν, οὐ μέχρι τῶν φαινομένων στήσεται, οὐδὲ τὸ μὴ βλεπόμενον ἐν τοῖς μὴ οὖσι λογίζεται, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσιν περινοεῖ, καὶ τὰς τῷ σώματι ἐμφυομένας ποιότητας, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἑαυτὰς ἐπισκέπτεται· ἰδίᾳ τε γὰρ αὐτῶν ἑκάστην χωρίζει τῷ λόγῳ, καὶ πάλιν τὴν κοινὴν αὐτῶν συνδρομήν τε καὶ σύμπνοιαν περὶ τὴν τοῦ ὑποκειμένου σύστασιν θεωρεῖ· οὕτως οὖν καὶ ἐν τῇ τοῦ καλοῦ ζητήσει, ὁ μὲν ἀτελὴς τὴν διάνοιαν, ἐπειδὰν ἴδῃ τι πρᾶγμα ᾧ κάλλους τινὸς περικέχυται φαντασία, αὐτὸ ἐκεῖνο καλὸν εἶναι τῇ ἑαυτοῦ φύσει οἰήσεται, C ὅπερ ἂν τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ δι' ἡδονῆς ἐπισπάσηται, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τοῦτο πλέον περιεργάζεται. Ὁ δὲ κεκαθαρμένος τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν, καὶ δυνατὸς τὰ τοιαῦτα βλέπειν, χαίρειν ἐάσας τὴν ὕλην τὴν ὑποβεβλημένην τῇ τοῦ καλοῦ ἰδέᾳ, οἷον ὑποβάθρᾳ τινὶ τῷ ὁρωμένῳ χρήσεται, πρὸς τὴν τοῦ νοητοῦ κάλλους θεωρίαν, οὗ κατὰ μετουσίαν τὰ ἄλλα καλὰ γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται. Δοκεῖ δέ μοι χαλεπὸν εἶναι, τῶν πλείστων τῇ τοιαύτῃ παχύτητι τῆς διανοίας συζώντων, τὸ διατεμόντας τῷ λόγῳ καὶ χωρίσαντας τὴν ὕλην ἀπὸ τοῦ ἐπιθεωρουμένου κάλλους, αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τοῦ καλοῦ τὴν φύσιν κατανοῆσαι. Καὶ εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλοι τὴν αἰτίαν σκοπεῖν τῶν πεπλανημένων καὶ μοχθηρῶν ὑπολήψεων, οὐκ ἄν μοι δοκεῖ ἄλλην εὑρεῖν, ἢ τὸ μὴ ἀκριβῶς ἡμῶν γεγυμνάσθαι τὰ τῆς D ψυχῆς αἰσθητήρια πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ καὶ μὴ τοιούτου διάκρισιν. Διὰ τοῦτο ἀποστάντες οἱ ἄνθρωποι τῆς περὶ τὸ ὄντως ἀγαθὸν σπουδῆς, οἱ μὲν εἰς ἔρωτα σαρκῶν κατωλίσθησαν, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν ἄψυχον τῶν χρημάτων ὕλην ταῖς ἐπιθυμίαις ἔρεψαν· ἄλλοι ἐν τιμαῖς καὶ δόξαις καὶ δυναστείαις τὸ καλὸν ὡρίσαντο· εἰσὶ δέ τινες οἳ περὶ τέχνας καὶ ἐπιστήμας ἐπτοήθησαν· οἱ δὲ ἀνδραποδωδέστεροι τούτων, λαιμὸν καὶ γαστέρα τοῦ ἀγαθοῦ ποιοῦνται κριτήρια. Οἱ δὲ ἀποστάντες τῶν ὑλικῶν νοημάτων, καὶ τῶν περὶ τὰ φαινόμενα προσπαθειῶν, ἀνεζήτουν τὴν ἁπλῆν τε καὶ ἄϋλον καὶ ἀσχημάτιστον τοῦ καλοῦ φύσιν, οὐκ ἂν περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἐπιθυμητῶν ἐπλανήθησαν, οὐδ' ἂν τοσοῦτον ὑπὸ τῆς τοιαύτης ἀπάτης παρηνέχθησαν, ὡς μηδὲ τὸ πρόσκαιρον τῆς ἐν τούτοις ἡδονῆς βλέ-

πόντας, πρὸς τὴν ὑπεροψίαν τῶν τοιούτων ὁδηγηθῆναι.

A autem sunt, qui in artium scientiarumque disciplinis stupore quodam affecti tenentur: qui vero sunt his abjectiores vilioresque, hi in gula, ac ventre sedem honesti collocant. Verum qui a rebus sub sensum cadentibus, et ab animi affectionibus ad eas res propensis, quæ speciem aliquam præbent, sese abduxerint, hi simplicem ipsius honesti indagarunt naturam, quæ materiæ expers est, nullaque figura exprimitur; neque in deligendis iis aberrarunt, quæ maxime optabilia sunt; neque ejusmodi sunt erroribus ita circumventi, ut neque perspecta voluptatis, quæ in iis est, brevitate, ad ejusmodi rerum despicientiam deducti venerint.

Οὐκοῦν αὕτη ἂν γένοιτο ἡμῖν ὁδὸς εἰς τὴν τοῦ καλοῦ εὕρεσιν ἄγουσα, τὸ πάντα τὰ ἄλλα, ὅσα τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐφέλκεται, καλὰ εἶναι νομιζόμενα, καὶ διὰ τοῦτο σπουδῆς τινος καὶ ἀποδοχῆς ἀξιούμενα, ταῦτα ὑπερβαίνοντας ὡς ταπεινά τε καὶ πρόσκαιρα, μηδενὶ τούτων προσαναλίσκειν τὴν ἐπιθυμητικὴν ἡμῶν δύναμιν, μήτε μὴν ἀργὴν καὶ ἀκίνητον ἐν ἑαυτοῖς κατακλείσαντας ἔχειν, ἀλλ' ἐκκαθάραντας αὐτὴν ἀπὸ τῆς τῶν ταπεινῶν προσπαθείας, ἐκεῖ ἀνάγειν, ὅπου οὐκ ἐφικνεῖται ἡ αἴσθησις· ὡς μήτε οὐρανοῦ [ἀνθρώπου] κάλλος θαυμάσαι, μήτε φωστῆρος αὐγὰς, μήτε ἄλλο τι τῶν φαινομένων καλῶν· ἀλλὰ διὰ τοῦ πᾶσι τούτοις ἐπιθεωρουμένου κάλλους χειραγωγεῖσθαι πρὸς τὴν ἐκείνου τοῦ κάλλους ἐπιθυμίαν, ἧς καὶ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν δόξαν, καὶ στερέωμα, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἀναγγέλλει τὴν γνῶσιν. Οὕτω γὰρ ἀνιοῦσα ἡ ψυχὴ, καὶ πᾶν τὸ καταλαμβανόμενον ὡς μικρότερον τοῦ ζητουμένου καταλιμπάνουσα, γένοιτο ἂν ἐν περινοίᾳ τῆς μεγαλοπρεπείας ἐκείνης, τῆς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἐπηρμένης. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις τῶν ὑψηλῶν ἐφίκοιτο, περὶ τὰ ταπεινὰ τὴν σπουδὴν ἔχων; πῶς δ' ἄν τις πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναπτείη, μὴ πτερωθεὶς τῷ οὐρανίῳ πτερῷ, καὶ ἀνωφερὴς καὶ μετέωρος διὰ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας γενόμενος; Τίς δὲ οὕτως ἔξω τῶν εὐαγγελικῶν μυστηρίων ἐστὶν, ὡς ἀγνοεῖν ὅτι ἓν ὄχημα τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ τῆς ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς πορείας ἐστὶ, τὸ τῷ εἴδει τῆς καταπτάσης περιστερᾶς ἑαυτὸν ὁμοιῶσαι, ἧς τὰς πτέρυγας γενέσθαι αὐτῷ καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐπόθησεν; Οὕτω γὰρ ἐν αἰνίγματι τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν τῇ Γραφῇ σύνηθες ὀνομάζειν· εἴτε διότι χολῆς ἐστιν ἄμοιρον τοῦτο τὸ ὄρνεον, ἢ ὅτι δυσωδίας ἐχθρὸν, καθώς φασιν οἱ τὰ τοιαῦτα παρατηρήσαντες. Οὐκοῦν ὁ πάσης πικρίας καὶ σαρκικῆς δυσωδίας ἑαυτὸν ἀποστήσας, καὶ πάντων τῶν ταπεινῶν τε καὶ χαμαιζήλων ὑπεραρθεὶς, μᾶλλον δὲ παντὸς τοῦ κόσμου γεγονὼς ὑψηλότερος ἐν τῷ προειρημένῳ πτερῷ, ἐκεῖνος εὑρήσει τὸν μόνον ἐπιθυμίας ἄξιον, καὶ γενήσεται καὶ αὐτὸς καλὸς, τῷ καλῷ προσπελάσας· καὶ ἐν αὐτῷ γεγονὼς, λαμπρός τε καὶ φωτοειδὴς ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καταστήσεται. Ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ τὰς ἀθρόας τοῦ ἀέρος ἐκλάμψεις, οὕς τινες διάττοντας καλοῦσιν ἀστέρας, οὐδὲν ἄλλο φασὶν οἱ ταῦτα φιλοσοφήσαντες, ἢ ἀέρα εἶναι ὑπὸ βίας πνευμάτων τινῶν εἰς τὸν αἰθέριον τόπον ὑπερχεόμενον· λέγουσι γὰρ τὸν πυροειδῆ τοῦτον ὁλκὸν, ἐκφλογωθέντος ἐν τῷ αἰθέρι τοῦ πνεύματος, τῷ οὐρανῷ ἐγχαράσσεσθαι· ὥσπερ οὖν ὁ ἐπίγειος οὗτος ἀὴρ ἀνωσθεὶς ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πνεύματος, φωτοειδὴς γίνεται, τῷ καθαρῷ τοῦ αἰθέρος ἐναλλοιούμενος· ταύτῃ τε δὴ καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, καταλιπὼν τὸν θολερὸν τοῦ-

Hæc igitur nobis quidem via est, qua ad ipsius honesti inventionem ducimur, ut cætera omnia, quibus hominum trahuntur cupiditates, quæve honesta putantur, ea cum pro nihilo habeamus, quasi humilia sint, ad tempusque maneant, nullam in his sane appetitionis nostræ vim nos consumamus; neque tamen, ut, cum in nobis ipsis B eam concluserimus, otiosam, ab omnique agitatione vacuam habeamus, sed cum ab omni rerum vilium abjectarumque cupiditate nos illam liberaverimus, eo plane referamus oportet, quo sensus ipse pervenire non potest, ita ut neque cœli pulchritudinem, neque luminum radios, neque res cæteras admiretur ac suspiciat, quæ aliquam præbeant pulchri speciem. At ex ipsa, quæ in his omnibus spectatur, pulchritudine animus noster ad pulchri illius cupiditatem ducatur oportet, cujus gloriam et cœli et firmamentum enarrant, omnisque creatura cognitionem ejus annuntiat. Cum enim animus sic ascenderit, et quidquid comprehensum sit, velut inferius eo quod inquirit reliquerit, tum in illius majestatis, quæ supra cœlos C se extulit, contemplatione versabitur. Sed qua ratione fiet, ut qui rerum humilium studio tenetur, res sublimes divinasque assequatur? quove modo circa cœlum pervolaret is, qui non alis cœlestibus sublatus, neque sublimia petit, neque ex sublimi quodam instituto cœlestia contemplatur? Quis ita ab Evangelii mysteriis aversus est, qui ignoret illud unum esse itineris vehiculum, quo hominum animus ad cœlos vehitur, cum quis scilicet seipsum efficit similem columbæ devolantis, cujus quidem alas sibi effici summus etiam propheta David valde expetivit. Ita enim Spiritus sancti vim mos est in divinis Litteris subobscure appellari; sive quoniam avis hæc felle caret, sive quia est inimica D fetori, ut tradunt hi, qui hæc ipsa investigarunt. Is igitur qui ab omni acerbitate, et carnis fetore longe refugit, quive a rebus humilibus terrenisque altius fertur; vel ab omnibus potius rebus mundanis se illis ipsis, quas diximus, alis sublimius tollit, is profecto inveniet, quod est solum appetitione dignum, cumque ad pulchritudinem ipsam prope accesserit, pulcher etiam ipse efficietur, splendidusque in ea, ac luminosus factus in veri luminis societate constituetur. Ut enim nocte frequentes cœli ignes, quos micantes stellas vocant, nihil aliud esse dicunt hi, qui in hoc studio versati sunt, quam aerem qui spirituum quorumdam vi in æthereum cœlestemque illum sit locum effusus: dicunt enim inflammato in æthere spiritu,

igneum hunc tractum cœlo imprimi : ut igitur aer A hic, qui omnem terram complectitur, vi spirituali in sublime pulsus, cum ætherisque puro splendore commutatus, luminosus exsistit : ita hominum mens, cum turbulentam hanc vitam, ac cœnosam deseruit, quoniam spiritus vi jam pura effecta est, cum sublimi illo veroque et puro splendore commista, in illo quodammodo perlucet, radiorumque coruscatione impleta est, atque ex Domini promisso lumen quodammodo efficitur : promiserat enim is justos viros ad solis similitudinem refulgentes fore. Atque id ipsum quidem in terris fieri videmus, vel in speculo, vel in aqua, vel in cæteris rebus, quæ præ tenuitate relucendi vim habent. Cum enim res aliqua ejusmodi radios solis excipit, alios rursus in se radios ipsa efficit : quod utique B non factum esset, si pura illius rei splendidaque superficies sordibus quibusdam esset inutilis facta. Ergo nos sive terrenis relictis his tenebris in sublimi versemur, ibi jam lucidi efficiemur veræ Christi luci appropinquantes; seu lux illa vera, quæ vel in tenebris lucet, ad nos descendat, etiam nos lux erimus, ut Dominus quodam loco discipulis ait [15] : Nisi quibusdam malitiæ impuritatisque sordibus propius cordi admotis, luminis nostri obscurabitur gratia.

τον καὶ ἰλυώδη βίον, ἐπειδὰν καθαρὸς γενόμενος ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, φωτοειδὴς γένηται καὶ ἐμμιχθείη τῇ ἀληθινῇ καὶ ὑψηλῇ καθαρότητι, διαφαίνεταί πως καὶ αὐτὸς ἐν ἐκείνῃ, καὶ ἀκτίνων ἐμπίπλαται, καὶ φῶς γίνεται, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ὑπόσχεσιν, ὃς τοὺς δικαίους λάμψειν καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἡλίου κατεπηγγείλατο. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὁρῶμεν γινόμενον ἐπὶ κατόπτρου, ἢ ὕδατος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἀποστίλβειν διὰ λειότητα δυναμένων. Ὅταν γάρ τι τούτων δέξηται τὴν τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα, καὶ ἄλλην ἀφ' ἑαυτῶν ἀκτῖνα ποιεῖ· οὐκ ἂν ποιήσαντα, εἰ ῥύπῳ τινὶ τὸ καθαρόν τε καὶ στιλπνὸν τῆς ἐπιφανείας ἀχρειωθείη. Εἴτε οὖν ἡμεῖς ἄνω γενοίμεθα, καταλιπόντες τὸ περίγειον σκότος, ἐκεῖ φωτοειδεῖς γενησόμεθα, τῷ ἀληθινῷ φωτὶ τοῦ Χριστοῦ ἐμπελάσαντες· εἴτε τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τὸ καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ λάμπον καὶ μέχρις ἡμῶν καταβαίη, καὶ ἡμεῖς φῶς ἐσόμεθα, καθώς φησί που τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος· Εἰ μή τις κακίας ῥύπος τῇ καρδίᾳ προσπεπλασμένος τὴν χάριν τοῦ ἡμετέρου φωτὸς ἀμαυρώσειε.

Atque fortasse quidem hæc quæ in exemplis consistit oratio sensim eo nos adduxit, ut putemus nos in id commutatum iri, quod melius est : demonstratumque est, non aliter fieri posse, ut animus cum immortali incorruptoque Deo junctus sit, C nisi ipse, quantum fieri potest, integritatis, castitatisque præsidio purus, atque incorruptus fiat, ut hac similitudine id, quod simile est, apprehendat; tanquam aliquo speculo adhibito Dei puritati se ipse subjiciens, quæ pulchritudinis ipsius exemplari sibi demonstrato, ad illius similitudinem, formam suam exprimat. Sin autem quispiam talis est, qui noverit hæc humana deserere, aut corpora, aut pecunias, aut scientiarum, artiumque studia, aut quæcunque moribus legibusque præclara putantur, quoniam in his rebus, quarum sensus judex est, de honesto opinionis error versatur; hic profecto et amore, et cupiditate ad illud ipsum solum honestum, pulchrumve trahetur, quod non aliunde exsistere potest, neque ali- D quando, neque ad aliquid ejusmodi refertur, sed quod ex se, et per se, et in se honestum est, hoc sane est semper honestum, neque aliquando non fuit, aut aliquando non futurum, sed perpetuo se uno eodemque modo habet, neque omnino augeri, neque amplificari, neque ulla permutatione mutari potest. Atqui cunctas animi sui potestates omnium vitiorum sordibus qui absterserit, illud ausim dicere, affirmaremque, perspicuum ei omnino esse id quod natura est solum honestum, a quo cum honesti omnis, tum boni principium, atque causa exsistit : ut enim oculus, qui lippitudinis morbo liberatus est, aperte ea cernit, quæ in cœlo appa-

Τάχα τοίνυν ἡμᾶς ἠρέμα διὰ τῶν ὑποδειγμάτων ὁ λόγος προσήγαγε τῇ ἐπινοίᾳ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἡμῶν ἀλλοιώσεως· καὶ ἐδείχθη μὴ δυνατὸν ἑτέρως εἶναι συναφθῆναι τὴν ψυχὴν τῷ ἀφθάρτῳ Θεῷ, μὴ καὶ αὐτὴν ὡς οἷόν τε καθαρὰν γενομένην διὰ τῆς ἀφθαρσίας· ὡς ἂν διὰ τοῦ ὁμοίου καταλάβῃ τὸ ὅμοιον, οἱονεὶ κάτοπτρον τῇ καθαρότητι τοῦ Θεοῦ ἑαυτὴν ὑποθεῖσαν· ὥστε κατὰ μετοχὴν καὶ ἐμφάνειαν τοῦ πρωτοτύπου κάλλους καὶ τὸ ἐν αὐτῇ μορφωθῆναι. Εἰ δέ τις τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἤδη πάντα καταλιπεῖν τὰ ἀνθρώπινα, εἴτε σώματα, εἴτε χρήματα, εἴτε τὰ ἐν ἐπιστήμαις ἢ τέχναις ἐπιτηδεύματα, ἢ καὶ ὅσα ἐν ἔθεσι καὶ νόμοις δεξιὰ θεωρεῖται (περὶ τὰ τοιαῦτα γὰρ ἡ πλάνη τῆς τοῦ καλοῦ κατανοήσεως, ἐν οἷς ἡ αἴσθησις κριτήριον γίνεται), ὁ τοιοῦτος πρὸς ἐκεῖνο μόνον ἐρωτικῶς τε καὶ ἐπιθυμητικῶς ἕξει, ὃ οὐχ ἑτέρωθεν ἔχει τὸ καλὸν εἶναι, οὐδὲ ποτὲ, ἢ πρός τι τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑαυτοῦ καλὸν, καὶ ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτον καλὸν ὂν, καὶ οὐδὲ ποτὲ καλὸν γενόμενον, ἢ ποτὲ οὐκ ἐσόμενον, ἀλλὰ πάντοτε ὡσαύτως ἔχον, προσθήκης τε καὶ αὐξήσεως ὑπεράνω, καὶ ἀνεπίδεκτον πάσης τροπῆς τε καὶ ἀλλοιώσεως. Τῷ τοίνυν πάσας ἑαυτοῦ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐκ παντὸς εἴδους κακίας ἀποκαθάραντι, τολμῶ καὶ λέγω, ὅτι ἐμφανὲς γίνεται τὸ μόνον τῇ φύσει καλὸν, ὅπερ ἐστὶ τὸ παντὸς καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ αἴτιον. Καθάπερ γὰρ ὀφθαλμῷ τὴν λήμην ἀπορυψαμένῳ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ τηλαυγῶς καθορᾶται· οὕτως καὶ τῇ ψυχῇ διὰ τῆς ἀφθαρσίας παραγίνεται ἡ δύναμις τῆς τοῦ φωτὸς ἐκείνου κατανοήσεως, καὶ ἡ ἀληθινὴ παρθενία, καὶ ἡ περὶ τὴν ἀφθαρσίαν σπουδὴ εἰς τοῦτον τὸν σκοπὸν καταλήγει, τὸ δι' αὐτῆς δυνηθῆναι τὸν Θεὸν ἰδεῖν. Ὅτι γὰρ τὸ κυρίως καὶ πρώτως καὶ μόνως καλόν τε

[15] Matth. v, 14.

καὶ ἀγαθὸν καὶ καθαρὸν ὁ τῶν ὅλων ἐστὶ Θεὸς, οὐδεὶς A οὕτω τυφλὸς τὴν διάνοιαν, ὡς μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ συνιδεῖν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ἐπιζητεῖν δὲ εἰκός τινας, εἰ δυνατόν ἐστιν οἷόν τινα μέθοδον καὶ ἀγωγὴν τὴν πρὸς τοῦτο χειραγωγοῦσαν ἡμᾶς ἐξευρεῖν. Μεσταὶ μὲν οὖν αἱ θεῖαι Βίβλοι τῆς τοιαύτης εἰσὶν ὑφηγήσεως· πολλοὶ δὲ τῶν ἁγίων καθάπερ τινὰ λύχνον τὸν ἑαυτῶν βίον τοῖς κατὰ Θεὸν πορευομένοις προφαίνουσιν. Ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εἰς τὸν προκείμενον σκοπὸν ὑποθήκας ἔξεστιν ἑκάστῳ πλουσίως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Διαθηκῶν ἀναλέξασθαι· πολλὰ μὲν γὰρ ἐν προφήταις καὶ νόμῳ, πολλὰ δὲ ἐν εὐαγγελικαῖς τε καὶ ἀποστολικαῖς παραδόσεσι πάρεστιν ἀφθόνως λαβεῖν. Ὅσα δ' ἂν καὶ ἡμεῖς ὑπονοήσαιμεν, ταῖς θείαις ἀκολουθοῦντες φωναῖς, ταῦτ' ἐστίν. B

rent : sic animo ex pura integritate, castitateque facultas accedit lucis illius contemplandæ. Atque vera quidem virginitas incorruptæque castitatis studium eo sane refertur, ut illius ipsius ope adhibita, Deum quis possit intueri. Nam proprie, et primum, et solum honestum, purumque Deum esse, nemo ita mente cæca est, quin per se intelligat. Sed hoc ipsum fortasse nemo ignorat; at æquum tamen est, ut nonnulli, si fieri potest, omnino indagent, quæ sane ratio sit ac via, quæ nos ad illud ipsum honestum ducat. Plenæ igitur hujusce narrationis divinæ Litteræ, compluresque sanctissimi viri vitam suam, quasi lumen aliquod, illis ostendunt, qui cum Deo ambulant. Verum præcepta quidem multa, quæ ad hoc propositum pertinent, ex divinis utriusque Testamenti scriptis copiose satis colligere licet; nam cum multa e prophetis, atque lege, tum pleraque sane, et ex evangelicis, et apostolicis traditionibus abunde percipi possunt. Quæ vero nos, divinos imitati sermones, commentati sumus, hæc omnino sunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὅτι οὐδ' ἐξ ἀρχῆς, οὐδὲ κατὰ φύσιν συνουσιωμένον, ἀλλ' αὐτεξούσιον ἔχει ὁ ἄνθρωπος τὸ παθητικόν.

Τὸ λογικὸν τοῦτο καὶ διανοητικὸν ζῶον, ὁ ἄνθρωπος, τῆς θείας τε καὶ ἀκηράτου φύσεως ἔργον καὶ μίμημα γεγονώς· οὕτω γὰρ ἐν τῇ Κοσμογενείᾳ περὶ αὐτοῦ ἀναγέγραπται, ὅτι « Κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· » τοῦτο οὖν τὸ ζῶον, ὁ ἄνθρωπος, οὐ κατὰ φύσιν οὐδὲ συνουσιωμένον ἔσχεν ἐν ἑαυτῷ παρὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὸ παθητικόν τε καὶ ἐπίκηρον. Οὐδὲ γὰρ ἦν δυνατὸν τὸν τῆς εἰκόνος διασωθῆναι λόγον, εἰ ὑπεναντίως εἶχε τὸ ἀπεικονισμένον κάλλος πρὸς τὸ C ἀρχέτυπον. Ἀλλ' ὕστερον ἐπεισήχθη τὸ πάθος αὐτῷ μετὰ τὴν πρώτην κατασκευήν· ἐπεισήχθη δὲ οὕτως· Εἰκὼν ἦν καὶ ὁμοίωμα, καθὼς εἴρηται, τῆς πάντων τῶν ὄντων βασιλευούσης δυνάμεως· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς πρὸς τὸν ἐξουσιάζοντα πάντων εἶχε τὴν ὁμοιότητα, οὐδεμιᾷ τινι τῶν ἔξωθεν ἀνάγκῃ δεδουλωμένος· ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῇ ἰδίᾳ πρὸς τὸ δοκοῦν διοικούμενος, καὶ τὸ ἀρέσκον αὐτῷ κατ' ἐξουσίαν αἱρούμενος, τὴν συμφορὰν ταύτην, ᾗ νῦν κεκράτηται τὸ ἀνθρώπινον, αὐτὸς ἐθελοντὴς ἀπάτῃ παρενεχθεὶς ἐπεσπάσατο, αὐτὸς τῆς κακίας εὑρέτης γενόμενος, οὐχὶ παρὰ Θεοῦ γενομένην εὑρών· Θεὸς γὰρ θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ κτίστης καὶ δημιουργὸς τοῦ κακοῦ κατέστη ὁ ἄνθρωπος. D Καθάπερ γὰρ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς κοινὴ μὲν πρόκειται πᾶσιν ἡ μετουσία, οἷς ἡ τοῦ ὁρᾷν δύναμις πάρεστι· δύναται δέ τις, εἰ βουληθείη, μύσας τὸν ὀφθαλμὸν, ἔξω γενέσθαι τῆς τοῦ φωτὸς ἀντιλήψεως, οὐ τοῦ ἡλίου ἀποχωροῦντος ἑτέρωθι, καὶ οὕτως ἐκεῖνο τὸ σκότος ἐπάγοντος, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου διὰ τῆς ἐπιμύσεως τῶν βλεφάρων τὸν ὀφθαλμὸν ἐκ τῆς ἀκτῖνος διατειχίσαντος· τῆς γὰρ ὁρατικῆς δυνάμεως ἐν τῇ ἐπιμύσει τῶν ὀμμάτων ἀργεῖν ἀδυνατούσης, ἀνάγκη πᾶσα τὴν ἐνέργειαν τῆς ὁράσεως, σκότους ἐνέργειαν γίνεσθαι, ἑκουσίως ἐν τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τῆς ἀορασίας

CAPUT XII.

Neque a principio, neque natura innatæ sunt homini affectiones, sed ex consilio sibi eveniunt.

Homo, qui rationis particeps, mentisque compos animal est, et divinæ incorruptæque naturæ opus, atque simulacrum effectum : in mundi enim constitutione de eo his verbis scriptum est : « Ad imaginem Dei fecit eum [15*], » hoc, inquam, animal homo, principio non illud sibi natura ingenitum habuit, ut affectibus esset, mortique expositus. Neque enim fieri poterat, ut similitudinis conservata esset ratio, si contra se id haberet, quod ad exemplaris imaginem, similitudinemque expressum est. Sed post primam hominis fabricationem affectionum vis in eum introducta est; introducta est autem hoc modo : Imago erat homo, similitudoque, ut dictum est, ejus potestatis, cujus imperio, quæcunque sunt, omnia tenentur, ac reguntur : idque propterea in hominis libero consilio, voluntateque positum fuit, se illius similitudinem tenere, cujus potestate res universæ complectuntur; neque ulla sane rerum externarum necessitate servus effectus est, sed sua ipse sententia ad id, quod sibi visum est, sese affecit : cumque ex potestate id elegisset, quod sibi placuerat; calamitatem hanc, qua hominis genus jam oppressum tenetur, sponte ipse fraude circumventus contraxit : et ita omnis mali auctor fuit, non a Deo facti inventor : mortem enim Deus non effecit, sed mali conditor quodammodo, fabricatorque homo exstitit : quemadmodum enim solis lux communis proposita est omnibus qui cernendi vim habent; potest enim quis, si voluerit, clausis oculis efficere ne lucem illam excipiat : non quia sol alio migret, atque ex eo tenebras offundat, sed quia homo ipse, clausis palpebris, oculum a radiis sepierit : nam cum videndi vis, opertis oculis, suo munere fungi

[15*] Gen. I, 27.

non possit, necesse est omnis hæc aspectus cessatio tenebras efficiat, quas homo sibi sponte ex eo offundit, quia videre recusat : aut veluti si quis domum sibi ædificans, nullum luci aditum patefaciat ad ea, quæ domi sunt, is certe cum ingrediendi viam radiis sponte obstruxerit, in tenebris ipse vitam deget : pari ratione primus homo de terra, vel potius is, qui malum in homine peperit, unum quidem natura honestum et bonum undique sibi propositum in potestate habuit : per se tamen ultro est ea molitus, quæ contra naturam sunt : cum mali, vitiique usum, repudiata virtute, suo ipse consilio introduxerit. Malum enim extra consilium positum, ac per se constans, in omni natura nullum est. Nam Dei opus omne bonum, neque detestandum, cunctave, quæ Deus effecit, sunt admodum bona; sed posteaquam eo, quem diximus, modo in vitam hominum non sine maxima pernicie irrepsit peccandi consuetudo, atque ex parva causa, quæ in infinita hominum mala latius manavit, divina illa animi pulchritudo, quæ ad exemplaris imitationem fuerat expressa; quasi ferrum, rubigine vitii est consumpta, non tantam quidem, quanta certe sibi ex natura inerat, conservavit imaginis gratiam, sed ad peccandi turpitudinem sese tota convertit. Itaque magnum illud et pretiosum homo, ut a Scriptura est appellatus, cum a dignitate sua excidisset, quod accidit iis qui in cœnum illapsi sunt, facie omni limo oblita, ne a familiaribus quidem agnoscuntur : eodem modo ille in peccati sordes præcipitatus incorrupti Dei imaginem perdidit, mutatoque habitu corruptam quamdam peccatique labe inquinatam imaginem induit, quam ratio deponere suadet ei qui incorrupta vitæ disciplina se quasi aqua quadam abluerit : ut hoc sane terreno abjecto integumento, animi rursus appareat pulchritudo. Aliena vero abjicere, in eo est, ut ad sua quisque atque ad naturam redeat : quod profecto assequi non aliter licet, nisi talis rursus quis fiat, qualis principio effectus est. Non enim nostrum est, neque facultatis hominum officium, ut divinitatis similes fiant; sed hoc sane contingit maximo munere Dei, qui a primo statim ortu nobis sui est similitudinem largitus.

At hominum studii tantum illud sane est, ut quas sibi sordes postea ex peccato ipsi contraxerant, eas omnino eluant, pulchritudinemque illam illustrent, quæ in animo occultata est. Ejusmodi autem præceptum in Evangelio Dominum docere arbitror, cum loquitur ad eos qui sapientiam in mysterio loquentem audire possunt. Regnum Dei, inquit [16], intra vos est. Id enim, opinor, Scriptura significat, non esse divinum bonum a natura nostra abjunctum; nec procul ab iis abesse, qui illud indagare instituant. At in singulis illud est, incognitum tamen atque obscurum, cum et curis, et vitæ voluptatibus compressum sit : rursus autem

[16] Luc. XVII, 21.

A συνισταμένην· ἢ ὥσπερ εἴ τις οἰκίαν ἑαυτῷ κατασκευάζων, μηδεμίαν ἐντέμοι τῷ φωτὶ τὴν ἐπὶ τὰ ἔσω πάροδον, ἀναγκαίως ἐν σκότῳ βιώσεται, ἑκὼν ἀποκλείσας ταῖς ἀκτῖσι τὴν εἴσοδον· οὕτω καὶ ὁ πρῶτος ὁ ἐκ γῆς ἄνθρωπος, μᾶλλον δὲ ὁ τὴν κακίαν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γεννήσας, ἐν μὲν τῇ φύσει τὸ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν κατ' ἐξουσίαν ἔσχεν πανταχόθεν προκείμενον· ἐθελοντὴς δὲ παρ' ἑαυτοῦ τὰ παρὰ φύσιν ἐκαινοτόμησε, τὴν τοῦ κακοῦ πεῖραν ἐν τῇ ἀποστροφῇ τῆς ἀρετῆς τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει δημιουργήσας. Κακὸν γὰρ ἔξω προαιρέσεως κείμενον, καὶ κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν θεωρούμενον, ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων ἐστὶν οὐδέν. Πᾶν γὰρ κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ λίαν· ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον εἰσεφθάρη τῇ ζωῇ B τῶν ἀνθρώπων ἡ τοῦ ἁμαρτάνειν ἀκολουθία, καὶ ἐκ μικρᾶς ἀφορμῆς εἰς ἄπειρον τῆς κακίας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ χυθείσης, καὶ τὸ θεοειδὲς ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς κάλλος τὸ κατὰ μίμησιν τοῦ πρωτοτύπου γενόμενον, οἷόν τις σίδηρος κατεμελάνθη τῷ τῆς κακίας ἰῷ· οὐκέτι τηνικαῦτα τῆς οἰκείας αὐτῷ κατὰ φύσιν εἰκόνος τὴν χάριν διέσωζεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ αἶσχος τῆς ἁμαρτίας μετεμορφώθη. Ὅθεν τὸ μέγα καὶ τίμιον τοῦτο, ὁ ἄνθρωπος, ὡς ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὠνομάσθη, ἐκπεσὼν τῆς οἰκείας ἀξίας, οἷον πάσχουσιν οἱ ἐξ ὀλισθήματος ἐγκατενεχθέντες βορβόρῳ, καὶ τῷ πηλῷ τὴν μορφὴν ἑαυτῶν ἐξαλείψαντες, ἀνεπίγνωστοι καὶ τοῖς συνήθεσι γίνονται· οὕτως κἀκεῖνος ἐμπεσὼν τῷ βορβόρῳ τῆς ἁμαρτίας, ἀπώλεσε μὲν τὸ εἰκὼν εἶναι τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, τὴν δὲ φθαρτὴν καὶ πηλίνην εἰκόνα διὰ C τῆς ἁμαρτίας μετημφιάσατο· ἣν ἀποθέσθαι συμβουλεύει ὁ λόγος, οἷόν τινι ὕδατι τῷ καθαρῷ τῆς πολιτείας ἀποκλυσάμενον· ὡς ἂν περιαιρεθέντος τοῦ γηΐνου καλύμματος, πάλιν τῆς ψυχῆς φανερωθῇ τὸ κάλλος. Ἀπόθεσις δὲ τοῦ ἀλλοτρίου ἐστὶν ἡ εἰς τὸ οἰκεῖον ἑαυτῷ καὶ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος· οὗ τυχεῖν ἄλλως οὐκ ἔστι, μὴ οἷος ἐξ ἀρχῆς ἐκτίσθη, τοιοῦτον πάλιν γενόμενον. Οὐ γὰρ ἡμέτερον ἔργον, οὐδὲ δυνάμεως ἀνθρωπίνης ἐστὶ κατόρθωμα ἡ πρὸς τὸ Θεῖον ὁμοίωσις· ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλοδωρεᾶς ἐστιν, εὐθὺς ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει χαρισαμένου τῇ φύσει τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα.

D Τῆς δὲ ἀνθρωπίνης σπουδῆς τοσοῦτον ἂν εἴη, ὅσον ἐκκαθᾶραι μόνον τὸν ἐπιγενόμενον ἀπὸ κακίας ῥύπον αὐτῷ, καὶ τὸ κεκαλυμμένον ἐν τῇ ψυχῇ κάλλος διαφωτίσαι. Τὸ δὲ τοιοῦτον δόγμα καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διδάσκειν οἶμαι τὸν Κύριον, λέγοντα τοῖς ἀκούειν δυναμένοις τῆς ἐν μυστηρίῳ λαλουμένης σοφίας, ὅτι « Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν· » ἐνδείκνυται γὰρ, οἶμαι, ὁ λόγος αὐτῷ, ὅτι τὸ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὸν οὐ διώρισται τῆς φύσεως ἡμῶν, οὐδὲ πόῤῥωθέν που τῶν ζητεῖν αὐτὸ προαιρουμένων ἀπῴκισται· ἀλλὰ ἐν ἑκάστῳ ἐστὶν, ἀγνοούμενον μὲν καὶ λανθάνον, ὅταν ὑπὸ τῶν μεριμνῶν τε καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου συμπνίγηται· εὑρισκόμενον δὲ πάλιν, ὅταν εἰς ἐκεῖνο τὴν διάνοιαν

ἡμῶν ἐπιστρέψωμεν· εἰ δὲ χρὴ καὶ δι' ἑτέρων τὸν λόγον πιστώσασθαι, τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἀναζητήσει τῆς ἀπολλυμένης δραχμῆς ἡμῖν ὑποτίθεσθαι οἶμαι τὸν Κύριον, ὡς οὐδὲν ὄφελος ἐκ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, ἃς δραχμὰς ὁ λόγος ὠνόμασε, κἂν πᾶσαι παροῦσαι τύχωσι, τῆς μιᾶς ἐκείνης ἀπούσης τῇ χηρευούσῃ ψυχῇ. Διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν ἅπτειν λύχνον ἐλαίου κελεύει, τὸν λόγον τάχα σημαίνων τὸν τὰ κεκρυμμένα φωτίζοντα· εἶτα ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, τουτέστιν, ἐν ἑαυτῷ, ζητεῖν τὴν ἀπολλυμένην δραχμήν. Διὰ δὲ τῆς ζητουμένης δραχμῆς τὴν εἰκόνα πάντως τοῦ βασιλέως αἰνίσσεται, τὴν οὐχὶ παντελῶς ἀπολλυμένην, ἀλλὰ ὑποκεκρυμμένην τῇ κόπρῳ. Κόπρον δὲ χρὴ νοεῖν, ὡς οἶμαι, τὴν τῆς σαρκὸς ῥυπαρίαν· ἧς ἀποσαρωθείσης καὶ ἀνακαθαρθείσης διὰ τῆς ἐπιμελείας τοῦ βίου, ἔκδηλον τὸ ζητούμενον γίνεσθαι, ἐφ' ᾧ εἰκότως αὐτήν τε τὴν εὑροῦσαν χαίρειν ψυχὴν, καὶ εἰς κοινωνίαν τῆς εὐφροσύνης συμπαραλαμβάνειν τὰς γείτονας. Τῷ ὄντι γὰρ πᾶσαι αἱ σύνοικοι τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἃς γείτονας νῦν προσηγόρευσεν, ἐπειδὰν ἀνακαλυφθῇ καὶ ἐκλάμψῃ αὕτη ἡ τοῦ μεγάλου βασιλέως εἰκὼν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνεσημήνατο ἡμῶν τῇ δραχμῇ ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, τότε ἐπὶ τὴν θείαν ἐκείνην χαράν τε καὶ εὐφροσύνην ἐπιστραφήσονται, τῷ ἀφράστῳ κάλλει τοῦ εὑρεθέντος ἐνατενίζουσαι. « Συγχάρητε » γάρ « μοι, » φησὶν, « ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα. » Αἱ δὲ γείτονες, ἤτοι σύνοικοι τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐπὶ τῇ εὑρέσει τῆς θείας δραχμῆς εὐφραινόμεναι, ἡ λογική τε καὶ ἐπιθυμητικὴ, καὶ ἡ κατὰ λύπην τε καὶ ὀργὴν ἐγγινομένη διάθεσις, καὶ εἴ τινες ἄλλαι δυνάμεις εἰσὶ περὶ τὴν ψυχὴν θεωρούμεναι, εἰκότως ἂν καὶ φίλαι εἶναι νομίζονται, ἃς πάσας τότε χαίρειν ἐν Κυρίῳ εἰκὸς, ὅταν αἱ πᾶσαι πρὸς τὸ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν βλέπωσι, καὶ πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐνεργῶσι, μηκέτι τῆς ἁμαρτίας ὅπλα γινόμεναι.

Εἰ οὖν αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπίνοια τῆς τοῦ ζητουμένου εὑρήσεως, ἡ τῆς θείας εἰκόνος εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις, τῆς νῦν ἐν τῷ τῆς σαρκὸς ῥύπῳ κεκαλυμμένης, ἐκεῖνο γενώμεθα ὃ ἦν παρὰ τὴν πρώτην ἑαυτοῦ ζωὴν ὁ πρωτόπλαστος. Τί οὖν ἐκεῖνος ἦν; Γυμνὸς μὲν τῆς τῶν νεκρῶν δερμάτων ἐπιβολῆς, ἐν παῤῥησίᾳ δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον βλέπων, οὔπω δὲ διὰ γεύσεως καὶ ὁράσεως τὸ καλὸν κρίνων, ἀλλὰ μόνου τοῦ Κυρίου κατατρυφῶν, καὶ τῇ δοθείσῃ βοηθῷ πρὸς τοῦτο συγχρώμενος, καθὼς ἐπισημαίνεται ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι οὐ πρότερον αὐτὴν ἔγνω, πρὶν ἐξορισθῆναι τοῦ παραδείσου, καὶ πρὶν ἐκείνην ἀντὶ τῆς ἁμαρτίας ἣν ἀπατηθεῖσα ἐξήμαρτε, τῇ τῶν ὠδίνων τιμωρίᾳ κατακριθῆναι. Δι' ἧς τοίνυν ἀκολουθίας ἔξω τοῦ παραδείσου γεγόναμεν, τῷ προπάτορι συνεκβληθέντες, καὶ νῦν διὰ τῆς αὐτῆς ἔξεστιν ἡμῖν παλινδρομήσασιν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα. Τίς οὖν ἡ ἀκολουθία; Ἡδονὴ τότε δι' ἀπάτης ἐγγενομένη τῆς ἐκπτώσεως ἦρξατο. Εἶτα αἰσχύνη καὶ φόβος τῷ πάθει τῆς ἡδονῆς ἐπηκολούθησε, καὶ τὸ, μηκέτι λοιπὸν ἐν

A invenitur cum mentem, animumque nostrum ad illud converterimus; sin autem ex aliis quoque hoc, quod dicimus, confirmatum iri oportet, in amissæ drachmæ indagatione, hoc ipsum nobis Dominum præcipere censeo, quasi e cæteris virtutibus, quas drachmas ille vocavit, etiamsi omnes adsint, illa tamen una remota sit ab animo viduo, nulla exsistat utilitas. Propterea lucernam primum quidem accendi jubet: rationem enim fortasse significat, quæ res occultas, atque obscuras illustrat: deinde suæ quemque domi, nempe in seipso amissam drachmam exquirere vult. Hac sane drachmæ indagatione summi regis imaginem tacite intelligi oportet, quæ non plane amissa, sed sub fimo occultata est. Fimum vero, ut arbitror, carnis est inter-B pretanda immunditics, cujus sordibus purgatis atque ablutis perspicuum id fit, quod quæritur: quo invento, par est et ipsum, qui invenit, animum gaudere, atque ad ipsius gaudii societatem vicinas asciscere. Omnes enim re vera contubernales animi potestates, quas nunc vicinas appellavit, cum ipsa magni regis patefacta imago refulsit, quam initio nostra drachma is significavit, qui separatim nostra corda effecerat: tum incredibilem rei inventæ pulchritudinem illæ attente aspicientes, ad divinum illud gaudium lætitiamque convertentur. « Congratulamini, » inquit, « mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram [17]. » Vicinæ enim, hoc est, contubernales animi potestates, quæ divina drachma inventa gaudent, hæ merito esse pu-C tantur, ratio scilicet, appetitio, doloris iræque affectiones; et si quæ aliæ intelliguntur animæ facultates, merito amicæ etiam creduntur, quas quidem omnes æquum est in Domino tum gaudere, cum et ad honestum, et ad bonum omnes contuentur: neque peccati amplius arma sunt, sed cuncta efficiunt quæ ad Dei gloriam maxime spectant.

Quamobrem si ratio hæc est inveniendi id quod quæritur, ut divinam imaginem, quæ carnis sordibus demersa sit in integrum restituamus: nos illud sane efficiamur, quod principio is fuerat, qui primum fabricatus est homo. Quid igitur illud erat? Nudus quidem is, necdum mortuis pellibus amictus, libere autem Dei faciem cernens, neque adhuc ex gustatu et aspectu suavitatem sentiens, sed Domino solum delectatus, adjutorioque, quod ad hoc, ut di-D vinæ ostendunt Litteræ, datum ei erat, simul utens. Non enim prius Evam cognovit, quam e paradiso expulsus est [18], illaque dolorum partus supplicio damnata esset ob peccatum, quod dolo circumventa admiserat. Ergo qua sane via e paradiso primi nostri parentis causa nos ejecti sumus, eadem profecto nobis licet, si rursus in cursu erimus, ad pristinam beatitudinem redire. Quæ igitur via est? Voluptas tum quidem fraude, doloque inducta, a peccato, lapsuve initium habuit; deinde pudor, et metus, voluptatis affectum consecuti sunt, ut non

[17] Luc. xv, 9. [18] Gen. iv, 1.

auderent porro in conspectu amplius illius esse, qui eos procreavit, sed foliis, umbrisque sese occulerent, ac mortuis deinde pellibus se contegerent. Atque ita in pestiferam hanc regionem laborumque plenam, in qua moriendi solatium est conjugium inventum, incolæ ambo, atque habitatores mittuntur. Quamobrem si futurum est, ut nos hinc dissolvamur, atque cum Christo simus, ab ultima rursus dissolutione expedit nos exordiri. Ut enim qui a patria procul peregrinati sunt, cum ad eum ipsum locum revertuntur, unde profecti sunt, primo illum locum relinquunt, quo postremo pervenerunt: ita quoniam nostræ in paradiso vitæ separationis postremum est conjugium, hoc ipsum primum, quasi postremum aliquod diversorium, relinquere, hæc oratio monet eos qui ad Christum redeunt : deinde a miseria excolendæ terræ segregari, in qua post peccatum homo est collocatus; deinde ut carnis involucra removeamus, et vestes pelliceas, hoc est carnis prudentiam exuamus, et omnia occulta dedecoris abdicemus, non acerbæ amplius hujus vitæ, quasi fici umbris sese occultent, sed depositis abjectisque hujus caducæ vitæ foliorum integumentis, in oculis versentur ejus, qui illos procreavit; ac fraudem, quæ ex gustatu aspectuque concipitur, eam plane repellant ; in consiliumque non amplius venenosum serpentem, sed Dei præceptum solum adhibeant. Illud enim est, ut honesta duntaxat attingamus; gustum vero malarum rerum aspernemur, quasi hujusmodi rerum, quæ in malis sunt, usus ex eo initium habeat, quoniam malum nos ignorare noluimus. Itaque illud primis parentibus præceptum est, ut ne una cum bono rerum contrariarum cognitionem caperent, sed a scientia et boni, et mali abstinerent, puroque et simplici, neque cum ulla mali parte conjuncto bono fruerentur : quod sane, ut mea fert sententia, perinde est, ac solum cum Deo esse, perpetuamque et sempiternam hanc delectationem habere, nec quæ ad contrariam partem spectant, cum hac ipsa suavitate communicare. Atque si confidenti animo loqui decet, fortasse hoc ita est, ac si quis a mundo hoc, qui in maligno positus est, in paradisum rursus rapiatur, quod Paulus sublatus audivit et vidit quæ neque exprimi, neque cerni possunt, neque fas est hominem loqui [19].

CAPUT XIII.

Virginitatem exemptam esse mortis dominio.

Et quoniam viventium quidem domicilium est ac sedes paradisus, neque eos recipit, qui ob peccatum morti addicti sunt; et nos e carne sumus, mortalesque peccato venundati : quomodo in viventium loco esse is potest, qui mortis vi et potestate tenetur? Quem modum, quodve consilium hic inveniet, ut hac ipsa potestate solutus ac liber fiat? At vero ad hoc vel satis omnino est Evangelii doctrina. Quin etiam Dominum audivimus, qui Nicodemum

[19] II Cor. XII, 2 sqq.

A ὀφθαλμοῖς τολμᾷν εἶναι τοῦ κτίσαντος, ἀλλὰ φύλλοις καὶ σκιαῖς ὑποκρύπτεσθαι· δέρμασι νεκροῖς μετὰ ταῦτα περικαλύπτονται. Καὶ οὕτως εἰς τὸ νοσῶδες τοῦτο καὶ ἐπίπονον χωρίον ἄποικοι πέμπονται, ἐν ᾧ ὁ γάμος παραμυθία τοῦ ἀποθνήσκειν ἐπενοήθη. Εἰ οὖν μέλλομεν ἀναλύειν ἐντεῦθεν, καὶ σὺν Χριστῷ γίνεσθαι, πάλιν ἐκ τοῦ τελευταίου προσήκει τῆς ἀναλύσεως ἄρξασθαι· ὥσπερ οἱ τῶν οἰκείων ἀποξενωθέντες, ἐπειδὰν ἐπιστρέφωσιν ὅθεν ὡρμήθησαν, πρῶτον ἐκεῖνον καταλείπουσι τὸν τόπον, ᾧ τελευταῖον προϊόντες ἐνέτυχον. Ἐπεὶ οὖν τοῦ χωρισμοῦ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ [διατριβῆς] ζωῆς τὸ τελευταῖον ὁ γάμος ἐστὶ, τοῦτον πρῶτον καταλιπεῖν, ὥσπερ τινὰ σταθμὸν ἔσχατον, τοῖς πρὸς τὸν Χριστὸν ἀναλύουσιν ὑφηγεῖται ὁ λόγος· εἶτα τῆς περὶ τὴν γῆν ταλαιπωρίας ἀνα-
B χωρῆσαι, ᾗ ἐνιδρύνθη μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος· ἐπὶ τούτῳ ἔξω τῶν τῆς σαρκὸς προκαλυμμάτων γενέσθαι, τοὺς δερματίνους χιτῶνας, τουτέστι, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἀπεκδυσαμένους· καὶ πάντα ἀπειπαμένους τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μηκέτι τῇ συκῇ τοῦ πικροῦ βίου ὑποσκιάζεσθαι, ἀλλ' ἀποῤῥίψαντας τὰ ἐκ τῶν προσκαίρων τούτων φύλλων τῆς ζωῆς προκαλύμματα, ἐν ὀφθαλμοῖς γίνεσθαι πάλιν τοῦ κτίσαντος, τήν τε κατὰ γεῦσιν καὶ ὄψιν ἀπάτην ἀπώσασθαι, σύμβουλον οὐκέτι τὸν ἰοβόλον ὄφιν, ἀλλὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ μόνην ἔχειν. Αὕτη δέ ἐστι, τὸ μόνου τοῦ καλοῦ ἅπτεσθαι· τὴν δὲ τῶν πονηρῶν γεῦσιν ἀπώσασθαι· ὡς ἐκεῖθεν ἡμῖν τῆς τῶν κακῶν ἀκολουθίας ἀρχὴν λαβούσης, ἐκ τοῦ μὴ θελῆσαι τὸ
C κακὸν ἀγνοῆσαι. Διὸ καὶ ἀπεῤῥήθη τοῖς πρωτοπλάστοις τὸ μὴ μετὰ τοῦ καλοῦ καὶ τὴν τῶν ἐναντίων γνῶσιν λαβεῖν· ἀλλ' ἀποσχέσθαι μὲν τοῦ γνωστοῦ καλοῦ τε καὶ πονηροῦ, καθαρὸν δὲ καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀμέτοχον τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν καρποῦσθαι. Ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ὥς γε ὁ ἐμὸς λόγος, ἢ μετὰ τοῦ Θεοῦ εἶναι μόνον, καὶ ταύτην ἄπαυστον ἔχειν καὶ διηνεκῆ τὴν τρυφὴν, καὶ μηκέτι συγκαταμιγνύειν τῇ ἀπολαύσει ταύτῃ τὰ πρὸς τὸ ἐναντίον ἀφέλκοντα. Καὶ εἰ χρὴ τολμήσαντας εἰπεῖν, τάχα οὕτως ἄν τις ἀπὸ τοῦ κόσμου, ὃς ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, ἁρπαγείη πάλιν εἰς τὸν παράδεισον, ἐν ᾧ καὶ Παῦλος γενόμενος, ἤκουσέ τε καὶ ἴδε τὰ ἄῤῥητα καὶ ἀθέατα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

D

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὅτι ἡ παρθενία κρείττων τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας ἐστίν.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ παράδεισος ζώντων ἐστὶν οἰκητήριον, τοὺς διὰ τῆς ἁμαρτίας νεκρωθέντας οὐ προσδεχόμενος· ἡμεῖς δὲ σάρκινοι ὄντες καὶ θνητοὶ, πεπραμένοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· πῶς ἔστιν ἐν τῇ χώρᾳ τῶν ζώντων γενέσθαι τὸν τῇ δυναστείᾳ τοῦ θανάτου κρατούμενον; Ποῖον τρόπον καὶ ποίαν ἐπίνοιαν ἐξεύροι τις ἂν, ὅπως τῆς ἐξουσίας ταύτης ἔξω γενήσεται; Ἀλλ' ἀρκεῖ πάντως καὶ πρὸς τοῦτο ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ὑφήγησις. Οὐκοῦν ἠκούσαμεν τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν Νικόδημον

λέγοντος, ὅτι « Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστιν· τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν. » Οἴδαμεν δὲ τὴν μὲν σάρκα θανάτῳ διὰ τὴν ἁμαρτίαν οὖσαν ὑπόδικον, τὸ δὲ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ ἄφθαρτον, καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἀθάνατον. Ὥσπερ τοίνυν τῇ κατὰ σάρκα γενέσει συναποτίκτεται πάντως καὶ ἡ διαλύουσα τὸ γεννώμενον δύναμις· οὕτω δηλαδὴ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῖς δι' αὐτοῦ γεννωμένοις τὴν ζωοποιὸν ἐναποτίθεται δύναμιν. Τί οὖν ἀνακύπτει διὰ τῶν εἰρημένων; Ἀποστάντας ἡμᾶς τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς, ᾗ πάντως τοιοῦτος ἐπακολουθεῖ καὶ ὁ θάνατος, τοιοῦτον ἐπιζητῆσαι βίον, ὃς οὐκέτι τοῦ θανάτου τὴν ἀκολουθίαν ἐφέλκεται. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐν παρθενίᾳ βίος. Καὶ ὡς ἀληθῆ ταῦτα, μικρῶν προστεθέντων ἔσται καταφανέστερον. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι τῆς μὲν σωματικῆς συναφείας τὸ ἔργον σωμάτων θνητῶν ἐστι κατασκευὴ, τῆς δὲ πρὸς τὸ πνεῦμα κοινωνίας ζωὴ καὶ ἀφθαρσία τοῖς συναφθεῖσιν ἀντὶ τέκνων προσγίνεται; Καὶ καλῶς ἐστι τὸ ἀποστολικὸν εἰπεῖν ἐπὶ τούτου, ὅτι «Σώζεται διὰ τῆς τεκνογονίας ταύτης» ἡ τῶν τοιούτων τέκνων μήτηρ εὐφραινομένη, καθὼς ἐν θείοις ὕμνοις ὁ Ψαλμῳδὸς ἀνευφήμησεν, εἰπών· « Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. » Εὐφραίνεται γὰρ μήτηρ ὡς ἀληθῶς ἡ παρθένος μήτηρ, ἡ τὰ ἀθάνατα τέκνα κυοφοροῦσα διὰ τοῦ Πνεύματος, στεῖρα διὰ τὴν σωφροσύνην ὑπὸ τοῦ Προφήτου ὠνομασμένη. Οὐκοῦν ὁ τοιοῦτος βίος προτιμητέος τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ὃς κρείττων τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας ἐστίν. Ἡ γὰρ σωματικὴ παιδοποιία (καὶ μηδεὶς δυσχεράνῃ τῷ λόγῳ) οὐ μᾶλλον ζωῆς ἢ ἀλλὰ θανάτου τοῖς ἀνθρώποις ἀφορμὴ γίνεται· ἀπὸ γὰρ γενέσεως ἡ φθορὰ τὴν ἀρχὴν ἔχει, ἧς οἱ παυσάμενοι διὰ τῆς παρθενίας, ἐν ἑαυτοῖς ἔστησαν τὴν τοῦ θανάτου περιγραφὴν, περαιτέρω προελθεῖν αὐτὸν δι' ἑαυτῶν κωλύσαντες, καὶ ὥσπερ τι μεθόριον θανάτου καὶ ζωῆς ἑαυτοῖς στήσαντες, ἐπέσχον αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω φορᾶς. Εἰ οὖν οὐ δύναται παρελθεῖν τὴν παρθενίαν ὁ θάνατος, ἀλλ' ἐν αὐτῇ καταλήγει καὶ καταλύεται, σαφῶς ἀποδείκνυται τὸ κρεῖττον εἶναι τοῦ θανάτου τὴν παρθενίαν· καὶ καλῶς ἄφθορον ὀνομάζεται σῶμα, τὸ μὴ ὑπουργῆσαν τῇ τοῦ φθαρτοῦ βίου ὑπηρεσίᾳ, μηδὲ τῆς θνητῆς διαδοχῆς ὄργανον γενέσθαι καταδεξάμενον.

Ἐν τούτῳ γὰρ διεκόπη τὸ συνεχὲς τῆς τοῦ φθείρεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν ἀκολουθίας, ὅπερ ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου καὶ μέχρι τῆς τοῦ παρθενεύοντος ζωῆς διὰ μέσου γέγονεν. Οὐδὲ γὰρ ἦν δυνατὸν ἀργῆσαί ποτε τὸν θάνατον, ἐνεργουμένης διὰ τοῦ γάμου τῆς ἀνθρωπίνης γενέσεως· ἀλλὰ πάσαις ταῖς προλαβούσαις γενεαῖς συμπαροδεύων, καὶ τοῖς ἀεὶ παραγομένοις εἰς τὸν βίον συνδιεξερχόμενος, ὅρον τῆς ἐνεργείας ἑαυτοῦ τὴν παρθενίαν εὗρεν, ὃν παρελθεῖν τῶν ἀμηχάνων ἐστίν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Θεοτόκου Μαρίας ὁ βασιλεύσας ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρις ἐκείνης θάνατος, ἐπειδὴ καὶ κατ' αὐτὴν ἐγένετο, καθάπερ τινὶ πέτρᾳ τῷ καρπῷ τῆς παρθενίας προσπταίσας, περὶ αὐτὴν συνετρίβη· οὕτως ἐν πάσῃ ψυχῇ τῇ διὰ παρθενίας τὴν ἐν σαρκὶ

A his verbis alloquitur : « Quod e carne natum est, caro est; quod e spiritu natum est, spiritus est [20]. » Et nos novimus, carnem propter peccatum morti subjectam; Dei vero Spiritum et incorruptum et vivificum et immortalem esse. Atqui ut quod e carne genitum est, inhæret ei omnino vis quædam, quæ id dissolvit, quod est carne concretum : sic Spiritus vim quamdam vitalem scilicet iis rebus attribuit, quæ a se gignuntur. Quo spectant hæc quæ diximus? Ut sane ab hac nos mortali vita abalienati, cui omnino comes adjuncta mors est, illud vitæ genus quæramus, quæ nullam moriendi necessitatem secum trahat, vita autem ejusmodi in virginitate consistit. Atque hæc quidem quam vera sint, paucis sane propositis, apertiora fient. Quotus B enim quisque est, qui ignoret, corporeæ conjunctionis opus esse mortalium corporum constitutionem? ex spiritali vero congressu liberorum loco vitam et immortalitatem acquiri : recteque ad hoc illud Apostoli quadrat : « Salvabitur autem per filiorum generationem [21] » mater, quæ his filiis gaudet, ut in divinis hymnis Psalmorum vates his verbis cecinit : « Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem [22]. » Vere enim ac solide virgo mater gaudet, quæ spiritus opere immortales liberos parit, sterilis ob temperantiam a Propheta appellata. Certe ejusmodi vita, quæ vim mortis superat, potior est ab iis habenda, qui mente præditi sunt. Corporea enim liberorum procreatio non vitæ magis C (pace omnium dictum sit) quam mortis occasio hominibus exsistit : siquidem ab ortu initium habet interitus, a quo virginitatis causa qui immunes futuri sunt, mortis in se terminum constituerunt, cum ultra in se illam progredi prohibuerint, et vitæ et mortis se quasi terminos aliquos cum statuerint, eam sane continuerunt, ne ultra prorumperet. Ergo si virginitatem mors superare non potest, sed ejus potius præsidio illa concluditur ac dissolvitur, illud manifesto compertum est, morte ipsa virginitatem esse potentiorem : unde recte corpus incorruptum vocatur, quoniam caducæ hujus vitæ muneri neque operam præstitit, neque hoc etiam admisit, se mortalis posteritatis instrumentum fieri.

Hoc enim pacto perpetuum illum et corrumpendi D et moriendi cursum interrupit, qui a primo parente usque ad virginalem vitam nunquam est intermissus. Neque enim fieri poterat, ut hominum genere e nuptiis procreato, mors unquam cessasset, sed superiores omnes hominum ætates prætergressa, cum his etiam qui hanc vitam ingrediuntur, simul jam illa percurrens, virginitatem muneris sui terminum invenit, quem porro transilire difficile est : tanquam Dei matris Mariæ tempore ab Adamo usque ad eam regnum mors obtinuerit : posteaque sola efficit, ut, cum tanquam ad lapidem aliquem virginitatis fructum mors offenderit, in ea contrita sit : ita omni animo, qui virginitatis præsidio

[20] Joan. III, 6. [21] I Timoth. II, 15. [22] Psal. CXII, 9.

hanc carnis vitam cohibet, atteritur quodam modo ac dissolvitur potentia mortis, quasi non habeat quibus ipsius stimulus infigatur. Ut enim igni nisi subjecta sint ligna, stramenta, fenum, aut aliud id generis, quod igne consumitur, non potest ejus vis ac natura consistere: sic neque mortis vis quidquam efficiet, nisi ei materiam conjugium suppeditaverit, morituros que quasi damnatos paraverit. Si vero dubitas, id velim animadvertas, unde proficiscantur calamitatum nomina, quæ mortis causa hominibus imponuntur, ut orationis initio dictum est. Num viduitatem, aut orbitatem, aut filiorum jacturam lugere licet nuptiis non ante contractis? Exoptatæ enim animi voluptates, et lætitiæ, et oblectationes, cunctave, quæ in nuptiis jucunda expetuntur, his dolorum cruciatibus concluduntur, ac terminantur. Nam ut gladii capulus politus ille quidem, tactu facilis, et ornatu undique cinctus apparet: reliquum vero ferrum mortis est instrumentum (formidolosum hoc certe est videre: illud tamen formidolosius multo est, si ad aliquem vel pugnæ, vel cædis usum adhibetur): hoc in genere nuptiæ sunt, quæ quasi capulum aliquem artificioso opere illustratum, politam quamdam voluptatis speciem gustui contrectationique nostræ præ se ferunt. Cum vero in manibus ejus sunt, qui illas attigerit, luctus, miseriarumque ipsæ mortalibus cum effectrices exsistant; rerum omnino gravium, quæ secum connexæ sunt, aditum aperuerunt.

Hæc miserabilia spectacula, lacrymarumque plena edidere. Videmus enim sæpe liberos immatura ætate solos relictos, potentiumque hominum prædæ propositos, qui ob malorum imperitiam plerumque in rebus adversis rident. Viduitatis vero principium et causa quæ alia est? An non nuptiæ? divortium igitur ab innumerabilibus his omnibus malis vacationem habet, idque non injuria. Cum enim dissolvitur pœna, quæ contra eos, qui deliquerunt, initio statuta est, tum etiam, quemadmodum scriptum est, non matrum ærumnæ multiplicantur, neque dolor hominis ortum præcedit: simul sublata est penitus calamitas, lacryma ex vultibus est ablata, ut inquit Propheta: neque in iniquitatibus amplius conceptio, neque in peccatis partus, neque ex sanguine, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed voluntate Dei procreatio fit [23]. Etenim cum incorruptam spiritus integritatem vivo corde quis concipit, sapientiam hic, justitiam, sanctimoniam parit, eodemque modo redemptionem. Cuique enim licet, se matrem esse ejus qui hæc sit, ut quodam loco ait Dominus; quoniam, inquit, « Qui facit voluntatem meam, hic et frater, et soror, et mater mea est [24]. » Quem igitur locum in his partibus mors habet? Re vera in illis a vita mors est absorpta: virginalisque vita illius futuri ævi beatitudinis imago quædam esse videtur, cum multa secum signa illorum bonorum

A παριούσῃ ζωὴν, συντριβήσεταί πως καὶ καταλύεται τοῦ θανάτου τὸ κράτος, οὐκ ἔχοντος τίσι τὸ ἑαυτοῦ κέντρον ἐναπερείσηται. Καὶ γὰρ τὸ πῦρ, εἰ μὴ ἐπιβληθείη ξύλα, καὶ καλάμη, καὶ χόρτος, καὶ ἄλλο τι τῶν ὑπὸ πυρὸς δαπανωμένων, οὐκ ἔχει φύσιν ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν· οὕτως οὐδὲ ἡ τοῦ θανάτου δύναμις ἐνεργήσει, μὴ τοῦ γάμου τὴν ὕλην ὑποτιθέντος αὐτῷ, καὶ τοὺς τεθνηξομένους οἷον καταδίκους τινὰς ἑτοιμάζοντος. Εἰ δὲ ἀμφιβάλλεις, ἐπίσκεψαι τῶν συμφορῶν τὰ ὀνόματα, ὅσα ἐκ τοῦ θανάτου τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγεται, καθὼς ἤδη κατ' ἀρχὰς τοῦ λόγου προείρηται, πόθεν τὴν ἀρχὴν ἔχει. Ἆρα ἔστι χηρείαν ἢ ὀρφανίαν ὀδύρεσθαι, ἢ τὴν ἐπὶ παισὶ συμφορὰν, μὴ προλαβόντος τοῦ γάμου; Αἱ γὰρ περισπούδαστοι θυμηδίαι, καὶ εὐφροσύναι, καὶ ἡδοναὶ, καὶ πάντα ὅσα περὶ τὸν γάμον σπουδάζεται, B ταῖς τοιαύταις ὀδύναις ἐναπολήγουσιν. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ξίφους ἡ μὲν λαβὴ λεία καὶ εὐαφὴς, καὶ περιεξεσμένη, καὶ στίλβουσα, καὶ τῷ τύπῳ τῆς παλάμης ἐμφυομένη· τὸ δὲ λοιπὸν σίδηρός ἐστι, θανάτου ὄργανον, φοβερὸν μὲν ἰδεῖν, φοβερώτερον δὲ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν· τοιοῦτόν τι καὶ ὁ γάμος ἐστὶ, καθάπερ λαβήν τινα δι' εὐμηχάνου τορείας ὡραϊσμένην, τὸ λεῖον καὶ ἐπιπόλαιον τῆς ἡδονῆς προτείνων τῇ ἐπαφῇ τῆς αἰσθήσεως· ἐπειδὰν ἐν χερσὶ γένηται τοῦ ἁψαμένου, καὶ τὴν τῶν ἀλγεινῶν παρουσίαν συνημμένως μεθ' ἑαυτοῦ συνήγαγε, πένθους καὶ συμφορῶν δημιουργὸς τοῖς ἀνθρώποις γινόμενος.

C Οὗτος ἔδειξε τὰ ἐλεεινὰ καὶ πλήρη δακρύων θεάματα, παῖδας ἐν ἀωρίᾳ τῆς ἡλικίας ἠρημωμένους, καὶ λάφυρον προκειμένους τοῖς δυναστεύουσιν, ἐπιμειδιῶντας πολλάκις ὑπὸ τῆς τῶν κακῶν ἀγνοίας τῷ δυστυχήματι. Χηρείας δὲ γένεσις τίς ἄλλος, καὶ οὐχὶ γάμος ἐστίν; Οὐκοῦν ἡ ἀναχώρησις τούτου, πάντων ἀθρόως τῶν κακῶν τούτων λειτουργημάτων τὴν ἀτέλειαν ἔχει· καὶ οὐδὲν ἀπεικός. Ὅπου γὰρ ἀναλύεται ἡ ἐξ ἀρχῆς ὁρισθεῖσα κατὰ τῶν πεπλημμεληκότων κατάκρισις (οὐκέτι δὲ θλίψεις τῶν μητέρων, κατὰ τὸ γεγραμμένον πληθύνονται), οὐδὲ λύπη τῆς ἀνθρωπίνης προηγεῖται γενέσεως, συνανῄρηται πάντως ἡ ἀπὸ τοῦ βίου συμφορὰ, καὶ ἀφῄρηται τῶν προσώπων τὸ δάκρυον, καθώς φησιν ὁ Προφήτης. Οὐ γὰρ ἐν ἀνομίαις ἐστὶν ἡ σύλληψις ἔτι, οὐδὲ ἐν ἁμαρ- D τίαις ἡ κύησις· οὐδὲ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς καὶ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ μόνου ἡ γέννησις γίνεται. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν συλλαμβάνῃ μέν τις ἐν τῷ ζωτικῷ τῆς καρδίας τὴν ἀφθαρσίαν τοῦ πνεύματος· τίκτει δὲ σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, ἁγιασμὸν ὡσαύτως καὶ ἀπολύτρωσιν. Παντὶ γὰρ ἔξεστι μητέρα γενέσθαι τοῦ ταῦτα ὄντος, καθώς φησί που ὁ Κύριος, ὅτι « Ὁ τὸ θέλημά μου ποιῶν, καὶ ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ μου ἐστίν. » Τίνα χώραν ἔχει ἐπὶ τούτων κυημάτων ὁ θάνατος; Οὕτως κατεπόθη ἐν ἐκείνοις ὁ θάνατος ὑπὸ τῆς ζωῆς· καὶ ἔοικεν εἰκών τις εἶναι τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μακαριότητος ὁ ἐν παρθενίᾳ βίος, πολλὰ φέρων ἐν ἑαυτῷ

[23] Joan. I, 13. [24] Matth. XII, 50.

τῶν δι' ἐλπίδος ἀποκειμένων ἀγαθῶν γνωρίσματα. Ἔστι δὲ ἐπιγνῶναι τὴν τῶν εἰρημένων ἀλήθειαν τὸν λόγον κατεξετάζοντας· πρῶτον μὲν ὅτι τῇ ἁμαρτίᾳ καθάπαξ ἀποθανὼν, ζῇ τὸ λοιπὸν τῷ Θεῷ οὐκέτι καρποφορῶν τῷ θανάτῳ, καὶ ὅσον τὸ ἐφ' ἑαυτῷ συντέλειαν τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς ἐν ἑαυτῷ ποιήσας, ἀναμένει λοιπὸν τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ, οὐδὲν διάστημα μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ τῆς παρουσίας τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν διὰ μέσου γενεῶν ἐργαζόμενος. Εἶτα ὅ τι ἐξαίρετον τῶν ἐν τῇ ἀναστάσει καλῶν, καὶ ἐν τῷ παρόντι καρποῦται βίῳ. Εἰ γὰρ ἰσάγγελος ἡ ζωὴ ἡ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρὰ τοῦ Κυρίου τοῖς δικαίοις ἐπήγγελται· τῆς δὲ ἀγγελικῆς φύσεως ἴδιον τὸ ἀπηλλάχθαι τοῦ γάμου ἐστίν· ἤδη δέδεκται τὰ τῆς ἐπαγγελίας καλὰ, ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων ἀναμιγνύμενος, καὶ τῷ ἀμολύντῳ τῆς ζωῆς τὴν καθαρότητα τῶν ἀσωμάτων μιμούμενος. Εἰ οὖν τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἡ παρθενία γέγονε πρόξενος, τίς μὲν λόγος ἐπαξίως τὴν χάριν ταύτην θαυμάσεται; Τί δὲ ἄλλων τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν οὕτω φανήσεται μέγα καὶ τίμιον, ὡς τῇ τελειότητι ταύτῃ παρισωθῆναι διὰ συγκρίσεως;

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ὅτι ἡ ἀληθὴς παρθενία ἐν παντὶ ἐπιτηδεύματι θεωρεῖται.

Ἀλλ' εἰ κατείληπται ἡμῖν ἡ ὑπερβολὴ τοῦ χαρίσματος, συνιδεῖν προσήκει καὶ τὸ ἀκόλουθον, ὅτι οὐχ ἁπλοῦν, ὡς ἄν τις οἰηθείη, τὸ κατόρθωμα τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ μέχρι τῶν σωμάτων ἱστάμενον, ἀλλ' ἐπὶ πάντα διῆκον καὶ διαβαῖνον τῇ ἐπινοίᾳ, ὅσα κατορθώματα ψυχῆς ἔστι καὶ νομίζεται. Ἡ γὰρ τῷ ἀληθινῷ νυμφίῳ προσκολληθεῖσα διὰ παρθενίας ψυχὴ, οὐ μόνον τῶν σωματικῶν μολυσμάτων ἑαυτὴν ἀποστήσει, ἀλλ' ἐντεῦθεν μὲν ἄρξεται τῆς καθαρότητος, ἐπὶ πάντα δὲ ὁμοίως καὶ μετὰ τῆς ἴσης ἀσφαλείας πορεύεται, καὶ δεδοικυῖα μήπου τῆς καρδίας παρὰ τὸ δέον ἐπικλιθείσης, πονηροῦ τινος κοινωνίᾳ μοιχικόν τι πάθος κατὰ τὸ μέρος ἐκεῖνο προσδέξηται. Οἷόν τι λέγω (πάλιν γὰρ τὸν λόγον ἐπαναλήψομαι)· Ἡ τῷ Κυρίῳ προσκολληθεῖσα ψυχὴ εἰς τὸ γενέσθαι πρὸς αὐτὸν ἓν πνεῦμα, καθάπερ ὁμολογίαν τινὰ συμβιωτικὴν καταθεμένη τὸ μόνον ἐκεῖνον ἀγαπᾷν ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ δυνάμεως, οὔτε τῇ πορνείᾳ προσκολληθήσεται, ἵνα μὴ γένηται σῶμα ἓν πρὸς αὐτήν· οὔτε ἄλλο τι τῶν ἀντικειμένων τῇ σωτηρίᾳ προσδέξεται, ὡς μιᾶς οὔσης ἐν ἅπασι τῆς τῶν μιασμάτων κοινότητος· καὶ εἰ δι' ἑνός τινος μολυνθείη, μηκέτι τὸ ἄσπιλον ἔχειν ἐν ἑαυτῇ δυναμένη. Ἔστι δὲ καὶ δι' ὑποδειγμάτων τεκμηριῶσαι τὸν λόγον. Ὥσπερ τὸ ἐν τῇ λίμνῃ ὕδωρ τέως μὲν λεῖόν ἐστι καὶ ἀκίνητον, εἰ μηδεμία τις τῶν ἔξωθεν ταραχὴ προσπεσοῦσα τὸ σταθηρὸν τοῦ τόπου διακινήσειε· λίθου δέ τινος ἐμπεσόντος τῇ λίμνῃ, ὅλον συνεκινήθη τῷ μέρει· ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ βάρους εἰς τὸν βυθὸν καταδύεται· τῶν δὲ περὶ αὐτὸν κυμάτων κυκλοτερῶς ἐν ἄλλοις ἐγειρομένων, καὶ ἐπὶ τὰ ἄκρα τοῦ ὕδατος ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μέσῳ κινήσεως ἐξωθουμέ-

A afferat, quæ ex spe nobis proposita et parata sunt. Ac veritatem eorum quæ diximus, perspicere est oratione examinanda: primum enim quidem qui peccato prorsus moritur, Deo is porro vivit, cum nullum amplius morti fructum pariat; cumque vitæ hujus, quæ secundum carnem traducitur pro virili consummationem perfecerit, beatam porro spem atque adventum magni Dei exspectat, nec ullum inter se Deique adventum per interjectas generationes constituit intervallum. Deinde quæ in resurrectione maxime præcipua bona sunt, iis in hac vita fruitur. Si enim vita angelorum similis post resurrectionem a Deo justis viris promittitur, illud angelorum naturæ proprium est, ut sint a nuptiis alieni. Jam promissionis præmia is accepit, qui B sanctorum virorum splendoribus simul eluxit, quive nullis vitæ sordibus eorum, qui corpore carent, puram est naturam imitatus. Quamobrem si harum cæterarumque hujusmodi rerum virginitas conciliatrix est, quæ sane oratio hujus muneris admirationem satis excitabit? Quæ reliqua animi bona ita magna, atque adeo perfecta videbuntur, ut comparatione facta, perfectioni huic adæquata sint?

CAPUT XIV.

In omnibus studiis vera virginitas spectatur.

Sed si hujus muneris præstantia a nobis comperta est, illud sane etiam, quod sequitur, expedit ut intelligamus, quoniam non simplex est, ut alicui C forte videatur, hoc perfectum virginitatis officium, neque in corpore solum consistit, sed opinione etiam ad omnia pervenit ac pertinet, quæcunque recta animi officia et sunt et habentur. Nam virginitatis præsidio animus cum vero sponso conjunctus non a corporeis modo sordibus se ipse removebit, sed inde etiam profectus ad munditiem aggredietur, ad omniaque pari item securitate ibit: illud tamen pertimescendo, ne aliquo modo ad rei pravæ societatem corde plus, quam par est, inclinato, affectionem aliquam ex ea parte adulterinam capiat. Verbi gratia (sermonem enim rursus repetam), animus qui cum Domino junctus est, ut unus ad eum spiritus efficiatur, cumque tanquam aliquod communis vitæ pactum cum eo fecerit, ut D toto corde viribusque eum solum diligat, non cum fornicatione sese conglutinabit, ne unum cum illa corpus fiat; neque cum ullis rebus, quæ saluti repugnent, societatem inibit, quasi una sit omnibus in rebus impuritatum communitas (*a*): sicque unius alicujus sceleris labe contaminatus est, non possit eam in se contractam labem amplius eluere. Atqui exemplis id quod dicimus aperte indicare licet: veluti in stagno aqua pura atque immobilis manet, nisi aliqua extrinsecus perturbatio incidit, quæ illius motum agitet; si autem lapis inciderit aliquis, totum una cum parte commovetur; nam præ gravitate, et pondere in imum gurgitem ille

(*a*) Hic locus corruptus est in codice Græco.

fertur: cumque aquæ fluctus circa eum in gyrum mutuo ducantur, medioque motu impulsi in summum aquæ æstum erumpant, omnis summa stagni aqua, cum ima pars mota sit, æstuum ambitu agitatur; pari ratione tranquillitas et animi quies, si unus aliquis affectus in eum invadat, tota simul concutitur, et partis detrimentum una etiam sentit. Commemorant enim ii, qui hæc ipsa indagarunt, virtutes inter se minime disjunctas esse; neque fieri posse, ut qui unius rationem diligenter accurateque percurrerit, cæteras quoque non attingat; sed cui una ex virtutibus inest, reliquas necessario eum consequi dicunt. Quin etiam contra alicujus rei, quæ nos attingit, vitium ad omnem honestam vitam pertinet, vereque, ut est apud Apostolum [25], totum cum partibus afficitur; sive gloria afficitur, totum una gaudet.

CAPUT XV.

Ut aliquid est a virtute remotum, ita in periculo versatur.

Sed innumerabiles in nostra vita sunt peccandi viæ, variosque hos delinquendi modos multitudinis nomine divinæ Litteræ ostendunt. « Multi enim sunt, inquiunt, qui persequuntur me, et tribulant me [26]; » et, « Multi bellum gerunt adversus me ex alto [27]. » Atque alia quidem multa ejusmodi sunt. Fortasse igitur sæpe commemorare licet multos esse, qui adulterando insidias struant, ut honorabile hoc vere connubium, et immaculatum torum deturpent: sique hos adulteros nominatim enumerare oportet, adulter ira, adulter avaritia, adulter invidentia, injuriarum recordatio, inimicitia, invidia, et omnia denique, quæ ab Apostolo colliguntur, tanquam adulterorum enumeratio ea omnia sint, quæ salutari doctrinæ repugnant. Atqui faciamus in feminis unam esse forma integra, quæve digna sit ut ametur; ideoque quoniam regis conjugio conveniret, a quibusdam impudicis hominibus egregiam ob formam ei insidias poni · hæc sane quandiu in eos omnes, qui sibi vitium offerre student, inimico est animo, remque ipsam vero marito indicat, mulier est pudica, quæque solius viri sui honori servit, nullumque propterea cum ea locum habent petulantium hominum insidiæ. Sin autem ex iis qui insidiantur uni consentit, non sane a pœna illam liberat pudicitia, quam in aliis præ se fert. Ad damnationem enim sat est vel unius labe cubile deturpatum. Eodem modo animus is, qui Deo vivit, non ullis rebus se oblectaverit, quæ sibi ex errore quodam non veram honesti speciem præbent; sin ex aliqua affectione vitii maculam cordi contraxerit, spiritalis ipse matrimonii jura rescidit; atque, ut in divinis Litteris scriptum exstat, « In animam malevolam non intrabit sapientia [28]. » Pari ratione nos vere dicere possumus, in animo irarum invidiæque pleno, quive ejusmodi aliquo peccato irretitus tenetur, fieri non posse ut in eo bonus spon-

A νων, πᾶσα ἐν κύκλῳ περιτραχύνεται τῆς λίμνης ἡ ἐπιφάνεια, συνδιατιθεμένη τῷ βάθει· οὕτω καὶ τὸ τῆς ψυχῆς γαληναῖον καὶ ἥσυχον, δι' ἑνός τινος παρεμπεσόντος εἰς αὐτὴν πάθους ὅλον συνδιεσείσθη, καὶ τῆς τοῦ μέρους βλάβης συνῄσθετο. Φασὶ δὲ καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐξητακότες, μὴ ἀπεσχίσθαι τὰς ἀρετὰς ἀλλήλων, μηδὲ δυνατὸν εἶναι μιᾶς τινος ἀρετῆς κατὰ τὸν ἀκριβῆ περιδράξασθαι λόγον, τὸν μὴ καὶ τῶν λοιπῶν ἐφαψάμενον· ἀλλ' ᾧ ἂν παραγένηται μία τῶν ἀρετῶν, ἀναγκαίως ἐπακολουθεῖν καὶ τὰς λοιπάς. Οὐκοῦν ἐξ ἀντιστρόφου καὶ ἡ περί τι βλάβη τῶν ἐν ἡμῖν εἰς ὅλον τὸν κατ' ἀρετὴν διατείνει βίον, καὶ ὄντως, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, τοῖς μέρεσι τὸ ὅλον συνδιατίθεται, ἄν τε πάσχῃ μέλος ἕν, συναλγοῦντος τοῦ παντός, ἐάν τε καὶ δοξάζηται, τοῦ ὅλου συγχαίροντος.

enim una pars patitur, totum simul dolet; sive

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Ὅτι τὸ ὁπωσοῦν ἔξω γενέσθαι τῆς ἀρετῆς τὸν ἴσον κίνδυνον ἔχει.

Ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν βίον ἡμῶν αἱ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν παρατροπαί, καὶ πολυτρόπως αἱ Γραφαὶ τὸ πλῆθος τοῦτο διασημαίνουσι· « Πολλοὶ γὰρ οἱ ἐκδιώκοντές με καὶ θλίβοντές με· » καί, « Πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους· » καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. Τάχα τοίνυν κυρίως ἔστιν εἰπεῖν ὅτι πολλοὶ οἱ μοιχικῶς ἐπιβουλεύοντες, πρὸς τὸ διαφθεῖραι τὸν τίμιον τοῦτον ὡς ἀληθῶς γάμον καὶ τὴν ἀμίαντον κοίτην· εἰ δὲ χρὴ καὶ τῷ ὀνόματι τοὺς τ[οι]ούτους ἀπαριθμήσασθαι, μοιχὸς ἡ ὀργή, μοιχὸς ἡ πλεονεξία, μοιχὸς ὁ φθόνος, ἡ μνησικακία, ἡ ἔχθρα, ἡ βασκανία, τὸ μῖσος, C πάντα ὅσα παρὰ τοῦ Ἀποστόλου κατείλεκται ὡς ἀντικείμενα τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, μοιχῶν ἐστιν ἀπαρίθμησις. Ὑποθώμεθα τοίνυν εἶναί τινα ἐν γυναιξὶν εὐπρεπῆ τε καὶ ἀξιέραστον, καὶ διὰ τοῦτο βασιλεῖ πρὸς γάμον συναρμοσθεῖσαν· ἐπιβουλεύεσθαι δὲ διὰ τὴν ὥραν ὑπὸ ἀκολάστων τινῶν. Οὐκοῦν ἡ τοιαύτη ἕως μὲν ἂν πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ φθορᾷ παρεδρεύοντας ἐχθρῶς ἔχῃ καὶ κατηγορῇ τούτων ἐπὶ τοῦ νομίμου ἀνδρός, σώφρων ἐστί, καὶ πρὸς μόνον τὸν νυμφίον ὁρᾷ, καὶ οὐδεμίαν ἔχουσι χώραν κατ' αὐτῆς αἱ τῶν ἀκολάστων ἀπάται. Εἰ δέ τινι πρόσθοιτο τῶν ἐπιβουλευόντων, οὐκ ἐξαιρεῖται αὐτὴν τῆς τιμωρίας ἡ ἐπὶ τῶν λοιπῶν σωφροσύνη. Ἀρκεῖ γὰρ εἰς κατάκρισιν καὶ τὸ δι' ἑνὸς μιανθῆναι τὴν κοίτην. Οὕτως καὶ ἡ τῷ Θεῷ ζῶσα ψυχή, οὐδενὶ τῶν δι' ἀπάτης αὐτῇ D προφαινομένων καλῶν ἀρεσθήσεται· εἰ δὲ παραδέξαιτο διά τινος πάθους τὸν μιασμὸν τῇ καρδίᾳ, ἔλυσε καὶ αὐτὴ τοῦ πνευματικοῦ γάμου τὰ δίκαια· καὶ ὥς φησιν ἡ Γραφή, εἰς κακότεχνον ψυχὴν μὴ εἰσελεύσεσθαι σοφίαν· οὕτως ἔστιν ἀληθῶς εἰπεῖν, μηδὲ εἰς θυμώδη καὶ βάσκανον, ἢ ἄλλο τι ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ πλημμελές, δυνατὸν εἶναι τὸν ἀγαθὸν νυμφίον εἰσοικισθῆναι. Τίς γὰρ ἐπίνοια συναρμόσει τὸ τῇ φύσει ἀλλότριόν τε καὶ ἀκοινώνητον; Ἄκουσον τοῦ Ἀποστόλου, μηδεμίαν εἶναι κοινωνίαν φωτὶ πρὸς σκότος διδάσκοντος, ἢ δικαιοσύνῃ πρὸς ἀνομίαν, ἢ συνελθόντι

[25] I Cor. XII, 26. [26] Psal. CXVIII, 57. [27] Psal. III, 2. [28] Sap. I, 4.

φάναι, πάντα ὅσα ἐστὶν ὁ Κύριος κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἐν αὐτῷ θεωρουμένων νοούμενός τε καὶ ὀνομαζόμενος, πρὸς πάντα τὰ ἐν κακίᾳ κατὰ τὸ ἐναντίον νοούμενα. Εἰ οὖν ἀμήχανος τῶν τῇ φύσει ἀμίκτων ἡ κοινωνία, ἀλλοτρία πάντως καὶ ἀνεπίδεκτος τῆς τοῦ ἀγαθοῦ συνοικήσεως ἡ ὑπὸ κακίας τινὸς κατειλημμένη ψυχή. Τί οὖν ἐκ τούτων μανθάνομεν; Τὸ δεῖν τὴν σώφρονα καὶ λελογισμένην παρθένον παντὸς πάθους κατὰ πάντα τρόπον τῆς ψυχῆς ἁπτομένου χωρίζεσθαι, καὶ φυλάσσειν ἑαυτὴν ἁγνὴν τῷ ἁρμοσαμένῳ αὐτὴν νυμφίῳ, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων.

A sus inhabitet. Quæ enim consilii ratio conciliabit id, quod natura inter se alienum non cohæret, neque ullo societatis jure illigatum est? Tu velim audias Apostolum, qui docet, nihil esse luci cum tenebris commune, neque æquitati justitiæque cum iniquitate [29]: atque, ut summatim breviterque dicam, omnia quibuscunque et mente comprehensus et vocatus est Dominus, ex earum rerum differentia, quæ in eo cernuntur, hæc omnibus iis, quæ in vitio posita sunt, contraria intelligi. Si igitur difficilis est rerum inter se dissimilium societas, remotus omnino est a virtutis contubernio, neque plane virtutis capax est is animus, qui aliquo vitio irretitus est. Ergo quid ex iis documenti nos accepimus? Hoc sane, quod pudicam virginem, quæ rationem vitæ ducem sequitur, ab omnibus animi affectionibus se omnino abducere oportet: ac sponso, qui eam adornabit, integram se atque adeo puram conservare, ut aut sordes, aut rugas, aut aliquid ejusmodi minus contrahat.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ΄.

Ὅτι ἀτελὴς εἰς τὸ ἀγαθὸν ὁ καὶ ἐπί τινι τῶν κατ' ἀρετὴν ἐλλείπων.

Μία γάρ ἐστιν ὁδὸς εὐθεῖα, στενή τε ὡς ἀληθῶς καὶ τεθλιμμένη, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάτερα παρατροπὰς οὐκ ἐπιδεχομένη, καὶ τὸ ὁπωσοῦν ἔξω ταύτης γενέσθαι ἴσον ἔχει τὸν τῆς ἀποπτώσεως κίνδυνον. Εἰ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, διορθωτέον ὡς οἷόν τε τῶν πολλῶν τὴν συνήθειαν, ὅσοι πρὸς μὲν τὰς αἰσχροτέρας τῶν ἡδονῶν ἰσχυρῶς ἀπομάχονται, ἄλλως δὲ τὴν ἡδονὴν ἐν τιμαῖς καὶ φιλαρχίαις θηρεύουσι· παραπλήσιον ποιοῦντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις οἰκέτης ἐλευθερίας ἐπιθυμῶν, μὴ ὅπως τῆς δουλείας ἔξω γενήσεται σπεύδοι, ἀλλ' ἐναμείβοι τοὺς κεκτημένους, τὴν ἐναλλαγὴν τῶν κεκτημένων ἐλευθερίαν οἰόμενος. Δοῦλοι γάρ εἰσιν ἐπίσης πάντες, κἂν μὴ ὑπὸ τῶν αὐτῶν κυριεύωνται, ἕως ἂν C ὅλως ἐπικρατῇ τις αὐτῶν μετὰ δυναστείας ἀρχή. Εἰσὶ δὲ πάλιν οἱ τῇ πολλῇ πρὸς τὰς ἡδονὰς μάχῃ, εὐκαταγώνιστοί πως τῷ ἀντικειμένῳ πάθει γεγόνασι, καὶ ἐν τῇ ἐπιτεταμένῃ τῆς ζωῆς ἀκριβείᾳ, λύπαις, καὶ παροξυσμοῖς, καὶ μνησικακίαις, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅσα πρὸς τὸ ἐναντίον τοῦ κατὰ τὴν ἡδονὴν πάθους ἀντικαθέστηκεν, εὐκόλως τε ἁλίσκονται, καὶ δυσχερῶς διεκδύνουσι· τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν μὴ ὁ λόγος ὁ κατ' ἀρετήν, ἀλλά τι πάθος τῆς κατὰ τὸν βίον πορείας ἡγεμονεύῃ. Ἡ μὲν γὰρ ἐντολὴ τοῦ Κυρίου σφόδρα τηλαυγής, ὡς καὶ νηπίων ὀφθαλμοὺς φωτίσαι, μόνῳ τῷ Θεῷ προσκολλᾶσθαι ἀγαθὸν εἶναι λέγουσα· ὁ δὲ Θεὸς οὔτε λύπη ἐστίν, οὔτε ἡδονή, οὔτε δειλία, ἢ θράσος, ἢ φόβος, ἢ ὀργή, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον πάθος, ὃ D τῆς ἀπαιδεύτου κυριεύει ψυχῆς· ἀλλ' ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, αὐτοσοφία καὶ ἁγιασμός, ἀλήθειά τε καὶ χαρά, καὶ εἰρήνη, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Πῶς οὖν ἔστι τῷ ταῦτα ὄντι προσκολληθῆναι τὸν ὑπὸ τῶν ἐναντίων κρατούμενον; Ἢ πῶς οὐκ ἄλογον τὸν τῷ ἑνί τινι τῶν παθῶν ὅπως μὴ ὑπαχθείη σπουδάζοντα, ἀρετὴν νομίζειν τὸ ἀντικείμενον; Οἷον, ἡδονὴν μὲν φυγόντα, λύπῃ κατέχεσθαι· τὸ δὲ θρασὺ καὶ προπετὲς διακλίνοντα, δειλίᾳ ταπεινοῦν τὴν ψυχήν· ἢ θυμοῖς ἀνάλωτον μένειν ἐσπουδακότα, κατεπτηχέναι τῷ φόβῳ. Τί γὰρ διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως τῆς ἀρετῆς ἐκπεσεῖν,

B

CAPUT XVI.

Ad bonum minime aptus est is, qui aliqua ex parte in virtutis officio peccat.

Via est una recta, angusta illa quidem, et trita, quæ neque alterius viæ flexiones, et diverticula comprehendit; atque ex hac aliquo sane modo deflectere fortasse periculum est, ne quis labatur et concidat. Si hæc ita se habent, multorum nos consuetudinem, quoad ejus fieri potest, moderari oportet: qui enim contra fœdissimas voluptates pugnacissime se defendunt, eas vero, quæ in honoribus atque imperii appetitionibus exsistunt, voluptates consectantur, hi nihil omnino dissimile faciunt ac si quis servus libertatis avidus, mature operam det, non ut a servitute vindicetur, cum in eo libertatem esse putet, si ab eo, in cujus potestate fuit, ad alium dominum transferatur. Servi enim pari conditione omnes sunt, quamvis non eorumdem dominorum imperio potestateve teneantur, cum unus aliquis illis dominetur, atque cum potestate imperet. Rursusque sunt plerique qui multo contra has voluptates certamine, facile quodammodo sunt ab adversario superati, atque in accurata beneque constituta vivendi ratione, doloribus et animi concitationibus, et malorum recordationibus, et cæteris denique omnibus quæ contra hunc voluptatis affectum restiterunt, cum facile expugnantur, tum difficulter ab iis liberantur: hocque tum accidit, cum non ratio virtuti consentanea, sed animi affectio quæpiam vitæ cursum dirigit. Præceptum enim Domini lucidum valde est [30], ut vel infantium oculos illuminet, eademque dicit soli Deo adhærere bonum esse [31]: siquidem neque dolor est Dominus, non voluptas, non formido, non audacia, aut ira, aut aliquis hujusmodi affectus, qui in animo rudi dominatur; at sapientia ipsa est, inquit Apostolus, sanctificatio, veritas, pax, et gaudium, omniaque alia id generis [32]. Quo igitur modo huic junctus esse potest is, qui contrariis affectibus tenetur [33]? Aut quo modo non absurdum est, cum qui studium in

[29] II Cor. VI, 14. [30] Psal. XVIII, 9. [31] Psal. LXXII, 28. [32] I Cor. I, 30. [33] Rom. XIV, 17.

eò ponit, ut nulla affectionum vi impellatur, putare in eo quod contrarium est, esse virtutem? Verbi causa, si qui voluptatem fugit, dolore hic vincatur: quive audaciam ac temeritatem declinat, præ timiditate is animum prosternat atque abjiciat, aut qui invicto esse animo studuit, is metu fractus ceciderit. Quid enim interest, hoc an illo modo quis a virtute cadat, vel potius se a Deo ipso removeat, qui virtus absoluta est, ac perfecta? Nam in corporalibus ægrotationibus nihil referre quis dixerit, utrum morbi tabes a nimia cibi tenuitate sit, an ab immoderata ingurgitatione, cum utriusque immoderatio eodem termino concludatur. Itaque qui et animi vitæ, et salutis curam habet, in moderata quadam animi æquitate versabitur, quoniam in eo permanet, ut nullam cum ea repugnantia societatem habeat, quæ sit utrinque virtuti opposita. Non mea quidem hæc est, sed vocis ipsius divinæ oratio. Aperte Domini doctrinæ hoc præceptum est, in iis quæ discipulos docet velut agnos inter lupos versantes, ut non solum columbæ sint, sed aliquid etiam serpentis in moribus habeant. Hoc sane est, ut neque quod in simplicitate hominibus laudandum videatur, impensius consectentur, quod is habitus ad extremam dementiam propius accedat, neque rursum calliditatem ac vafritiem, quam plerique homines prædicant, meram atque impermistam contrario virtutem credant, sed ex adversariis rebus unum aliquod temperatum morum genus conficiant, hinc dementia, illinc malitiosa sapientia recisa, quasi ex utroque contrario unum perfectum sit honestum, quod et ex animi simplicitate et solertia conflatum est. « Estote » enim, inquit [34], « prudentes ut serpentes, simplices ut columbæ.

A μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἔξω γενέσθαι, ὅς ἐστιν ἡ παντελὴς ἀρετή; Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος ἀῤῥωστημάτων, οὐκ ἂν διαφέρειν τὸ κακόν τις εἴποι δι' ὑπερβαλλούσης ἐνδείας, ἢ ἀπὸ πλησμονῆς ἀμέτρου διαφθαρῆναι, εἰς τὸ αὐτὸ πέρας τῆς ἐν ἑκατέροις ἀμετρίας ληγούσης. Οὐκοῦν καὶ ὁ τῆς κατὰ ψυχὴν ζωῆς τε καὶ ὑγιείας ἐπιμελόμενος, ἐπὶ τοῦ μέσου τῆς ἀληθείας ἑαυτὸν τηρήσει, ἀμιγὴς καὶ ἀμέτοχος διαμένων τῆς ἑκατέρωθεν τῇ ἀρετῇ παρακειμένης ἐναντιότητος. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτῆς τῆς θείας φωνῆς. Φανερῶς γὰρ τῆς τοῦ Κυρίου διδασκαλίας τὸ δόγμα τοῦτό ἐστιν, ἐν οἷς διδάσκει τοὺς μαθητὰς, ὡς ἄρνας λύκοις συναναστρεφομένους, μὴ περιστερὰς εἶναι μόνον, ἀλλ' ἔχειν τι καὶ τοῦ ὄφεως ἐν τῷ ἤθει. Τοῦτο δέ ἐστι, τὸ μήτε τὴν ἁπλότητα δοκοῦν ἐπαινε- B τὴν τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἄκρον ἐπιτηδεύειν, ὡς τῇ ἐσχάτῃ ἀνοίᾳ τῆς τοιαύτης ἕξεως πλησιαζούσης· μήτε τὴν ἐπαινουμένην ὑπὸ τῶν πολλῶν δεινότητα καὶ πανουργίαν, ἀμιγῆ τῶν ἐναντίων καὶ ἄκρατον ἀρετὴν νομίζειν· ἐκ δὲ τῆς δοκούσης ἐναντιότητος μίαν τινὰ συγκεκραμένην ἤθους κατάστασιν ἀπεργάζεσθαι, τῆς μὲν τὸ ἀνόητον, τῆς δὲ τὸ ἐν πονηρίᾳ σοφὸν περικόψαντας· ὡς ἐξ ἑκατέρων ἓν ἀποτελεσθῆναι καλὸν ἐπιτήδευμα, ἁπλότητι γνώμης καὶ ἀγχινοίᾳ συγκεκραμένον. « Γίνεσθε » γὰρ, φησὶ, « φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. »

CAPUT XVII.

Omnes animi potestates virtutem spectare debent.

Quod igitur eo loco dictum est a Domino, commune sit omnis vitæ præceptum, iis præsertim, qui virginitatis studio ad Deum accedunt, ut, cum ad unum aliquod rectum officium respiciant, non modo res contrarias caveant, sed quod bonum est undique sibi colligant, ut omnibus quærendis vitam in tuto collocent. Neque enim miles, qui armis partem aliquam corporis munierit, reliquum corpus armis nudum periculo objiciet. Quid enim ei lucri est ex parte corporis armata, si in partibus nudis lethalem plagam accipiat? Quis formosum eum dixerit, cui ex iis, quæ ad formæ speciem attinent, aliquid est calamitate rescissum? Turpitudo enim ac deformitas partis illius truncæ, venustatem integræ corrumpit. Quod si, ut quodam loco scriptum est [35], ridiculus est, qui turris ædificium aggressus, atque in fundamentis omne quidem studium suum cum posuerit, extremam ædificii partem non est executus, quid ex hac nos parabola aliud cognoscimus, quam ut, proposita re aliqua sublimi, finem assequi studeant, qui variis mandatorum quasi structuris Dei opus perficiunt? Neque enim lapis unus tota est turris ædificatio,

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Ὅτι χρὴ πάσας τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις πρὸς ἀρετὴν βλέπειν.

Οὐκοῦν ὅπερ ἐνταῦθα εἴρηται παρὰ τοῦ Κυρίου, κοινὸν ἔστω δόγμα τοῦ βίου παντὸς, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν διὰ παρθενίας τῷ Θεῷ προσιόντων, τὸ μὴ πρὸς ἕν τι κατόρθωμα βλέποντας, τῶν ἐναντίων ἀφυλάκτως ἔχειν, ἀλλὰ πανταχόθεν ἑαυτοῖς τὸ ἀγαθὸν ἐξευρίσκειν, ὡς ἂν διὰ πάντων τὸ ἀσφαλὲς ὑπάρχῃ τῷ βίῳ. Οὐδὲ γὰρ στρατιώτης μέρη τινὰ τοῖς ὅπλοις φραξάμενος, γυμνῷ κινδυνεύει τῷ λοιπῷ σώματι. Τί γὰρ κέρδος αὐτῷ τῆς ἐπὶ μέρους ὁπλίσεως, εἰ κατὰ τῶν γυμνῶν τὴν καιρίαν δέξαιτο; Τίς δ' ἂν εὔμορφον ὀνομάσειεν ἐκεῖνο, ὃ τῶν εἰς εὐμορφίαν τι συντελούντων ἔκ τινος συμφορᾶς περικέκοπται; Ἡ γὰρ περὶ τὸ λεῖπον αἰ- D σχύνη καὶ τὴν τοῦ ὑγιαίνοντος χάριν διελυμήνατο. Εἰ δὲ καταγέλαστός ἐστι, καθώς φησί που τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ ἐγχειρήσας μὲν τῇ τοῦ πύργου κατασκευῇ, ἐν θεμελίοις δὲ τὴν σπουδὴν ἑαυτοῦ στήσας, καὶ τοῦ τέλους οὐκ ἐφικόμενος· τί ἄλλο ἐκ τῆς παραβολῆς ταύτης μανθάνομεν, ἢ τὸ πάσης ὑψηλῆς προθέσεως ἐπὶ τὸ πέρας φθάνειν ἐσπουδακέναι, ταῖς ποικίλαις τῶν ἐντολῶν οἰκοδομαῖς τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ τελειοῦντας; Οὔτε λίθος εἷς ἡ πᾶσα οἰκοδομὴ τοῦ πύργου ἐστὶν, οὔτε ἐντολὴ μία πρὸς τὸ ἐπιζητούμενον μέτρον ἄγει τὴν τῆς ψυχῆς τελειότητα· ἀλλὰ καὶ τὸν θεμέλιον

[34] Matth. x, 16. [35] Luc. xiv, 28 sqq.

ὑποβεβλῆσθαι δεῖ πάντως, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, [καὶ] τὴν ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων οἰκοδομὴν ἐπιθέσθαι. Οὕτω γὰρ τὰ ἔργα τῶν ἐντολῶν ὀνομάζεται, κατὰ τὸν εἰπόντα Προφήτην, ὅτι « Ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον, καὶ λίθον τίμιον πολύν. » Ὑποκείσθω τοίνυν ἀντὶ θεμελίου τινὸς τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ ἡ περὶ τὴν παρθενίαν σπουδή· ἐποικοδομείσθω δὲ τῷ θεμελίῳ τούτῳ πάντα τὰ ἔργα τῆς ἀρετῆς. Εἰ γὰρ καὶ σφόδρα τοῦτο τίμιον καὶ θεοπρεπὲς εἶναι πιστεύεται; ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι καὶ πεπίστευται· ἀλλ' εἰ μὴ καὶ ὅλος ὁ βίος τούτῳ συμβαίνοι τῷ κατορθώματι, ἐπιμολύνοιτο τῇ λοιπὸν τῆς ψυχῆς ἀταξίᾳ, τοῦτό ἐστι τὸ ἐνώτιον ἐκεῖνο τὸ ἐν τῇ ῥινὶ τῆς συός, ἢ ὁ μαργαρίτης ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τῶν χοίρων καταπατούμενος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ΄.

Μόνη ἡ ἀρετὴ, κἂν τέλειος, οὐδὲν ὠφελεῖ τῷ ἐν πᾶσι τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀσκουμένῳ.

Εἰ δέ τις παρ' οὐδὲν ποιεῖται τὸ μὴ συνηρμόσθαι τινὶ διὰ τῶν καταλλήλων τὸν βίον, τὰ ἐν τῷ οἴκῳ ἑαυτοῦ θεασάμενος παιδευθήτω περὶ τοῦ δόγματος. Δοκεῖ γάρ μοι, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἰδίας οἰκήσεως ὁ τοῦ οἴκου δεσπότης οὐκ ἀποδέξεται, ἀπρεπῆ καὶ ἀσχήμονα τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ βλέπειν, ἢ κλίνην ἀνατετραμμένην, ἢ πλήρη κόπρου τὴν τράπεζαν, ἢ τὰ μὲν τίμια τῶν σκευῶν ἐν ῥυπαροῖς τισι τόποις ἀπερριμμένα· ὅσα δὲ πρὸς τὰς ἀτιμοτέρους ὑπηρεσίας ἐστὶν, ἐν ὀφθαλμοῖς προκείμενα τῶν εἰσιόντων· ἀλλὰ πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν τὴν πρέπουσαν διαθεὶς, καὶ ἑκάστην ἁρμόζουσαν ἀποδοὺς χώραν, θαῤῥῶν ἀποδέχεται τοὺς ἐπιξενουμένους· ὡς οὐδεμίαν αἰσχύνην ὀφλήσων εἰ φανερὰ γένοιτο, ὅπως αὐτῷ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἔχοι· οὕτως οἶμαι χρῆναι καὶ τὸν τοῦ σκηνώματος ἡμῶν οἰκοδεσπότην καὶ οἰκονόμον, τὸν νοῦν λέγω, πᾶν τὸ ἐν ἡμῖν εὖ διατίθεσθαι, ἑκάστῃ τε τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, ἃς ἀντὶ ὀργάνων καὶ σκευῶν ὁ Δημιουργὸς ἡμῖν ἐνετεκτήνατο, οἰκείως καὶ πρὸς τὸ καλὸν κεχρῆσθαι. Εἰ δὲ μὴ φλυαρίαν τινὰ καὶ ἀδολεσχίαν τοῦ λόγου τις καταγινώσκοι, εἰρήσεται καὶ καθ' ἕκαστον, ὅπως ἂν τοῖς παροῦσιν αὐτῷ χρώμενος, πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ τὸν βίον οἰκονομήσειε. Φαμὲν τοίνυν τὴν μὲν ἐπιθυμίαν δεῖν ἐν καθαρῷ τῆς ψυχῆς ἱδρυσάμενον ἔχειν, ὥσπερ τι ἀνάθημα ἢ ἀπαρχὴν τῶν ἰδίων ἀγαθῶν ἐξελόντα Θεῷ, ἀφιερώσαντά τε αὐτὴν ἅπαξ, ἀνέπαφόν τε καὶ καθαρὰν διαφυλάττειν, μηδαμοῦ τῇ κατὰ τὸν βίον ῥυπαρίᾳ μολυνομένην. Τὸν δὲ θυμὸν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ τὸ μῖσος, καθάπερ κύνας τινὰς πυλωροὺς, πρὸς μόνην ἐγρηγορέναι τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀντίστασιν, καὶ κατὰ τοῦ κλέπτου καὶ πολεμίου κεχρῆσθαι τῇ φύσει, ὃς ἐπὶ λύμῃ τοῦ θείου θησαυροῦ παρεισδύεται, καὶ διὰ τοῦτο ἔρχεται, ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ· τὴν δὲ ἀνδρείαν καὶ τὸ θάρσος ἀντὶ ὅπλου τινὸς διὰ χειρὸς φέρειν, πρὸς τὸ μὴ πτοηθῆναί ποτε πτόησιν ἐπελθοῦσαν, καὶ ὁρμὰς ἀσεβῶν ἐπερχομένας· ἐλπίδι δὲ καὶ ὑπομονῇ ἀντὶ βακτηρίας,

A neque præceptum sane unum perfectionem animi ad eum ducit, quem nos quærimus, modum; sed jactum esse oportet plane fundamentum, atque super aurum, ut ait Apostolus, et lapides pretiosos ædificium struendum est [36]: ita enim mandatorum opera Propheta appellavit his verbis: « Dilexi mandata tua super aurum, et lapidem pretiosum multum [37]. » Atque pro aliquo quidem fundamento sit honestæ vitæ propositum studium virginitatis; et super hoc fundamentum cuncta virtutis opera exstruantur. Etsi enim valde honestum hoc et Deo conveniens esse creditur, ut sane et est, et creditur: nisi tamen huic præclaro officio vita omnis respondeat, aut si reliqua animi perturbatione inquinetur; illud aurium ornamentum est, quod in B rostro suis, aut margarita, quæ sit porcorum pedibus proculcata. Sed de his quidem hactenus.

CAPUT XVIII.

Sola virtus, etiam perfecta, nihil omnino prodest ei, qui in omnibus virtutem non colit.

Si vero quis pro nihilo putat vitæ suæ rationem cuipiam invicem accommodare, res suas domesticas contemplatus ad hoc præceptum erudiatur. Ut enim paterfamilias domi suæ passurus mihi non videtur, ut res fœdas, ac turpes cernat, veluti non stratum lectum, aut mensam sordium plenam, aut vasa pretiosa quæ aliquo conjecta sint, ubi sordium situs est; quæ vero sunt ad usus minus honestos accommodata in oculis adeuntium illa posita C sint; sed apte ille atque ordine recto cuncta collocando, suumque cuique rei locum tribuendo; cum exploratum habeat quo ordine res domi suæ sint, tum fidenti animo, quasi nullo pudore prohibitus, hospites ac peregrinos excipiet: eodem modo domicilii nostri domino ac moderatori, nempe rationi, agendum esse arbitror; ut, quæ in nobis sunt omnia recte instituat, singulisque animi potestatibus, quas et pro instrumentis et vasis summus nostræ naturæ opifex fabricatus est, iis apte et ad honestatem utatur. At vero jam, nisi quis nugacitatis et garrulitatis nos condemnet, sigillatim explicabimus, quo pacto usus quis insitis sibi rebus vitam quam utilissime componat. Itaque dicimus oportere eum appetitum in animi puro dedica- D tum, velut donarium quoddam ac bonorum suorum primitias Deo segregare, et semel consecratum intactum porro atque integrum servare nullis vitæ sordibus contaminatum. Excandescentiam vero et iram et odium quasi canes aliquos ostii custodes ad solam peccati repugnantiam in vigilia, et statione manere, adversusque furem et hostem natura eum usum esse, qui in divini thesauri perniciem aditum sibi facit, atque ob eam causam venit, ut furetur, et mactet, et perdat; pro telo aliquo audaciam, et fortitudinem afferat oportet, ne ulla formidine, quæ incidat, aut subitis impiorum affectibus animus consternetur; spe autem et tole-

[36] I Cor. III, 12. [37] Psal. CXVIII, 127.

rantia quasi baculo inniti, si quando quis tentationibus defatigatur; in peccatis vero pœnitentiæ tempore si usu venerit, doloris remedium parare, atque adhibere, quasi neque hoc alias utile sit, ac salutare, nisi ad solum hujusmodi pœnitentiæ usum. Tum vero recta horum regula justitia erit, quæ docet, quid in omnibus et dictis et factis sit a peccato alienum, quove modo animi partes institui oporteat, quave ratione, quod cujusque proprium sit, pro dignitate tribuatur. Cupiditatem autem, quæ in plus habendo posita est, multam illam quidem et immensam in singulorum animis, si quis ad eam, quæ a Deo est, appetitionis vim addiderit, is in hac ipsa plus habendi cupiditate beatissimus erit, illic vim faciens, ubi laudabile est vim facere. Atqui sapientiam, prudentiamque rerum omnium, quæ expediant, consultrices vitæque suæ contubernales adhibebit, ut nullo unquam tempore aut imperitia, aut imprudentia in errorem abducatur; sin autem iis, quas commemoravi, virtutibus neque ut par est, neque ut earum natura postulat, quis usus est, ad idque, quod minime decet, earum usum convertit, vel quia ad res turpissimas cupiditatem adjicit, vel quia in vicinos odium concipit, vel quia iniquitatem colit, vel quia se contra parentes acrem ostendit, atque absurda quæque audet, inaniaque sperat; hic certe cum prudentiam et sapientiam a contubernio suo repellat, ingluviem quamdam, atque intemperantiam sibi socias adjungit: qui si in reliquis eodem modo facit, insulsus utique est, et monstri similis, ita ut ejus absurditas declarari pro dignitate non possit. Ut enim si quis perturbate armatus galeam invertat, ut et faciem tegat, et conum in posteriorem partem inclinaverit, pedesque in thorace habeat, ocreas pectori accommodet, quæve a læva ad dexteram commutet, dexteræ vero partis armaturam lævæ apponat: quod igitur verisimile sit in militia ut huic eveniat, qui ita præpostere est armis instructus, hoc ipsum consentaneum est illi in vita accidere, qui mente ita perturbata est, ut animi virtutum usum pervertat.

C δραπόδου πονηροῦ ἡ προαίρεσις· μύλωνος ἀξίου καὶ δεσμοῦ καὶ μαστίγων, ἐκδῦναι μόνον τὰς τιμωρίας σπουδάζοντος· ἐλευθερίου δὲ δόξης καὶ τῶν ἐκ λαμπρότητος τιμῶν, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἀντιποιουμένου. Ἐχθρὰ πάντων αὕτη τῶν ἁγίων φωνὴ, ἐναντία τῶν ἀπ' αἰῶνος ὁσίων. Ἐκεῖνοι γὰρ ἅπαντες τοὺς ὑπὲρ παῤῥησίας κινδύνους ἠγάπησαν, καὶ παρεῖχον τοῖς βουλομένοις τέμνειν καὶ φονεύειν ποικίλως τὸ σῶμα, καὶ πρὸς οὐδένα ὠδινόντων ἐμαλακίσθησαν ἆθλον, τοῦ αἵματος καὶ τῶν ἀνδραγαθημάτων, τὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν προσδοκῶντες τιμήν. Δι' ἐκείνων Ἀβραὰμ τὸν υἱὸν προσταχθεὶς ἔθυσε· καὶ Μωϋσῆς ἐνεμόχθει τοῖς δεινοῖς τῆς ἐρήμου· καὶ Ἠλίας τὸν ἔρημον ἔζη βίον καὶ ἀθεράπευτον· καὶ
D πάντες προφῆται διῆγον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. Ὑπὲρ ἐκείνης εὐαγγελισταὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου ἔπασχον στίγματα, καὶ μάρτυρες ταῖς κολάσεσι ταῖς παρὰ τῶν τυράννων ἐνηγωνίσαντο, καὶ πᾶς, εἴ τις ἀληθῶς λογικὸς καὶ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, καὶ συγγένειαν ἔχων πρὸς τὰ ὑψηλὰ καὶ οὐράνια, οὐδὲ εἶναι βούλεται οὐδὲ συνεγερθῆναι τοῖς ἀναβιωσομένοις ἀνθρώποις· εἰ μὴ μέλλοι ἐπαινεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ ὡς ἀγαθὸς δοῦλος, καὶ τινων ἀξιοῦσθαι γερῶν. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει καὶ ὁ Δαβὶδ τῆς ἐλάφου τὴν δίψαν οἰκεῖον ὑπόδειγμα ποιεῖται τῆς ἑαυτοῦ πρὸς Θεὸν ἐπιθυμίας· καὶ ἰδεῖν εὔχεται τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, ἵνα ταῖς

[14] [illegible] XLI, 2.

νοηταῖς ἐνευφρανθῇ δεξιώσεσι. Καὶ Παῦλος εὔχεται ἐκδυσάμενος τὴν σάρκα ὡς καὶ βαρὺ καὶ φορτικὸν ἱμάτιον, ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πάντως ἀμφότεροι φανταζόμενοι τὴν μακαρίαν εὐφροσύνην καὶ ἀμετάβλητον. Εἰ δὲ ἐκείνης ἔρως οὐδείς, πάντα ἀληθῶς τὰ ἄλλα, κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστήν, ματαιότης ματαιοτήτων.

Φεύγετε τοίνυν, ἄνδρες Χριστιανοί, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, πᾶσαν ἔννοιαν τοιαύτην λῃστῶν καὶ κακούργων ἀξίαν, μηδὲ τοῦτο μακαριστὸν ἡγήσησθε τὸ φεύγειν τιμωρίαν, ἀλλ' ἐράσθητε δωρεῶν καὶ στεφάνων· οὓς ὁ Θεὸς τοῖς ἀθληταῖς τῆς δικαιοσύνης ηὐτρέπισεν· ἐπιθυμήσατε βαπτίσματος ἀδόλως· λάβετε τὸ τάλαντον, καὶ πρόσθετε τὴν ἐργασίαν· οὕτως γὰρ κατὰ τὴν παραβολὴν ἡγεμόνες δέκα γενήσεσθε πόλεων. Ὁ δὲ συνταφεὶς τῷ βαπτίσματι, ἔκρυψεν εἰς γῆν τὸ τάλαντον, καὶ πάντως ἐκείνων ἀκούσει τῶν πρὸς τὸν δοῦλον ἀργὸν λεχθέντων καὶ ῥάθυμον. Καλῶς ὁ νεοφώτιστος ἂν τῇ πίστει συνάψῃ τὴν ἐντολήν, ἐπὶ πλεῖον οὐδὲν ἔχει τοῦ ἀνεγκλήτου. Δεσμώτης ἐτύγχανεν μυρίοις ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος, δεδοικὼς τὸ κριτήριον, τρέμων τῶν εὐθυνῶν τὸν καιρόν. Ἦλθεν ἀθρόον βασιλέως φιλανθρωπία, ἤνοιξε τὸ δεσμωτήριον, ἀφῆκε τοὺς πονηρούς. Ὁ μὲν δοὺς τὴν χάριν, ὑμνείσθω καὶ προσκυνείσθω, ὡς ἀγαθότητος περιουσίᾳ σώσας τοὺς τὴν ζωὴν οὐκ ἐλπίζοντας· ὁ δὲ γνωριζέτω ἑαυτόν, ἐν ταπεινότητι διαγέτω· μὴ ὡς κατορθώσας τι διακείσθω, ἐπειδὴ τῶν δεσμῶν ἐλύθη. Ἄφεσις γὰρ ἐγκλημάτων τὸν ἔλεον προσμαρτυρεῖ τῷ συγχωρήσαντι, οὐ μὴν εὐδοκιμήσειν τῷ ἀφεθέντι. Ὁ λαβὼν τὸ τῆς παλιγγενεσίας λουτρόν, ὅμοιος στρατιώτῃ νέῳ ὑπόγυιον ἐναριθμηθέντι τοῖς ὁπλιτικοῖς καταλόγοις, μηδέπω δὲ μηδὲν ἐπιδεδειγμένῳ στρατιωτικὸν ἢ γενναῖον. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος ἀνελόμενος τὴν ζώνην, καὶ τὴν χλανίδα ἐμπορπησάμενος, οὐκ εὐθὺς ἑαυτὸν ἀριστέα νομίζει, οὐδὲ προσιὼν μετὰ παῤῥησίας τῷ βασιλεῖ ὡς γνώριμος διαλέγεται, οὐδὲ χάριτας αἰτεῖ τὰς τῶν καμόντων καὶ πονεσάντων· οὕτως μηδὲ σὺ τυχὼν τῆς χάριτος, οἴου τοῖς δικαίοις συζήσεσθαι, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἀχθήσεσθαι κλῆρον, ἂν μὴ πολλοὺς ὑπομείνῃς ὑπὲρ εὐσεβείας κινδύνους, καὶ πολεμήσῃς τῇ σαρκί, καὶ μετ' ἐκείνης τῷ διαβόλῳ, καὶ γενναίως ἀντισχῇς πρὸς πάντα τὰ τῶν πονηρῶν πνευμάτων τοξεύματα. Μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ αὐτὴν τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν τὴν μέλλουσαν ἐπὶ τῆς κοινῆς ἐκφέρεσθαι κρίσεως, λάβωμεν τοῦ προκειμένου διδάσκαλον. Τί γάρ φησι; « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. » Διὰ τί; Οὐχ ὅτι τὸ ἱμάτιον ἐνεδύσασθε τῆς ἀφθαρσίας, οὐδὲ ὅτι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἐπειδὴ κατωρθώσατε τὴν ἀγάπην. Καὶ εὐθὺς ὁ κατάλογος ὑποτέτακται τῶν τραφέντων, τῶν ποτισθέντων, τῶν ἐνδυθέντων. Καὶ εἰκότως ὁ ἀπαραλόγιστος κριτὴς οὕτως δικάζει. Ἡ χάρις μὲν γὰρ τοῦ Δεσπότου δῶρον· ἡ δὲ πολιτεία, τοῦ τιμηθέντος κατόρθωμα. Χάριτος

in Deum desiderium; et optat videre Dei vultum, ut exhilaretur amplexibus, qui cadunt sub intelligentiam. Et Paulus optat exuta carne tanquam gravi et molesta veste, dissolvi et esse cum Christo [15]: ambo omnino cogitantes beatam et immutabilem lætitiam. Quod si nullus sit ejus amor, omnia alia, ut vere dicit Ecclesiastes, sunt vanitates vanitatum [16].

Fugite ergo, viri Christiani, participes cœlestis vocationis, omnem hanc cogitationem, latronibus dignam et maleficis, neque beatum existimate fugere supplicium; sed dona amate et coronas, quas Deus paravit athletis justitiæ; expetite baptismum sine fraude, accipite talentum, et curate ne sit otiosum: ita enim, ut vult parabola, efficiemini duces decem civitatum [17]. Qui ergo sepultus fuit simul cum baptismo, talentum abscondit in terra, et omnino illa audiet, quæ dicta sunt servo otioso et negligenti [18]. Recte is, qui est recens illuminatus, si fidei non amplius mandatum conjunxit, nihil habet quod non sit affine criminationi. Fuit vinctus, innumerabilibus criminibus obnoxius, timens judicium, horrens tempus reddendæ rationis. Venit repente regis benignitas, aperuit carcerem, dimisit malos. Qui dedit quidem gratiam, laudibus celebretur, et qui sua bonitatis abundantia conservavit eos, qui non sperabant vivere. Ipse autem seipsum cognoscat, et degat in humilitate: non ita sit affectus, tanquam aliquid præclarum gesserit, quoniam solutus est vinculis. Criminum enim remissio testatur misericordiam ejus qui concessit, non autem quod se recte gesserit is, qui fuit dimissus. Is qui lavacrum accepit regenerationis, est similis novo militi, qui nuper fuit relatus in numerum militum, nondum autem quidquam egit præclarum aut forti milite dignum. Quomodo ergo ille zona accinctus, et chlamyde indutus, non se statim existimat virum fortem, neque confidenter accedens ad regem, cum alloquitur tanquam familiaris, neque petit beneficia, quæ qui laboraverunt, et se strenue gesserunt; ita nec tu, gratiam assecutus, putes fore ut vivas cum justis, et ad illorum ducaris hæreditatem, nisi pro pietate multa adeas pericula, et cum carne bellum geras, et simul cum illa, cum diabolo fortiter resistas omnibus jaculis malignorum spirituum. Imo vero si videtur, accipiamus ipsam Domini vocem, quæ est proferenda in ipso communi judicio, et est magistra ejus quod proponitur. «Venite, benedicti Patris mei, estote hæredes parati vobis regni a constitutione mundi [19].» Quamobrem? Non quoniam induti estis veste incorruptionis, neque quoniam peccata vestra abluistis, sed quoniam in charitate vos recte gessistis. Et statim sequitur catalogus eorum qui sunt nutriti, potati, induti. Et jure qui falli non potest judex ita judicat. Nam gratia quidem est donum Domini. Ex vitæ autem administra-

[15] Philipp. I, 23. [16] Eccle. I, 2. [17] Luc. XIX, 16, 17. [18] Matth. XXV, 24 sqq. [19] ibid. 34

tione est recte factum ejus, qui est honoratus. Gratiæ autem quam accepit, nemo petit mercedem; sed contra est debitor. Et ideo quando baptismo fuerimus illuminati, benefactori debemus benevolentiam. Nostra autem in Deum benevolentia est, quam in conservos exercemus liberalitas, salus nostra, et virtutis cura. Deponite ergo vestram inanem sententiam, qui baptismum reservatis ad exsequias, scientes quod fides suam requirit sororem, spem, nempe quæ est ex charitate vitæ institutionem. Qua quidem digni sumus Dei voluntate et ope: quem decet adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum, Amen.

A δὲ ἧς ἔλαβεν οὐδεὶς μισθὸν ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον ὀφείλει. Καὶ διὰ τοῦτο, ὅταν τῷ βαπτίσματι φωτισθῶμεν, χρεωστοῦμεν τῷ εὐεργέτῃ τὴν εὔνοιαν. Εὔνοια δὲ ἡμετέρα πρὸς Θεὸν ἡ περὶ τοὺς ὁμοδούλους εὐγνωμοσύνη, ἡ σωτηρία ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλεια. Ἀπόθεσθε τοίνυν τὴν ματαίαν γνώμην, οἱ ἐντάφιον τηροῦντες τὸ βάπτισμα, εἰδότες, ὡς ἡ πίστις τὴν ἀδελφὴν ἑαυτῆς, τὴν ἀγαθὴν πολιτείαν ἐπιζητεῖ· ἧς ἀξιωθείημεν ἀγαθῇ προαιρέσει καὶ βοηθείᾳ Θεοῦ, ᾧ πρέπει προσκύνησις νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

PARS IV.

ORATIONES ET EPISTOLÆ.

I. ORATIONES.

MONITUM IN ORATIONEM SEQUENTEM [a].

Primus hanc Orationem edidit ex uno codice Monacensi Jacob. Gretserus, Soc. Jesu Theol., in Appendice ad S. Gregorii Nysseni Opera, Paris. 1618, in-fol., p. 225-234. Paulo post repetita est in altera editione Paris. 1638, in-fol., tom. II, p. 225-234. Accuratius inspecta editione utraque, descriptisque verbis Græcis ex exemplari Gretserianæ Appendicis, orationem Græcam S. Patris erroribus omnis generis tam deformatam, versionemque Latinam tam parum accuratam esse reperi ut mihi ad codicem refugiendum esset. Litteras dedi ergo ad J. G. Krabingerum, bibliothecæ Regiæ Monacensis custodem, virum celeberrimum et de his nostris litteris egregie meritum, codicis illius collationem novam ab amico petens libere et candide. Annuit lubentissime precibus meis Krabingerus, dieque 10 Nov. 1839 Monachio ad me transmisit lectionum varietatem plenam et in minimis quoque accuratam, qua item hic in Adnotatione mea fidissime usus sum, neglectis tantum orthographicis vitiis apertis. Est autem codex ille Monacensis; quem litteris *Mon.* designavi, unicus in quo hæc homilia servatur; nec Vindobonæ, Venetiis, aut Florentiæ alterum reperiri Krabingerus mihi scripsit, nec ego Parisiis inveni, nec Matriti asservari puto. Contentus ergo esse debui codice illo Monacensi 47, chartaceo, sæculi XVI, in-fol., cujus ope emendare et supplere potui plurima. Mirum est Gretserum, uti Krabingero videtur, tam multa ascripsisse, correxisse, subinde corrupisse, ut ego quidem meo jure eum, præter Monacensem, alio codice usum fuisse putem. Plura egomet correxi, monito ubique lectore; quod an perverse egerim, me doctiores judicabunt; interpunctio autem tota mea est.

(a) Ludov. de Sinner, in fronte editionis suæ orationis sequentis, quæ anno 1838 apud Gaume fratres prodiit in-12.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ
ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΤΟΚΙΖΟΝΤΩΝ.

S. P. N. GREGORII
EPISCOPI NYSSENI
ORATIO CONTRA USURARIOS.

Jacobo Gretsero Soc. Jesu theologo interprete.

A Τῶν φιλαρέτων ἀνθρώπων, τῶν ζῆν (1) κατὰ λόγον προαιρουμένων, νόμοις ἀγαθοῖς ὁ βίος καὶ προστάγμασι κεκανόνισται· ἐν οἷς καθορᾶται τοῦ Νομοθέτου ἡ γνώμη πρὸς δύο γενικῶς ἀποτεινομένη σκοπούς· ἕνα μὲν, τῶν ἀπειρημένων τὴν ἀπαγόρευσιν ἔχοντα· ἕτερον δὲ, τὸν πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῶν καλῶν κατεπείγοντα. Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως εὐπολίτευτον βίον κατορθωθῆναι καὶ σώφρονα, εἰ μή τις φεύγων ὡς ἔχει δυνάμεως τὴν κακίαν, διώξειεν ὡς υἱὸς μητέρα (2) τὴν ἀρετήν. Συναχθέντες τοίνυν καὶ σήμερον (3) ἵνα Θεοῦ προσταγμάτων ἀκούσωμεν, ἠκροώμεθα τοῦ Προφήτου φονεύοντος τὰ μοχθηρὰ τῶν δανεισμάτων τέκνα, τοὺς τόκους, ἐξαιροῦντος δὲ τοῦ βίου τὴν ἐπ' ἐργασίᾳ χρῆσιν τῶν νομισμάτων· δεξώμεθα δὲ εὐπειθῶς τὸ παράγγελμα· ἵνα μὴ ἡ πέτρα (4) ἐκείνη γενώμεθα, ἐφ' ἣν καταπεσὼν ὁ B σπόρος, ξηρὸς καὶ ἄγονος ἔμεινεν, μηδὲ λεχθῇ πρὸς ἡμᾶς ἅ ποτε πρὸς τὸν δυσάγωγον Ἰσραήλ· *Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.*

Παραιτοῦμαι δὲ τοὺς ἀκουσομένους μηδαμῶς θρασύτητός μου ἢ ἀνοίας καταψηφίσασθαι, εἰ ἀνδρὸς λογάδος καὶ ὀνομαστοῦ κατὰ φιλοσοφίαν, πάντων δὲ λόγων ἀσκηθέντος παιδείαν, ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως αὐτῆς εὐδοκιμήσαντος, καὶ καταλιπόντος (5) τὸν κατὰ

Hominum virtutis studiosorum, et qui mores ex rationis præscripto formant, vita continetur bonis legibus et præceptis, in quibus videre est legislatorem duo generatim spectare : alterum, ut mala vetet; alterum, ut ad honestas actiones singulos incitet. Non enim fieri potest, ut quis in societate civili vitam ad recti et temperantiæ normam componat, nisi totis viribus improbitatem fugiat, virtutemque maximo studio persequatur. Coacti igitur hodie quoque in unum, ut divinis mandatis audiendis operam demus, audivimus quomodo propheta, pestifera fenoris germina, usuras inquam, succidat, et ex hominum consortio funditus evellat pecuniæ ad usuram elocationem. Nostrarum partium erit, morem gerere prophetæ monitis, ne efficiamur illa petra, supra quam cum semen cecidisset, exaruit, nullumque fructum protulit [1], ne forte audiamus quod olim ad præfractos et intractabiles Israelitas dictum est : *Auditu audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, nec tamen videbitis* [2].

Rogo autem omnes, quicunque audituri sunt, ut me audaciæ et insipientiæ non condemnent, quod cum vir disertus, et in rebus ad divinam philosophiam spectantibus, magni nominis et in omni dicendi genere admodum exercitatus, et in hac

[1] Luc. VIII, 13. [2] Isa. VI, 10.

(1) *Ζῆν*. Cod. Mon. ζήν (sic). Πίναξ nescio cujus codicis qui servatur in libro ms. Suppl. bibl. Regiæ n° 399, primamque tantum hujus orationis exhibet lineam, diserte habet ζῆν. Ed. τήν.

(2) *Ὡς υἱὸς μητέρα*. Ita Mon. Ὡς οἷος μάλιστα Ed.

(3) *Καὶ σήμερον*. Ita Mon. Ἐπισήμερον, vocem nihili, dat Ed. Mox inter ἀκούσωμεν et ἠκροώμεθα lacunula est in Mon. Alludit noster ad Ezech. XXII, 12 : τόκον καὶ πλεονασμὸν ἐλαμβάνοσαν ἐν σοί, κτλ., quæ lecta fuerant in ecclesia ante orationem. De forma Alexandrina ἐλαμβάνοσαν pro ἐλάμβανον v. Burnouf, § 241 ; Winer, Gramm. N. T. § 9, 3 ; Buttmann, t. I, p. 346.

(4) *Ἡ πέτρα*. Articulum om. Ed., supplevit Mon. Locum ad quem hic alludit Nyssenus, S. Lucæ est in parabola de seminante, c. VIII, 5 sqq.

(5) *Καταλιπόντος*. Ex his fortasse inferes hanc Orationem a S. Gregorio Nysseno habitam esse post obitum S. Basilii dilectissimi fratris. Decessit enim Cæsareæ archiepiscopus anno 379, die primo mensis Januarii ; S. Gregorius Nyss. autem, anno 394. V. tamen infra, c. 10, in fine Orationis. Mon. καταλιπῶντος τῶν κατατοκιστῶν, unde articulum

ipsa materia præclare versatus, orationem contra feneratores instruendæ vitæ reliquerit, ego in eamdem arenam descenderim, junctis boum aut asinorum paribus, quibus contendam cum equis victoriæ corona redimitis; semper enim cum grandioribus visuntur nonnulla humiliora; nam sole splendente splendet nonnihil et luna: et onerariam navem, quæ millenis mercibus referta, a ventis hinc inde impellitur, sequitur exigua quædam cymbula, idem secans æquor: virisque athletico more et ritu depugnantibus, eadem lege digladiantur et pueri. Hæc igitur nostra sit petitio.

Tu vero, quem alloquor, quisquis es, odio habeto mores cauponum, cum homo sis. Ama homines, non pecuniam; obsiste tantisper peccato. Insona aliquando gratissimis tibi usuris vocem illam Joannis Baptistæ: *Genimina viperarum*[3], abite a me. Pernicies estis iis qui vos retinent, et accipiunt. Paululum oblectationis affertis; sed temporis progressione virus a vobis sparsum, convertitur animæ in acerbum maleficium. Viam vitæ obsepitis; regni cœlestis fores clauditis. Modicum quidem oculos aspectu, tinnituque vestro aures recreatis; interim æterni doloris causa et origo estis. Hæc ubi dicta, valedic superfluæ rerum copiæ et usuris, pauperumque amorem in te excita, *Et illum, qui mutuum petit, ne averseris*[4]. Ob inopiam tibi fit supplex, foribusque tuis assidet: cum egens sit, confugit ad tuas copias, ut ab eo egestatem depellas. At tu contrarium facis, opitulator verteris in hostem: non enim opem fers, ut ex illa qua premitur inopia evadat et ab usuris pendendis liberetur; sed seris afflicto mala, nudum exuens, vulneratumque denuo vulnerans, curas curis accumulans, doloresque doloribus addens. Nam qui pecuniam cum fenore reddendam accipit, pignus et arrham paupertatis accipit, specie beneficii exitium domum reportans. Quemadmodum enim is, qui precibus victus febricitanti, et quem vehementissimus calor, sitisque nimia exagitat, meri poculum porrigit, exhilarat quidem ægrum perbrevi tempore, dum poculum exhaurit; sed non longe post acerbissimam et decuplo gravio-

[3] Matth. III, 7. [4] Matth. v, 42.

A τοκιστῶν λόγον κτῆμα τῷ βίῳ, κἀγὼ πρὸς τὴν αὐτὴν ἅμιλλαν καθῆκα, ὄνων ἢ βοῶν ἅρμα πρὸς τοὺς στεφανίτας ἵππους ζευξάμενος· παραφαίνεται γὰρ ἀεὶ τὰ μικρὰ τοῖς μεγάλοις· καὶ λαμπομένη σηλήνη, ἡλίου φαίνοντος· πλεούσης δὲ μυριοφόρου νηὸς, καὶ τῇ σφοδρότητι τῶν ἀνέμων ἐλαυνομένης, ἐπακολουθεῖ ἡ μικρὰ πορθμὶς τὸν αὐτὸν περαιουμένη βυθόν· ἀνδρῶν δὲ πάλιν ἀγωνιζομένων νόμοις ἀθλητικοῖς, ἐγκονίζονται τῷ αὐτῷ καὶ παῖδες. Ὧδε μὲν οὖν ἐχέτω τῆς γνώμης ἡ αἴτησις.

Σὺ δὲ, πρὸς ὃν ὁ λόγος, ὅστις ποτ' ἂν ᾖς, μίσησον τρόπον καπηλικὸν, ἄνθρωπος ὤν. Ἀγάπησον ἀνθρώπους, καὶ μὴ ἀργύριον· στῆσον μέχρι τούτου τὴν B ἁμαρτίαν. Εἰπὲ τοῖς ποτέ σου φιλτάτοις τόκοις τὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ φωνήν· Γεννήματα ἐχιδνῶν (6), πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ. Ὄλεθροι τῶν ἐχόντων ὑμεῖς καὶ λαμβανόντων ἐστέ· τέρπετε πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ χρόνοις ὕστερον ὁ ἀφ' ὑμῶν ἰὸς πικρὸν γίνεται δηλητήριον τῇ ψυχῇ· ἀποφράττετε ζωῆς ὁδόν· κλείετε τῆς βασιλείας τὰς θύρας· μικρὸν τέρψαντες τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ἀκοὴν περιηχήσαντες, αἰωνίου λύπης γίνεσθε πρόξενοι. Ταῦτα εἰπὼν ἀπόταξαι πλεονασμῷ (7) καὶ τόκοις, σύνταξαι δὲ φιλοπτωχίᾳ, *Καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς*. Διὰ πενίαν σε ἱκετεύει καὶ ταῖς θύραις προσκάθηται· ἀπορῶν καταφεύγει πρὸς τὸν σὸν πλοῦτον, ἵνα γένῃ αὐτῷ τῆς χρείας ἐπίκουρος. Σὺ δὲ τοὐναντίον ποιεῖς· ὁ σύμ- C μαχος γίνῃ πολέμιος· οὐ γὰρ αὐτῷ συμπράττεις, ὅπως ἂν (8) καὶ τῆς ἀνάγκης ἐλευθερωθείη τῆς ἐπικειμένης, καὶ σοὶ ἀποπληρώσῃ τὸ δάνεισμα, ἀλλὰ σπείρεις τῷ στενουμένῳ κακὰ, τὸν γυμνὸν ἀπεκδύων, τὸν τετρωμένον ἐπιτραυματίζων, φροντίδας ἐπισυνάπτων ταῖς φροντίσι, καὶ λύπας τῇ λύπῃ. Ὁ γὰρ ἔντοκον χρυσὸν ὑποδεχόμενος, ἀῤῥαβῶνα πενίας λαμβάνει ἐν προσχήματι εὐεργεσίας, ὄλεθρον ἐπεισάγων τῇ οἰκίᾳ. Ὥσπερ γὰρ ὁ πυρεταίνοντι, καιομένῳ παρὰ τῆς θέρμης, δίψῃ δὲ σφοδροτάτῃ συνεχομένῳ, καὶ ἠναγκασμένως αἰτοῦντι τὸ πόμα, διδοὺς οἶνον δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας, εὐφραίνει μὲν πρὸς ὀλίγον τὴν κύλικα ἐφελκόμενον, ὀλίγου δὲ χρόνου παρελθόντος, σφοδρὸν καὶ δεκαπλασίονα τῷ

τόν inserui. — Loquitur de Basilio magno fratre suo, qui contra usurarios orationem habuit et edidit.

(6) *Γεννήματα ἐχιδνῶν*. Sunt ex S. Matth. III, 7; S. Luc. III, 7: cætera autem more suo παραφράζει noster.

(7) Mon. ἀπόταξε πλεονασμῷ. Ed. ἀπόταξαι πλεονάσμασι. Recte quidem πλεονασμῷ: « Vox enim πλεονασμός in sacris Litteris significat id quod præter sortem accipitur. Vide cap. XXII Ezechielis. » Garnier. ad S. Basil. *Homil. in feneratores*, c. 5, supra, p. 14, l. 12. Ita noster infra, c. 9, μὴ μετὰ τόκων, μηδὲ πλεονασμῶν. De synonymia vocum τόκος et πλεονασμός hæc habet Biel *Thesaur. philol. in LXX*, s. v. πλεονασμός: « Balsamo ad Gregorii Nysseni Epistolam canonicam: Πλεονασμὸς οὖν ἐστιν, ὡς ὅταν τις δῷ τινι σῖτον, ἢ οἶνον, ἢ ἔλαιον, D ἢ ἄλλο τι, ἐπὶ τῷ λαβεῖν ὁμοιογενὲς πλέον τοῦ δοθέντος. Πλεονασμός *quidem est, cum, si quis alicui mutuo dederit frumentum, vel vinum, vel oleum, vel aliud quid, plus similis generis accipit, quam dedit.* Subjicit paulo post: Ὁ δὲ τόκος λέγεται ἐπὶ νομισμάτων. Τόκος *autem dicitur de usura pecuniæ.* Cf. Salmasium De mod. usur. p. 320, ubi verisimile esse putat, quod, ubicunque in sacra Scriptura duæ hæ voces τόκος et πλεονασμός simul positæ reperiantur, altera pecuniæ usura, altera frugum significetur. V. et Ez. Spanhemii *Not. ad Aristoph. Nub.* v. 1291. » (Aristoph. ed. Schütz., t. I, part. II, p. 445 sq.) Cf. Biel. l. l. s. v. τόκος. — Infra, Καὶ τὸν .. ἀποστραφῇς S. Matthæi sunt, v, 42.

(8) Ἂν addidi ex Mon., cui debetur etiam καὶ σοὶ ἀποπληρώσῃ. Ed. καὶ μὴ ἀπ.

κάμνοντι τὸν πυρετὸν ἀπεργάζεται· οὕτως ὁ παρέχων πένητι γέμοντα (9-10) [πενίας] χρυσὸν, οὐ παύει τὴν ἀνάγκην, ἀλλ' ἐπιτείνει τὴν συμφοράν.

Μὴ τοίνυν ζήσῃς μισάνθρωπον βίον ἐν φιλανθρωπίας προσχήματι, μηδὲ γένῃ ἰατρὸς ἀνδροφόνος, τὸ πρόσχημα μὲν τοῦ σώζειν ἔχων διὰ τὸν πλοῦτον, ὡς ἐκεῖνος διὰ τὴν τέχνην· τῇ προαιρέσει δὲ κεχρημένος εἰς ἀπώλειαν τοῦ ἑαυτόν σοι καταπιστεύσαντος. Ἀργὸς καὶ ὁ πλεονεκτικὸς (11) βίος ὁ τοῦ τοκίζοντος. Οὐκ οἶδε πόνον γεωργίας, οὐκ ἐπίνοιαν ἐμπορίας· ἐφ' ἑνὸς δὲ τόπου κάθηται, τρέφων ἐπὶ τῆς ἑστίας θηρία. Ἄσπαρτα (12) αὐτῷ βούλεται τὰ πάντα καὶ ἀνήροτα φύεσθαι· ἄροτρον ἔχει τὸν κάλαμον· χώραν, τὸν χάρτην (13)· σπέρμα, τὸ μέλαν· ὑετὸν, χρόνον, αὐξάνοντα αὐτῷ λανθανόντως τὴν τῶν χρημάτων ἐπικαρπίαν. Δρέπανόν ἐστιν αὐτῷ ἡ ἀπαίτησις· ἅλων, ἡ οἰκία, ἐφ' ἧς λεπτύνει τὰς τῶν θλιβομένων οὐσίας. Τὰ πάντων ἴδια βλέπει. Εὔχεται τοῖς ἀνθρώποις ἀνάγκας καὶ συμφορὰς, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἠναγκασμένως ἀπέλθωσι. Μισεῖ τοὺς ἑαυτοῖς ἀρκοῦντας, καὶ τοὺς μὴ δεδανεισμένους (14) ἐχθροὺς ἡγεῖται. Προσεδρεύει τοῖς δικαστηρίοις, ἵνα εὕρῃ τὸν στενούμενον τοῖς ἀπαιτηταῖς, καὶ τοῖς πράκτορσιν ἀκολουθεῖ, ὡς ταῖς παρατάξεσι καὶ τοῖς πολέμοις οἱ γῦπες. Περιφέρει τὸ βαλάντιον, καὶ δείκνυσι τοῖς πνιγομένοις τῆς θήρας (15) δέλεαρ, ἵν' ἐκείνῳ διὰ τὴν χρείαν περιχήναντες, συγκαταπίωσι τοῦ τόκου (16) τὸ ἄγκιστρον. Καθ' ἡμέραν ἀριθμεῖ τὸ κέρδος, καὶ τῆς ἐπιθυμίας οὐκ ἐμπίπλαται. Ἄχθεται πρὸς τὸν χρυσὸν τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀποκείμενον, διότι κεῖται ἀργὸς καὶ ἄπρακτος. Μιμεῖται τοὺς γεωργοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν σωρῶν ἀεὶ σπέρματα αἰτοῦντας (17). Οὐκ ἀνίησι τὸν ἄθλιον χρυσὸν, ἀλλ' ἐκ χειρῶν εἰς χεῖρας μετάγει (18). Βλέπεις γοῦν τὸν πλούσιον καὶ πολύχρυσον πολλάκις μηδὲ ἓν νόμισμα ἔχοντα ἐπὶ τῆς οἰκίας (19), ἀλλ' ἐν χάρταις τὰς ἐλπίδας, ἐν ὁμολογίαις τὴν ὑπόστασιν, μηδὲν ἔχοντα καὶ πάντα κατέχοντα· πρὸς τοὐναντίον τοῦ ἀποστολικοῦ γράμματος (20) κεχρημένον τῷ βίῳ, πάντα διδόντα τοῖς αἰτήσασιν, οὐ διὰ φιλάνθρωπον γνώμην, ἀλλὰ διὰ φιλάργυρον τρόπον. Αἱρεῖται γὰρ τὴν πρόσκαιρον πενίαν, ἵνα, ὡς δοῦλος ἐπίμοχθος, ὁ χρυσὸς ἐργασάμενος, μετὰ τῶν μισθῶν ἐπανέλθῃ. Ὁρᾷς, ὅπως ἡ τοῦ μέλλοντος ἐλπὶς κενοῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ποιεῖ τὸν πολὺν χρυσὸν ἀκτήμονα πρόσκαιρον. Τούτου δὲ τίς ἡ αἰτία; Ἡ ἐν τῷ χάρτῃ γραφὴ, ἡ ὁμο-

A rem febrim misero parit; sic et qui egeno pecuniam sub fenore commodat, necessitatem illius non sublevat, sed calamitatem potius auget.

Ne vixeris igitur specie humanitatis vitam inhumanam et efferatam, neque esto medicus, qui perimat, nomen quidem et formam præ te ferens, quasi serves ob divitias, sicut et ille propter artem; voluntate autem tua et animo ad alterius, qui se tibi committit, perniciem abutens. Segnis et insatiabilis est vita usurarii. Nescit laborem agrorum colendorum, mercaturam non exercet; sed uno in loco considens immanes domi suæ feras nutrit. Vult omnia sibi sine satu, et inarata progigni, cui quidem aratrum est calamus; ager, charta; semen, atramentum; pluvia, tempus, B quod illi pecuniæ fructus occultis incrementis adauget et educat. Falx illi est repetitio; area, domus, in qua miserorum fortunas ventilat. Et quæ omnium sunt, propria sui ipsius videt. Imprecatur hominibus calamitates, ut coacti ad ipsum confugiant; odit, quibus res suæ sufficiunt, et quos mutuum sub usura petere non conspicit, in hostium numero habet. Assidet curiæ et foro, ut inveniat, quem sors adversa affligit; exactores et procuratores suos semper sequitur, ut vultures castra et acies. Circumfert autem loculos, ut miseris escam ostendat, ut ei ob necessitatem inhiantes, devorent simul usuræ hamum. Quotidie numerat lucrum, suamque cupiditatem minime explet. C Dolet ob argentum domi repositum, quod otiosum est et infructuosum. Imitatur colonos, qui ex acervo frumenti semper semen petunt. Non relinquit miserandum aurum intactum, sed ex manu in manum transfert. Aspicis igitur opibus divitiisque abundantem sæpe domi suæ ne unum quidem nummum habere, sed omnes spes ejus in charta sitas, omnesque fortunas in pactis et conventis, qui nihil habet, et omnia possidet: contrario modo apostolicis monitis vitam instituens, qui omnia largitur petentibus, non humanitatis, sed cupiditatis gratia. Eligit enim pauperiem ad nonnullum tempus, ut pecunia instar laboriosi servi operans, cum mercede ad ipsum revertatur. Vides, ut spes futuri lucri exinaniat domum, efficiatque ut inops sit, cui alioquin multum auri suppetit. Hujus vero

(9-10) *Γέμοντα.* Mon. γένοντα, unde Ed. γεννῶντα; sed et sic regimen verbi deest. Accentus ratione ductus scripsi γέμοντα lacunulamque supplevi addito πενίας, e præcedentibus. Possis supplere τόκον seu τόκων, ex mente Gretseri; aut legere γελῶντα χρυσόν, sine ullo supplemento; sed accentus non concinit.

(11) *Ἀργὸς καὶ ὁ π. λ.* Articulus forsan hic delendus, aut saltem post πλεονεκτικός transponendus est.

(12) *Ἄσπαρτα... ἀνήροτα.* Alludit ad Homer. *Odyss.* IX, 109, ubi v. Boissonad., coll. Duport. *Gnomologia Homerica*, p. 196 sq., vel, si mavis, notula mea ad Lucian. *De mercede conductis*, p. 6.

(13) *Τὸν χάρτην.* Ita Mon. Ed. τὴν χάρτην.

(14) Mon. μηδεδανεισμένους, una voce. Ed. μηδὲν δανειζομένους.

D (15) *Τῆς θήρας.* Ita Gretseri Appendix. Ed. 1638 τὰς θήρας, quod et Mon. habere videtur.

(16) *Συγκαταπίωσι τοῦ τόκου.* Sic Ed. Mon. συγκαταπίωσιν τῶν τόκων (e corr. τῷ τόκῳ, utroque ν deleto). Mox Mon. καθημέραν.

(17) *Ἀεὶ σπέρματα αἰτοῦντας.* Loco horum verborum, quæ desunt in Mon., recentior manus asteriscum posuit ibidem.

(18) *Μετάγει.* Mon. μετετετειμ (sic ?), in marg. a manu, ut videtur, Gretseriana, μετάγει.

(19) Verba πολλάκις μηδὲ ἓν (sic) νόμισμα ἔχοντα ἐπὶ τῆς οἰκείας (sic), utpote omissa, alia manus in marg. Mon. supplevit.

(20) *Τοῦ ἀποστολικοῦ γράμματος.* Quo alludat hic noster, latere me fateor. Credas, ad S. Matth. V, 42: τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου. At non est apostolicum, sed ipsius Salvatoris hoc præceptum.

quænam causa? Scriptura in papyro consignata, et pactio seu promissio afflicti. Reddam cum fenore. Restituam cum lucro sortem. Deinde insto et admoneo ut ne fidem fallat. Et debitor quidem, licet inops, fidem facit ob syngrapham. Deus autem, qui dives est, licet multa polliceatur clara et sonora voce, non tamen auditur. Da, et ego reddam, clamat in Evangeliis, in publico totique terrarum orbi noto chirographo, quod quatuor, loco et vice unius scripserunt, cujus testes omnes Christiani a temporibus partæ salutis exstiterunt. Habes paradisum pignus, pignus utique dignum, quo fidenter nitaris. Quod si et hic aliquid quæris, totus mundus probi debitoris possessio est. Curiose circumspice copiam, qua abundat is, qui beneficium abs te petit, et invenies ipsius divitias. Nam omnes auri argentique fodinæ debitoris possessio sunt. Omne metallum argenti et æris, et id genus aliorum, dominio et imperio ipsius subjicitur. Respice in totum cœlum, qua patet; mente concipe maris infinitatem; cogita terræ latitudinem; numera, quas nutrit feras; omnia subjecta sunt illius potentiæ, cujus tu paupertatem contemnis. Moderatus et æquus esto. Ne injuria affeceris Deum; neque æstimes Deum inferiore et inhonoratiore loco esse quam trapezitas, quibus si spondeant, absque dubio credis. Da sponsori immortali. Crede chirographo inaspectabili quidem, sed ejusmodi tamen, quod perdi nequeat. Ne exigas lucrum, sed impende beneficium sine spe quæstus, videbisque Deum non sine additamento rependere gratiam.

A λογία τοῦ στενωθέντος. Δώσω μετὰ τῆς ἐργασίας, ὑποτελέσω μετὰ τοῦ γινομένου. Εἶτα, παρακαλῶ, ὁ μὲν χρεώστης, καὶ ἄπορος ὤν, διὰ τὴν συγγραφὴν (21) πιστεύεται· ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν καὶ ἐπαγγελλόμενος, οὐκ ἀκούεται. Δὸς, καὶ ἐγὼ ἀποδώσω (22), βοᾷ γράψας ἐν Εὐαγγελίοις, ἐν χειρογράφῳ δημοσίῳ τῆς οἰκουμένης, ὃ τέσσαρες ἔγραψαν εὐαγγελισταὶ, ἀνθ' ἑνὸς συμβολ[αι]ογράφου, οὗ μάρτυρες πάντες οἱ ἐκ τῶν χρόνων τῆς σωτηρίας Χριστιανοί. Ἔχεις ὑποθήκην τὸν παράδεισον, ἐνέχυρον ἀξιόπιστον. Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ζητεῖς, ὅλος ὁ κόσμος τοῦ εὐγνώμονος χρεώστου κτῆμα. Περιέργασαι σαφῶς τὴν εὐπορίαν τοῦ ζητοῦντος τὴν εὐεργεσίαν, καὶ εὑρήσεις (23) τὸν πλοῦτον. Πᾶσα γὰρ χρυσῖτις τοῦ χρεώστου τούτου κτῆμα. Πᾶν μέταλλον ἀργυρίου καὶ B χαλκοῦ καὶ τῶν ἑξῆς ὑλῶν τῆς ἐκείνου δεσποτείας μέρος. Ἀπόβλεψον εἰς τὸν μέγαν οὐρανόν· κατάμαθε τὴν ἄπειρον θάλασσαν· ἱστόρησον τὸ πλάτος τῆς γῆς· ἀρίθμησον τὰ ἐπ' αὐτῆς τρεφόμενα ζῶα· πάντα δοῦλα καὶ κτήματα, οὗ σὺ ὡς ἀπόρου (24) καταφρονεῖς. Σωφρόνησον, ἄνθρωπε. Μὴ καθυβρίσῃς τὸν Θεὸν, μηδὲ ἡγήσῃ τῶν τραπεζιτῶν ἀτιμότερον, οἷς ἐγγυωμένοις ἀναμφιβόλως πιστεύσεις. Δὸς ἐγγυητῇ μὴ ἀποθνήσκοντι. Πίστευσον χειρογράφῳ μὴ βλεπομένῳ μηδὲ σπαρασσομένῳ. Μὴ ἐπερωτήσῃς τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ δὸς ἀκαπήλευτον τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ὄψει σοι τὸν Θεὸν μετὰ προσθήκης ἀποδιδόντα τὴν χάριν.

Quod si hæc oratio tibi peregrina et præter opinionem accidit, in promptu habeo testimonium, quo perspicuum fit Deum pie sumptus et impensas facientibus multis variisque modis reponere vicem. Petro enim interrogante et dicente: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amen dico vobis*, inquit, *omnis qui reliquerit domos, aut fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit* [a]. Vides liberalitatem? Vides bonitatem? Et valde quidem impudens fenerator laborat, ut sortem duplicet; at Deus sponte sua, ei qui fratrem suum non opprimit, centuplum reddit. Obtemperato igitur Deo consulenti, usurasque peccato non obnoxias feres. Cur te haud sine scelere curis conficis, dies

C Ἂν δὲ ξενίζῃ σου τὴν ἀκοὴν ὁ παράδοξος [ὁ] λόγος (25), πρόχειρον ἔχω τὴν μαρτυρίαν, ὅτι τοῖς εὐσεβῶς δαπανῶσι καὶ εὐεργετοῦσι πολυπλασιάζων ὁ Θεὸς τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι. Πέτρου γὰρ ἐρωτῶντος καὶ λέγοντος· *Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι, τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν*, φησί· *Πᾶς ὅστις ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.* Ὁρᾷς τὴν φιλοτιμίαν; βλέπεις τὴν ἀγαθότητα; Ὁ σφόδρα ἀναίσχυντος δανειστὴς κάμνει, ἵνα διπλασιάσῃ (26) τὸ κεφάλαιον· ὁ Θεὸς δὲ αὐθαιρέτως τῷ μὴ θλίβοντι τὸν ἀδελφὸν τὸ ἑκατονταπλάσιον δίδωσι. Πείθου (27) οὖν τῷ Θεῷ συμβουλεύοντι, καὶ λήψῃ τόκους ἀναμαρτήτους. Ἵνα τί μετὰ ἁμαρτίας μερίμναις σαυτὸν ἐκτήκεις, τὰς

[a] Matth. xix, 27, 28.

(21) Verba διὰ τὴν συγγρ... πλούσιος ὢν ab alia manu in marg. habet Mon.

(22) *Δὸς... ἀποδώσω*. Non ad certum locum Evangeliorum hic respicere Nyssenum e plurali ἐν εὐαγγελίοις fere patet: cf. tamen S. Matth. vi, 3, 4.

(23) *Εὑρήσεις*. Ed. εὑρήσῃς Correxi barbarismum. Subjunctivus tamen verborum αὐθυποτάκτων, velut εὕρῃς, λάβῃς, sim., pro futuro adhibetur a scriptoribus præcipitatæ Græcitatis, quo de usu vide præstantissimam notam C. B. Hase, Ind. in Leon. Diacon. s. v. *Conjunctivus*. De verbis αὐθυποτάκτοις, « verbis scilicet quæ fiunt subjunctiva per se, » interprete Boissonad. *Anecd. Gr.*, t. II p. 461, cf. D Bast. *Lettre critique*, p. 90 sqq. (p. 127 sqq. vers. Wiedeburg.). — Mox Mon. χρεὼς του σου (sic).

(24) *Ὡς ἀπόρου*. Inserui ὡς e Mon. Ante οὗ suppl. ἐκείνου scil. Θεοῦ.

(25) *Ὁ παράδοξος ὁ λόγος*. Vitiatam lectionem emenda scribendo οὗτος ὁ παράδοξος λόγος, aut ὁ παράδοξος οὗτος λόγος, coll. Wolf. ad Demosth. *Leptin.* p. 326 ed. Bremi; aut ante λόγος dele articulum quem uncinis inclusi.

(26) *Διπλασιάσῃ*. Sic correxi editum διαπλαστιάσῃ.

(27) *Πείθου*. Mon. πίθντι (sic). Librarius forsan scripturus erat πείσθητι.

ἡμέρας ἀριθμῶν, τοὺς μῆνας ψηφίζων, τὸ κεφάλαιον ἐννοῶν, τὰς προσθήκας ὀνειροπολῶν, φοβούμενος τὴν προθεσμίαν, μὴ ἄκαρπος παραγένηται ὡς θέρος χαλαζωθέν. Περιεργάζεται ὁ δανειστὴς τοῦ χρεώστου τὰς πράξεις, τὰς ἐκδημίας, τὰ κινήματα, τὰς μεταβάσεις, τὰς ἐμπορίας (28)· κἂν φήμη τις παραγένηται σκυθρωπὴ, ὅτι λησταῖς ὁ δεῖνα περιέπεσεν, ἢ ἔκ τινος περιστάσεως εἰς πενίαν αὐτῷ μετεβλήθη (29) ἡ εὐπορία, κάθηται, τὼ χεῖρε συνδήσας, στένει συνεχῶς, ὑποδακρύει πολλά· ἀνελίττει τὸ χειρόγραφον, θρηνεῖ ἐν τοῖς γράμμασι τὸν χρυσὸν, προκομίζων τὸ συμβόλαιον, ὡς ἱμάτιον υἱοῦ τελευτήσαντος· ἀπ' ἐκείνου θερμότερον ἐγείρει τὸ πάθος. Ἂν δὲ καὶ ναυτικὸν ᾖ τὸ δάνεισμα, τοῖς αἰγιαλοῖς προσκάθηται, τὰς κινήσεις μεριμνᾷ τῶν ἀνέμων, συνεχῶς διερωτᾷ τοὺς καταίροντας (30), μή που ναυάγιον ἠκούσθη, μή που πλέοντες ἐκινδύνευσαν. Παχνοῦται τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν λειψάνων τῆς μεθημερινῆς φροντίδος. Πρὸς δὴ τὸν τοιοῦτον λεκτέον· Παῦσαι, ἄνθρωπε, μερίμνης ἐπικινδύνου. Ἀνάπαυσαι ἀπὸ ἐλπίδος τηκούσης· μὴ τόκους ζητῶν σαυτῷ τὸ κεφάλαιον διαφθείρῃς. Παρὰ πένητος ζητεῖς προσόδους καὶ προσθήκας πλούτου, παραπλήσιον ποιῶν ὡς εἴ τις ἀπὸ χώρας αὐχμῷ θερμοτάτῳ ξηρανθείσης λαβεῖν θελήσειε σίτου θημωνιὰς (31), ἢ πλῆθος βοτρύων ἐξ ἀμπέλου μετὰ νέφος χαλαζηφόρον, ἢ τέκνων τόκον ἀπὸ στείρας γαστρὸς, ἢ γάλακτος τροφὴν ἐξ ἀτόκων γυναικῶν. Οὐδεὶς ἐγχειρεῖ τοῖς παρὰ φύσιν καὶ ἀδυνάτοις· ἐπεὶ πρὸς τῷ μηδὲν κατορθοῦν, προσοφλισκάνει γέλωτα. Μόνος ὁ Θεὸς παντοδύναμος, ὃς ἐκ τῶν ἀπόρων εὑρίσκει τοὺς πορισμοὺς, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν δημιουργεῖ, νῦν μὲν κελεύων πέτρας πηγὴν ἀποῤῥεῖν, αὖθις δὲ βρέχων ἐξ οὐρανοῦ ἄρτον ἀσυνήθη καὶ ξένον, καὶ πάλιν γλυκαίνων (32) τὴν πικρὰν Μεῤῥὰν ἐπαφῇ ξύλου· καὶ τῆς στείρας Ἐλισάβετ εὔτοκον ποιῶν τὴν γαστέρα, καὶ διδοὺς τῇ Ἄννᾳ τὸν Σαμουὴλ, καὶ τῇ Μαρίᾳ τὸν ἐν παρθενίᾳ πρωτότοκον. Ταῦτα μόνα τῆς παντοδυνάμου χειρὸς ἔργα.

A numerans, menses computans, sortem animo revolvens, incrementum somnians, metuensque diem præstitutam, ne infructuosa veniat, instar illius æstatis, qua grando fruges contudit. Curiose et anxie inquirit fenerator in omnes debitoris actiones, in peregrinationes, in egressum, mercaturam; et si fama oriatur infaustior, quod scilicet quidam in latrones inciderit, vel eventu aliquo inops ex opulento evaserit, sedet junctis manibus, assidue gemit, sæpius plorat, volvit chirographum, lamentatur in litteris illis aurum, efferens contractus tabulas, non secus atque vestem filii mortui, acerbioremque adhuc illarum aspectu resuscitat dolorem. Si autem mutuum fuerit nauticum, littoribus assidet, deflet ventorum procellas et tempe-
B states, perpetuo examinat euntes et redeuntes, num quid alicubi de naufragio sit inauditum, num qui alicubi periculum audierint. Constringit et angit quotidiana sollicitudine animum. Huic igitur dicendum est : Desiste, o homo, a periculosa cura. Abjice spem excruciantem, ne fenus quærens amittas et sortem. A paupere exigis reditus et augmenta tuarum divitiarum : similiter facis ac si quis ex agro calore ingenti exsiccato vellet frumenti acervum, aut uvarum multitudinem ex vinea post immissam grandinem, vel liberorum proventum ab infecundo ventre, vel lactis nutrimentum, a feminis quæ non pepererunt. Nullus conatur ea, quæ sunt præter naturam et impossibilia : nam
C præterquam quod nihil efficeret, aliis etiam risui et ludibrio esset. Solus Deus adeo est omnipotens, ut ex rebus desperatis et depositis elicere possit non parum emolumenti, quippe qui facit ea quæ præter omnium spem et exspectationem esse solent : modo quidem imperans, ut ex rupibus aqua profluat, rursus ex cœlo, quasi pluviam, dimittens panem insolitum et novum : iterumque dulcem efficiens amaram illam Myrrham [Maram] contactu ligni : præterea Elisabethæ infecundum uterum fecundans, Annæque Samuelem, et Mariæ Virgini primogenitum donans. Hæc solius Omnipotentis dexteræ sunt opera.

Σὺ δὲ χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ, τῶν ἀγόνων ὑλῶν, μὴ ζήτει τόκον, μηδὲ βιάζου πενίαν τὰ τῶν πλουτούντων ποιεῖν, μηδὲ διδόναι πλεονασμοὺς τὸν τὸ κεφάλαιον προσαιτοῦντα. Ἦ (33) γὰρ οὐκ οἶδας, ὡς δάνους χρεία εὐπρόσωπός ἐστιν ἐλέου αἴτησις; Διὸ καὶ ὁ νόμος, τὸ εἰσαγωγικὸν τῆς εὐσεβείας γράμμα, παντα-

Tu vero æris et auri, rerum parere non solitarum, ne quære fetum, neque coge paupertatem ea quæ divitum sunt præstare, neque usuras pendere illum qui sortem petit. An nescis quam mutui exposcendi necessitas digna sit misericordia? Quapropter divina quoque Scriptura, quæ nos ad

(28) *Ἐμπορίας*. Mon. ἐμπορείας. At cf. *Thesaur.* Stephani Didot. s. v. ἐμπορία.

(29) *Μετεβλήθη*. Sic correxi editum μετεκλήθη. Litteræ enim β et κ sæpius confunduntur in codicibus. V. Bast. *Lettre critique*, p. 234 (p. 92 sq. vers Lat.). Appendix p. 25 sq., *Commentat. palæograph.* ad calcem Gregorii Corinthii ed. Schæfer. p. 708. Contrarius error deformabat olim Eunap. *Vit. Ædesii*, p. 29, l. 20, ubi vitiosum Plantini μετεβλήθη, Junii conjectura et codicibus fretus, Boissonade (cujus v. annot. p. 229) mutavit in μετεκλήθη, quod lego etiam in Genevensi repetitione (1616) editionis Commelini, p. 45, l. 12. — Ad proximum τὼ χεῖρε notandum est dualem τὰ χεῖρε fere nunquam legi in codicibus (coll. Boissonad.
D *Anecd. Gr.* t. II, p. 233), quin duales τὰ et ταῖν et forsan etiam ταύτα e grammaticis expellendos esse viros monuisse doctos quos exscripsi in nota mea ad Xenoph. *Mem. Socr.* 2, 3, 18, p. 45.

(30) *Καταίροντας*. Mon. κατέροντας, supra ε scripto αι.

(31) *Θημωνιάς*. Ed. θημονίας. V. Biel. *Thesaur. philolog. V. T.* et *Thesaur.* Stephan. Didot. s. v. θημωνιά. Θημωνιαὶ acervi sunt manipulorum.

(32) *Γλυκαίνων*. Mon. πικραίνων. Sed manus Gretseri, ut videtur, margini adscripsit γλυκαίνων. De Μεῤῥᾷ historiam legas in Exod. XV, 23-25.

(33) *Ἦ*. Ed. εἰ, vitio manifesto quod correxi. — De οἶδας, forma Ionica et communi pro οἶσθα, v. Sauppe et Kühner ad Xenoph. *Mem. Socr.* 4, 6, 6.

omnem pietatem informat, ubique usuras prohibet. *Si fratri tuo mutuam dederis pecuniam, non urgebis illum*[6]. Accedit quod ipsa gratia, quæ omnis omnino bonitatis abundantissimus fons est, remissionem debitorum lege sancit quam liberalissime his verbis : Non dabitis mutuum his a quibus speratis recipere vicem ; et alibi sub specie parabolæ, durum et immitem servum graviter puniit, quod conservi procidentis non fuerit misertus, neque remiserit centum denarios, exiguum videlicet debitum, qui decies mille talentorum condonationem consecutus[7]. Salvator porro noster omnisque honestatis magister, cum discipulis suis modum orandi nihil supervacanei continentem præscriberet, hunc etiam adjecit precandi formulæ articulum, quasi qui maxime valeat ad exorandum Deum : *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*[8]. Hoc quomodo a

A χοῦ ἀπαγορεύει τὸν τόκον. Ἐὰν δανείσῃς ἀργύριον τῷ ἀδελφῷ σου, οὐκ ἔσῃ αὐτὸν κατεπείγων. Καὶ ἡ χάρις, τῇ πηγῇ τῆς ἀγαθότητος πλεονάζουσα, τῶν ὀφλημάτων νομοθετεῖ τὴν συγχώρησιν· ὅπου μὲν χρηστευομένη καὶ λέγουσα· Καὶ οὐ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν (34)· καὶ ἀλλαχοῦ ἐν παραβολῇ τὸν σκληρὸν οἰκέτην πικρῶς κολάζουσα, ὅς τῷ ὁμοδούλῳ προσκυνοῦντι οὐκ ἐπεκλάσθη, οὐδὲ ἀφῆκεν ἑκατὸν δηναρίων εὐτελὲς χρέος, αὐτὸς τῶν μυρίων ταλάντων λαβὼν τὴν συγχώρησιν. Ὁ δὲ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος εὐχῆς κανόνα, καὶ τύπον ἀπέριττον τοῖς μαθηταῖς εἰσηγούμενος, ἓν καὶ τοῦτο τῆς ἱκεσίας λόγοις ἐνέθηκεν, ὡς μάλιστα δεῖν καὶ πρῶτον ἀρκοῦν δυσωπῆσαι Θεόν (35)· *Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφ-*
B *ήκαμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν*. Πῶς οὖν προσεύξῃ, ὁ τοκογλύφος (36); Μετὰ ποίου συνειδότος αἴτημα ἀγαθὸν ζητήσεις παρὰ Θεοῦ, ὁ πάντα λαμβάνων, καὶ

[6] Exod. XXII, 25. [7] Matth. XVIII, 28 sqq. [8] Matth. VI, 12.

(34) *Καὶ... ἀπολαβεῖν*. Alludit ad S. Luc. VI, 35 : καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες. — Ἐν παραβολῇ. Lege S. Luc. XXV, 14 30. — Juncturæ et oppositionis ὅπου μέν cum καὶ ἀλλαχοῦ nullum quidem possum afferre exemplum, sed ex sequentibus, ὁ δὲ Σωτήρ, scribendi ratio Nostri patebit.

(35) *Δεῖν... δυσωπῆσαι Θεόν*. Ed. δυσωπήσας, vitium manifestum. Placebat statim δεῖν mutare in δέον : at δεῖν pro δέον (ut πλεῖν pro πλέον) Atticismus est, testibus grammaticis veteribus, quos omnes attulit Dindorf in *Thesaur*. Stephan. Didot. s. v. δέω, p. 1036, BC, ubi consentit cum Koenio, ad Gregor. Corinth. *De dialect. Attic.* § LXXII, statuente δεῖν in
C Atticorum scriptis sæpe ab indoctis librariis obliteratum fuisse ; quamvis obloquatur Buttmann, *Gr. gr.* t. I, p. 492 sq. Usum quidem SS. Patrum non bene memini ; at e bonæ notæ scriptoribus, posteriorum licet temporum, sæculi XIII et XIV, sed Atticismorum appetentissimis, Nicephoro Chumno et Theodoro Hyrtaceno, a Boissonadio primum vulgatis in *Anecdotis Græcis*, exempla petam quibus hunc Atticismum abunde firmabo. Numeri mei hic sunt tomorum et paginarum libri Boissonadii. Dicitur δεῖν εἶναι (pro δέον εἶναι), subsequente aut præcedente alio infinitivo. Ita Niceph. Chumn., t. II, p. 78, l. 1 : δεῖν εἶναι νομίζειν. Id. Epist. 25 : δεῖν εἶναι εὐχαριστεῖν. Id. Epist. 60 : δεῖν εἶναι κρίνειν. Id. Epist. 63, et t. V, p. 286, l. 20 : δεῖν εἶναι φεύγειν, Id. t. V, p. 292, l. 15 : δεῖν εἶναι θρηνεῖν. Id. t. II. p. 162, l. 15 : εὐθύνειν δεῖν εἶναι. Id. t. V, p. 297 : τοῦτο δεῖν εἶναι νομίζω, ubi ante τοῦτο præcesserunt infinitivi tres. Omittitur εἶναι. Theod. Hyrtac. t. III, p. 34, l. 5 et t. III, p. 46, l. 5 : δεῖν εἰθίσθαι.
D Id. Ep. 74 med. πρὸς ταῦτα τίνα με δεῖν ψυχὴν ἔχειν ; Id. Ep. 67, init. : ἀντισηκοῦν δεῖν ἀλλήλοις τὰ φάρμακα. Dicitur δεῖν ἦν pro δέον ἦν. Theod. Hyrt. Epist. 74 : ἐσίγων μὲν ὅτε δεῖν ἦν. Et δεῖν ἐστιν ἐρεῖν, id. t. III, p. 47, l. 1 ; id. t. I, p. 264, l. 11 : ἀλλὰ νῦν δεῖν ἐστι... ὀδύρεσθαι. Utriusque scriptoris exempla ex epistolis petita habes in notis Boissonadii ad t. II, p. 78 ; t. III, p. 47. — Restat ut ad illustrandum sensum verbi δυσωπεῖν apud Patres Græcos afferam Tib. Hemsterhusii doctissimam annotationem quæ primum prodiit ad calcem tomi II, Raphelii *Annotationum in S. Scripturam*, ed. Lugd. Bat. 1747, qui liber cum ad manus mihi non sit, Dindorf. autem in *Thes.* Steph. Didot. Hemsterhusii verba detruncaverit, annotationem describam integram qualem Theob. Fix. exscripsit ad S. J. Chrysost. t. XI, p. 849 ed. Gaum. S. Chrysostomi, Homil. 2 in Epist. ad Philemonem, p. 119, C, ed. Montfaucon., hæc sunt verba : Οὐδὲν οὕτω δυσωπεῖ, ὡς τὸ τὰς ἑτέρων εὐεργεσίας προφέρειν. Ad quæ Hemsterh. hæc : « Hic plurimisque aliis in locis Chrysostomus usurpat illud δυσωπεῖν, quod varie solet a recentioribus adhiberi præter morem veterum, ut monent Phrynichus [p. 190, ed. Lobeck], Herodianus [p. 473, ad calcem Phrynich. Lob.], Harpocration et Thomas Magister in v. Sæpe significat non tantum simpliciter Orare et Exorare, sed supplicando invidiam facere, sic ut præ pudore quis precibus concedere cogatur. Egregie Gregor. Nyss. t. II, p. 239, C [Append. Gretser. : Ὁ γὰρ
C φιλάνθρωπος [Σωτὴρ] ἔχρησεν αὐτοῖς τὸ ἴδιον πρόσωπον, ἵνα δι' ἐκείνου δυσωπῶσι τοὺς ἀσυμπαθεῖς καὶ μισοπτώχους, ὥσπερ οἱ τὰς βασιλικὰς εἰκόνας κατὰ τῶν βιαζομένων αὐτοὺς προβαλλόμενοι, ἵν' ἐκ τῆς μορφῆς τοῦ κρατοῦντος, τὸν καταφρονητὴν δυσωπήσωσιν.] Schol. Apollon. Rhod. ad l. 3, 694, ἀντιάσειε exponit παρακαλέσειε, δυσωπήσειε, ut Hesych. καταδυσωπῆσαι, παρακαλέσαι. Utraque junguntur ab Heliodoro, l. 1, c. 10, [p. 591, e]. Coray : ἥκειν οὖν ὑμᾶς εἰς τὸν εἰωθότα τόπον καὶ παρακαλῶ, καὶ δυσωπῶ], quemadmodum δυσωπεῖν et ἐντρέπειν a Chrysostomo, et Sexto Empirico *Pyrrhon Hypotypos*, 3, 16, p. 161, quanquam paulo diversa potestate : τοὺς Σκεπτικοὺς ἐντρέπουσι μὲν οἱ λόγοι, δυσωπεῖ δὲ καὶ ἡ ἐνέργεια. Hinc infra, [Chrys. Homil. l. c. c. 2] δυσωπητικά, Quæ vim habent exorandi atque animum ad preces flectendi, et ἀδυσώπητος, Rigidus et Qui exorari se non patitur : Diogenian. *Centur.* 6. 79. Ephræm. Syr. p. 21 : ὁ κριτὴς ἰσχυρὸς, καὶ τὸ δικαστήριον
D ἀδυσώπητον. Ideo Suidas interpretatur ἀπροσωπόληπτον. Sententiæ repugnat hoc vocabulum, pravamque interpretationem peperit apud Joseph. *De bello Judaico*, l. VI, c. 2, § 10 : nam quod mss. præbent εὐδυσώπητον omnino probandum. Nonnunquam ponitur pro Victum aliquem argumentis in ruborem dare, atque adeo refutare ; quæ virtus in Sexto Empirico frequens : p. 262, l. 1 ; p. 286, l. 27 ; p. 353, l. 30 ; p. 644, l. 44. Hinc ἀδυσώπητοι ἔλεγχοι, Invicta documenta, Cyrill. Hierosol. *Catech.* p. 275, D. Interpretes si consulas, apparebit non raro, vim verbi parum illis fuisse perspectam. » — Sequentia, Καὶ ἄφες... ὀφειλέταις ἡμῶν, S. Matthæi sunt VI, 12.

(36) *Ὁ τοκογλύφος*. De hoc Hebraismo, quo nominativo cum articulo utuntur pro vocativo scriptores sacri, vide exemplorum Novi Testamenti copiam congestam a Pasore, *Grammatica Græca sacra Novi Testamenti*, Groningæ, 1655, p. 664 sq.

μὴ μαθὼν τὸ διδόναι; Ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι ἡ προσευχή σου ὑπόμνησις μισανθρωπίας ἐστίν; Τί συνεχώρησας, καὶ συγγνώμην αἰτεῖς; Τίνα ἠλέησας, καὶ καλεῖς τὸν ἐλεήμονα; Ἂν δὲ καὶ δῷς ἐλεημοσύνην, μισανθρώπου φορολογίας, οὐκ ἀπὸ συμφορῶν ἀλλοτρίων δακρύων γέμοντα (37) καὶ στεναγμῶν; Εἰ ἐγνώριζεν ὁ πένης πόθεν ὀρέγεις τὴν ἐλεημοσύνην, οὐκ ἂν ἐδέξατο, ὡς ἀδελφικῶν σαρκῶν γεύεσθαι μέλλων, καὶ αἵματος τῶν οἰκείων· εἶπε δ' ἂν πρὸς σὲ λόγον γέμοντα σώφρονος παῤῥησίας· Μή με θρέψῃς, ἄνθρωπε, ἀπὸ δακρύων ἀδελφικῶν. Μὴ δῷς ἄρτον πένητι γενόμενον ἀπὸ στεναγμῶν τῶν συμπτώχων. Ἀνάλυσον πρὸς τὸν ὁμόφυλον ὃ κακῶς (38) ἀπήτησας, κἀγὼ ὁμολογήσω τὴν χάριν. Τί ὠφελεῖς, πολλοὺς πτωχοὺς ποιῶν, καὶ ἕνα παραμυθούμενος; Εἰ μὴ πλῆθος ἦν τοκιστῶν, οὐκ ἂν ἦν τὸ πλῆθος τῶν πενομένων. Λῦσόν σου τὴν φατρίαν (39), καὶ πάντες ἕξομεν τὴν αὐτάρκειαν. Πάντες τῶν τοκιστῶν κατηγοροῦσι, καὶ οὐκ ἔστι τοῦ κακοῦ θεραπεία νόμος, προφῆται, εὐαγγελισταί. Οἷα γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἀμὼς λέγει· Ἀκούσατε (40), *οἱ ἐκτρίβοντες εἰς τὸ πρωῒ πένητα, καὶ καταδυναστεύοντες πτωχοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ λέγοντες, Πότε διελεύσεται ὁ μὴν, καὶ ἐμπολήσομεν*; Οὐδὲ γὰρ πατέρες οὕτω χαίρουσιν ἐπὶ τῇ γεννήσει τῶν παίδων, ὡς οἱ τοκίζοντες εὐφραίνονται τῶν μηνῶν πληρουμένων.

Καλοῦσι δὲ τὴν ἁμαρτίαν σεμνοῖς ὀνόμασι· φιλάνθρωπον τὸ λῆμμα προσαγορεύοντες, κατὰ μίμησιν Ἑλλήνων, οἳ (41) δαίμονάς τινας μισανθρώπους καὶ φονώσας, ἀντὶ τῆς ἀληθοῦς κλήσεως, Εὐμενίδας (42) προσαγορεύουσιν. Φιλάνθρωπός γε; Οὐ γὰρ ἡ τόκου εἰσφορὰ οἴκους ἐκτρίβουσα, πλούτους δαπανῶσα (43), τοὺς εὖ γεγονότας χεῖρον ζῆν τῶν δούλων παρασκευάζουσα, πρὸς ὀλίγον τέρπουσα ἐν ἀρχαῖς, καὶ πικρὸν τὸν ἐς ὕστερον βίον παρασκευάζουσα; Ὡς γὰρ τὰ πτηνὰ τὰ (44) παρὰ τῶν ὀρνιθευτῶν ἐπιβουλευόμενα ἥδεται, ῥαινομένων τῶν σπερμάτων αὐτοῖς, καὶ φίλην ποιεῖται καὶ συνήθη διαγωγὴν τὴν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς δαψιλὴς αὐτοῖς ἡ τροφὴ γίνεται, μικρὸν δὲ ὕστερον ἐνσχεθέντα τοῖς θηράτροις διόλλυται· οὕτως οἱ τὰ ἔντοκα τῶν δανεισμάτων λαμβάνοντες, ὀλίγον εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον αὐτῆς τῆς πατρικῆς ἑστίας ἐκπίπτουσιν. Ἔλεος δὲ ἐξοικεῖται τῶν μιαρῶν καὶ φιλαργύρων ψυχῶν (45), καὶ βλέποντες αὐτὴν τὴν οἰκίαν τοῦ ὀφείλοντος ὤνιον προκειμένην, οὐκ ἐπικλῶνται, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὴν πρα-

A Deo postulabis, o fenerator? Qua conscientia voti tui a Deo particeps fieri cupis, qui omnia accipis, et nihil dare nosti? An nescis preces tuas nihil esse aliud quam inhumanitatis tuæ repetitionem? Quid remisisti, quod remissionem petis? Cujus misertus es, quod misericordiam imploras? Et si des eleemosynam, inhumanitatis tuæ exactiones, an non plena est alienarum calamitatum, lacrymarum et gemituum? Quod si inops sciret, undenam largiaris eleemosynam, utique non acceptaret, refugiens videlicet gustare fraternas carnes, et sanguinem suorum familiarium, teque sermone moderata quadam libertate pleno cohortaretur: Ne me, o homo, alas fraternis lacrymis. Ne dederis panem pauperi confectum ex gemitu egenorum
B meorum sodalium. Redde fratri tuo a quo injuste subripuisti, et grates agam. Quid utilitatis affers, dum multos efficis inopes, et unum consolaris? Si non esset tanta multitudo usurariorum, non esset tanta copia pauperum. Dissolve tribum et sodalitium tuum, omnibusque suppetent res necessariæ. Omnes accusant feneratores, nec malo huic mederi queunt: lex, prophetæ, evangelistæ. Qualia divinus Amos intonat: *Audite, qui conteritis mane pauperem et opprimitis egenos terræ, dicentes: Quando transibit mensis, et venundabimus merces* [9]? Neque enim patres tantopere lætantur generatione filiorum, quantum feneratores fine mensium.

Quin et scelus suum pulchris obvelant nominibus, humanum censum seu quæstum appelli-
C tantes Ethnicorum instar, qui deas quasdam odio in cunctos inflammatas, hominumque interfectrices, non vero sed miti nomine vocant Eumenides. Itane vero humanus census? An non exactio usuræ est, quæ domos evertit, divitias dissipat, efficitque, ut qui honesto et nobili loco nati sunt, deteriorem vitam vivant quam servi, quæ quidem initio nonnihil delectat, posteriores vero vitæ partes acerbo dolore complet? Quemadmodum enim aves, quibus aucupes insidias tendunt, delectantur principio quidem sparsa illis esca, illaque loca frequentant, in quibus uberem et copiosum cibum reperiunt, paulo post autem retibus captæ intereunt: sic et qui fenebrem pecuniam accipiunt,
D perbrevi temporis spatio abundant, postea vero paternis sedibus excidunt. Cæterum omnis misericordia exsulat ab usurariorum perditis et sceleratis animis, cumque ipsam debitoris domum vena-

[9] Amos VIII, 4, 5.

(37) *Γέμοντα*. De hoc participio plur. neutr. v. Matthiæ § 441.

(38) *Ὃ κακῶς ἀπήτησας*. Mon. ὁ κακῶς ἀποτίσας.

(39) *Φατρίαν*. Ed. φατριάν, scribitur autem φατρία, παροξυτόνως, teste Arcadio, p. 100, 6. Forma antiqua est φρατρία. Φατρίαν, hic cum contemptu dictum, docte illustrat Coray ad Heliodor. t. II, p. 324.

(40) *Ἀκούσατε*. Verbum ἀκούσατε, omissum in Ed., suppeditat Mon. Vertit tamen Gretserus.

(41) *Οἵ*. Ita recte Mon. Ed. οἱ.

(42) *Εὐμενίδας*. V. *Schol. ad Soph. Œd. Col.* 42. et præsertim O. Mueller. *ad Æschyl. Eumen.* 168 sqq., cf. H. Stephan. *Thesaur.* s. v.

(43) *Πλούτους δαπανῶσα*. Verterat hæc Gretserus, sed omissa sunt in Ed. Supplevit Mon. — Infra Ed. χείρων, male.

(44) *Τὰ πτηνά*. Sic Mon. Ed. πετεινά. — Paulo post, Mon. male διαγωγῶν.

(45) *Ἔλεος... ψυχῶν*. Mon. ἔλεως δὲ ἐξοικεῖ τὰς τῶν μιαρῶν καὶ φυλαργύρων (leg. φιλ.) ψυχάς. Quæ lectio forsan præstat. Dindorf. in *Thesaur.* Steph. Didot. de hoc loco silet prorsus.

Χρῆσαι, μὴ παραχρήσῃ· τοῦτο γάρ σε καὶ Παῦλος ἐδίδαξεν. Ἄνες σαυτὸν ἀπολαύσει μεμετρημένῃ. Μὴ βακχεύσῃς ταῖς ἡδοναῖς. Μὴ πάντων ἁπλῶς ζώων ὄλεθρος ἔσο, τετραπόδων, μεγάλων, μικρῶν, ὀρνίθων, ἰχθύων, τῶν εὐπορίστων, τῶν σπανίων, τῶν εὐώνων, τῶν πολυτίμων. Μὴ πολλῶν θηρευτῶν ἱδρῶτι μίαν πλήρου γαστέρα, ὥσπερ τι φρέαρ βαθύτατον πολυχειρίᾳ τῶν χωννύντων μὴ γεμιζόμενον. Διὰ τοὺς τρυφῶντας οὐδὲ ὁ βυθὸς τῆς θαλάσσης ἀνενόχλητος μένει. Οὐδὲ τῷ ὕδατι νηχόμενοι ἰχθύες, μόνοι ἀγρεύονται, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἄθλια ζῶα τῇ ὑποστάθμῃ τῶν ὑδάτων ἐμφέρεται, καὶ ταῦτα πρὸς τὴν ἤπειρον καὶ τὸν ἀέρα τοῦτον ἐξέλκεται. Οὕτως τὰ γένη τῶν ὀστρέων οὐκ ἔλαθε, καὶ ὁ ἐχῖνος ἀγρεύεται, καὶ ἡ σηπία ἕρπουσα σαγηνεύεται, καὶ ὁ πολύπους ταῖς πέτραις προσπεφυκὼς ἀποσπᾶται, καὶ οἱ κοχλίαι τῶν κατωτάτων βυθῶν ἀποσύρονται· καὶ πάντα γένη

Utere igitur, utere, ne abutaris: sic enim Paulus etiam edocuit [6]. Modesta oblectatione te recrea. Temperanter animum relaxa. Ne te deliciæ sic obruant, ut nimia lætitia gestias, et insanis voluptatibus debaccheris. Ne sis animalium plane D omnium pernicies, ingentium, mediocrium, minutorum, gradientium, volantium, natantium, sive inventu facilia, sive difficilia sint, seu magno seu vili pretio veneant. Multorum venantium sudore ventrem unum ne repleas. Ne sint fauces tuæ veluti vorago, aut gurges, aut vastissimus ac profundissimus puteus, ad quem obruendum multorum laborent manus. Propter hominum luxuriam atque delicias, non modo mare profundum turbatur; non aquis solum innatantes capiuntur pisces; sed alia, quæcunque animalia in aquis degunt, inde in terram et cœlum hoc extrahuntur. Sic

[6] I Cor. VII, 5.

ostreorum genera non latuerunt; sic captus echinus; sic serpentes irretitæ sunt sepiæ; sic polypus saxis quibus inhærebat avulsus; sic ex locis altissimis extracta conchylia. Nullum denique est animalium genus, quod vel summas, vel infimas partes maris incolat, quod non humana fraus deceptum, ad hanc cœli lucem aspiciendam eduxerit. Adeo hominum voluptates undique captantium ingenia ad varias insidias et dolos reperiendos elaborarunt.

A ζώων, ὅσα τοῖς τῆς ἐπιφανείας κύμασιν ἐπινήχεται, καὶ ὅσα τὸν πυθμένα τῆς θαλάσσης ἔλαχε κατοικεῖν, πρὸς τὸν ἀέρα τοῦτον ἐκφέρεται, τῆς τῶν φιληδόνων μηχανῆς ποικίλα κατ' ἐκείνων σοφιζομένης τὰ θήρατρα.

Sed qualianam delicias ejusmodi consequuntur? Necesse est ut luxuria, ubi semel radices egerit, et coaluerit, reliquam secum nequitiæ materiam trahat. Quamobrem, qui molliter et delicate vivere instituerunt, necessario ad excogitandos magnificos ædificiorum apparatus alliciuntur. In his construendis et exornandis maxima vis pecuniarum profunditur. Ad hæc cœtus hominum libenter convocant, et invitant, splendidam vestem et variam supellectilem studiose comparant. Mensas pretiosissimas ex argento conflandas curant, alias lævitate politissime exæquatas, alias vero artificio sculptas et fabrefactas, ut liceat convivis simul et gulam epulis delinire, et oculos intuendis et legendis historiis oblectare. Hic mihi deinceps tute reliqua considera, crateras, tripodas, cados, gutturnia, lances, innumerabilia poculorum genera, scurras, mimos, citharistas, poetas, oratores, cantores, cantatrices, saltatores, saltatrices, totum denique petulantiæ ludum; pueros comis effeminatos, puellas inverecundas, quas propter immodestiam merito sorores Herodiadis appelles, Joannem, id est divinum in unoquoque, sapientiæque studiosum animum e medio tollentes.

Οἷα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς τῶν τρυφώντων; Ἐπάναγκες γὰρ τὴν κακίαν, ὅπου ποτ' ἂν ἡ νόσος ἐνσκήψῃ, τὰς ἀκολούθους ὕλας ἐφέλκεσθαι. Διὸ καὶ οἱ τὴν ἁβροδίαιτον καὶ Συβαριτικὴν παρατιθέμενοι τράπεζαν, ἕλκονται πρὸς ἀνάγκην εἰς κατασκευὰς μεγαλοφυῶν οἰκοδομημάτων, καὶ τὴν πολλὴν εὐπορίαν δαπανῶσιν B εἰς μέγεθος οἴκων καὶ κόσμον περίεργον. Ἐπὶ τούτοις, τὰς κλισίας φιλοκαλοῦσιν, ἐσθῆτος ἀνθινῆς καὶ πάσης πεποικιλμένης πληροῦντες. Τραπέζας πολυταλάντους ἀργύρου χαλκεύονται, τὰς μὲν εἰς λειότητας ἐληλαμένας· τὰς δὲ πεποικιλμένας τῇ γλυπτικῇ, ὡς ἐξεῖναι ὁμοῦ τῇ φάρυγγι καὶ τὴν ὄψιν εὐωχεῖσθαι ταῖς ἱστορίαις. Ἐπιλόγισαί μοι τὰ ἑξῆς, κρατῆρας, τρίποδας, κάδους, τὰ πρόχοα σκεύη, τὰ ὀψοφόρα, ἐκπωμάτων γένη μυρία, γελωτοποιοὺς, μίμους, κιθαριστὰς, ᾠδοὺς, κομψολόγους, μουσικοὺς, μουσικὰς, ὀρχηστρίδας, πάντα τῆς ἀσελγείας τὸν ὁρμαθὸν, παῖδας θηλυνομένους ταῖς κόμαις, κόρας ἀναιδεῖς, ἀδελφὰς τῆς Ἡρωδιάδος εἰς ἀκοσμίαν, ἀναιρούσας Ἰωάννην, τὸν ἐν ἑκάστῳ θεοειδῆ καὶ φιλόσοφον νοῦν.

Atque dum hæc intus geruntur, assident ad vestibuli fores innumerabiles Lazari, partim ulceribus pleni, partim oculis orbati, partim pedibus mutili. Quidam ipsorum, quamvis sint omnibus fere membris spoliati, serpere tamen audent, et utcunque progrediuntur. Conclamant autem, nec tamen exaudiuntur. Impedit enim tibiarum strepitus et carmina, quæ ab ipsis cantoribus concinuntur, et solute ridentium cachinnatio. Quod si pauperes paulo vehementius fores pulsaverint, immitis ac sævus alicunde prosiliens domini janitor, eos baculo propellit, et canes appellans, verberibus plagas infligit et vulnera. Abeunt igitur Christi amici, in quibus sita est mandatorum summa, cum nec panis frustum, nec obsonii quidquam acceperint; sed potius contumelias et verbera lucrati sint. Intus autem in officina Mammonæ, alii, tanquam nimis onusta navigia, revomunt cibum, alii, præsentibus poculis, indormiunt mensæ. Duplex autem in turpi domo exercetur peccatum: unum propter ebriorum satietatem, alterum propter expulsorum pauperum famem.

C Τούτων πάντων ἐπὶ τῆς οἰκίας τελουμένων, προσεδρεύουσι τῷ πυλῶνι μυρίοι Λάζαροι· οἱ μὲν ἡλκωμένοι χαλεπῶς, ἄλλοι τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένοι, ἕτεροι λώβην στένοντες τῶν ποδῶν· τινὲς δὲ αὐτῶν ἕρποντες παντελῶς, καὶ πάντων τῶν μελῶν στέρησιν ὑπομείναντες. Βοῶντες δὲ οὐκ ἀκούονται. Κωλύει γὰρ αὐλῶν ἡ ἠχὴ, καὶ τὰ μέλη τῶν αὐτομάτων ᾠδῶν, καὶ ὁ τοῦ πλατέος γέλωτος καγχασμός. Ἂν δέ που καὶ ἐπιπλέον διοχλήσωσι τὰς θύρας, ἀναπηδήσας ποθὲν ἀνηλεοῦς δεσπότου θρασὺς πυλωρὸς ἀπελαύνει ῥάβδοις, ἀναιδεῖς κύνας ἀποκαλῶν, καὶ μάστιξιν ἐπιξαίνων τὰ τραύματα. Ἀπέρχονται δὲ οἱ τοῦ Χριστοῦ φίλοι, τῶν ἐντολῶν τὸ κεφάλαιον, οὐκ ἄρτου βραχέος, οὐκ ὄψου μετασχόντες, ὕβρεις δὲ καὶ πληγὰς προσκερδάναντες. Ἔνδον δὲ ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ τοῦ D Μαμμωνᾶ, οἱ μὲν ὡς ὑπέραντλα πλοῖα τὴν τροφὴν ἀποβλύζουσιν· ἄλλοι τῇ τραπέζῃ ἐπικαθεύδουσι παρεστώτων τῶν ἐκπωμάτων. Διπλῆ δὲ ἁμαρτία κατὰ τὴν ἀσχήμονα οἰκίαν ἐμπολιτεύεται· ἡ μὲν, ἐπὶ τῷ κόρῳ τῶν μεθυόντων, ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λιμῷ τῶν ἐλαθέντων πτωχῶν.

Si Deus hæc aspicit, uti plane aspicit, quam vitæ commutationem, quem exitum fore cogitatis vos pauperum inimici? Dicite, quæso, vos, an nescitis, horum causa in sacro Evangelio poni et commemorari exempla omnia horrenda et terribilia? Nonne graves illius cruciatus et gemitus recensentur, qui in bysso fuerat enutritus, et in

Ταῦτα εἰ ἐποπτεύει Θεὸς, ὥσπερ οὖν ἐφορᾷ, τίνα τοῦ βίου καταστροφὴν ἐννοεῖτε, οἱ μισόπτωχοι; Εἴπατε, ἢ οὐκ ἴστε, ὅτι πάντα τὰ φρικώδη καὶ φοβερὰ ὑποδείγματα τῶν τοιούτων χάριν τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον ἐκβοᾷ καὶ μαρτύρεται; Καὶ ἀναγέγραπται μὲν, βαρέα βρυχόμενος καὶ στένων ὁ ἐν τῇ βύσσῳ τραφεὶς, καὶ ἐν τῇ ἀβύσσῳ τῶν κακῶν συνεχόμενος· ἄλλος

δὲ πάλιν ὁμότροπος τούτου, κατεδικάσθη θάνατον A ἀπροσδόκητον, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὴν ἑωθινὴν τροφὴν βουλευόμενος, καὶ τοῦ ὄρθρου μὴ καταλαβὼν τὴν ἀκτῖνα. Μὴ θνητοὶ τὴν πίστιν, καὶ ἀθάνατοι τὴν ἀπόλαυσιν. Οὕτως γὰρ ἔχομεν γνώμης, οἱ τὰ πάντα θέλοντες τῇ τῆς σαρκὸς κολακείᾳ χαρίζεσθαι, ὡς ἀδιάδοχοι οἰκοδεσπόται, ὡς διηνεκεῖς τῶν ἐπὶ γῆς κύριοι, ἐν τῷ θέρει τὴν σπορὰν μεριμνῶντες, καὶ ἐν τῇ σπορᾷ τὴν τοῦ θερισμοῦ θυμηδίαν ἐλπίζοντες· φυτεύοντες τὴν πλάτανον, καὶ τοῦ ὑψηλοῦ δένδρου τὴν σκιὰν ἐλπίζοντες· καταπηγνύντες τὸν πυρῆνα τοῦ φοίνικος, καὶ τὴν γλυκύτητα τῶν καρπῶν ἀναμένοντες. Καὶ ταῦτα πολλάκις ἐν πολιᾷ, ὅτε ἐγγὺς τοῦ θανάτου χειμών· λείπουσι δὲ τῇ ζωῇ, οὐ κύκλος ἐνιαυτῶν, ἀλλὰ τρεῖς ἢ τέτταρες ἡμέραι.

malorum abysso describitur coerceri [7]? Quid? Huic alter ille similis, nonne cum vesperi de matutinis deliciis cogitaret, tam inexspectata, et repentina damnatus est morte, ut ne orientis quidem solis radium potuerit intueri [8]? Proinde cum mortales simus, fidem ne abjiciamus, neve fruamur voluptatibus ut immortales. Sic enim fere affecti sumus, quicunque genio indulgere, et carni in omnibus obsequi volumus. Tanquam patresfamilias successorem nunquam habituri, et perpetui rerum humanarum domini, messis tempore sementem facimus, et quando seminandum est, speramus lætitiam messis. Platanum serimus, et proceræ arboris umbram speramus. Palmæ semen terræ committimus, et fructuum dulcedinem exspectamus. Hæc autem fere in ipsa senectute, quando jam adest ætatis autumnus, et mortis hiems adventat, et vitæ residuum tempus est non series annorum, sed tres aut quatuor dies.

Λογισώμεθα τοίνυν ὡς λογικοὶ, ὅτι παροδικὸς ὁ B βίος ἡμῶν, καὶ ῥέων ὁ χρόνος, ἄστατός τε καὶ ἄσχετος, ὥσπερ τι ῥεῦμα ποταμοῦ, πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ τυγχάνον ἐλαύνων πρὸς τὸ τῆς φθορᾶς τέλος· καὶ εἴθε, βραχὺς ὢν καὶ ἐπίκηρος, ὑπῆρχεν ἀνεύθυνος! Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐπικίνδυνον, τὸ ἑκάστης ὥρας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν λόγων, ὧν φθεγγόμεθα, τῷ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ τὴν ἀπολογίαν ὀφείλειν. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, πρὸς ὁμοίαν τῶν νῦν λεγομένων ἔννοιαν ἑαυτὸν ἀναφέρων, ἐπιθυμεῖ γνῶναι τοῦ ἰδίου τέλους τὴν προθεσμίαν. Ἐκλιπαρεῖ δὲ τὸν Θεὸν τῶν ἐπιλοίπων ἡμερῶν διδαχθῆναι τὸν ἀριθμὸν, ἵνα πρὸς τὰ ἔργα τῆς ἐξόδου παρασκευάσηται. Μὴ ταραχθῇ δὲ ἀθρόως ὡς ἀνέτοιμος ὁδοιπόρος μεταξὺ βαδίζων, καὶ τὰ ἀναγκαῖα τῶν ἐφοδίων περιζητῶν. Φησὶν οὖν· C *Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου, τίς ἐστιν· ἵνα γνῶ, τί ὑστερῶ ἐγώ. Ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ὡσεὶ οὐδὲν ἐνώπιόν σου.* Βλέπε ψυχῆς συνετῆς μέριμναν ἀγαθὴν, καὶ ταῦτα ἐν βασιλικῷ ἀξιώματι. Ἐνοπτρίζεται γὰρ τὸν Βασιλέα τῶν βασιλέων καὶ τὸν Κριτὴν τῶν κριτῶν· καὶ ζητεῖ, τὸν τέλειον κόσμον τῶν ἐντολῶν κομισάμενος, ἀπελθεῖν ἄρτιος τῆς ζωῆς τῆς ἐκεῖσε πολίτης· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Cogitemus igitur nos, qui ratione præditi sumus, quam fragilis fluxaque sit vita nostra, quam velociter labatur tempus, ut sisti cohiberique non possit, ut fluminis cursus omnia quæ metitur, ad interitum ducat et trahat. Atque utinam breve tantum esset spatium vitæ, modo reddendæ rationi non essemus obnoxii. Nunc autem illud merito torquere nos debet, quod et singulis horis instat periculum, et incorruptus atque integer adeundus est judex, apud quem non solum eorum, quæ fecimus, sed omnium, quæ diximus, reddenda nobis ratio. Quamobrem hæc secum ipse animo volvens beatus ille vates avet intelligere præfinitum terminum vitæ. Itaque Deum precatur, ut sibi numerum dierum, qui reliqui sunt, annuntiet, quo accingat sese ad ea, quæ ad exitum pertinent, ne tanquam viator improvidus, dum iter facit, et viaticum necessarium quærit, repente turbetur. Sic igitur inquit: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, quis est, ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, et substantia mea tanquam nihilum ante te* [9]. Cernis animæ bonæ prudentem sollicitudinem, idque in homine in regia dignitate constituto. Nec mirum: intuetur enim Regem regum, et judicum Judicem. Illud autem obsecrat, ut absoluta mandatorum observantia decoratus discedat integer et perfectus cœlestis illius patriæ civis, quam nos item omnes ut assequamur et opto et spero, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in æternum. Amen.

[7] Luc. XVI, 19 sqq. [8] Luc. XII, 20. [9] Psal. XXXVIII, 5, 6.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΠΤΩΧΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Β'.

EJUSDEM S. GREGORII

DE PAUPERIBUS AMANDIS

ORATIO II.

Francisco Zino interprete.

In ea Evangelii verba : Quatenus uni ex his fecistis[64], *et quæ sequuntur.*

Adhuc in formidolosi magni illius regis adventus nobis ab Evangelio descripti contemplatione detineor. Adhuc attente consideranti metum, quem injicit ea commemoratio, refugit horretque animus. Nam cœlestem ipsum regem in throno majestatis, ut ibi describitur, terribili quodam modo præsidentem mihi videor intueri. Magnificum illum thronum, quicunque thronus ille sit, eum qui nullo coercetur loco, continentem cerno. Innumerabilia angelorum regem constipantium millia video. Magnum quin etiam ipsum ac formidandum regem aspicio, ex immensa gloria in naturam humanam despicientem, et universa genera hominum, quicunque ex eo tempore, quo primum generari homines cœperunt, usque ad metuendi illius adventus diem reperiantur, ad se congregantem, singulisque ex institutæ et anteactæ vitæ ratione et meritis, vel præmia dantem, vel irrogantem supplicia, illis qui recte sancteque vixerint, ad dexteram partem, ut dictum est, collocatis : qui vero flagitiose et improbe, ad sinistram positis, et condemnatis. Utrosque autem diversa tamen ratione appellantem audio. Alios enim dulcissimis illis ac faustissimis verbis alloquitur : *Venite, benedicti Patris mei ;* alios horribili ac metuenda illa comminatione : *Ite, maledicti, in ignem æternum.* Sic autem mihi hæc legenti et consideranti affectus et perterrefactus est animus, ut [ea non legi, sed fieri, non pronuntiari, sed agi quodammodo existimem, jamque non audire, sed] plane rebus ipsis interesse mihi videor. Itaque præsentium nihil amplius sentio, nec menti vacat respicere ad aliud quidquam eorum, quæ mihi ad explorandum et contemplandum proposita sunt,

A *Λόγος εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου·* Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, *καὶ τὰ ἑξῆς.*

Ἔτι πρὸς τῷ θεάματι τῆς φοβερᾶς τοῦ βασιλέως ἐπιφανείας εἰμὶ, ἣν ὑπογράφει τὸ Εὐαγγέλιον. Ἔτι κατέπτηχεν ἡ ψυχὴ, πρὸς τὸν φόβον τῶν εἰρημένων ἐνατενίζουσα· ὡς καθορῶσα τρόπον τινὰ αὐτόν τε τὸν οὐρανῶν βασιλέα, καθὼς φησιν ὁ λόγος, ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς δόξης φοβερῶς προκαθήμενον· καὶ τὸν μεγαλοπρεπῆ θρόνον ἐκεῖνον· ὅστις ποτὲ καὶ ὁ θρόνος ἐστὶν ὁ χωρῶν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀχώρητον· τάς τε ἀπείρους τῶν ἀγγέλων μυριάδας ἐκείνας, ἐν κύκλῳ τὸν βασιλέα περιεστώσας· αὐτόν τε τὸν μέγαν καὶ φοβερὸν βασιλέα, ἐκ τῆς ἀφράστου δόξης ἐπὶ τὴν ἀνθρωπίνην κατακύπτοντα φύσιν, καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων τῶν ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, καὶ μέ- B χρι τῆς φοβερᾶς ἐμφανείας ἐκείνης εὑρισκομένων, ἀθροίζοντά τε πρὸς ἑαυτὸν, καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ τὴν κρίσιν ἐπάγοντα, τοῖς μὲν δεξιᾷ τῇ προαιρέσει συζήσασι τὰ δεξιὰ, καθὼς εἴρηται, χαριζόμενον, τοῖς δὲ σκαιοῖς τε καὶ ἀποβλήτοις, τὴν κατάλληλον τοῖς βεβιωμένοις ἀποκληροῦντα ψῆφον· ἐπιλέγοντα ἑκατέροις, τοῖς μὲν τὴν γλυκεῖαν καὶ ἀγαθὴν ἐκείνην φωνὴν, ὅτι *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου·* τοῖς δὲ τὴν φρικώδη καὶ φοβερὰν ἀπειλὴν, ὅτι *Πορεύεσθε, οἱ κατηραμένοι.* Οὕτω δέ μοι τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν τῶν ἀνεγνωσμένων φόβον διατεθείσης, ὡς * * * πρὸς αὐτοῖς δοκεῖν εἶναι τοῖς πράγμασι. Καὶ τῶν παρόντων ἐπαισθάνεσθαι μηδενὸς, οὐδεμίαν ὁ νοῦς ἄγει σχολὴν, πρὸς ἄλλο C τι βλέπειν τῶν προκειμένων εἰς ἐξέτασίν τε καὶ θεωρίαν τῷ λόγῳ· καίτοι γε οὐ μικρὰ ταῦτά ἐστιν, οὐδὲ ὀλίγης ζητήσεως ἄξια, τὸ γνῶναι πῶς ἔρχεται ὁ ἀεὶ παρών. *Ἰδοὺ γὰρ,* φησὶ, *μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας·* καὶ εἰ μεθ' ἡμῶν εἶναι πεπίστευται, πῶς ἥξειν ὡς οὐ παρὼν ἐπαγγέλλεται ; εἰ

[64] Matth. xxv, 40 sqq.

γὰρ *ἐν αὐτῷ ζῶμέν τε καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν*, A καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, οὐδεμία μηχανὴ τοῦ περιδεδραγμένου τῶν πάντων τοὺς ἐν αὐτῷ κατεχομένους τοπικῶς ἀποστήσει· ὥστε ἢ νῦν μὴ παρεῖναι τοῖς ἐμπεριεχομένοις, ἢ χρόνοις ὕστερον παρέσεσθαί ποτε προσδοκῆσαι. Τίς δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀσωμάτου καθέδρα; καὶ ἡ τοῦ ἀοράτου ἐμφάνεια; καὶ ἡ τοῦ ἀσχηματίστου μορφή; καὶ ἡ τοῦ ἀχωρήτου ἐν τῷ θρόνῳ περιγραφή; καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὡς μείζονα ἢ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ὑπερθήσομαι. Ὅπως δ' ἂν μὴ εἰς τὴν τῶν ἀποβλήτων ἀπωσθείημεν τάξιν, πρὸς τοῦτο, καθὼς ἂν οἷός τε ὦ, πρὸς τὸ κοινὸν κέρδος τρέψω τὸν λόγον. Σφόδρα γὰρ, ἀδελφοὶ, σφόδρα πρὸς τὴν ἀπειλὴν κατεπτόημαι· καὶ οὐκ ἀρνοῦμαι τῆς ψυχῆς μου τὸ πάθος. Ἐβουλόμην δ' ἂν καὶ ὑμᾶς μὴ καταφρονητικῶς ἔχειν τῶν φόβων. B Μακάριος γὰρ ὃς καταπτήσσει πάντα δι' εὐλάβειαν. Ὁ δὲ καταφρονῶν πράγματος, καταφρονηθήσεται ὑπ' αὐτοῦ, φησί που τῆς σοφίας ὁ λόγος. Οὐκοῦν πρὸ τῆς ὥρας τῶν κακῶν, τὸ μὴ ἐν πείρᾳ τῶν σκυθρωπῶν γενέσθαι φροντίσωμεν. Τίς δὲ ἡ ἀπαλλαγὴ τῶν φοβερῶν; Τὸ ταύτην τοῦ βίου τὴν ὁδὸν ἑλέσθαι, ἣν νῦν ὑπέδειξεν ἡμῖν ὁ λόγος, τὴν πρόσφατον ὄντως καὶ ζῶσαν.

quamvis ea profecto nec parva sint, nec exiguam indagationem requirant; quomodo videlicet venire intelligatur, qui semper adest, præsertim cum ipse dicat: *Ecce vobiscum sum omnibus diebus* [*usque ad consummationem sæculi* [65]]; et si nobiscum esse creditur, quomodo venturus, tanquam non adsit, existimetur? Si enim *in ipso* (ut inquit Apostolus) *vivimus, movemur, et sumus* [66], nullo modo fieri potest, ut ab illo, qui complectitur omnia, ii, quos ipse comprehendit, loco discludantur, ita ut aut nunc minime adsit his qui ab ipso continentur, aut post aliquod tempus adfuturus exspectetur. Præterea, quæ possit esse illius aut sedes, aut præsentia, aut forma, aut in throno circumscriptio, qui et corpore caret, et videri non potest, et formam nullam habet, et ubique sic adest, ut nusquam concludi secludive possit. Hæc igitur et cætera id genus tanquam majora, quam ut a nobis in præsentia explicari valeant, omittemus, et communis utilitatis gratia illuc orationem nostram convertemus, ut, quo pacto fieri possit, ne redigamur in reproborum ordinem, pro viribus ostendamus. Equidem, ut ingenue fatear perturbationem animi mei, vehementer, o fratres, vehementer illa comminatione conterritus sum. Hoc autem timore vos item affici velim neque eum ulla ratione despicere. Beatus enim vir qui veretur omnia per metum, ut quodam loco inquit Sapiens [67]; qui autem contemnit rem, contemnetur ab ea. Priusquam igitur irruant mala, demus operam diligenter, ne nobis hæc tristia necesse sit experiri. Verum quonam modo ea declinabimus? hoc nimirum, ut eam vivendi rationem et viam, quam in præsentia Scriptura nobis ostendit, quæ nunc viget, et vere vivit, ingrediamur.

Τίς δὲ ἡ ὁδός; *Ἐπείνων, ἐδίψων, ξένος ἤμην, καὶ* C *γυμνὸς καὶ ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ. Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Καὶ διὰ τοῦτο, φησὶ, *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.* Τί διὰ τούτων μανθάνομεν; Ὅτι εὐλογία μέν ἐστιν, ἡ τῶν ἐντολῶν ἐπιμέλεια· κατάρα δὲ, ἡ περὶ τὰς ἐντολὰς ῥαθυμία. Ἀγαπήσωμεν τὴν εὐλογίαν, καὶ φύγωμεν τὴν κατάραν. Ἐφ' ἡμῖν γάρ ἐστιν ἑλέσθαι ἢ μὴ ἑλέσθαι κατ' ἐξουσίαν ἑκάτερον· πρὸς ὅ τι γὰρ ἂν τῇ προθυμίᾳ ῥέψωμεν, ἐν ἐκείνῳ ἐσόμεθα. Οὐκοῦν οἰκειωσώμεθα τὸν τῆς εὐλογίας Κύριον, τὸν ἑαυτῷ τὴν περὶ τοὺς δεομένους σπουδὴν λογιζόμενον· καὶ μάλιστα νῦν, ὅτε πολλὴν ἔχει κατὰ τὸν παρόντα βίον ὕλην ἡ ἐντολή. Καὶ πολλοὶ μὲν οἱ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς· πολλοὶ δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος ἔχουσιν ἐνδεῶς, ἐκ τῆς πονηρᾶς D ἀῤῥωστίας δαπανηθέντες. Οὐκοῦν ἐν τῇ περὶ τούτους σπουδῇ, τὴν ἀγαθὴν ἐπαγγελίαν ἑαυτοῖς κατορθώσωμεν· λέγω δὲ σαφῶς οὑτωσὶ περὶ τῶν ἐκ τῆς χαλεπῆς νόσου διαλωβηθέντων. Ὅσῳ γὰρ μείζων ἐστὶ τούτων ἡ ἀῤῥωστία, τοσούτῳ δηλονότι καὶ πλείων ἡ εὐλογία τοῖς τὸ ἐπίπονον τῆς ἐντολῆς κατορθώσασι. Τί οὖν χρὴ πράττειν; Μὴ ἀντιβαίνειν τῇ διατάξει τοῦ Πνεύματος. Αὕτη δέ ἐστι, τὸ μὴ ἀλλοτριοῦσθαι τῶν κοινωνούντων τῆς φύσεως· μηδὲ μιμεῖσθαι τοὺς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κατηγορηθέντας ἐκείνους, τὸν ἱερέα λέγω καὶ τὸν Λευΐτην, ἀσυμπαθῶς παραδρα-

Quænam est hæc ratio? quænam hæc via? *Esurivi, sitivi, hospes eram, et nudus, et infirmus, et in carcere. Quatenus uni eorum fecistis, mihi fecistis.* Idcirco, *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei.* Quid ex his discimus? Benedictionem ac summum bonum in diligentia, et observantia mandatorum positum esse; maledictionem et malorum extremum ex desidia mandatorumque despicientia proficisci. Illam igitur amplectamur, hanc fugiamus, quando in nostra manu situm est, ut, utram volumus, adipiscamur. Ad quod enim egregia animi alacritate propenderimus, in eo futuri sumus. Quare benedictionis Dominum, qui perinde nobis acceptum laturus est quidquid studii et officii in pauperes contulerimus, ac si in ipsum contulissemus, conciliemus nobis et obstringamus, præsertim hoc tempore, quo nobis, dum vivimus, magna exsequendi mandati facultas præbetur, multique sunt, qui rebus necessariis, multi, qui et ipso corpore indigeant, ab ipsa vi morbi confecti atque consumpti. Sic igitur nos in hac re, hoc est, ut planius loquar, in iis qui morbo gravissimo mutilati sunt, fovendis curandisque studiose diligenterque geramus, ut præclarum illud promissum præmium assequamur. Quo enim gravior in his morbus reperitur, eo majus præmium laboriosum illud mandati munus obeuntes manet. Quid igitur faciendum est? illud utique

[65] Matth. XXVIII, 20. [66] Act. XVII, 28. [67] Prov. XXVIII, 14.

ut sancti Spiritus voluntati ne resistamus; ea autem est, ut eos, qui eadem natura præditi sunt, tanquam alienos non evitemus, neque imitemur reprehensos illos in Evangelio, sacerdotem et levitam dico, qui miserabilem illum, quem historia a latronibus semimortuum relictum tradit, nulla commoti commiseratione prætervierunt [69]. Nam si coarguuntur illi quod ad plagas in nudo corpore intumescentes non respexerint, quomodo nos, qui reos illos imitamur, non in eamdem reprehensionem incurremus? neque enim profecto tam miserandum spectaculum præbuit ille, qui in latrones inciderat, ut præbent hi, qui ejusmodi oppressi sunt calamitate. Vides hominem ex improbitate morbi in quadrupedis formam commutatum, et ungulæ atque unguium loco ligna manibus induisse, atque ita novum vestigii genus humanis semitis imprimentem. Quis ex ea forma queat agnoscere, hominis gressu ejusmodi esse facta vestigia? Homo eo corporis habitu et figura formatus, ut rectus in cœlum aspiciat, cui manuum instrumentum ad res agendas natura dedit, incurvatur in terram, et quadrupes fit, et parum abest quin rationis expers esse videatur. Cum difficultate spiritum trahit, irraucescit, et ex intimis visceribus fremitus elicit, ipsis etiam rationis expertibus animalibus effectus (liceat audacter id dicere) calamitosior: siquidem illa, quam ab ipso ortu formam acceperunt, eam ad finem usque conservant; nec ullum ex iis propter aliquem morbum ex ea forma in aliam convertitur. Hic autem, tanquam commutata natura, non id amplius, quod erat, sed aliud quoddam animal videtur esse. Pedum illi munere funguntur manus; genua præbent plantarum usum. Nam ipsæ plantæ naturales, et tali, aut plane deficiunt, aut veluti scaphæ quædam extrinsecus temere navibus admotæ, fortuito trahuntur. In his tu hominem cernis, nec sanguinis conjunctionem revereris? nec miseraris propinquum? sed aversaris calamitatem, et odio supplicem prosequeris? Hominis accessum tanquam feræ alicujus impetum declinas? Atqui, ne id faceres, debebas vel ea cogitatione prohiberi: nempe angelum a corpore materiaque liberum, te, quamvis sis homo, tamen attingere, nec carne et sanguine mistum atque concretum aspernari. Quid autem angelos dico? cum ipse Dominus angelorum, ipse cœlestis beatitudinis rex propter te factus sit homo, et sordidas istas abjectasque carnis exuviolas una cum anima, quæ ipsis erat induta, sibi circumdederit, ut attactu suo tuis ægritudinibus mederetur? Tu vero, qui natura idem es cum ægrotante, fugis ejusdem generis hominem. Ne tibi, frater, ne, obsecro, placeat tibi consilium pravum. Qui sis, et de quibus consulas, considera: homo nimirum, de hominibus, qui nihil in te proprium, et a natura communi sejunctum obtines. Futuris de rebus ne præjudicium facias. Dum enim affectionem in alieno corpore conspicuam damnas, incertam de tota natura sententiam pronuntias. Ejus autem naturæ tu quoque particeps es, ut reliqui omnes. Quapropter tanquam communi de re consulatur.

A μόντας τὸν ἐλέου δεόμενον ἐκεῖνον, ὅν φησι τὸ διήγημα ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἡμιθανῆ γενέσθαι. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι ὑπαίτιοι, μὴ ἐπιστραφέντες πρὸς τὰς πληγὰς ἐν γυμνῷ τῷ σώματι διοιδούσας· πῶς ἡμεῖς ἀνεύθυνοι, τοὺς ὑπαιτίους μιμούμενοι; καίτοι τί τοσοῦτον ἦν ἐπὶ τοῦ τοῖς λῃσταῖς παραπεπτωκότος θεάσασθαι, οἷόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἑαλωκότων τῷ πάθει τὸ θέαμα; Ὁρᾷς ἄνθρωπον, διὰ τῆς πονηρᾶς ἀῤῥωστίας εἰς τετραπόδου σχῆμα μεταπλασσόμενον, ἀντὶ ὁπλῆς καὶ ὀνύχων, ξύλα ταῖς παλάμαις ὑπολαμβανόμενον, καινὸν ἴχνος ταῖς ἀνθρωπίναις ὁδοῖς ἐπιβάλλοντα· τίς ἂν ἐκ τοῦ ἴχνους ἐπιγνοίη, ὅτι ἄνθρωπος τοὺς τοιούτους τύπους ἐνεσημήνατο τῇ πορείᾳ; Ἄνθρωπος, ὁ τῷ σχήματι ὄρθιος, ὁ εἰς οὐρανὸν βλέπων, ὁ τὰς χεῖρας πρὸς τὴν τῶν ἔργων ὑπηρεσίαν παρὰ
B τῆς φύσεως ἔχων, οὗτος εἰς τὴν γῆν κλίνεται, καὶ τετράποδον γίνεται, καὶ μικρὸν ἀποδεῖ τοῦ ἄλογος εἶναι. Ἐν δασεῖ καὶ βραγχῶντι τῷ ἄσθματι, βιαίως ἔνδοθεν ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ὑποβρυχόμενος· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τολμήσαντα εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀλόγων γινόμενος ἀθλιώτερος. Τὰ μὲν γὰρ τὸν ἀπὸ γενέσεως χαρακτῆρα μέχρι παντὸς ὡς τὰ πολλὰ διεσώσατο· καὶ οὐδὲν τούτων ἔκ τινος συμφορᾶς τοιαύτης, εἰς ἕτερόν τινα χαρακτῆρα μετεκινήθη. Οὑτοσὶ δὲ, ὥσπερ ἀλλαχθείσης τῆς φύσεως, ἄλλο τι φαίνεται, καὶ οὐ τὸ σύνηθες ζῶον· αἱ χεῖρες αὐτῷ τὴν τῶν ποδῶν χρῆσιν καταλαμβάνουσι· τὰ γόνατα βάσις γίνονται, αἱ δὲ κατὰ φύσιν βάσεις, καὶ τὰ σφυρὰ, ἢ παντελῶς ἀποῤῥέουσιν, ἢ ὥς τι τῶν ἔξωθεν ἐφολκίων εἰκῆ
C παρηρτημένα, κατὰ τὸ συμβὰν ἐπισύρεται. Ἐν τοιούτοις τοίνυν βλέπων τὸν ἄνθρωπον, οὐκ αἰδῇ τὴν συγγένειαν; οὐκ ἐλεεῖς τὸν ὁμόφυλον; ἀλλὰ βδελύσσῃ τὴν συμφορὰν, καὶ μισεῖς τὸν ἱκέτην, ὥσπερ θηρίου τινὸς προσβολὴν τὸν προσεγγισμὸν ἀποφεύγων; Καίτοι ἔδει εὐγνωμόνως ἀναλογίζεσθαι, ὅτι σοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἄγγελος ἅπτεται, καὶ ἀσώματός τε καὶ ἄϋλος ὢν, τὸν σαρκὶ καὶ αἵματι ἐγκεκραμένον οὐκ ἐβδελύξατο. Τί δὲ ἀγγέλους λέγω; αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων Κύριος, ὁ τῆς οὐρανίας μακαριότητος βασιλεὺς διὰ σὲ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ τὸ δυσῶδες τοῦτο καὶ ῥυπαρὸν σαρκίον, μετὰ τῆς ἐνδεδεμένης ἐν αὐτῷ ψυχῆς, ἑαυτῷ περιέθηκεν, ἵνα τὰ σὰ πάθη διὰ τῆς ἰδίας ἐπαφῆς ἐξιάσηται; Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς ὢν κατὰ τὴν φύσιν τῷ ἀῤῥωστήσαντι, φεύγεις τὸν ὁμογενῆ. Μὴ,
D ἀδελφὲ, μὴ ἀρεσάτω σοι ἡ βουλὴ ἡ κακή. Γνῶθι τίς ὢν, περὶ τίνων βουλεύῃ· ὅτι περὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος, οὐδὲν ἰδιάζον ἐν σεαυτῷ παρὰ τὴν κοινὴν κεκτημένος φύσιν. Μὴ προαποφαίνου τοῦ μέλλοντος. Ἐν ᾧ γὰρ καταψηφίζῃ τοῦ πάθους, τέως ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι φαινομένου, ἀόριστον κατὰ πάσης τῆς φύσεως ἐκφέρεις ἀπόφασιν· μετέχεις δὲ καὶ σὺ τῆς φύσεως παραπλησίως τοῖς πᾶσιν. Οὐκοῦν ὡς ὑπὲρ κοινοῦ τοῦ πράγματος ὁ λόγος ἔστω.

[69] Luc. x, 30 sqq.

Διὰ τί τοίνυν οὐδείς σοι τῶν φαινομένων οἶκτος A εἰσέρχεται; Ὁρᾷς ἀνθρώπους νομάδας ὡσπερεὶ τὰ βοσκήματα πρὸς τὴν τῆς τροφῆς χρείαν ἐσκεδασμένους· ῥακία περικεκτημένα, τοῦτο ἡ ἐσθής· βακτηρία ἐν ταῖς χερσὶ, τοῦτο ὅπλον, τοῦτο ὄχημα· οὐδὲ αὐτὴ δακτύλοις κατεχομένη, ἀλλὰ τισὶν ὀχάνοις πρὸς τὰς παλάμας συνδεδεμένη· πήρα ῥωγαλέα, καὶ ἄρτου τρύφος· εὐρῶτι καὶ σηπεδόνι διεφθαρμένον· ἡ ἑστία, ὁ οἶκος, ἡ στιβὰς, ἡ κλίνη, τὸ ταμιεῖον, ἡ τράπεζα, πᾶσα ἡ τοῦ βίου παρασκευὴ, ἡ πήρα ἐστίν. Εἶτα, οὐ λογίζῃ, τίς ὁ ἐν τούτοις ὤν; Ὅτι ἄνθρωπος, ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονὼς, ὁ κυριεύειν τῆς γῆς τεταγμένος, ὁ ὑποχείριον τὴν τῶν ἀλόγων ὑπηρεσίαν ἔχων· οὗτος εἰς τοῦτο συμφορᾶς καὶ μεταβολῆς προῆλθεν, ὥστε ἀμφίβολον τὸ φαινόμενον εἶναι, οὔτε ἀνθρώπου καθαρῶς, οὔτε τινὸς ἄλλου τῶν ζώων ἐναργῆ φέρων B ἐφ' ἑαυτοῦ τὰ γνωρίσματα. Ἐὰν πρὸς ἄνθρωπον εἰκάσῃς, ἀρνεῖται τὴν ἀμορφίαν ὁ χαρακτὴρ ὁ ἀνθρώπινος· ἐὰν πρὸς τὰ ἄλογα τρέψῃς τὴν εἰκασίαν, οὐδὲ ἐκεῖνα τὴν ὁμοιότητα τοῦ φαινομένου προσίεται. Μόνοι τοιοῦτοι πρὸς μόνους ἑαυτοὺς βλέποντες, καὶ μετ' ἀλλήλων ἀγελαζόμενοι, διὰ τὴν ὁμοιοτροπίαν τοῦ πάθους· οἱ τοῖς μὲν ἄλλοις βδελυκτοὶ γινόμενοι, ἀλλήλους δὲ ὑπ' ἀνάγκης οὐ βδελυσσόμενοι. Πανταχόθεν γὰρ ἐξειργόμενοι, ἴδιος γίνεται δῆμος, πρὸς ἀλλήλους συῤῥέοντες. Ὁρᾷς τοὺς ἀτερπεῖς χορευτὰς, τὸν γοερὸν καὶ κατεστυγνασμένον τοῦτον χορόν; Πῶς ἐμπομπεύουσι τοῖς ἑαυτῶν δυστυχήμασι; Πῶς θεατρίζουσιν ἐν αὐτοῖς ἀσχημονοῦσαν τὴν φύσιν, ὥσπερ τινὲς θαυματοποιοὶ τὰς πολυτρόπους ἀῤῥωστίας τοῖς συνιοῦσιν C ἐπιδεικνύμενοι; Ποιηταὶ γοερῶν μελῳδημάτων, μελοποιοὶ τῶν πονηρῶν ἐκείνων ᾀσμάτων· τραγῳδοὶ τῆς κενῆς ταύτης καὶ δυστυχοῦς τραγῳδίας, οὐκ ἀλλοτρίοις τραγῳδήμασι πρὸς τὰ πάθη χρώμενοι· ἀλλὰ διὰ τῶν οἰκείων κακῶν τὴν σκηνὴν πληροῦντες. Οἷα τὰ σχήματα! οἷα τὰ διηγήματα! Τί δὲ λεγόντων ἀκούομεν; Πῶς παρὰ τῶν γεννησαμένων ἀπώσθησαν ἐπ' οὐδενὶ ἀδικήματι; Πῶς ἀπελαύνονται συλλόγων κοινῶν, ἑορτῶν τε καὶ πανηγύρεων, ὥσπερ ἀνδροφόνοι τινὲς, ἢ πατραλοῖαι, τῇ ἀειφυγίᾳ κατάκριτοι, μᾶλλον δὲ κἀκείνων παραπολὺ δυστυχέστεροι· εἴγε τοῖς ἀνδροφόνοις μὲν ἔξεστιν, ἀλλαχοῦ μεταστᾶσιν μετὰ ἀνθρώπων ζῆν· οὗτοι δὲ μόνοι τῶν πάντων ἁπανταχόθεν ἀπείργονται, ὡς κοινοί τινες ἀποδεδειγμένοι πολέμιοι· D οὐ στέγης μιᾶς, οὐ τραπέζης κοινῆς, οὐ χρήσεως σκευῶν ἀξιούμενοι. Καὶ οὔπω τοῦτο δεινόν· ἀλλ' οὐδὲ πηγαὶ βρύουσι τούτοις πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κοιναὶ, οὐδὲ ποταμοὶ πιστεύονται οὐδὲν ἐφέλκεσθαι τοῦ τῆς ἀῤῥωστίας μολύσματος. Κἂν κύων λάψῃ τοῦ ὕδατος τῇ αἱμοβόρῳ γλώσσῃ, οὐκ ἐνομίσθη βδελυκτὸν διὰ τὸ θηρίον τὸ ὕδωρ· ἐὰν ὁ ἄῤῥωστος προσεγγίσῃ τῷ ὕδατι, εὐθὺς ἀπεκηρύχθη καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τὸν ἄνθρωπον. Ταῦτα διεξέρχονται, ταῦτα ὀδύρονται· διὰ τοῦτο ῥίπτουσιν ἑαυτοὺς κατ' ἀνάγκην πρὸς τῶν ἀνθρώπων οἱ δείλαιοι, ἱκέται παντὸς τοῦ παρατυγχάνοντος γινόμενοι. Πολλάκις ἐπεδάκρυσα τῷ σκυθρωπῷ τούτῳ θεάματι, πολλάκις πρὸς αὐτὴν τὴν φύσιν ἀπεδυσπέτησα· καὶ νῦν πρὸς τῇ

A Cur igitur, quæ in aliis vides misera et calamitosa, non ea te æque ad commiserandum adducunt, ac si in te ipso conspiceres? Vides homines nomades et vagos, tanquam pecora ad comparanda cibaria dissipatos. His vestimenta sunt lacerata, ex attritis centonibus consuta, in manibus baculus, non ab ipsis digitis comprehensus, sed loris quibusdam ad palmas alligatus. Hoc illi pro gladio, hoc pro vehiculo utuntur: sacculus adest, et frustum panis situ carieque confectum. Pera rimosa; in hac illis et focus, et domus, et stragulum, et lectulus, et penu, et mensa, omnis denique suppellex vitæ in hac pera consistit. At tu hæc aspicis, et quis in illis sit, minime cogitas. Hic enim, si nescis, est homo, factus ad imaginem Dei. Huic, B ut terræ dominetur concessum est; huic in reliqua animalia datum imperium. Eo tamen calamitate redactus est, atque sic inversus est, ut, quidnam sit, ambigatur. Nam neque hominis plane, neque aliorum animantium cujusquam indicia præ se fert. Si cum homine conferas, effigies humana respuit eam deformitatem; si cum rationis expertibus animalibus, ea quoque similitudinem ejusmodi non admittunt. Soli igitur ad se ipsos solos respiciunt, et miseriæ similitudine inter se congregantur. Qui ab aliis despiciuntur, se ipsi præ necessitate non despiciunt. Undique expulsi confluunt unum in locum, et proprium quemdam populum conficiunt. Vides homines injucundos flebilem tristemque chorum efficientes. At vero ut C ipsis sese quodammodo jactitant calamitatibus? Ut in se ipsis naturam ostentant deturpatam? Ut varios convenientibus tanquam præstigiatores quidam morbos demonstrant? Poetæ carminum luctuosorum, tristium narrationum inventores, gravium illarum modulatores cantionum, auctores novæ istius miseræque tragœdiæ, in qua non ex alienis, sed ex propriis calamitatibus exempla sumunt ad permovendos animos, atque ita sibi audientiam faciunt: O quæ figuræ, bone Deus, quæ narrationes! quid ipsos dicentes audimus? Quomodo ab illis, qui ipsos procrearunt, nulla sua culpa rejecti sunt? Quomodo expelluntur e civitatibus? Quomodo ex colloquiis communibus, ex D publicis festisque conventibus extruduntur, tanquam homicidæ, tanquam parricidæ exsilio perpetuo mulctati, imo quam illi longe infeliciores! Siquidem homicidis solum vertentibus licet alibi cum hominibus vivere. At isti omnium soli tanquam communes declarati hostes undique exturbantur ut canes. Quid? quod eodem tecto, eadem mensa, eodem vasorum usu judicantur indigni? Quid? quod quasi hæc satis gravia non sint, arcentur a fontibus, qui reliquis hominibus sunt communes? Ipsa quin etiam flumina creduntur ipsorum ægritudine coinquinari. Si lingua cruenta canis aquam lamberit, non eam idcirco respuunt homines: at si ad illam æger accesserit, continuo propter hominem ipsa quoque aqua detestabilis præ-

dicatur. Hæc enarrant, hæc deplorant : ob hæc necessario se ad hominum pedes abjiciunt miseri, et omnibus occurrentibus supplicant. Sæpe tristi spectaculo illacrymavi ; sæpe de natura conquestus sum, et ea me recordatio memoriaque nunc etiam movet atque perturbat. Vidi ægritudinem miserandam ; vidi spectaculum plenum lacrymarum ; juxta vias celebres, et a prætereuntibus frequentatas jacent homines, imo ne homines quidem, sed infelices hominum reliquiæ, signis et indiciis aliquibus indigentes, ut se homines esse fidem faciant. Neque enim ex naturæ notis quidquam est reliquum, ut agnosci possint. Hi soli ex omnibus se ipsos oderunt, soli diem suum natalem exsecrantur, ac jure quidem detestantur illum diem, qui talis vitæ principium fuit. Homines qui se communi appellatione nominare erubescunt, ne ex ipsa nominis communione naturam communem dedecorent. Semper in miseriis vitam degunt ; perpetuam luctus materiam habent. Quandiu enim se ipsos aspiciunt, tandiu lugendi habent occasionem. Dubitant autem quas magis deplorent corporis partes, easne, quæ non adsunt amplius, an illas, quæ supersunt. Quas morbus absumpsit, an quæ morbo relictæ sunt absumendæ. Dolendumne magis sit, quod in se ipsis eas miserias cernant, an quod eas adempta etiam morbo videndi facultate, intueri non possint. Quod talia de se narrare queant, an quod sibi ab ipso morbo erepta etiam voce, ne illa quidem valeant explicare. Quod tali vescantur cibo, an quod ne illo quidem commode vesci possint, impedita propter oris corruptas a morbo particulas edendi potestate. Quod sentiendo ea quæ mortuorum sunt propria, perpetiantur, an quod ipsis etiam sensibus spoliati sint. Ubi enim illis aut videndi, aut odorandi, aut tangendi vis? Ubi reliquorum sensuum sedes, quas paulatim depascente morbo ulcus arrodit? Per omnia igitur vagantur loca, ad uberiorem pastum, ut animalia rationis expertia, identidem se transferentes. Occasionem ad negotiandum comparandaque cibaria circumferunt calamitatem, et supplicationis loco morbum omnibus ostendunt. Propter ægritudinem autem ministris egent, a quibus manu ducantur, sed ob inopiam sese vicissim confirmant. Sic enim alter alterius utitur membris pro iis quæ sibi desunt, ut, qui per se singuli sunt imbecilli, mutua illa accessione fulciantur. Itaque in hominum conspectum sigillatim non veniunt, sed (adeo egestas etiam ad parandum victum ingeniosos et solertes facit) universi atque inter se congregati conspici volunt. Inde fit, ut, cum singuli miserabiles sint, hominibus ita conjuncti magis miserandi coadjuvandique videantur. Aliquid enim quisque in commune confert, et alius ex alia calamitate misericordiam comparat. Hic prætendit mutilatas manus ; ille tumidum ventrem ostendit, alius dilaniatam faciem : crus putrescens alius. Qua denique quisque ægrotat corporis parte, eam denudat, et suam miseriam ostentat.

A μνήμη συγχέομαι. Εἶδον πάθος ἐλεεινὸν, εἶδον θέαμα δακρύων πλῆρες· πρόκεινται κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν παριόντων ἄνθρωποι· μᾶλλον δὲ οὐκέτι ἄνθρωποι, ἀλλὰ τῶν ποτε ἀνθρώπων ἄθλια λείψανα, συμβόλων τινῶν καὶ γνωρισμάτων εἰς τὸ πιστευθῆναι δεόμενοι. Οὐ γὰρ ἔχουσιν ἀπὸ τῶν τῆς φύσεως χαρακτήρων ἐπιγινώσκεσθαι ἄνθρωποι, μόνοι τῶν πάντων ἑαυτοὺς μισοῦντες, μόνοι τὴν γενέθλιον ἡμέραν διὰ κατάρας ἄγοντες, μισοῦσι γὰρ εἰκότως τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τὴν ἄρξασαν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης ζωῆς. Ἄνθρωποι, οἳ καὶ ὀνομάζειν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς κοινῆς προσηγορίας αἰσχύνονται· ὡς ἂν μὴ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ὀνόματος τὴν κοινὴν φύσιν δι' ἑαυτῶν καθυβρίσειαν· οἰμωγαῖς ἀεὶ συζῶντες, ἄπαυστον τῶν θρήνων τὴν ὑπόθεσιν ἔχοντες. Ἕως γὰρ ἂν ἑαυτοὺς B βλέπωσιν, ἀεὶ τὰς τοῦ θρηνεῖν ἔχουσιν ἀφορμάς· ἀποροῦντες, ὅ τι καὶ μᾶλλον ὀδύρονται, τὰ μηκέτι ὄντα τοῦ σώματος, ἢ τὰ λειπόμενα· ὅσα προανήλωσεν ἡ νόσος, ἢ ὅσα τῇ νόσῳ λείπεται· ὅτι βλέπουσιν ἐφ' ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα, ἢ ὅτι οὐδὲ βλέπειν ἰσχύουσιν, ἀμαυρωθείσης ἐν τῷ πάθει τῆς ὄψεως· ὅτι τοιαῦτα ἔχουσι περὶ ἑαυτῶν διηγεῖσθαι, ἢ ὅτι οὐδὲ διηγεῖσθαι τὰ πάθη δύνανται, τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀφῃρημένοι· ὅτι τοιαύτῃ χρῶνται τροφῇ, ἢ ὅτι οὐδὲ ἐκείνην εὐκόλως ἡ νόσος τῇ διαφθορᾷ τῶν περὶ τὸ στόμα μορίων ἐμποδιζούσης τῆς βρώσεως*· ὅτι ἐν αἰσθήσει τὰ τῶν νεκρῶν δυστυχοῦσιν, ἢ ὅτι καὶ τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν προσαφῄρηνται. Ποῦ γὰρ παρ' ἐκείνοις ἡ ὅρασις; Ποῦ ἡ ὄσφρησις; Ποῦ δὲ ἡ C ἁφή; Ποῦ δὲ τὰ λοιπὰ τῶν αἰσθητηρίων, ἃ κατ' ὀλίγον νεμομένου τοῦ πάθους ἡ σηπεδὼν ἐπιβόσκεται; Διὰ ταῦτα κατὰ πάντας ἀλῶνται τοὺς τόπους, καθάπερ τὰ ἄλογα πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετεξανιστάμενοι· ἐφόδιον τῆς κατὰ τὴν τροφὴν ἐμπορίας, τὴν συμφορὰν περιφέροντες, καὶ πᾶσι τὴν νόσον ἀνθ' ἱκετηρίας προτείνοντες. Καὶ τῶν χειραγωγούντων δι' ἀῤῥωστίαν δεόμενοι, καὶ ἀλλήλους διὰ τὴν ἀπορίαν ὑποστηρίζοντες. Καθ' ἑαυτὸν γὰρ ἕκαστος ἀσθενοῦντες, ἔρεισμα τῷ ἑτέρῳ γίνονται τοῖς ἀλλήλων μέλεσιν ἀντὶ τῶν λειπόντων χρώμενοι. Οὐ γὰρ καθ' ἕνα φαίνονται· ἀλλά τι ἔχει καὶ ἡ ταλαιπωρία σοφὸν εἰς τὴν τοῦ βίου ἐπίνοιαν, τὸ μετ' ἀλλήλων αὐτοὺς θέλειν ὁρᾶσθαι. Ὄντες γὰρ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστος ἐλεεινοὶ, ὡς ἂν μᾶλλον συμπαθεστέρους τοὺς ἀνθρώ- D πους ποιήσειαν, προσθήκη τοῦ πάθους ἀλλήλοις γίνονται, τὸν πονηρὸν τῷ κοινῷ συνεισφέροντες ἔρανον, ἄλλος δι' ἄλλης τινὸς συμφορᾶς ἔλεον ἑαυτοῖς ἐρανίζοντες. Ὁ μὲν χεῖρας ἠκρωτηριασμένας προτείνων, ἄλλος γαστέρα προδεικνύων φλεγμαίνουσαν, καὶ πρόσωπον ἠχρειωμένον ἕτερος, καὶ ἄλλος τὸ σκέλος ἀποσηπόμενον· ὁ δὲ ὃ ἂν τύχοι τοῦ σώματος ἀπογυμνώσας, ἐν ἐκείνῳ τὸ πάθος ἔδειξεν.

Quid ergo faciendum est nobis, ut nihil in naturæ legem peccasse videamur? satisne sit, eorum affectiones deplorare, et oratione morbum extollere

Τί οὖν; ἆρα ἐξαρκεῖ τοσοῦτον πρὸς τὸ μηδὲν εἰς τὸν τῆς φύσεως νόμον ἐξαμαρτεῖν, αὐτὸ τοῦτο τὸ τραγῳδεῖν τὰ πάθη τῆς φύσεως, καὶ λόγῳ διασκευάζειν τὴν νόσον,

καὶ πρὸς τὴν μνήμην παθαίνεσθαι; Ἢ τινος ἡμῖν καὶ A ἔργου χρεία τοῦ ἐπιδεικνυμένου πρὸς τοὺς τοιούτους τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάλληλον; Ὅ γάρ εἰσιν αἱ σκιογραφίαι πρὸς τὰ ὄντως πράγματα, τοῦτο οἱ λόγοι διεζευγμένοι τῶν ἔργων. Οὐ γὰρ ἐν τῷ λέγειν φησὶν ὁ Κύριος εἶναι τὴν σωτηρίαν· ἀλλ' ἐν τῷ ποιεῖν τὰ ἔργα τῆς σωτηρίας. Οὐκοῦν ἀντιληπτέον ἡμῖν αὐτοῖς τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἐντολῆς. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο λεγέτω τις, ὡς ἱκανόν ἐστι πόῤῥω που τῆς ἡμετέρας ζωῆς, ἐπί τινος ἐσχατιᾶς ἀποικισθεῖσι τὴν τροφὴν χορηγεῖν. Ἡ γὰρ τοιαύτη γνώμη, οὐχὶ ἐλέου τινὸς καὶ συμπαθείας ἀπόδειξιν ἔχει· ἀλλά τις εὐπρόσωπός ἐστιν ἐπίνοια, τοῦ παντελῶς τοὺς ἀνθρώπους τῆς ἡμετέρας ἐξορισθῆναι ζωῆς. Εἶτα οὐκ αἰσχυνόμεθα τὸν ἡμῶν αὐτῶν βίον, εἰ χοίρους, καὶ κύνας ὁμωροφίους ποιούμεθα; Οὐδὲ τῆς κοίτης ἑαυτοῦ πολλάκις ἀπείργει ὁ B κυνηγέτης τὸν σκύλακα. Οἶδε καὶ φιλήματι τὸν μόσχον ὁ γεωργὸς δεξιώσασθαι. Καὶ οὔπω τοῦτο πολύ· ἀλλὰ ταῖς ἰδίαις χερσὶ νίπτει τοὺς πόδας τοῦ ὄνου ὁ ὁδοιπόρος, καὶ βάλλει τὴν χεῖρα. καὶ ὑποκαθαίρει τὴν κόπρον, καὶ τῆς εὐνῆς ἐπιμελεῖται· τὸν δὲ ὁμογενῆ καὶ ὁμόφυλον, ἀτιμότερον καὶ τῶν ἀλόγων αὐτῶν ποιησόμεθα; Μὴ ταῦτα, μή, ἀδελφοί· μὴ κυρωθήτω αὕτη κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἡ ψῆφος. Μνησθῆναι προσήκει, τίνες ὄντες περὶ τίνων βουλευόμεθα· ὅτι περὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωποι, οὐδὲν ἰδιάζον παρὰ τὴν κοινὴν φύσιν ἐφ' ἑαυτῶν ἔχοντες. *Μία πᾶσιν ἐπὶ τὸν βίον ἡ εἴσοδος*· εἷς ὁ τῆς ζωῆς ἅπασι τρόπος, βρῶσις καὶ πόσις· ἡ τοῦ ζῆν ἐνέργεια ὁμοιότροπος· ἡ κατασκευὴ τῶν σωμάτων μία, καὶ ἡ καταστροφὴ τοῦ βίου ἅπαν τὸ σύνθετον εἰς διάλυσιν ἔρχεται. C Οὐδὲν τῶν συνεστώτων παγίαν ἔχει τὴν σύστασιν· πομφόλυγος δίκην ἐπ' ὀλίγου ἡμῶν τῷ πνεύματι περιτεθέντος τοῦ σώματος· εἶτα ἀπέσβημεν, οὐδὲν ἴχνος τοῦ προσκαίρου τούτου φυσήματος καταλιπόντες τῷ βίῳ. Ἐν στήλαις καὶ λίθοις καὶ ἐπιγραφαῖς τὰ μνημόσυνα· καὶ οὐδὲ ταῦτα εἰσαεὶ διαρκοῦντα. Ταῦτα τοίνυν ἐπὶ σεαυτοῦ λογιζόμενος, *Μὴ ὑψηλοφρόνει*, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, *ἀλλὰ φοβοῦ*· ἄδηλον εἰ μὴ σαυτῷ νομοθετεῖς τὴν ἀπήνειαν. Φεύγεις, εἰπέ μοι, τὸν ἀῤῥωστήσαντα; Τί ἐγκαλεῖν ἔχων; Ὅτι διέφθαρται τὸ ὑγρὸν ἐν ἐκείνῳ, καί τις σηπεδονώδης χυμὸς ἐγκατεσπάρη τῷ αἵματι, τῆς μελαίνης χολῆς τῷ ὑγρῷ παρεγχυθείσης; Ταῦτα γὰρ ἔστιν ἰατρῶν ἀκούειν, φυσιολογούντων τὰ πάθη. Τί οὖν ἀδικεῖ ὁ ἄνθρωπος, εἰ ῥευστὴ οὐσία οὖσα ἡ D φύσις καὶ ἄστατος, ἐπὶ τὸ εἶδος τοῦτο τῆς ἀῤῥωστίας παρωλίσθησεν; Σὺ δὲ οὐχ ὁρᾷς καὶ ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὅτι τἄλλα τις εὐπαθῶν, φλυκτίδι πολλάκις ἢ ἀνθρακίῳ, ἤ τινι τοιούτῳ συνηνέχθη πάθει, ἐκθερμανθείσης πέρα τοῦ δέοντος περὶ τὸ μέρος τῆς ὑγρασίας, καὶ διὰ τοῦτο φλεγμονήν τε καὶ ἔρευθος καί τινα πυαλώδη διαφθορὰν παθούσης; Τί οὖν; Μὴ πολεμοῦμεν τῷ ἀῤῥωστήσαντι τῆς σαρκὸς μέρει; Τὸ ἐναντίον μὲν οὖν, ἅπαν τὸ ὑγιαῖνον τοῦ σώματος πρὸς τὴν τοῦ νενοσηκότος τρέπομεν θεραπείαν. Οὐκοῦν οὐ τὸ πάθος βδελυκτόν. Ἡ γὰρ ἂν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, τοῦ μέρους πονέσαντος, τὸ ὑγιαῖνον ἠλλοτριοῦτο τῆς

atque ipsa commemoratione commoveri? an necesse est, ut facto etiam aliquo misericordiam et benevolentiam erga illos nostram declaremus? Sic est profecto. Nam quæ proportio est inter res veras et adumbratas picturas, eamdem obtinent verba, si ab operibus sejungantur. Non enim in verbis salutem consistere dicit Dominus, sed in salutis operibus faciendis [69]. Quamobrem, quod nobis ipsorum causa mandatum est, id oportet ut ipsimet exsequamur. Neque enim illud omnino quispiam dicat, esse satis, si procul a nobis in extremam aliquam nostræ regionis partem, tanquam in coloniam deductis alimenta suppeditentur. Ea namque sententia nullam veræ clementiæ et commiserationis significationem habet, sed sub ea misericordiæ specie illud consilium latet, ut homines e vita nostra prorsus exterminentur. Deinde nostræ nos vivendi consuetudinis non pudet? qui sues, et canes contubernales habeamus, adeo ut ne suo quidem lectulo venator catulum arceat, et agricola vitulum exosculetur: et propriis manibus viator asini pedes lavet, et curandis vulneribus medicas manus adhibeat, stercusque auferat, et cubile substernat, eos autem, qui generis necessitudine nobis conjuncti sunt, ipsis etiam rationis expertibus animalibus postponamus? Ne fiant hæc, quæso, ne fiant, o fratres. Ea sententia adversus homines rata ne habeatur. Operæ pretium est meminisse, qui sumus, de quibus consilium capiamus. Nempe de hominibus homines, qui nihil proprium, et a natura communi sejunctum possidemus. *Unus omnibus in hanc vitam introitus*, idem omnibus vitæ modus edendi, bibendi, vivendi similis ratio, eadem corporum constructio, *idem e vita exitus* [70]. Omnia enim composita dissolvuntur, et ad interitum veniunt. Nihil eorum quæ mista concretaque sunt, semper eodem statu manet. Exiguum ad tempus bullarum instar spiritui nostro circumjectum est corpus. Mox autem exstinguimur, nullo hujus tumoris in vita relicto vestigio, in columnis, et lapidibus, et titulis monumenta, ac ne illa quidem sempiterna. Hæc igitur tecum ipse reputans, *Noli altum sapere*, scripsit Apostolus, *sed time* [71]. Incertum est, an in te ipsum statuas sævitiæ legem. Ægrotantemne fugis? Dic, amabo, ecquid prætexens, id facis? An quia in illo corruptus est humor, et putridus quidam succus, atra bile cum ipso humore confusa, sanguinem infecit? Has enim causas medici, cum de morbis disserunt, afferre solent. Quodnam igitur est hominis crimen, si naturæ materia mobilis et inconstans ad illud ægritudinis genus defluxit? Tu vero non cernis in ipsis etiam valentium corporibus sæpe contingere, ut qui cætera sanus est, inflammatione, aut carbunculo, aut ejusmodi aliquo morbo corripiatur, incensa supra quam opus sit, circa membrum aut partem aliquam materia humida et idcirco in tumorem, et ruborem, et putridam saniem con-

[69] Matth. vii, 22; Luc. vi, 46 sqq. [70] Sap. vii, 6. [71] Rom. xi, 20.

A versa? Quando igitur sic affecti sumus, eamne carnis partem ægrotantem aversamur, an contra potius reliquas corporis partes sanas omnes ad illius laborantis curationem convertimus? Non igitur detestabilis est morbus: alioquin in nobis etiam ipsis ab ea parte curanda, quæ morbo affecta est, sanæ partes abhorrerent. Quid ergo nos ab illis disjungit? quid tandem est? Illud profecto, quod non timemus minas illius, qui dicit: *Discedite a me in ignem æternum: quatenus enim uni ex his non fecistis, nec mihi fecistis.* Si enim hæc ita habere arbitrarentur, nunquam adduci in eam sententiam possent, ut ægrotantes a se repellerent, nec studium, quod in calamitosos impenderetur, vitæ nostræ contagium existimarent. Quamobrem si fidelem eum qui promisit, arbitramur, mandatis illius, sine quibus digni promissis ejus esse non possumus, obtemperemus. Hospes, nudus, indigens cibo, infirmus, in carcere clausus, et omnia quæ commemorantur in Evangelio, in hoc misero tibi proposita sunt. Vagus oberrat et nudus, infirmus, et propter inopiam, quæ morbum ipsum consequitur, rerum egens necessariarum. Qui enim nec domi habet unde alatur, nec aliunde labore potest quæstum facere, huic utique desunt ea, quæ vitæ usus requirit. Vinctus autem propterea est, quoniam morbi vinculis constringitur. Itaque mandatorum omnium summam in hoc expletam habes, et ipsum omnium Dominum ob ea quæ benigne ipsi præstiteris, obstrictum et obligatum [72]. Cur igitur in tuæ vitæ perniciem niteris? Qui enim rerum omnium Dominum amicum habere non vult, is sibi ipse gravis est inimicus. Quemadmodum autem mandati observantia conciliatur, sic abalienatur crudelitate. *Tollite* (inquit) *jugum meum super vos* [73]. Mandatorum observantiam jugum appellat; jubenti pareamus. Efficiamur jumentum Christi, induentes vincula charitatis. Tale jugum ne detrectemus, ne excutiamus, suave est, leve est. Subeuntis cervicem non atterit, sed demulcet. *Seminemus in benedictionibus*, inquit Apostolus, *ut etiam in benedictionibus metamus* [74]. Multiplex spica ex tali semente pullulabit. Ampla est Domini mandatorum seges, sublimes benedictionis stirpes.

θεραπείας τοῦ κάμνοντος. Ἀλλὰ τίς ἐστιν αἰτία, ἡ τῶν τοιούτων ἡμᾶς ἀφιστῶσα; Τίς αὕτη; Τὸ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἀπειλὴν τοῦ εἰπόντος, ὅτι *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· ἐφ' ὅσον γὰρ οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων*, φησὶν, *οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε*. Εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως ἔχειν ᾤοντο, οὐκ ἂν τοιαύτην ἔσχον περὶ τῶν ἀῤῥωστούντων γνώμην, ὥστε ἀπωθεῖσθαι ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ μολυσμὸν οἴεσθαι τοῦ ἡμετέρου βίου, τὴν περὶ τοὺς ταλαιπωρουμένους σπουδήν. Οὐκοῦν εἰ πιστὸν ἡγούμεθα τὸν ἐπαγγειλάμενον, ἀντιληπτέον ἂν εἴη τῶν ἐντολῶν, ὧν ἄνευ οὐκ ἔστι τῶν ἐλπιζομένων ἀξιωθῆναι. Ξένος, καὶ γυμνὸς, καὶ τροφῆς ἐνδεὴς, ἀσθενῶν καὶ κατάκλειστος, καὶ πάντα σοι οὗτός ἐστιν, ὅσα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ προείρηται· ἀλήτης καὶ γυμνὸς περιέρχεται, γυμνὸς δὲ καὶ τῶν B ἀναγκαίων ἐπιδεὴς, διὰ τὴν ἐπακολουθοῦσαν τῷ πάθει πενίαν. Ὁ γὰρ μήτε τι τῶν οἴκοθεν ἔχων, μήτε μισθωτὸς γενέσθαι δυνάμενος, ἐξ ἀνάγκης πάντως ἄπορος τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἐπιτηδείων ἐστίν· δεσμώτης τε ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας πεπεδημένος. Οὐκοῦν ὅλον τὸ πλήρωμα τῶν ἐντολῶν ἐν τούτοις ἔχεις πληρούμενον, καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων Κύριον ὑπόχρεών σοι διὰ τῆς εἰς τοῦτον φιλανθρωπίας γινόμενον. Τί οὖν φιλονεικεῖς κατὰ τῆς ἰδίας ζωῆς; Τὸ γὰρ σύνοικον ἑαυτῷ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων μὴ ἐθελῆσαι ἔχειν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ καθ' ἑαυτοῦ τινα ἰσχυρὸν γενέσθαι. Ὡς γὰρ διὰ τῆς ἐντολῆς εἰσοικίζεται, οὕτω διὰ τῆς ἀπηνείας ἀποχωρίζεται. *Ἄρατε*, φησὶ, *τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς*· ζυγὸν δὲ λέγει, τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν. Ὑπακού- C σωμεν τῷ κελεύοντι, γενώμεθα τοῦ Χριστοῦ ὑποζύγιον, ταῖς ζεύγλαις τῆς ἀγάπης ἑαυτοὺς ἐνδήσαντες. Μὴ ἀποσεισώμεθα τὸν τοιοῦτον ζυγόν· χρηστός ἐστιν, ἐλαφρός ἐστιν· οὐ τρίβει τὸν αὐχένα τοῦ ὑπελθόντος, ἀλλὰ λεαίνει. *Σπείρωμεν ἐπ' εὐλογίαις*, φησὶν ὁ Παῦλος, *ἵνα καὶ ἐπ' εὐλογίαις θερίσωμεν*. Πολύχους στάχυς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀναβλαστήσει σπορᾶς. Βαθὺ τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου τὸ λήϊον· ὑψηλὰ τὰ τῆς εὐλογίας γεννήματα.

Vis intelligere, in quantam altitudinem extollatur harum stirpium incrementum? Ipsos cœli vertices attingunt. Quidquid enim in hos contuleris, in cœli thesauris conditum invenies. Ne diffidas iis quæ dicta sunt, neve horum amicitiam contemnendam putes. Manus quidem ipsorum sunt mutilatæ, sed ad ferendum auxilium non imbecillæ. Pedes inutiles effecti sunt, sed currere ad Deum non prohibentur. Effluit lux oculorum, sed animo cernunt illa bona quæ oculorum acies intueri non potest. Quamobrem corporis deformitatem ne despicias. Parumper exspecta, et quod superet omnis miraculi fidem, intueberis. Non enim quæcunque materiæ fluxæ contingunt, eadem in perpetuum manent; sed quando anima hujus caduci terrenique carceris nexu soluta est, tunc propria splendet pulchritudine. Hoc au-

Βούλει μαθεῖν εἰς ὅσον ἀνατείνεται ὕψος τῶν γεννημάτων ἡ αὔξησις; Αὐτῶν τῶν οὐρανίων ὑψωμάτων ἐφάπτεται. Ὅσα γὰρ ἂν τούτοις ποιήσῃς, τοῖς οὐρανίοις θησαυροῖς καρποφορεῖς. Μὴ ἀπελπίσῃς τῶν λεγομένων· μὴ εὐκαταφρόνητον λογίσῃ τῶν τοιούτων τὴν D φιλίαν. Ἡ χεὶρ ἠκρωτηρίασται, ἀλλ' οὐ πρὸς συμμαχίαν. Ὁ ποὺς ἠχρείωται, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν οὐ κωλύεται τρέχειν. Ὁ ὀφθαλμὸς ἐξεῤῥύη, ἀλλὰ βλέπει διὰ τῆς ψυχῆς τὰ ἀγαθὰ τὰ ἀθέατα. Μὴ τοίνυν τὴν ἀμορφίαν κατανόει τοῦ σώματος. Μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ὄψει τὸ παντὸς θαύματος ἀπιστότερον. Οὐ γὰρ ὅσα περὶ τὴν ῥευστὴν φύσιν συμβέβηκε, ταῦτα καὶ εἰσαεὶ παραμένει. Ἀλλ' ὅταν ἐλευθερωθῇ τῆς πρὸς τὸ φθαρτόν τε καὶ γήϊνον συμπλοκῆς ἡ ψυχὴ, τότε τῷ ἰδίῳ κάλλει ἐνωραΐζεται. Τεκμήριον δὲ, οὐκ ἐβδελύξατο τοῦ πτωχοῦ τὴν χεῖρα μετὰ τὸν βίον τοῦτον ὁ τρυφη-

[72] Prov. XIX, 17. [73] Matth. XI, 29. [74] II Cor. IX, 6.

Ἐπεὶ οὖν τῷ ἀληθῶς ἀγαθῷ πρὸς τὸ μὴ ἀληθῶς ἀγαθόν ἐστιν ἡ ἀντίθεσις, ἄμεσος δὲ τῶν δύο τούτων ἡ ἐναντίωσις· ἀκόλουθον ἂν εἴη τοῖς χωριζομένοις τοῦ μὴ ἀληθῶς ὄντος καλοῦ, πρὸς τὸ τῇ φύσει καλὸν ἐνθένδε πιστεύειν τὴν μετάστασιν γίνεσθαι, ὃ πάντοτε καὶ παντὶ καὶ διὰ πάντων ἐστὶν ἀγαθὸν, οὔτε κατὰ καιροὺς, οὔτε ἐπί τινων, οὔτε διά τι, ἀλλ' ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον. Πρὸς τοῦτο τοίνυν μέτεισιν ἀπὸ τῆς σαρκώδους ζωῆς ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, ἄλλην τινὰ βίου κατάστασιν ἀντὶ τῆς παρούσης μεταλαμβάνουσα, ἣν δι' ἀκριβείας μὲν ἰδεῖν, ἥτις ἐστὶ, τῇ σαρκὶ συγκεκραμένοις ἀμήχανον· ἐκ δὲ τῆς κατὰ τὸν βίον τοῦτον γνωριζομένων ὑπεξαιρέσεως δυνατόν ἐστι στοχασμόν τινα δι' ἀναλογίας ἀναλαβεῖν. Οὐκέτι γὰρ ἔσται σωματικῇ παχύτητι συμπεπλεγμένη, οὔτε τῇ ἰσοκρατείᾳ τῶν ἀντιστοιχούντων ἐμβιοτεύουσα, ὧν ἡ ἰσόῤῥοπος πρὸς ἄλληλα μάχη, τὴν σύστασίν τε ἡμῶν καὶ τὴν ὑγίειαν ποιεῖ. Ὁ γὰρ πλεονασμὸς τῶν ἐναντίων τινὸς καὶ ἡ ἔλλειψις, πάθος καὶ ἀῤῥώστημα τῆς φύσεως γίνεται· ἐν ᾗ οὐδὲν οὔτε συστέλλεται κενούμενον, οὔτε δυσφορεῖ φορτιζόμενον· ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ τοῦ ἀέρος ἀηδῶν ἔξω παντάπασι γίνεται, κρύους τε λέγω καὶ θάλπους, καὶ πάντων τῶν κατὰ τὸ ἐναντίον νοουμένων ἀπηλλαγμένη· ἐν ἐκείνοις δὲ γινομένη, ὅπου πάντων τῶν ἀναγκαίων καμάτων ἐλευθέρα τε καὶ ἀνετός ἐστιν ἡ ζωή· οὐ διὰ γεωργίας κακοπαθοῦσα, οὐ τοὺς διαποντίους ὑπομένουσα πόνους, οὐ διὰ τῆς ἐμπορικῆς καπηλείας ἀσχημονοῦσα· οἰκοδομικῆς τε καὶ ὑφαντικῆς, καὶ τῆς τῶν βαναύσων τεχνῶν ταλαιπωρίας κεχωρισμένη, ἤρεμόν τινα καὶ ἡσύχιον διάγει βίον, καθὼς ὁ Παῦλός φησιν, οὐχ ἱππομαχοῦσα, οὐ ναυμαχοῦσα, οὐ συστάδην διὰ τῆς πεζικῆς παρατάξεως συμπλεκομένη, οὐ πρὸς κατασκευὴν ὅπλων ἀσχολουμένη, οὐ φόρους ἐκλέγουσα, οὐ τάφρους καὶ τείχη κατασκευάζουσα, ἀλλὰ πάντων τῶν τοιούτων ἀτελής τίς ἐστι καὶ ἐλευθέρα. Μήτε ἔχουσα πρᾶγμα, μήτε παρέχουσα, ἐν ᾗ δουλεία τε καὶ κυριότης καὶ πενία, εὐγένειά τε καὶ δυσγένεια, καὶ ἰδιωτικὴ ταπεινότης, καὶ ἀξιωματικὴ δυναστεία, καὶ πᾶσα τοιαύτη ἀνωμαλία χώραν οὐκ ἔχει. Παραιρεῖται γὰρ πάντων τούτων καὶ τῶν τοιούτων τὴν ἀνάγκην, τὸ ἀνενδεὲς τῆς ζωῆς ἐκείνης καὶ ἄϋλον, ἐν ᾗ τὸ διακρατοῦν τῆς ψυχῆς τὴν ὑπόστασιν, οὐ ξηροῦ τε καὶ ὑγροῦ τινός ἐστι μετουσία, ἀλλ' ἡ τῆς θείας φύσεως κατανόησις, ἀντὶ δὲ τοῦ ἐναερίου πνεύματος,

A τοῦ ἀληθινοῦ τε καὶ ἁγίου Πνεύματος εἶναι τὴν κοινωνίαν οὐκ ἀμφιβάλλομεν. Ὧν ἡ ἀπόλαυσις οὐκ ἐνηλλαγμένη καθ' ὁμοιότητα τοῦ τῇδε βίου διὰ τῆς ἕξεως καὶ στερήσεως γίνεται, εἰσκρινομένη τε καὶ ἀποποιουμένη, ἀλλ' ἀεὶ πληρουμένη καὶ οὐδέποτε περιγράφουσα κόρῳ τὴν πλήρωσιν. Ἀβαρὴς γὰρ ἡ νοερὰ τρυφὴ, καὶ ἀπλήρωτος πάντοτε ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν μετεχόντων ἀκορέστως ἐπιπλημμυρίζουσα. Διὰ τοῦτο μακαρία τίς ἐστιν ἐκείνη ἡ ζωὴ καὶ ἀκήρατος, μηκέτι ταῖς τῶν αἰσθητηρίων ἡδοναῖς πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κρίσιν ἐμπλανωμένη. Τί τοίνυν ἐστὶ σκυθρωπὸν ἐν τῷ πράγματι, δι' ὃ τῇ μεταστάσει τῶν ἐπιτηδείων ἐπιστυγνάζομεν; εἰ μὴ τοῦτό τις ἄρα λυπηρὸν ἡγεῖται, ὅτι πρὸς τὸν ἀπαθῆ τε καὶ ἀνενόχλητον βίον αὐτοῖς ἡ μετάστασις γίνεται, ὃς οὔτε πληγῶν ὀδύνας προσίεται, οὐ πυρὸς δέδοικεν ἀπειλὴν, οὐ τὰ B διὰ σιδήρου τραύματα, οὐχ ἀπὸ σεισμῶν καὶ ναυαγίων καὶ αἰχμαλωσιῶν συμφορὰς, οὐ τὰς τῶν ὠμοβόρων θηρίων προσβολὰς, οὐ τὰ τῶν ἑρπυστικῶν τε καὶ ἰοβόλων κέντρα καὶ δήγματα. Ἐν ᾧ οὐδεὶς οὔτε ἐξογκοῦται τῷ τύφῳ, οὔτε πατεῖται ἐν ταπεινότητι, οὔτε ὑπὸ θράσους ἐκθηριοῦται, οὔτε ὑπὸ δειλίας καταπτοεῖται, οὔτε τῇ ὀργῇ περιοιδαίνει, ζέων τῷ θυμῷ καὶ μαινόμενος, οὔτε κλονεῖται ὑπὸ τοῦ φόβου, ἀντισχεῖν πρὸς τὴν τοῦ κρατοῦντος ὁρμὴν οὐ δυνάμενος. Ἐν ᾧ φροντὶς οὐκ ἔστιν οἷα τῶν βασιλέων τὰ ἤθη· τίνες αἱ νομοθεσίαι, οἷοι τῶν τρόπων οἱ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τεταγμένοι, οἷα τὰ διαγράμματα, πόσος ὁ ἐτήσιος φόρος· οὔτε εἰ πολλὴ γέγονεν ἐπομβρία, κατακλύζουσα τῇ ἀμετρίᾳ τὸ γεωργούμενον, οὔτε εἰ χάλαζα τὰς ἐλπίδας τῶν γεωπόνων ἠχρείωσεν, οὔτε C εἰ αὐχμὸς ἐπικρατήσας ἀποξηραίνει πᾶν τὸ φυόμενον. Ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ βίου κακῶν πᾶσαν ἄδειαν ἔχει. Ὀρφανίας τε γὰρ τὸ σκυθρωπὸν οὐ λυπεῖ τὴν ζωὴν ἐκείνην, τὰ ἐκ χηρείας κακὰ χώραν οὐκ ἔχει· ἀργοῦσι δὲ καὶ αἱ πολύτροποι τοῦ σώματος ἀῤῥωστίαι, οἵ τε κατὰ τῶν εὐημερούντων φθόνοι, καὶ αἱ κατὰ τῶν δυσπραγούντων ὑπεροψίαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῆς ζωῆς ἐκείνης ἐξώρισται· ἰσηγορία δέ τις καὶ ἰσονομία διὰ πάσης ἐλευθερίας εἰρηνικῆς, τῷ τῶν ψυχῶν δήμῳ συμπολιτεύεται· ἐκεῖνο ἑκάστου ἔχοντος, ὅπερ ἂν ἑαυτῷ ἑτοιμάσῃ ἐκ προαιρέσεως.

Εἰ δέ τι χεῖρον ἔκ τινος ἀβουλίας τινὶ παρασκευασθῇ ἀντὶ τοῦ κρείττονος, ἀναίτιος τῶν τοιούτων ὁ θάνατος, κατ' ἐξουσίαν τὸ δοκοῦν ἑλόμενος τῆς προαιρέσεως. Ὑπὲρ τίνος οὖν δυσχεραίνουσιν οἱ θρηνοῦντες τὸν ἀποιχόμενον; D Καὶ μὴν εἰ παντάπασιν ἐκαθάρευεν πάσης ἐμπαθοῦς διαθέσεως ὁ συναποδυσάμενος τὴν ἡδονήν τε καὶ τὴν λύπην μετὰ τοῦ σώματος· ἐκεῖνος ἂν δικαιότερον τοὺς περιόντας ἐθρήνησεν, οἳ ταὐτὸν πάσχουσι τοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ διάγουσιν· οὓς ἡ πρὸς τὰ σκυθρωπὰ συνήθεια, καὶ ἡ συντροφία τοῦ ζόφου, προσηνές τε καὶ ἄλυπον τὸ παρὸν νομίζειν ἐποίησεν. Καὶ τυχὸν κἀκεῖνοι τοῖς τῆς φυλακῆς ἐκβαλλομένοις ἐπιστυγνάζουσιν, ἀγνοίᾳ τῆς φαιδρότητος τῆς ἐκδεχομένης τοὺς ἀπαλλαγέντας τοῦ ζόφου. Εἰ γὰρ ᾔδεσαν τὰ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ θεάματα, τό τε αἴθριον κάλλος, καὶ τὸ οὐράνιον ὕψος, καὶ τὰς τῶν φωστήρων αὐγὰς, τήν τε τῶν ἀστέρων χορείαν, καὶ περιόδους ἡλιακὰς, καὶ τὸν σεληναῖον δρόμον, καὶ τὴν πολυειδῆ

immutantur ad similitudinem eorum quæ sunt in hac vita, dum ea vel assequimur, vel amittimus, dum injicimus, vel ejicimus; sed nunquam explent, nunquam satiant. Animi namque deliciæ non sunt graves, nec fruentium desiderio ullam unquam afferunt satietatem. Ideoque beata est illa vita, atque immortalis, quippe quæ sensuum libidine non fallitur in bonis dijudicandis. Quid igitur est in ipsa re mali, quamobrem amicorum et familiarium obitu doleamus? nisi quis dolendum existimat, quod ad vitam perturbationum ac miseriarum expertem proficiscuntur, in qua plagarum dolores non metuunt, non ignis minas, non ferri vulnera, non terræ motus, aut naufragii, aut servitutis calamitates, non immanium ferarum impetus, non venenatos ac pestiferos serpentium aculeos morsusque reformidant. In qua nemo inflatur superbia, nemo humilitate deprimitur, nemo effertur audacia, nemo timore concutitur, nemo nec iracundia æstuans et insaniens excandescit, nec superantis impetum sustinere non valens metu contremiscit. In qua nulla sollicitudo est, quales sint regum mores, a quonam ferantur leges, quibusve magistratus committantur, quæ decreta fiant, quæ quotannis imponantur tributa, aut ne immoderata imbrium multitudo sata deprimat, grandove laborum susceptorum spem auferat, aut siccitate, quæ nata sunt, exarescant. Aliorum item malorum, quæ hic sunt, apud eos nullus est timor. Neque aut orbitatis tristitia, aut viduitatis molestia perturbantur. Illic ex tam multis morborum generibus quibus corpora nostra vexantur, nullus adest. Illic nec felicibus invidetur, nec despiciuntur calamitosi. Omnes hæ denique, et id genus aliæ miseriæ absunt ab illa vita quam longissime. Contra vero juris et legum æquabilitas cum summa libertate et pace in eo animorum populo versatur, cum illud quisque habeat, quod cujusque voluntas exoptat.

Quod si quis ob inopiam consilii, ac stultitiam suam pro bono malum amplexus sit, nullam ejus rei mors culpam sustineat, cum liberum cuique fuerit, quod vellet eligere. Cur igitur mœrent, qui obeuntes lamentationibus prosequuntur? Certe nisi ab omni perturbatione liberi essent, qui una cum corpore voluptatem et dolorem exuerunt, æquius illi superstites miserarentur, cum non aliter affecti sint, quam ii qui in carcere conclusi vivunt. Mutua enim res asperas perpetiendi, in tenebrisque vivendi consuetudine devincti, deceptique, molesta et injucunda non putant, quæ perferunt. Itaque si qui ejiciantur e carcere, eorum vicem fortasse reliqui dolent, ignorantia splendoris illius ad quem veniunt, qui ab eorum tenebris discedunt. Etenim si quæ sub die spectacula cernuntur, cognovissent, si pulchritudinem ætheris, si cœli sublimitatem, si nitorem siderum, stellarum choreas, solis ambi-

tum, lunæque cursum; si eorum, quæ terra gignit, tam varia pulchraque genera, si jucundum maris aspectum, cum nullis ventorum flatibus turbatur, sed leniter crispatur, et tanquam pulchre depictum splendet: si pulchra tum privata tum publica ædificia, quibus magnificæ ac splendidæ civitates exornantur: hæc, inquam, et his similia si cognovissent, qui in carcere continentur, non dolerent vicem eorum, qui priores e custodia dimissi sunt, tanquam a bono aliquo discessissent: contra potius, qui egressi essent, miseram infelicium inclusorum vitam commiserarentur. Eodem modo qui istius vitæ carcere liberati sunt, si fieri potest, ut dolendo lacrymandoque suam erga calamitosos misericordiam ostendant, videntur mihi lamentationibus et lacrymis commiserari conditionem illorum, qui in istius vitæ molestiis ac doloribus detinentur, quod res illas pulcherrimas, et a materia remotissimas, quæ supra mundum hunc sunt, non conspiciant, nempe thronos, principatus, dominationes, angelorum exercitus, piorumque cœtus, ac supremam illam civitatem, celeberrimumque supra cœlum conventum illorum, qui in ea descripti sunt. Nam illa, quæ his omnibus præstat, pulchritudo, quam ab iis, qui mundo sunt corde [1], perspici asseruit qui non mentitur, major est, quam ulla spe conjecturave concipi valeat. Neque vero id solum in nobis gemitu, doloreque dignum putant, qui hinc decesserunt, sed multo magis, quod cum tam multis ærumnis miseriisque referta sit mortalium vita, tamen eas perferendi consuetudine sic affecti sunt, ut vivendi moram non jam sibi ut necessariam tolerandam existiment, sed omni studio contendunt, et exoptant, ut perpetua sit. Nam cupiditas principatus, et opum, et voluptatum, et si quid aliud præterea est, quamobrem arma capiantur, gerantur bella, cædes fiant, omnesque miseriæ voluntariæ contingant, et fraudes admittantur, quid aliud sunt, nisi cumulus quidam calamitatum, quem vitæ per se miseræ voluntate, studio, ac libidine sua infelices adjungunt? Cæterum nec lacrymandi vis, nec ulla ejusmodi affectio adest iis qui ex hac vita migrarunt: et qui a carne et sanguine sejuncti sunt, non mole, sed mente consistunt. Itaque non ea jam est ipsorum natura, ut nos oculis cernere, aut per se monere mortales queant, quo a falsa, quam de rebus habent, opinione desistant. Quamobrem eorum munere mens nostra fungatur, nosque commoneat. Ab ipsis corporibus, quoad fieri potest, cogitatione atque animo recedamus, exuentesque nos ea affectione, qua carnem complectimur, ita nos ipsi compellemus: O homo, qui naturæ particeps es, quemadmodum Moses præcepit, attende tibi, nosce te ipsum, animoque diligenter considera, quinam vere sis tu, et quæ circa te videantur, ne quando, quæ extra te sunt, aspiciens, putes te ipsum intueri. Disce a

A τῆς γῆς ἐν τοῖς βλαστήμασιν ὥραν, καὶ τὴν ἡδεῖαν τῆς θαλάσσης ὄψιν, ἐν λειοειδεῖ τῇ αὐγῇ δι' ἠρεμαίου τοῦ πνεύματος γλαφυρῶς ἐπιφρίσσουσαν, τῶν τε κατὰ τὰς πόλεις οἰκοδομημάτων τὰ κάλλη, τά τε ἴδια καὶ τὰ δημόσια, δι' ὧν αἱ λαμπραί τε καὶ πολυτελεῖς τῶν πόλεων καλλωπίζονται· εἰ ταῦτα τοίνυν ᾔδεσαν καὶ τὰ τοιαῦτα οἱ ἐνταχθέντες τῷ δεσμωτηρίῳ, οὐκ ἂν τοὺς ἐκ τῆς φυλακῆς προαγομένους ὡς ἀγαθοῦ τινος χωριζομένους ἀπωλοφύροντο· ὅπερ οὖν εἰκὸς τοὺς ἔξω τοῦ δεσμωτηρίου περὶ τῶν ἔτι καθειργμένων διανοεῖσθαι, ὡς ἐλεεινῇ προσταλαιπωρούντων τῇ ζωῇ. Οὕτω μοι δοκοῦσι καὶ οἱ τῆς τοῦ βίου τούτου φυλακῆς ἔξω γινόμενοι, εἴπερ ὅλως δυνατὸν ἦν αὐτοῖς διὰ δακρύων ἐνδείξασθαι τὴν πρὸς τοὺς κακοπαθοῦντας συμπάθειαν, θρηνεῖν καὶ δακρύειν τὸν ἐν
B ταῖς ὀδύναις τοῦ βίου τούτου παρατεινόμενον, ὅτι μὴ ὁρῶσι τὰ ὑπερκόσμιά τε καὶ ἄϋλα κάλλη, θρόνους τε καὶ ἀρχὰς, ἐξουσίας, καὶ κυριότητας, καὶ στρατιὰς ἀγγελικὰς καὶ ἐκκλησίας, καὶ τὴν ἄνω πόλιν, καὶ τὴν ὑπερουράνιον τῶν ἀπογεγραμμένων πανήγυριν. Τὸ γὰρ ὑπερκείμενον τούτων κάλλος, ὃ τοὺς καθαροὺς τῇ καρδίᾳ βλέπειν ὁ ἀψευδὴς ἀπεφήνατο λόγος, κρεῖττόν τε πάσης ἐλπίδος ἐστὶ, καὶ τῆς ἐκ στοχασμῶν εἰκασίας ἀνώτερον. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον στεναγμῶν τε καὶ λύπης ἄξιον ἐφ' ἡμῖν τοῖς μεταστᾶσιν ἂν ἐνομίσθη, ἀλλ' ὅτι τοσούτων ἀλγεινῶν περικειμένων τῷ βίῳ, τοσαύτη τις ἐντέτηκεν αὐτοῖς ἡ περὶ τὰ μοχθηρὰ συνδιάθεσις, ὅτι οὐχ ὡς ἀναγκαίαν τινὰ λειτουργίαν τὴν προσβολὴν αὐτῶν φέρουσιν, ἀλλ' ὅπως ἂν εἰς τὸ
C διηνεκὲς παραμένοι ταῦτα, τὴν σπουδὴν περιποιοῦνται. Ἡ γὰρ περὶ τὰς δυναστείας τε καὶ πλεονεξίας, καὶ τὰς ἀπολαυστικὰς ταύτας λαιμαργίας ἐπιθυμία, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον σπουδάζεται, ὧν χάριν καὶ ὅπλα, καὶ πόλεμοι, καὶ ἀλληλοφονίαι, καὶ πᾶσα ἡ ἑκουσίως ἐνεργουμένη ταλαιπωρία καὶ δολιότης, οὐδὲν ἄλλο, ἢ σωρεία τίς ἐστι συμφορῶν, ἐκ προαιρέσεως μετὰ σπουδῆς τε καὶ προθυμίας ἐπεισαγομένη τῷ βίῳ. Ἀλλὰ δακρύων μὲν ἐν τοῖς κατοιχομένοις πάθος οὐκ ἔστιν, ὅτι μηδ' ἄλλο τι πάθος, νοῦς δὲ καὶ πνεῦμα τυγχάνοντες, οἷα σαρκὸς ἀπηλλαγμένοι καὶ αἵματος, τοῖς τῇ παχύτητι τοῦ σώματος ἐγκεχωσμένοις ὀφθῆναι φύσιν οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ νουθετῆσαι δι' ἑαυτῶν τοὺς ἀνθρώπους ἀποστῆναι τῆς πεπλανημένης περὶ τῶν ὄντων κρίσεως. Οὐκοῦν ὁ νοῦς ἡμῖν ὁ ἡμέτερος
D ἀντ' ἐκείνων διαλεχθήτω, καὶ εἴπωμεν ὡς ἔστι δυνατὸν ἔξω τῶν σωμάτων τῇ διανοίᾳ γενόμενοι, καὶ τῆς πρὸς τὴν ὕλην προσπαθείας τὴν ψυχὴν ἀποστήσαντες, ὅτι Ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ μετέχων τῆς φύσεως, πρόσεχε σεαυτῷ, κατὰ τὸ Μωϋσέως παράγγελμα, καὶ γνῶθι σεαυτὸν ἀκριβῶς, τίς εἶ, διαστείλας τῷ λογισμῷ, τί μὲν ἀληθῶς εἶ σὺ, τί δὲ περὶ σὲ καθορᾶται· μήποτε τὰ ἔξω σοῦ βλέπων, σεαυτὸν καθορᾶν νομίσῃς· μάθε παρὰ τοῦ μεγάλου Παύλου τοῦ δι' ἀκριβείας ἐπεσκεμμένου τὴν φύσιν, ὅς φησι, τὸν μὲν ἔξωθεν ἡμῶν εἶναι ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἔσωθεν, κἀκείνου φθειρομένου τοῦτον ἀνακαινίζεσθαι. Μὴ τοίνυν τὸν φθειρόμενον βλέπων, σεαυτὸν οἰηθῇς βλέπειν. Ἔσται

[1] Matth. v, 8.

μὲν γάρ ποτε κἀκεῖνο φθορᾶς ἐλεύθερον, ὅταν ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τὸ θνητόν τε καὶ εὐδιάλυτον μετασκευασθῇ πρὸς τὸ ἀθάνατόν τε καὶ ἀδιάλυτον. Ἀλλὰ τό γε νῦν ῥέει καὶ διαπίπτει καὶ φθείρεται τὸ ἔξωθεν ἡμῶν προφαινόμενον. Οὐκοῦν οὐ πρὸς τοῦτο χρὴ βλέπειν, ὅτι μηδὲ πρὸς ἄλλο τι προσήκει τῶν βλεπομένων ὁρᾷν. Οὕτως εἰπόντος τοῦ Παύλου, ὅτι μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια· ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀοράτων ἐν ἡμῖν τρέψαντας τὴν θεωρίαν, ἐκεῖνο πιστεύειν ἀληθῶς εἶναι ἡμᾶς, ὃ διαφεύγει τὴν αἰσθητικὴν κατανόησιν.

Γενώμεθα τοίνυν, κατὰ τὴν παροιμιώδη λόγον, ἑαυτῶν γνώμονες. Τὸ γὰρ ἑαυτὸν γνῶναι, καθάρσιον τῶν ἐκ τῆς ἀγνοίας πλημμελημάτων γίνεται. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ῥάδιον ἑαυτὸν κατιδεῖν βουλόμενον, μή τινος ἐπινοίας δυνατὸν ποιούσης ἡμῖν τὸ ἀδύνατον. Ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν ἡ φύσις ἐποίησεν, οἳ πάντα τὰ ἄλλα βλέποντες, ἑαυτῶν ἀθέατοι μένουσιν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ψυχή, πάντα τὰ ἄλλα διερευνωμένη, καὶ τὰ ἔξω ἑαυτῆς πολυπραγμονοῦσα καὶ ἀνιχνεύουσα, ἑαυτὴν ἰδεῖν ἀδυνάτως ἔχει. Οὐκοῦν ὅπερ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν γίνεται, τοῦτο καὶ ἡ ψυχὴ μιμησάσθω. Καὶ γὰρ κἀκεῖνοι, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἐκ φύσεως δύναμις πρὸς τὴν ἑαυτῶν θεωρίαν τὴν ὀπτικὴν ἐνέργειαν ἀναστρέψαι, καὶ ἑαυτοὺς κατιδεῖν, κατόπτρῳ τὸ εἶδός τε καὶ τὸ σχῆμα τοῦ ἰδίου θεασάμενοι κύκλου, διὰ τῆς εἰκόνος ἑαυτοὺς καθορῶσιν. Οὕτω χρὴ καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπιδεῖν εἰκόνα, καὶ ὅπερ ἂν ἴδῃ ἐν τῷ χαρακτῆρι, ᾧ ἀφωμοίωται, ὡς ἴδιον ἑαυτῆς τοῦτο θεάσασθαι. Ἀλλὰ μικρὸν ὑπαλλάξαι τι προσήκει τοῦ ὑποδείγματος, ἵνα οἰκειωθῇ τῷ λόγῳ τὸ νόημα. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἐν τῷ κατόπτρῳ μορφῆς, ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον σχηματίζεται· ἐπὶ δὲ τοῦ τῆς ψυχῆς χαρακτῆρος, τὸ ἔμπαλιν νενοήκαμεν· κατὰ γὰρ τὸ θεῖον κάλλος, τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος ἀπεικονίζεται. Οὐκοῦν ὅταν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἑαυτῆς βλέπῃ ἡ ψυχή, τότε δι' ἀκριβείας ἑαυτὴν καθορᾷ. Τί τοίνυν ἐστὶ τὸ Θεῖον, ᾧ ἡ ψυχὴ προσωμοίωται; Οὐ σῶμα, οὐ σχῆμα, οὐκ εἶδος, οὐ πηλικότης, οὐκ ἀντιτυπία, οὐ βάρος, οὐ τόπος, οὐ χρόνος, οὐκ ἄλλο τι τοιοῦτον οὐδὲν, δι' ὧν ἡ ὑλικὴ κτίσις γνωρίζεται· ἀλλὰ πάντων τούτων καὶ τῶν τοιούτων ὑφαιρεθέντων, νοερόν τι καὶ ἄϋλον, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀσώματον, καὶ ἀδιάστατον χρὴ πάντως νοεῖν τὸ λειπόμενον. Εἰ τοίνυν τοιοῦτος ὁ χαρακτὴρ τοῦ ἀρχετύπου καταλαμβάνεται, ἀκόλουθον πάντως κατὰ τὸ εἶδος ἐκεῖνο μεμορφωμένην τὴν ψυχὴν διὰ τῶν αὐτῶν χαρακτήρων ἐπιγνωσθῆναι· ὥστε καὶ ταύτην ἄϋλόν τε εἶναι καὶ ἀειδῆ καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον. Λογισώμεθα τοίνυν πότε μᾶλλον τῷ ἀρχετύπῳ κάλλει προσεγγίζει ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἐν τῷ διὰ σαρκὸς ζῆν, ἢ ὅταν ἔξω ταύτης γενώμεθα. Ἀλλὰ παντὶ δῆλον τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ὥσπερ ἡ σὰρξ

A magno Paulo, qui naturam hominis plane perspectam et cognitam habebat. Ait enim, unum hominem exteriorem, alterum interiorem, eumque corrumpi, hunc renovari [2]. Quare cum illum, qui corrumpitur, cernis, teipsum aspicere ne arbitreris. Et ille quidem aliquando erit a corruptione liber, cum in regeneratione mortalis et qui dissolvitur homo, cum immortali, et qui non dissolvitur, conjungetur. Nunc autem qui extra nos videtur, fluit, concidit, atque corrumpitur. Hic ergo spectandus non est, quando ne reliqua quidem, quæ cernuntur, spectanda sunt. Quoniam, ut Paulus inquit, neque oportet considerare quæ videntur; quæ enim videntur temporaria sunt, quæ autem non videntur, æterna [3]. Oportet autem, ut cogitationem ad ea, quæ in nobis non videntur, convertamus, idque nos vere esse credamus, quod sensus cognitionem effugit.

B Nos igitur ipsos, ut proverbium jubet, cognoscamus. Hac enim cognitione expiantur peccata, quæ ab ignorantia proficiscuntur. At non est facile, ut etiam is, qui vere atque ex animo cupit seipsum cognoscere, id assequatur. Nulla enim ratio tribuit, ut, quod fieri nequit, effici possit. Nam quod natura corporeis oculis datum est, ut cum reliqua videant, seipsi nequeant intueri, idem animo contingit, ut, cum cætera omnia exploret, et quæ extra se sunt, diligenter inquirat, et pervestiget, se ipse videre non possit. Itaque hac in re animus oculos imitetur, ac quemadmodum illi, cum a natura non habeant eam facultatem, ut semetipsos in se convertentes aspiciant, speciem ac formam proprii orbis in speculo conspicati, per imaginem C illam sese conspiciunt: sic etiam ipse ad propriam imaginem se convertat, et quod in exemplari, ad cujus similitudinem factus est, viderit, idipsum ut proprium contempletur, et suum. Ab exemplo tamen hoc paululum est discedendum, ut res ipsa proposito congruat. Nam imago, quæ in speculi forma conspicitur, ad oculi exemplar effingitur; in animi vero imagine contra fit. Ipsius enim species ad divinæ pulchritudinis formam efficta, expressaque est. Itaque tum vere seipse perspicit animus, cum exemplar intuetur sui. Quid igitur Deus est, cujus similitudinem animus refert? non corpus, non figura, non species, non qualitas, non moles aspera, non pondus, non locus, non tempus, non aliud quidpiam eorum, ex quibus ea quæ ex mateD ria sunt procreata, cognoscuntur. Sed his omnibus earumque similibus rebus submotis, est quiddam, quod mente constat, materiæque est expers, nec tangi potest, et corpore vacat, et omni dimensione caret. Quocirca cum exemplar sit ejusmodi, consequens est, ut, qui ad ejus similitudinem formatus est animus, eisdem cognoscatur notis. Expers igitur materiæ est, cerni non potest, mente sola percipitur, caretque corpore. Quæ cum ita sint, age, consideremus quando propius ad exemplaris pulchritudinem accedat humana natura, cum in carne vivimus, an cum ab illa separati sumus. Ne-

[2] II Cor. IV, 16. [3] Ibid. 18.

mini dubium est, quin ut caro ex materia coacta concretaque vitæ isti crassæ conjunctior est, sic animus tunc vere vivat vitam illam a materia remotam, quæ mente sola comprehenditur, quando materiam sibi circumjectam excusserit, et abjecerit. Quodsi in corpore verum ipsum bonum consisteret, nobis profecto dolendum esset, cum a carne distrahimur, quoniam discedentes a corpore, ab ipsa boni conjunctione discederemus. Nunc autem quoniam bonum illud, quam cogitari possit, longe præstantius, ad cujus similitudinem facti sumus, corporis expers est, menteque sola perspicitur: nobis autem persuasum esse debet, quando per mortem corpus relinquimus, ad naturam illam, quæ ab omni corporea crassitudine remota est, appropinquare, et carnis exuvias tanquam personam quamdam nobis impositam deponentes, ad eam redire pulchritudinem, quam initio, cum ad exemplaris imaginem creati sumus, habuimus. Ea cogitatio lætitiam nobis, non tristitiam deberet afferre, cum intelligimus hominem necessario peregrinationis perfunctum munere, non amplius in alienis regionibus vivere, sed singulis elementis, quod ab utroque ipsorum mutuaverat, reddito, ad propriam sibi naturalemque domum, puram, ac cœlestem illam sedem revertisse. Hospitium enim profecto, alienumque domicilium est naturæ illi materia carenti corpus hoc, cui mens in ista vita a conditione ipsius prorsus abhorrenti necessario conjuncta, conflictatur. Nam mutua hæc elementorum conjunctio est veluti hominum variis et linguis et moribus utentium, qui ex diversis gentibus in unum confluxerint, violenta quædam societas atque dissentiens, cum a sua unumquodque natura ad proprium cognatumque genus distrahatur. Animus autem, qui non est compositus, sed simplici atque unius generis natura constat, inter hæc tanquam hospes ac peregrinus vivit, nec cum elementorum, ut ita dicam, populo potest congruere. Is enim necessitate quadam ex multiplicibus corporeisque particulis coactus naturam suam cogit, et ex contrariis generibus copulatur, atque unum efficitur.

A ὑλώδης οὖσα τῇ ὑλικῇ ταύτῃ ζωῇ προσῳκείωται, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τότε μετέχει τῆς νοερᾶς καὶ ἀΰλου ζωῆς, ὅταν τὴν περιέχουσαν αὐτὴν ὕλην ἀποτινάξηται. Τί οὖν ἐν τούτοις συμφορᾶς ἐστιν ἄξιον; εἰ μὲν γὰρ σῶμα ἦν τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν, δυσχεραίνειν ἡμᾶς ἔδει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς ἀλλοτρίωσιν, ὡς ἐκπιπτόντων ἡμῶν ἐκείνου, συναποβαλλομένης πάντως μετὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν οἰκειότητος. Ἐπειδὴ δὲ νοερόν τε καὶ ἀσώματον τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιαν ἀγαθὸν, οὗ κατ' εἰκόνα γεγόναμεν· ἀκόλουθον ἂν εἴη πεπεῖσθαι, ὅταν διὰ τοῦ θανάτου πρὸς τὸ ἀσώματον μεταβαίνωμεν, προσεγγίζειν ἐκείνῃ τῇ φύσει, ἢ πάσης σωματικῆς παχυμερείας κεχώρισται, καὶ οἷόν τι προσωπεῖον εἰσδεχθὲς τὴν σαρκώδη περιβολὴν ἐκδυομένους, εἰς τὸ οἰκεῖον ἐπανιέναι κάλλος, ἐν ᾧ B κατ' ἀρχὰς ἐμορφώθημεν, κατ' εἰκόνα τοῦ ἀρχετύπου γενόμενοι. Ἡ δὲ τοιαύτη διάνοια, εὐφροσύνης, οὐ κατηφείας γένοιτ' ἂν τοῖς λεγομένοις ὑπόθεσις, ὅτι τὴν ἀναγκαίαν ταύτην λειτουργίαν ἀποπληρώσας ὁ ἄνθρωπος, οὐκέτι ἐν ἀλλοτρίοις ζῇ, ἀποδοὺς μὲν ἑκάστῳ τῶν στοιχείων τὸ ἴδιον, ὃ παρ' αὐτῶν ἠρανίσατο, εἰς δὲ τὴν οἰκείαν αὐτῷ καὶ κατὰ φύσιν ἐπανελθὼν ἑστίαν, τὴν καθαρὰν καὶ ἀσώματον. Ξένη γάρ τίς ἐστιν ὄντως καὶ ἀλλοδαπὴς τῇ ἀσωμάτῳ φύσει ἡ τοῦ σώματος ὕλη, ᾗ κατ' ἀνάγκην ὁ νοῦς ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ συμπεπλεγμένος, ἐνταλαιπωρεῖ τῷ ἀλλοφύλῳ βίῳ συνδιαιτώμενος. Τῆς γὰρ τῶν στοιχείων πρὸς ἄλληλα συμπλοκῆς, ὥσπερ τινῶν ἀλληλογλώσσων τε καὶ ἀπεξενωμένων τοῖς ἤθεσιν ἀνθρώπων, ἐκ διαφόρων ἐθνῶν ἕνα δῆμον ἀναπληρούντων, βεβιασμένη τε καὶ ἀσύμφωνος γίνεται ἡ κοινωνία, ἑκάστου C πρὸς τὸ συγγενὲς καὶ οἰκεῖον ὑπὸ τῆς ἰδίας φύσεως ἀφελκομένου. Ὁ δὲ νοῦς ὁ τούτοις ἐγκεκραμένος, ἀσύνθετος ὢν ἐν ἁπλῇ τε καὶ μονοειδεῖ τῇ φύσει, ἐν ξένοις καὶ ἀλλοτρίοις ζῇ, ἀσύμφυλος ὢν τῷ περιέχοντι αὐτὸν ἐκ τῶν στοιχείων δήμῳ, ὃς τῇ πολυμερείᾳ τῇ σωματικῇ δι' ἀνάγκης τινὸς ἐνσπειράμενος τὴν ἑαυτοῦ φύσιν βιάζεται, τοῖς ἀλλοφύλοις ἑνούμενος.

Verum cum elementa naturaliter inter se dissentiant, ac dissolvantur, et ad suum propriumque genus singula contendant, in ea concentus dissolutione sensus angitur necessario, et una cum ipso sensu cruciatur animus: qui licet ab ipso corpore semper afficiatur molestia, in illud tamen ob consuetudinis necessitudinem propensus est. Quamobrem tunc animus angi cruciarique desinit, cum a pugna, quæ ex contrariorum elementorum conjunctione consurgit, evaserit. Etenim cum vel frigidum ab exsuperante calido victum fuerit, vel calidum vi frigidi superatum, vel sicci potentiæ humidum succubuerit, contrave siccum ipsum, humiditatis copia dissolutum, cesserit, tunc bello per mortem confecto, animus, relicto dimicationis campo, id est, ipso corpore, pace utitur, et extra acies instructas egressus, viribusque suis, quæ complexu corporis afflictæ la-

Τῶν δὲ στοιχείων πρὸς τὴν τῶν ἀπ' ἀλλήλων διάλυσιν φυσικῶς ἐπὶ τὸ συγγενές τε καὶ οἰκεῖον ἀφελκομένων, ἀνιᾶται, κατ' ἀνάγκην λυομένης τε καὶ σχι-D ζομένης τῆς συμφυΐας, ἡ αἴσθησις· συνίσταται δὲ τῇ αἰσθήσει τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἀεὶ λυποῦν ἐκ συνηθείας ἐπικλινόμενον. Τότε οὖν ὁ νοῦς δυσφορῶν τε καὶ ἀνιώμενος παύεται, ὅταν ἔξω γένηται τῆς μάχης τῆς ἐν τῇ συμπλοκῇ τῶν ἀντιστοιχούντων συνισταμένης. Ἐπειδὰν γὰρ ἢ τὸ ψυχρὸν ἡττηθῇ τοῦ θερμοῦ κατισχύσαντος, ἢ τὸ ἔμπαλιν φεύγῃ τὸν πλεονασμὸν τῆς ψύξεως ἡ θερμότης, τῷ τε ξηρῷ διὰ τῆς ἐπικρατήσεως τὸ ὑγρὸν ὑποχωρήσῃ, ἢ διαλυθῇ τοῦ ξηροῦ τὸ πάγιον ἐν τῷ πλεονασμῷ τῆς ὑγρότητος, τότε τοῦ ἐν ἡμῖν πολέμου διὰ τοῦ θανάτου λυθέντος, εἰρήνην ὁ νοῦς ἄγει, καταλιπὼν τὸ τῆς μάχης μεταίχμιον, τὸ σῶμα λέγω, καὶ τῆς τῶν στοιχείων πρὸς ἄλληλα παρατάξεως ἔξω γενόμενος, καθ' ἑαυτὸν ζῇ, πεπονηκυῖαν ἐν τῇ τοῦ σώ-

ματος συμπλοκῇ τὴν ἰσχὺν ἑαυτοῦ δι' ἡσυχίας ἀναλαμβάνων. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς ἐν τῷ σώματι ζῶσιν ὁ νοῦς διαλέγεται, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιείς, ὅτι Ὦ ἄνθρωποι, οὔτε ἐν οἷς ἐστε, ἀκριβῶς οἴδατε, καὶ εἰς ὅ τι μεταχωρήσετε, οὔπω ἐπίστασθε. Τὸ μὲν γὰρ παρὸν οἷον τῇ φύσει ἐστὶν, οὔπω ἐξευρεῖν ὁ λόγος δεδύνηται, ἀλλὰ πρὸς μόνην τὴν τοῦ ζῆν συνήθειαν βλέπει, μὴ δυνάμενος γνῶναι, τίς ἡ τοῦ σώματος φύσις· τίς ἡ τῶν αἰσθήσεων δύναμις· τίς ἡ τῶν ὀργανικῶν μελῶν διασκευή· τίς ἡ τῶν σπλάγχνων οἰκονομία· τίς ἡ αὐτοκίνητος τῶν νεύρων ἐνέργεια· πῶς τῶν ἐν ἡμῖν, τὸ μὲν εἰς ὀστέου πήγνυται φύσιν, τὸ δὲ εἰς τὴν φωτοειδῆ τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐγὴν οὐσιοῦται, πῶς ἐκ τῆς αὐτῆς τροφῆς καὶ τοῦ αὐτοῦ πόματος, τὸ μὲν εἰς τρίχας λεπτύνεται, τὸ δὲ εἰς ὄνυχας τοῖς ἄκροις τῶν δακτύλων ἐπιπλατύνεται, ἢ πῶς ἀεὶ τὸ ἐγκάρδιον ἀναφλέγεται πῦρ, διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐφ' ἅπαν τὸ σῶμα διαφερόμενον· ἢ πῶς τὸ πινόμενον, ἐπειδὰν ἐν τῷ ἥπατι γένηται· μεταβάλλει καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ποιότητα διά τινος ἀλλοιώσεως αὐτομάτως ἐξαιματούμενον. Ὧν ἁπάντων ἡ γνῶσις, μέχρι τοῦ παρόντος ἐστὶν ἀπόρρητος· ὡς ἀγνοεῖν ἡμᾶς τὴν ζωὴν ἐν ᾗ βιοτεύομεν. Τὸν δὲ τῆς αἰσθήσεως κεχωρισμένον βίον, οἱ τῇ αἰσθήσει συζῶντες, ἀδυνατοῦσι καθόλου θεάσασθαι· πῶς γὰρ ἄν τις δι' αἰσθήσεως ἴδοι τὸ ἔξω τῆς αἰσθήσεως; Ἀμφοτέρων τοίνυν τῶν βίων ὁμοίως ἀγνοουμένων, τούτου μὲν διὰ τὸ πρὸς μόνον τὸ φαινόμενον βλέπειν ὑμᾶς· ἐκείνου δὲ, διὰ τὸ μὴ καθικνεῖσθαι τὴν αἴσθησιν. Τί πεπόνθατε, ἄνθρωποι, τούτου μὲν ὡς ἀγαθοῦ περιεχόμενοι, καίτοι ἀγνοουμένου· ἐκεῖνον δὲ δεδοικότες καὶ φρίττοντες, ὡς χαλεπὸν καὶ φόβου ἄξιον· δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι ἀγνοεῖτε οἷόν ἐστι; Καίτοι πολλὰ καὶ ἄλλα καὶ τῶν κατ' αἴσθησιν ἡμῖν προφαινομένων καὶ ἀγνοουμένων οὐ δεδοίκαμεν. Τίς γὰρ ἡ φύσις τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων, ἢ τί τὸ περιάγον τὸν πόλον ἐξ ἐναντίου τὴν κίνησιν, ἢ τί τὸ ἐρεῖδον τὴν τῆς γῆς παγιότητα· πῶς δὲ ἡ ῥευστὴ τῶν ὑδάτων φύσις ἀεὶ γίνεται ἐκ τῆς γῆς, καὶ οὐ δαπανᾶται ἡ γῆ· καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ οὔτε ἐγνώκαμεν, οὔτε φόβων ἀξίαν τὴν ἄγνοιαν κρίνομεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν πάντα νοῦν ὑπερβαίνουσαν φύσιν, τὴν θείαν τε καὶ μακαρίαν καὶ ἀκατάληπτον, ὅτι μὲν ἔστι, πεπιστεύκαμεν, ἐν τίνι δὲ αὐτῆς τὸ εἶναι καταλαμβάνεται, οὔπω τις εὑρέθη διὰ στοχασμοῦ κατανόησις, καὶ ὅμως ἀγαπῶμεν τὸ ἀγνοούμενον ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως τὸ καταληφθῆναι τοῖς λογισμοῖς οὐ δυνάμενον. Διὰ τί τοίνυν ἐπιπόνου τοῦ μετὰ τὴν ζωὴν ταύτην ἐκδεχομένου ἡμᾶς βίου, ὁ ἄλογος οὗτος συνίσταται φόβος, διὰ μόνην τὴν ἄγνοιαν δεδοικότων ἡμῶν ὃ οὐκ οἴδαμεν, καθάπερ ἐπὶ τῶν νηπίων γίνεται τῶν πρὸς τὰς ἀνυποστάτους ὑπονοίας δειματουμένων; Ὁ γὰρ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῶν ὄντων ἐθέλων βλέπειν, πρῶτον ἐν περινοίᾳ τοῦ πράγματος γίνεται· εἶτα οἷόν ἐστι κατὰ τὴν φύσιν ἐπιλογίζεται, εἴτε τι χρήσιμον καὶ εὐπρόσιτον, εἴτε χαλεπόν τι καὶ ἀποτρόπαιον. Τὸ δὲ ἄδηλον καθόλου καὶ ἀγνοούμενον, πῶς ἄν τις τῶν νοῦν ἐχόντων χαλεπὸν εἶναι κρίνοι, τὴν τῆς συνηθείας

A borabant, per otium recuperatis, secum ipse vivit. His igitur mens ac similibus verbis in corpore viventes alloquitur, talemque propemodum vocem emittens: Vos, inquit, homines, nec plane nostis ubinam sitis; et, quo proficiscendum sit vobis, nondum intelligitis: nam et eorum, quæ hic sunt, naturam nulla adhuc ratio potuit indagare: itaque solam vivendi consuetudinem spectatis, nec intelligere potestis, quæ sit corporis natura: quæ sensuum vis: quæ membrorum, quibus ut instrumentis utimini, structura: quæ nervorum per se moventium actio, quo modo eorum, quæ in nobis sunt, aliud in ossis naturam, aliud in lucidum oculi splendorem coalescat; quo modo ejusdem cibi, potusque pars extenuetur in capillos, pars in un- B gues ad summos digitos dilatetur; quo modo, qui semper in præcordiis ardet ignis per arterias in totum corpus emanet; quomodo id, quod bibitis, cum ad hepar accesserit, speciem qualitatemque commutet, et in sanguinem convertatur. Horum vos omnium ad hoc usque tempus cognitio latuit, ut eam ipsam, in qua versamini, vitam ignoretis, nedum illam, quæ a sensibus est remotissima, cum sensibus conjuncti cernere valeatis. Quomodo enim quispiam per sensum, id quod sensu superius est, intuebitur? Utraque igitur vita a vobis pariter ignoratur, et præsens hæc, quoniam id solum, quod apparet, inspicitis; et altera illa, quia sensus ad eam vestigando pervenire non potest. Quæ cum ita se habeant, cur, C o mortales, sic affecti estis? cur hanc, licet incognitam, ut bonam complectimini, illam autem ut horribilem ac metuendam formidatis? non aliam utique ob causam id agitis, nisi quia, qualis ipsa sit, non cognoscitis. Quæ tamen non est justa causa metuendi, cum multa sint vel sensibus exposita, vel ab eis remota, quæ licet ignoretis, non pertimescitis. Nam et quæ sit eorum natura, quæ in cœlo conspicitis, et quid circa polum cursu contrario motum cieat, quidve terræ soliditatem sustentet, aut quo modo fluxa aquarum natura assidue gignatur e terra, nec ipsa terra deficiat, ignoratis, nec tamen ob inscitiam hanc exhorrescitis. Quid? quod divinam ac beatam illam naturam rerum omnium præstantissimam, D quæ nec cogitatione, nec animo, aut mente plene comprehendi potest, esse quidem creditis, in quo autem consistat, quidve ipsa sit, nulla adhuc ratione conjicere potuistis, atque eam tamen, quam nullis rationibus valetis intelligere, toto corde, animo, virtuteque diligitis? Cur igitur hæc stulta timoris ratio valet in illa sola, quæ nos post hanc exceptura est, vita, ut, quæ non novimus puerorum instar, qui inanibus opinionum figmentis deterrentur, formidemus? Qui enim rem aliquam habere cupit perspectam et cognitam, primum operam dat, ut, quæ sit ejus natura, diligenter consideret, atque ita, utrum commoda, et admittenda, an gravis avertendaque sit, intelli-

gat. Quod autem incertum omnino, et incognitum est, quis eorum, qui sapiunt, ob id solum quod ab usu et consuetudine remotum sit, fugiendum putet, et ut ignis, aut feræ cujuspiam impetum suspicetur? cum ipsa nos vita doceat, ne semper usum et consuetudinem attendamus, sed ad ea, quæ recta honestaque sunt, animos ac studia nostra convertamus. Neque enim eadem semper hominibus est vita, sed, dum in visceribus fetus formantur, propriam illis et convenientem in utero vitam natura tribuit. Nec cum ex utero egressi fuerint, semper inhærent mammæ, sed quandiu imperfectæ illorum ætatulæ id congruit et prodest; post autem ad alia convertuntur, nec ubera semper ob consuetudinem appetunt. Post autem, cum infantiam exuerint, alia adolescentuli, alia jam ætate provectiore sequuntur studia, et sine molestia simul cum ætate consuetudinem mutant.

Quemadmodum igitur qui in materno ventre nutritur fetus, si vocis usum haberet aliquem, dum in ipso ortu e visceribus expellitur, conquereretur, seque gravia pati clamaret, quod a jucunda distraheretur vivendi consuetudine, id quod etiam facit, dum simul ac primum respirat in hanc vitam ingressus, lacrymas fundit, et quodam modo indignatur, et dolet, quod a solita vita discesserit: sic mihi videntur facere, qui mœrent in istius vitæ commutatione, dum instar eorum, qui in utero sunt, volunt semper in angustis ac tetris ipsius in materia demersæ vitæ locis versari. Posteaquam enim mortis tanquam partus dolores quasi obstetricem acciverint, ut in alteram vitam homines educantur, ipsi quidem, cum ad illam lucem processerint, et purum illum spiritum hauserint, experimento cognoscunt, quantum illa vita ab ista differat. At illi, qui in humida putridaque istius vitæ fœditate relinquuntur, ut plane fetus quidam in utero, non autem homines, dolent vicem illius, qui prior ex istis, quæ nos ambiunt, angustiis egreditur, tanquam ab aliquo bono discedat, nescientes ei, ad similitudinem infantis, qui per partum in lucem hanc editur, oculos aperiri, oculos, inquam, animi, quibus veritatem rerum intuetur; aurium sensum patefieri, quo exaudit arcana verba, quæ non licet, ut ait Apostolus, homini loqui [4]; os patefieri, quo purum, a materiaque alienum haurit spiritum, per quem ad verba cœlestia, verumque sermonem edendum confirmatur, cum sanctorum canentium, et choros celebrantium numero admistus fuerit: divinum item gustandi sensum tribui, quo, ut in Psalmis proditum est [5], percipit, bonum esse Dominum: odoratum præterea talem dari, quo Christi fruatur suavitate: eamque tangendi vim, qua veritatem animus apprehendit, et Verbum ipsum contrectat, ut Joannes testatur [6]. Quod si hæc, et alia ejusmodi post mortis partum hominibus

A ἀναχώρησιν μόνην, ὡς πυρός τινος, ἢ θηρίου προσβολὴν ὑποπτεύων; Καίτοι παιδευόμεθα διὰ τοῦ βίου σαφῶς, μὴ πάντοτε πρὸς τὴν συνήθειαν βλέπειν, ἀλλὰ πρὸς τὸ καλὸν ταῖς ἐπιθυμίαις ἀεὶ μετατίθεσθαι. Οὔτε γὰρ διὰ παντὸς ἐν ἐμβρύῳ τοῖς πλασσομένοις ἐστὶν ἡ ζωὴ, ἀλλ' ἕως ἂν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὦσιν, ἡδεῖαν αὐτοῖς καὶ κατάλληλον ἡ φύσις ποιεῖ τὴν ἐν τῇ νηδύϊ ζωήν· οὔτε ἐπειδὰν ἔξω γένωνται, τῇ θηλῇ διὰ παντὸς παραμένουσιν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον τῷ ἀτελεῖ τῆς ἡλικίας καλὸν τὸ τοιοῦτόν ἐστι καὶ κατάλληλον. Μετὰ τοῦτο δὲ, πρὸς ἄλλην ἀκολουθίαν βίου μετέρχονται, οὐδὲν ὑπὸ τῆς συνηθείας πρὸς τὸ μαζῷ συμπαραμένειν ἀναπειθόμενοι. Εἶτα μετὰ τὴν νηπιώδη κατάστασιν, ἄλλα τῶν μειρακίων, καὶ ἄλλα τῶν παρηλικεστέρων ἐπιτηδεύματα γίνεται, πρὸς ἃ B μεταβαίνει δι' ἀκολούθου ὁ ἄνθρωπος, ἀλύπως συμμεταβάλλων ταῖς ἡλικίαις καὶ τὴν συνήθειαν.

Ὥσπερ τοίνυν εἰ φωνή τις ἦν τῷ τρεφομένῳ ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ, ἠγανάκτησεν ἂν διὰ γεννήσεως τῶν σπλάγχνων ἐξοικιζόμενος, καὶ δεινὰ πάσχειν ἐβόα τῆς καταθυμίου διαγωγῆς ἀποσπώμενος, ὅπερ δὴ καὶ ποιεῖ, τῇ πρώτῃ ἀναπνοῇ συνεκβάλλων ἅμα τῇ γεννήσει τὸ δάκρυον, ὥσπερ ἀγανακτῶν τε καὶ ὀδυρόμενος ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τῆς συνήθους ζωῆς· οὕτω μοι δοκοῦσιν οἱ πρὸς τὴν μεταβολὴν τοῦ παρόντος δυσχεραίνοντες βίου, τὸ τῶν ἐμβρύων πάσχειν, ἐν τῷ διὰ παντὸς ἐθέλειν τῷ χωρισμῷ τῆς ὑλικῆς ταύτης ἀηδίας ἐμβιοτεύειν. Ἐπειδὰν γὰρ ἡ ὠδὶς τοῦ θανάτου C πρὸς ἕτερον βίον τοὺς ἀνθρώπους μαιεύηται, αὐτοὶ μὲν ὅταν εἰς τὸ φῶς ἐκεῖνο μετέλθωσιν, καὶ τοῦ καθαροῦ σπάσωσι πνεύματος, τῇ πείρᾳ γινώσκουσιν ὅσον ἐστὶ τῆς ζωῆς ἐκείνης πρὸς τὴν νῦν τὸ διάφορον. Οἱ δὲ ὑπολειφθέντες τῷ ὑγρῷ τούτῳ καὶ κλαδῶντι βίῳ, ἔμβρυα ὄντες ἀτεχνῶς, καὶ οὐκ ἄνθρωποι, ταλανίζουσι τὸν προεξελθόντα τῆς περιεχούσης ἡμᾶς συνοχῆς, ὡς ἀγαθοῦ τινος ἔξω γενόμενον· οὐκ εἰδότες ὅτι καθ' ὁμοιότητα τοῦ τεχθέντος βρέφους, ἀνοίγεται μὲν ὁ ὀφθαλμὸς, ὅταν ἔξω τοῦ νῦν συνέχοντος γένηται (νοεῖν δὲ χρὴ πάντως τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς, ᾧ διορᾷ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν)· ἀνοίγεται δὲ τὸ ἀκουστικὸν αἰσθητήριον, δι' οὗ τῶν ἀῤῥήτων ἐπακούει ῥημάτων, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· ἀνοίγεται δὲ τὸ στόμα, καὶ ἕλκει D τὸ καθαρόν τε καὶ ἄϋλον πνεῦμα, δι' ὃ τονοῦται πρὸς τὴν νοητὴν φωνὴν καὶ τὸν ἀληθινὸν λόγον, ὅταν καταμιχθῇ τῷ ἤχῳ τῶν ἑορταζόντων ἐν τῷ τῶν ἁγίων χορῷ· οὕτω δὲ καὶ γεύσεως ἀξιοῦται θείας, δι' ἧς γινώσκει κατὰ τὴν ψαλμῳδίαν, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος· καὶ διὰ τῆς ὀσφραντικῆς ἐνεργείας τῆς τοῦ Χριστοῦ εὐωδίας ἀντιλαμβάνεται· καὶ τὴν ἁπτικὴν προσλαμβάνει δύναμιν, ἐφαπτομένη τῆς ἀληθείας ἡ ψυχὴ, καὶ ψηλαφῶσα τὸν Λόγον, κατὰ τὴν Ἰωάννου μαρτυρίαν. Εἰ ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ τὸν διὰ τοῦ θανάτου τόκον τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται, τί βούλεται τὸ πένθος, καὶ ἡ σκυθρωπότης, καὶ ἡ κατήφεια; Νῦν ἡμῖν ὁ πρὸς τὴν τῶν πραγμά-

[4] II Cor. xii, 4. [5] Psal. cxvii, 2, 3. [6] I Joan. i, 1.

των φύσιν βλέπων ἀποκρινέσθω, εἰ προτιμότερον οἴεται τὸ τοῖς σωματικοῖς αἰσθητηρίοις περὶ τὴν τοῦ καλοῦ κρίσιν διαπλανᾶσθαι, τοῦ γυμνῷ τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ πρὸς αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων βλέπειν ἀλήθειαν. Ἐνταῦθα γὰρ ἀνάγκη τις ἔπεστι τῇ ψυχῇ ἀλλοτρίᾳ κρίσει δουλεύειν ἐν τῇ περὶ τοῦ καλοῦ ὑπονοίᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τελεία τῆς ψυχῆς δύναμις ἀχώρητός ἐστιν ἐπὶ τῷ νηπιάζοντι σώματι, ἡ δὲ τῶν αἰσθητηρίων ἐνέργεια εὐθὺς τελεία τῷ βρέφει συναποτίκτεται· τούτου χάριν προλαμβάνεται ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως ἡ διάνοια ἐν τῇ τοῦ καλοῦ κρίσει, καὶ τὸ τοῖς αἰσθητηρίοις φανὲν ἤδη καὶ νομισθὲν εἶναι καλὸν, καὶ διὰ συνηθείας προειλημμένον, ἀβασανίστως δέχεται ἡ ψυχὴ ἐκεῖνο, καλὸν εἶναι πεισθεῖσα, ὅπερ ἂν προλαβοῦσα προσμαρτυρήσῃ ἡ αἴσθησις, ἐν χρώμασί τισι καὶ χυμοῖς καὶ τοῖς τοιούτοις λήροις τὸ καλὸν θεωροῦσα· ὧν μηκέτι προφαινομένων μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον, ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν τῇ ψυχῇ φανῆναι, πρὸς ὃ κατὰ φύσιν ᾤκείωται. Οὔτε γὰρ πρὸς τὸ εὔχρουν ἔτι ἡ ὄψις δελεασθήσεται, τοῦ ὀφθαλμοῦ τούτου μηκέτι ὄντος· οὔτε πρὸς ἄλλο τι τῶν καταγλυκαινόντων τὰ αἰσθητήρια ἡ ἰσοῤῥοπὴ τῆς προαιρέσεως ἔσται, πάσης σωματικῆς αἰσθήσεως ἀποσβεσθείσης· μόνης δὲ τῆς νοερᾶς ἐνεργείας ἀΰλως τε καὶ ἀσωμάτως τοῦ νοητοῦ κάλλους ἐφαπτομένης, ἀκωλύτως ἡ φύσις τὸ ἴδιον ἀπολήψεται ἀγαθὸν, ὃ μήτε χρῶμα, μήτε σχῆμα, μήτε διάστασις, μήτε πηλικότης ἐστὶν, ἀλλ' ὃ πᾶσαν στοχαστικὴν εἰκασίαν παρέρχεται. Τί οὖν, ἴσως ἐρεῖ τις δυσχεραίνων πρὸς τὴν παροῦσαν ζωήν; ἵνα τί τὸ σῶμα, καὶ ἀντὶ τίνος ἡμῖν, εἴπερ ἄμεινον ὁ χωρὶς τούτου βίος ἀπεδείχθη τῷ λόγῳ; Πρὸς ὃν ἐροῦμεν, ὅτι οὐ μικρόν ἐστι τὸ ἐκ τούτων κέρδος τοῖς δυναμένοις εἰς πᾶσαν βλέπειν τὴν οἰκονομίαν τῆς φύσεως. Μακάριος μὲν γὰρ ὄντως ἐκεῖνος τῶν ἀγγέλων ὁ βίος, ὁ μηδὲν τοῦ σωματικοῦ προσδεόμενος βάρους. Οὐ μὴν οὐδὲ οὗτος ἀσυντελὴς ὡς πρὸς ἐκεῖνόν ἐστιν. Ὁδὸς γὰρ πρὸς τὸ ἐλπιζόμενον ὁ παρὼν γίνεται βίος. Καθάπερ ἐπὶ τῶν βλαστημάτων ἐστὶν ἰδεῖν· ἐφ' ὧν ὁ καρπὸς ἀπὸ τοῦ ἄνθους ἀρξάμενος, δι' αὐτοῦ πρόεισιν εἰς τὸ γενέσθαι καρπὸς, κἂν μὴ καρπὸς ᾖ τὸ ἄνθος. Ἀλλὰ καὶ τὰ λήϊα τῶν σπερμάτων ἐκφυόμενα, οὐκ εὐθὺς ἐν τῷ στάχυϊ φαίνεται, ἀλλὰ χόρτος τὸ πρῶτον γίνεται βλάστημα, εἶτα ἀπὸ τούτου καλάμη συνίσταται, περιφθαρέντος τοῦ χόρτου· καὶ οὕτω τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀστάχυος ὁ καρπὸς ἐμπεπαίνεται.

Πλὴν οὐκ αἰτιᾶται τὴν ἀναγκαίαν ταύτην περίοδόν τε καὶ ἀκολουθίαν ὁ γεηπόνος, Διὰ τί, λέγων, πρὸ τοῦ καρποῦ καὶ ἄνθος; ἢ ὑπὲρ τίνος ὁ ἐκ τοῦ σπέρματος προανατέλλων χόρτος, εἴ γε καὶ τὸ ἄνθος ἀποῤῥέει, καὶ ὁ χόρτος μάτην ξηραίνεται, πρὸς οὐδὲν συντελῶν τῇ ἀνθρωπίνῃ τροφῇ; Οἶδεν γὰρ ὁ πρὸς τὴν θαυματοποιίαν βλέπων τῆς φύσεως, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλως ἐκ τῶν σπερμάτων τε καὶ βλαστημάτων ὁ καρπὸς τελειωθείη, μὴ τῆς τεχνικῆς ταύτης ἀκολουθίας ὁδοποιούσης αὐτοῦ τὴν τελείωσιν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ πρὸς ἀπόλαυσιν ἡμετέραν ὁ προεκβαλλόμενος ἐκ τῶν σπερμάτων χόρτος ἀχρήστως ἔχει, διὰ τοῦτο περιττόν τε καὶ πάρελκον ἐστὶ τὸ γινόμενον. Ὁ μὲν γὰρ τῆς τρο-

A reposita sunt, quid sibi vult luctus, et mœror, et squalor? Respondeant hic nobis qui rerum naturam explorant, utrum melius putent, in bono dijudicando corporeis sensibus decipi, an oculis animi veritatem ipsam aspicere. Hic enim, ni bonum ipsum animus discernat, alieno judicio cogitur inservire. Etenim cum perfectam ipsius vim corpus recens compactum, ac pueriliter agens capere nequeat, perfecta autem sensuum actio simul cum infante nascatur, fit ut in judicando bono sensus animum prævertant, et, quod sensibus bonum apparuerit, animo quoque videatur. Itaque propter institutam consuetudinem animus inconsiderate ut bonum amplectitur id, quod sensus colore, et succo, et aliis ejusmodi B illecebris bonum dimetiens testimonio suo comprobarit. Quibus post discessum a corpore sublatis, necesse est, ut animus id vere bonum existimet, quod proprium ipsi et natura conjunctum est. Neque enim amplius pulchra coloris specie illicietur obtutus, ademptis jam oculis: nec aliud quidquam eorum, quæ sensum demulcent, eligetur, omnibus corporeis sensibus ablatis, relictaque sola mentis actione materiæ et corporis experte, divinam pulchritudinem comprehendente, sine ullo impedimento natura proprium bonum percipiet, quod nec color est, nec figura, nec intervallum, nec quantitas, sed omnem conjecturæ similitudinem superat. Cur igitur, inquiet aliquis C præsentis vitæ miseria dolens, factum est corpus, aut cur nobis datum, siquidem, ut ostendit oratio tua, vita ab illo sejuncta præstantior est? Huic respondebimus, non parvum ex illo lucrum accedere, si quis omnem naturæ ordinem consideret. Beata quidem est illa angelorum vita, quæ nullo eget corporis pondere. Attamen neque hæc, quatenus ad illam dirigitur, est imperfecta. Est enim præsens vita tanquam via quædam nos ducens ad id quod speramus. Ut in arboribus videmus: in quibus cum fructus a flore principium ducat, per ipsum florem eo progreditur, ut fructus fiat, licet flos non sit fructus. Et ipsæ segetes, quæ ex seminibus proveniunt, non statim spicam ostentant, sed herba primum enascitur, deinde culD mus herba corrupta consurgit, tum in summa spica granum perficitur.

Quæ cum fiunt, necessarium hunc ordinem, et seriem non accusat agricola, nec ait, Quorsum flos ante fructum? aut cur herba nascitur prius, quam ipsum granum, cum et flos defluat, et herba inaniter exarescat, humanoque victui nihil prosit? Novit enim, qui mirabile naturæ artificium intuetur, aliter fieri non posse, ut ex seminibus plantisque fructus gignatur, nisi ad ejus perfectionem artificioso hoc ordine natura viam muniat. Neque enim, quoniam herba, quæ prius emittitur, inutilis est, eaque non vescimur, idcirco id quod fit est inane ac supervacuum. Nam qui indiget cibo, nihil aliud nisi utilitatem considerat suam; naturæ

vero unum illud propositum est, ut instituto ordine fructum ad absolutionem perducat. Ita multiplex primum e jacto semine radix emittitur, qua ex humore nutrimentum attrahatur. Tum herba pullulat, quæ radicem operit, ne ab aere detrimentum accipiat; ac licet ipsa fructus non sit, viam tamen præbet quodammodo, et affert auxilium quo fructus perficiatur. Etenim cum insitam semini vim sic expurgat natura, herbam tanquam fructus excrementum projiciens, tum ea radicem protegit defenditque ab aeris injuriis, quæ vel ex frigore, vel ex calore proveniunt. At cum radicibus in imo firmius munitum est semen, neglecta deinceps herba, quod radix non egeat amplius defensione, tota vis ad culmum extollendum ac perficiendum incumbit. Natura enim artificiosa quadam sapientia sublimem fabricam machinatur, qua germen directum mutuis in circuitu distinguitur tunicis: in quibus principio culmus humidus, ac tener indolescat necesse est, et, quo tutior sit, geniculis per medium tanquam vinculis muniatur: ubi autem ad congruentem altitudinem ascendit, ita frugem emittit, ut extrema tunica ex se spicam edat, quæ aristarum multitudine tanquam capillorum vallo distincta frugem tegit, et imis aristarum receptaculis innutritur. Cum igitur non indignetur agricola nec ob stirpium fibras, nec propter herbam, nec propter spicarum aristas, quæ quidem omnia proveniunt ex semine, sed in his singulis usum quemdam perspicit necessarium, quo natura artificiose progrediens, et abjiciens quæ sunt inutilia, frugem perficit et absolvit; ne tibi quidem iniquo ferendum est animo, quod natura nostra necessarias persequens vias ad proprium finem perveniat. Sed ut in exemplo seminum cernis, debes existimare, quod præsens est, ad utile et necessarium aliquid omnino referri ac dirigi, neque illud esse cujus gratia geniti sumus. Neque enim fetum creator noster formavit, ut in matris utero permaneremus; neque inde nos educit, ut in infantia, aut iis, quæ deinceps subsequuntur ætatibus, natura semper aliam post aliam induente, et formam corporis commutante, degeremus; neque ut corpus ipsum accedente morte dissolveretur, sed ut per hæc et alia ejusmodi, quæ sunt tanquam partes illius viæ, per quam incedimus, ad statum nostrum pristinum, hoc est, ad similitudinem Dei perveniamus. Ac quemadmodum ad perficiendum spicam ex naturæ instituto herbam ostendimus esse necessariam; nec tamen propter ipsam herbam, nec propter tunicas, aut aristas, aut culmum instituitur agricultura, sed propter frugem victui accommodatam, ad cujus perfectionem natura per illa progreditur: sic exspectatus hujus vitæ finis est beatitudo. Quæ vero nunc corpori eveniunt, ut mors, senectus, juventus, infantia, formatio fetus in utero, ut herbæ, et aristæ, et culmi, sunt veluti viæ, per quas ad perfectionem speratam contendimus. Quam tibi ipse pro-

A φῆς χρήζων, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν ὁρᾷ· ὁ δὲ τῆς φύσεως λόγος οὐ πρὸς ἄλλο τι βλέπει, ἀλλ' ὅπως ἂν προσαγάγοι τὴν καρπογονίαν διὰ τῆς τεταγμένης ἀκολουθίας ἐπὶ τὸ τέλειον. Διὸ πρῶτον πολυμερῶς διὰ ῥιζῶν τοῦ ὑποκειμένου ἐμφύεται, δι' ὧν ἕλκει τὴν κατάλληλον ἑαυτῷ διὰ τῆς ἰκμάδος τροφήν· εἶτα, χόρτον βλαστάνει, διὰ τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος βλάβην, προκάλυμμα τῆς ῥίζης τὴν πόαν ποιούμενος· ὅπερ καρπὸς μὲν οὐκ ἔστι, συνεργία δέ τις καὶ ὁδὸς γίνεται τῆς τοῦ καρποῦ τελειώσεως. Πρῶτον μὲν ἐκκαθαίρων δι' ἑαυτοῦ τὴν ἐγκειμένην τῷ σπέρματι δύναμιν, οἷόν τι περίττωμα τοῦ καρποῦ τὸν χόρτον προαποσκευαζομένης τῆς φύσεως, σκέπασμα γίνεται τῇ ῥίζῃ πρὸς τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος βλάβας, τὰς διὰ κρύους τε καὶ θάλπους ἐγγινομένας. Εὐτονώτερον δὲ **B** ἤδη διὰ βάθους ἐν ταῖς ῥίζαις ὑποσκευασθέντος τοῦ σπέρματος, τότε τοῦ χόρτου λοιπὸν ἀμεληθέντος, διὰ τὸ μηκέτι δεῖσθαι τὴν ῥίζαν τοῦ προκαλύμματος, πρὸς τὴν τῆς καλάμης ἀναδρομὴν πᾶσα συνδίδοται δύναμις, μηχανικῇ τινι σοφίᾳ τὴν αὐλοειδῆ κατασκευὴν φιλοτεχνούσης τῆς φύσεως, ἧς εὐθυτενὴς μὲν ἡ βλάστη, χιτῶσιν ἐπαλλήλοις ἐν κύκλῳ διειλημμένη. Χρὴ γὰρ τούτοις ὑγρὰν οὖσαν καὶ ἄτονον τὴν καλάμην παρὰ τὴν πρώτην ἐντρέφεσθαι, τοῖς διὰ μέσου συνδέσμοις ἀσφαλείας χάριν ὑπεζωσμένην. Εἰ δὲ πρὸς τὸ σύμμετρον ἀναδράμοι μῆκος, τότε κομᾷ ἡ καλάμη, τοῦ τελευταίου χιτῶνος ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν στάχυν προδείξαντος, ὃς εἰς πολλοὺς ἀθέρας τριχοειδῶς διαιρούμενος, κρύπτει τὴν κόμην κατὰ τὴν βάσιν τῶν ἀθέρων τοῖς ἐλύτροις ὑποτρεφόμενος. Εἰ τοίνυν **C** οὔτε πρὸς τὰς ῥίζας τῶν σπερμάτων ὁ γεωργὸς δυσχεραίνει, οὔτε πρὸς τὸν προεκβαλλόμενον ἐκ τοῦ σπέρματος χόρτον, οὔτε εἰς τοὺς ἀθέρας τοῦ στάχυος, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ τούτων ἐνθεωρεῖ τινα χρείαν ἀναγκαίαν, δι' ἧς τεχνικῶς ἡ φύσις ὁδεύουσα, προάγει τὸν καρπὸν εἰς τελείωσιν, διὰ τῆς τῶν ἀχρείων ἀποποιήσεως τὴν γόνιμον ἐκκαθαίρουσα δύναμιν· ὥρα καὶ σοὶ μὴ δυσχεραίνειν διὰ τῶν ἀναγκαίων ὁδῶν προϊούσης ἡμῶν τῆς φύσεως ἐπὶ τὸ ἴδιον τέλος, ἀλλ' ἡγεῖσθαι κατὰ τὴν ἐν τοῖς σπέρμασιν ἀναλογίαν, τὸ ἀεὶ παρὸν πρός τι πάντως χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως ἔχειν, οὐ μὴν τοῦτο εἶναι οὗ χάριν εἰς γένεσιν ἤλθομεν. Οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ ἔμβρυον γενέσθαι παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὑπέστημεν, οὐδὲ πρὸς τὸν βρεφώδη βίον ὁ σκοπὸς τῆς φύσεως βλέπει, οὐδὲ πρὸς **D** τὰς ἐφεξῆς ἡλικίας ὁρᾷ, ἃς ἀεὶ διὰ τῆς ἀλλοιώσεως μετενδύεται τῷ χρόνῳ τὸ εἶδος συνεξαλλάσσουσα, οὐδὲ πρὸς τὴν ἐπιγινομένην διὰ τοῦ θανάτου λύσιν τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς ὁδοῦ δι' ἧς πορευόμεθα μέρη ἐστίν· ὁ δὲ σκοπὸς καὶ τὸ πέρας τῆς διὰ τούτων πορείας, ἡ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις, ὅπερ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἡ πρὸς τὸ Θεῖόν ἐστιν ὁμοίωσις. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν στάχυν εἰκόνος, ἀναγκαῖος μὲν ἐφάνη τῷ λόγῳ τῆς φύσεως καὶ ὁ προεκβαλλόμενος χόρτος· οὐ μὴν δὲ δι' ἐκεῖνόν ἐστιν ἡ γεωργία, οὐδὲ χιτῶνες, καὶ ἀθέρες, καὶ καλάμη, καὶ ὑποζώματα πρόκεινται τῇ τῆς γεωργίας σπουδῇ, ἀλλ' ὁ τρόφιμος καρπὸς ὁ διὰ τούτων προϊὼν εἰς τελείωσιν· οὕτω καὶ τῆς ζωῆς τὸ μὲν προσδοκώ-

μενον πέρας μακαριότης ἐστίν. Τὰ δὲ ὅσα περὶ τὸ σῶμα νῦν καθορᾶται, θάνατος, καὶ γῆρας, καὶ νεότης, καὶ νηπιότης, καὶ ἡ ἐν ἐμβρύῳ διάπλασις, πάντα ταῦτα οἷόν τινες χόρτοι καὶ ἀθέρες καὶ κάλαμοι, ὁδὸς καὶ ἀκολουθία καὶ δύναμις τῆς ἐλπιζομένης ἐστὶ τελειώσεως· πρὸς ἣν βλέπων, ἐὰν εὐφρονῇς, οὔτε ἀπεχθῶς ἕξεις πρὸς ταῦτα οὔτε μὴν ἐμπαθῶς τε καὶ ἐπιθυμητικῶς διατεθήσῃ, ὡς ἢ χωριζόμενος αὐτῶν ἀνιᾶσθαι, ἢ αὐτομολεῖν πρὸς τὸν θάνατον. Εἰ δὲ χρὴ προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ, οὐκ ἄχρηστον ἴσως ἐστὶ, κἂν ἔξω τῆς ἀκολουθίας εἶναι δοκῇ, ὅτι ἐμμελετᾷ τῷ θανάτῳ διὰ παντὸς ἡ φύσις, καὶ συμπέφυκε διὰ τοῦ χρόνου προϊούσῃ τῇ ζωῇ πάντως ὁ θάνατος. Πρὸς γὰρ τὸ μέλλον τοῦ παρῳχηκότος τῆς ζωῆς πάντοτε κινουμένης, καὶ οὐδέποτε πρὸς τὸ κατόπιν ἀναλυούσης, θάνατός ἐστι τὸ πάντοτε τῇ ζωτικῇ ἐνεργείᾳ συνημμένως ἑπόμενον. Ἐν γὰρ τῷ παρῳχηκότι τοῦ χρόνου, παύεται πάντως πᾶσα κίνησις ζωτικὴ καὶ ἐνέργεια. Ἐπεὶ οὖν ἴδιόν ἐστι τοῦ θανάτου τὸ ἄπρακτόν τε καὶ ἀνενέργητον· τοῦτο δὲ κατόπιν ἀεὶ τῇ ζωτικῇ ἐνεργείᾳ πάντως ἐφέπεται· οὐκ ἔξω τῆς ἀληθείας ἐστὶ τὸ συμπεπλέχθαι τῇ ζωῇ ταύτῃ τὸν θάνατον λέγειν. Καὶ ἄλλως δ' ἄν τις εὕροι τὸ τοιοῦτον νόημα διὰ τῆς ἀληθείας ἡμῖν κρατυνόμενον, αὐτῆς τῆς πείρας μαρτυρούσης τῷ δόγματι, ὅτι οὐχ ὁ αὐτός ἐστι τῷ χθιζῷ ὁ σήμερον ἄνθρωπος κατὰ τὸ ὑλικῶς ὑποκείμενον, ἀλλά τι πάντως αὐτοῦ διὰ παντὸς νεκροῦται, καὶ ὄζει, καὶ διαφθείρεται, καὶ ἐκβάλλεται, καθάπερ οἰκίας τινὸς τῆς τοῦ σώματος λέγω κατασκευῆς τὴν νεκρώδη δυσωδίαν ἐκφερούσης τῆς φύσεως, καὶ τῇ γῇ παραδιδούσης τὸ ἤδη τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ἔξω γενόμενον.

A ponens, si sapis, nec propter hæc indignaberis, nec ullo modo sic animo allicieris, ut vel ab hac vita decedens angaris, vel sponte mortem præripias. Jam illud, licet a proposito nostro alienum esse videatur, fortasse non erit inutile ut adjungamus, nempe naturam assidue in mortem incumbere, vitæque tempore antecedenti mortem prorsus instare atque inhærere. Etenim cum vita præteriens semper ad futurum contendat, nec ad præteritum unquam revertatur, quid aliud est, quam mors, id, quod vitalem actionem usque subsequitur? Quare cum in tempore, quod ante fluxit, desinat motus omnis et actio vitalis, mortisque proprium sit, res ad interitum, nihilumque redigere; quod quidem semper actioni præteritæ omnino B contingit, non mentitur, qui huic vitæ mortem dicit esse conjunctam. Hoc autem res ipsa verum esse confirmat, quandoquidem, quod ad subjectam materiam pertinet, homo non est idem hodie, qui heri fuit. Aliquid enim ex eo momentis singulis moritur, et fetet, et corrumpitur, et abjicitur: cum tetrum natura fetorem ex corpore, tanquam funus ex aliqua domo, efferat, et quod vitalem facultatem jam exuit, terræ tradat.

Διὸ κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου φωνὴν Παύλου καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκομεν, οὐχ οἱ αὐτοὶ διὰ παντὸς ἐν τῷ αὐτῷ διαμένοντες οἴκῳ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἑκάστοτε ἄλλοι ἐξ ἄλλου γινόμενοι διὰ προσθήκης τε καὶ ἀποποιήσεως, ὡς πρὸς καινὸν σῶμα διὰ παντὸς ἀλλοιούμενοι. Τί οὖν ξενιζόμεθα πρὸς τὸν θάνατον, οὗ ἀπεδείχθη μελέτη διηνεκής, καὶ γυμνάσιον ἡ διὰ σαρκὸς οὖσα ζωή; Κἂν τὸν ὕπνον εἴπῃς καὶ τὴν ἐγρήγορσιν, ἄλλην θανάτου λέγεις πρὸς τὴν ζωὴν συμπλοκήν, κατασβεννυμένης ἐν τοῖς καθεύδουσι τῆς αἰσθήσεως, καὶ πάλιν τῆς ἐγρηγόρσεως ἐνεργούσης ἡμῖν ἐν αὐτῇ τὴν ἐλπιζομένην ἀνάστασιν; Ἀλλ' οὔπω τὸ προκείμενον ἡμῖν εὐσαφηνίσθη διὰ τῶν εἰρημένων, τοῦ ἐπεισοδίου νοήματος πρὸς ἑτέραν θεωρίαν παραγαγόντος τὸν λόγον.

Πάλιν τοίνυν τὸ προτεθὲν ἀναλάβωμεν, ὅτι οὐκ ἀχρήστως πρὸς τὴν προσδοκωμένην τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδα, οὐδὲ ἡ τοῦ σώματος φύσις ἔχει. Εἰ μὲν γὰρ ἦμεν ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐγενόμεθα, οὐκ ἂν πάντως τοῦ δερματίνου χιτῶνος προσεδεήθημεν, ἐπιλαμπούσης ἡμῖν τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ὁμοιώσεως. Ὁ δὲ θεῖος χαρακτὴρ ὁ ἐπιφαινόμενος ἡμῖν τὸ κατ' ἀρχάς, οὐ ποιοῦ σχήματός τινος ἢ χρώματος ἦν ἰδιότης, ἀλλ' οἷς τὸ θεῖον θεωρεῖται κάλλος, τοιούτοις ἐκαλλωπίζετο καὶ ὁ ἄνθρωπος, δι' ἀπαθείας τε καὶ μακαριότητος καὶ ἀφθαρσίας, τὴν ἀρχέτυπον χάριν ἀπομιμούμενος. Ἐπειδὴ δὲ δι' ἀπάτης τοῦ ἐχθροῦ τῆς ζωῆς ἡμῶν, πρὸς τὸ κτηνῶδες καὶ ἄλογον ἑκουσίως τὴν ῥοπὴν ἔσχεν ὁ ἄνθρωπος, τὸ μὲν ἄκοντας ἀποστῆναι τοῦ

Quamobrem, ut Paulus ait, quotidie morimur [7]: C quippe qui non iidem semper manemus in ipso corporis domicilio, sed accessione decessioneque continua alii ex alio reddimur, et in novum assidue corpus immutamur. Quid igitur cum morte nos ut hospites peregrinosque gerimus, cum demonstratum sit, vitam hanc quam in carne degimus, nihil aliud esse, nisi perpetuam mortis commentationem ac studium? Quid? ipse somnus atque vigilia, quid aliud sunt, nisi mortis vitæque complexus atque conjunctio? cum et dormientes tanquam exstinctos sensus nos deserat, et excitatos vigilia speratæ resurrectionis admoneat? Verum digressione hac ad alia consideranda nos adducente, quod proposuimus nondum explicavimus.

D Quare ad propositum revertamur, ostendamusque ne corporis quidem naturam inutilem esse ad spem bonorum, quæ a nobis exspectantur. Etenim si tales mansissemus, quales initio fuimus procreati, Dei similitudine in nobis elucente, pellicea tunica neutiquam indiguissemus. Divina enim quæ principio in nobis cernebatur nota, non in qualicunque figuræ colorisve proprietate consistebat, sed quibus insignibus Dei pulchritudo conspicitur, iisdem homo decoratus per beatitudinem ægritudinis et corruptionis expertem exemplaris gratiam exprimebat. Sed posteaquam a vitæ nostræ inimico dolis deceptus ad bestiarum rationique contrariam vitam amplectendam voluntate sua

[7] I Cor. xv, 31.

propensior evasit, inconsideratius fortasse rem expendentibus videretur utile, ut a malo discederemus inviti, coactique ad bonum revertemur. At humanæ naturæ effectori inutile visum est atque iniquum, ut ob eam dispositionem natura maximi boni jacturam faceret. Nam cum Deo similis, beatusque ea re esset homo, quod libera præditus erat voluntate (juris enim esse sui, et nullius subjectum imperio, divinæ est beatitudinis proprium), si necessitate illum, et vi ad aliquid impulisset, ea spoliasset ipsum dignitate. Qui enim sponte motuque voluntario naturam suam ad aliquid eorum, quæ non conveniunt, converterunt, si per vim ab iis, quæ sibi ipsi delegerunt, desistere cogantur, bonum illis adimitur, quod habebant prius: eaque res est privatio divini honoris. Liberum enim voluntatis arbitrium est honor divino æqualis. Quamobrem ut simul et humanæ naturæ relinqueretur dignitas liberæ voluntatis, et ipsum auferretur malum, hanc divina sapientia rationem excogitavit, ut in iis hominem esse sineret, quæ sibi ipse elegisset, quo gustatis malis, quæ concupiverat, experiendoque discens, quæ quibus commutasset, ea cupiditate rursum incenderetur, ut vitiorum perturbationumque, quæ rationi inimicæ sunt, onere deposito, et vel in præsenti vita precibus sapientiæque studio purgatus, vel post obitum per expurgantis ignis fornacem expiatus, ad pristinam vellet redire felicitatem. Ut enim si quis medicæ facultatis, et eorum quæ valetudini vel prosint vel obsint, peritissimus, adolescentulo quidem consuleret salutaria, sed ei tamen propter ætatis prudentiæque imbecillitatem consilio suo persuadere non posset, quominus a fructu, aut herba aliqua perniciosa temperaret, is cum omne remediorum genus in promptu haberet, permitteret filio, ut re noxia vesceretur, quo morbi molestia aut dolore aliquo affectum, reque ipsa paterni consilii utilitatem agnoscentem, valetudinisque cupidiorem medicamentis suis in pristinum reduceret statum, unde propter stultam cibi pestiferi cupiditatem excidisset: sic humanæ naturæ dulcissimus atque optimus pater, quæ salutaria, quæve perniciosa essent homini, plane noverat: itaque illum admonuit, ne perniciosa contingeret. Verum cum rei deterioris cupiditate victus esset, medicamentis non indiguit, quibus eum ad pristinam sanitatem revocaret. Etenim cum corpoream istam voluptatem animi lætitiæ prætulisset, visus est quodammodo Deus permittere, hominem eo impetu ferri, propter tunicam illam pelliceam, quam ob ejus propensionem ad malum induit illum, qua quidem tunica naturæ ratione vacantis proprietates homini admistæ sunt. Sapientia enim illa quæ per contraria, quod melius est, disponit, naturæ ratione præditæ bestiarum indumentum confecit. Nam tunica illa pellicea secum ferens omnes proprietates, quas ex bestiarum natura continet, nempe voluptatem, iracundiam, gutturis ven-

A χείρονος, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀναγκαστικῶς μεταθεῖναι, τοῖς μὲν ἀνεξετάστοις χρήσιμον εἶναι δοκεῖ· τῷ δὲ πλάστῃ τῆς φύσεως ἀλυσιτελὲς ἐφάνη καὶ ἄδικον, τὴν τοῦ μεγίστου τῶν ἀγαθῶν ζημίαν διὰ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας ἐμποιῆσαι τῇ φύσει. Ἐπειδὴ γὰρ θεοειδὴς ὁ ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ μακάριος τῷ αὐτεξουσίῳ τετιμημένος (τὸ γὰρ αὐτοκρατές τε καὶ ἀδέσποτον ἴδιόν ἐστι τῆς θείας μακαριότητος), τὸ δι' ἀνάγκης αὐτὸν ἐπί τι μεταχθῆναι βιαίως, ἀφαίρεσις τοῦ ἀξιώματος ἦν. Εἰ γὰρ ἑκουσίως τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν κατὰ τὴν αὐτεξούσιον κίνησιν ἐπί τι τῶν οὐ δεόντων ὁρμήσασαν, βιαίως τε καὶ κατηναγκασμένως τῶν αἱρεσάντων ἀπέστησεν, ἀφαίρεσις ἂν ἦν τοῦ προέχοντος ἀγαθοῦ τὸ γινόμενον, καὶ τῆς ἰσοθέου τιμῆς ἀποστέρησις. Ἰσόθεον γάρ ἐστι τὸ αὐτ-
B ἐξούσιον. Ὡς ἂν οὖν καὶ ἡ ἐξουσία μένοι τῇ φύσει, καὶ τὸ κακὸν ἀπογένοιτο, ταύτην εὗρεν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπίνοιαν, τὸ ἐᾶσαι τὸν ἄνθρωπον ἐν οἷς ἐβουλήθη γενέσθαι, ἵνα γευσάμενος τῶν κακῶν, ὧν ἐπεθύμησεν, καὶ τῇ πείρᾳ μαθὼν, οἷα ἀνθ' οἵων ἠλλάξατο, παλινδρομήσῃ διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἑκουσίως πρὸς τὴν πρώτην μακαριότητα, ἅπαν τὸ ἐμπαθές τε καὶ ἄλογον, ὥσπερ τι ἄχθος ἀποσκευάσας τῆς φύσεως, ἤτοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, διὰ προσευχῆς τε καὶ φιλοσοφίας ἐκκαθαρθεὶς, ἢ μετὰ τὴν ἐνθένδε μετανάστασιν, διὰ τῆς τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἰατρικὸς ὢν, καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην τῶν τε σωτηρίων, καὶ τῶν δηλητηρίων ἐκ τέχνης ἔχων, συμβουλεύων τῷ μειρακίῳ τὰ δέοντα, μὴ δυ-
C νηθείη διὰ συμβουλῆς κωλῦσαι τὸν ἀτελῆ κατὰ τὴν ἡλικίαν τε καὶ τὴν φρόνησιν, ἐπιθυμητικῶς πρός τινα φθοροποιὸν καρπὸν ἢ πόαν διατεθέντα, ἔχων δὲ παντοίαν τῶν ἀλεξιφαρμάκων παρασκευὴν, ἐπιτρέψειε τῷ παιδὶ μετασχεῖν τῶν βλαπτόντων, ἐφ' ᾧ τε διὰ τῆς τῶν ἀλγεινῶν πείρας τὸ χρήσιμον τῆς πατρῴας συμβουλῆς μαθόντα, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς ὑγιείας γενόμενον, πάλιν διὰ τῶν ἀλεξητηρίων ἐπαναγάγῃ πρὸς εὐεξίαν τὸν παῖδα, ἧς διὰ τῆς ἀτόπου τῶν δηλητηρίων ἐπιθυμίας ἐξέπεσεν· οὕτως ὁ γλυκύς τε καὶ ἀγαθὸς τῆς φύσεως ἡμῶν πατὴρ, ὁ εἰδὼς καὶ δι' ὧν σωζόμεθα, ἐγνώρισε μὲν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ δηλητήριον, καὶ τὸ μὴ μετασχεῖν συνεβούλευσεν· κρατησάσης δὲ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ χείρονος, οὐκ ἠπόρησε τῶν ἀγαθῶν ἀντιφαρμάκων, δι' ὧν ἐπαναγάγῃ πάλιν
D πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς εὐεξίαν τὸν ἄνθρωπον. Τὴν γὰρ ὑλικὴν ταύτην ἡδονὴν πρὸ τῆς ψυχικῆς εὐφροσύνης τοῦ ἀνθρώπου προελομένου, συντρέχειν μέν πως ἔδοξεν αὐτῷ τῇ ὁρμῇ διὰ τοῦ δερματίνου χιτῶνος, ὃν διὰ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον αὐτῷ ῥοπὴν περιέθηκεν, δι' οὗ τῆς ἀλόγου φύσεως ἐπεμίχθη τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ἰδιώματα, ὧν τῶν ἀλόγων ζώων τῆς λογικῆς φύσεως ἔνδυμα κατεσκευάσθη τῇ σοφίᾳ τοῦ διὰ τῶν ἐναντίων οἰκονομοῦντος τὰ κρείττονα. Πάντα γὰρ φέρων ἐν ἑαυτῷ τὰ ἰδιώματα ὁ δερμάτινος χιτὼν, ὅσα εἶχε περιέχων τὴν ἄλογον φύσιν, ἡδονήν τε καὶ θυμὸν καὶ γαστριμαργίαν, καὶ ἀπληστίαν, καὶ τὰ ὅμοια, ὁδὸν δίδωσι τῇ ἀνθρωπίνῃ προαιρέσει τῆς καθ' ἑκάτερον ῥοπῆς, εἰς ἀρετήν τε καὶ κακίαν ὕλη γινόμενος. Τούτοις γὰρ ἐμβιοτεύων κατὰ τὸν τῇδε βίον ὁ ἄνθρωπος

τῇ αὐτεξουσίῳ κινήσει, εἰ μὲν διακρίνοιτο τοῦ ἀλόγου τὸ ἴδιον, καὶ πρὸς ἑαυτὸν βλέποι διὰ τῆς ἀστειοτέρας ζωῆς, καθάρσιον τῆς ἐμμιχθείσης κακίας τὸν παρόντα βίον ποιήσεται, κρατῶν διὰ τοῦ λόγου τῆς ἀλογίας· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἄλογον τῶν παθημάτων ῥοπὴν ἐπικλιθείη, τῷ τῶν ἀλόγων δέρματι συνεργῷ χρησάμενος πρὸς τὰ πάθη, ἄλλως μετὰ ταῦτα βουλεύσεται πρὸς τὸ κρεῖττον, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον γνοὺς τῆς ἀρετῆς τὸ πρὸς τὴν κακίαν διάφορον, ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μετασχεῖν τῆς θειότητος, μὴ τοῦ καθαρσίου πυρὸς τὸν ἐμμιχθέντα τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθήραντος.

A trisque vitia, et alia ejusdem generis, hominis proposito præbet occasionem, ut, ad utrum velit, sese convertat, cum virtutis et vitii materia sit, in quibus, dum hic vivit, pro arbitratu suo versatur. Si neglecto, quod bestiarum est, urbanius vivendi genus complectetur, ratione vincens, quod rationi contrarium est, præsenti hac vita vitium sibi admistum expiabit. Sin quo perturbationum impetus ducet, inclinabit, bestiarumque pellem ad vitia ministram et adjutricem adhibebit, aliud ei deinde ineundum erit consilium, ut ad bonum perveniat cum e corpore egressus, cognita, quæ inter virtutem et vitium differentia est, non poterit divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immistas purgatorius ignis abstulerit.

Ταῦτά ἐστιν ἃ τὴν τοῦ σώματος χρείαν ἀναγκαίαν B ἡμῖν ἐποίησεν, δι' οὗ τό τε αὐτεξούσιον σώζεται, καὶ ἡ πρὸς τὸ ἀγαθὸν πάλιν ἐπάνοδος οὐ κωλύεται· ἀλλὰ τῇ περιοδικῇ ταύτῃ ἀκολουθίᾳ, διὰ τοῦ ἑκουσίου γίνεται ἡμῖν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπὴ, τῶν μὲν ἐντεῦθεν ἤδη διὰ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς τὸν πνευματικὸν ἐν ἀπαθείᾳ κατορθούντων βίον, οἵους γεγενῆσθαι τοὺς πατριάρχας τε καὶ τοὺς προφήτας ἀκούομεν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς τε καὶ μετ' ἐκείνους δι' ἀρετῆς τε καὶ φιλοσοφίας ἀναδραμόντας ἐπὶ τὸ τέλειον, μαθητὰς λέγω καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας, καὶ πάντας τοὺς τὴν ἐνάρετον ζωὴν πρὸ τοῦ ὑλικοῦ τετιμηκότας βίου, οἳ κἂν ἐλάττους ὦσι τῷ ἀριθμῷ τοῦ πλήθους τῶν πρὸς τὸ χεῖρον ἀποῤῥεόντων, οὐδὲν ἧττον τὸ δυνατὸν εἶναι διὰ σαρκὸς τὴν ἀρετὴν κατορθῶσαι μαρτυροῦνται· τῶν δὲ λοιπῶν διὰ τῆς εἰς ὕστερον C ἀγωγῆς ἐν τῷ καθαρσίῳ πυρὶ ἀποβαλόντων τὴν πρὸς τὴν ὕλην προσπάθειαν, καὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκληρωθεῖσαν τῇ φύσει χάριν, διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμίας ἑκουσίως ἐπανιόντων. Οὐ γὰρ εἰς ἀεὶ παραμένει τῶν ἀλλοτρίων ἡ ἐπιθυμία τῇ φύσει· διότι πλήσμιον ἑκάστῳ καὶ προσκορές ἐστι τὸ μὴ ἴδιον, οὗ μὴ κατ' ἀρχὰς ἔσχεν ἐν ἑαυτῇ τὴν κοινωνίαν ἡ φύσις· μόνον δὲ τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον ποθεινὸν καὶ ἐράσμιον εἰς ἀεὶ διαμένει, ἕως ἂν ἐφ' ἑαυτῆς ἡ φύσις ἀπαράτρεπτος μένῃ· εἰ δέ τινα ἐκτροπὴν πάθοι διὰ μοχθηρᾶς προαιρέσεως, τότε αὐτῇ τῶν ἀλλοτρίων ἡ ἐπιθυμία ἐγγίνεται, ὧν ἡ ἀπόλαυσις ἡδύνει, οὐχὶ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὸ πάθος τῆς φύσεως· ἐκχωρήσαντος δὲ τοῦ πάθους, καὶ ἡ τῶν παρὰ φύσιν ἐπιθυμία συνανεχώρησεν, καὶ γίνεται πάλιν αὐτῇ τὸ D οἰκεῖον ποθεινὸν καὶ κατάλληλον. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ καθαρόν τε καὶ ἄϋλον καὶ ἀσώματον, ὅπερ ἴδιον τῆς ὑπερκειμένης τῶν πάντων θεότητος εἰπών τις οὐχ ἁμαρτήσεται. Ὡς γὰρ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ῥεύματός τινος δριμυτέρου τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα θολώσαντος, ἡδίων ὁ ζόφος γίνεται, διὰ τὴν τῆς παχύτητος πρὸς τὸ σκότος συγγένειαν. Εἰ δὲ δαπανηθείη διά τινος θεραπείας τὸ διοχλῆσαν τῷ πνεύματι, πάλιν τὸ φῶς οἰκεῖον καὶ κατάλληλον γίνεται, τῷ καθαρῷ τε καὶ αὐγοειδεῖ τῆς κόρης καταμιγνύμενον· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπειδὴ ῥεύματός τινος δίκην δι' ἀπάτης τοῦ Ἀντικειμένου ἐπεῤῥύη τῷ ὀπτικῷ τῆς ψυχῆς ἡ κακία, ἑκουσίως πρὸς τὸν σκοτεινὸν βίον ὁ λογισμὸς ἐπεκλίθη, διὰ τοῦ πάθους οἰκειωθεὶς τῷ ζόφῳ. Πᾶς γὰρ

His de causis corporis usus nobis est necessarius. Eo namque et liberum nobis adest arbitrium, et reditus non intercluditur, sed ordine et versu volentes ad bonum provehimur, aliis quidem jam inde ab eo tempore, quo vivunt hic spiritalem, et a vitiis ac perturbationibus alienam vitam instituentibus, quales intelligimus patriarchas et prophetas exstitisse, et qui una cum ipsis, et post ipsos per virtutem et sapientiæ studium ad perfectionem reverterunt, discipulos, et apostolos, et martyres dico, et quicunque corporeo in materiaque demerso honestum, et cum virtute conjunctum vivendi genus anteposuerunt: qui licet numero pauciores fuerint, quam illi, qui ad deteriora deflexerunt, exemplo tamen ac testimonio suo virtutem in carne coli compararique posse testantur; aliis autem post hanc vitam purgatorio igne materiæ labes et propensionem ad malum abstergentibus, et ad gratiam initio naturæ concessam voluntaria bonorum cupiditate redeuntibus. Alienorum enim cupiditas in natura perpetuo non inhæret. Quoniam quod naturæ non est proprium, quodque nullam principio cum ipso societatem habebat, unicuique satietatem et fastidium affert, solumque id, quod illi cognatum ac simile est, optandum ipsi semper amandumque relinquitur. Quod si vitio depravatæ voluntatis aliquo modo degeneravit, tunc inest illi cupiditas rerum externarum, quibus fruendis non ipsa natura, sed naturæ affectio delectatur: qua quidem affectione depulsa, rerum etiam externarum cupiditas discessit; et quod illi suum ac proprium est, rursum amabile manet et expetendum: id autem est purum et a materia corporeque sejunctum, quod si quis præstantissimæ rerum omnium divinitatis proprium dicat, non errabit. Quemadmodum enim corporis oculis, si acutior aliqua distillatio nervos, videndi spiritum subministrantes, perturbaverit, amicæ sunt tenebræ, propter similitudinem, quam obtusi jam atque hebetes cum illis habent: at si curatione aliqua conficiatur, ac deleatur id, quod nervis illis officiebat, lucem oculi rursum ut propriam sibique congruentem amant, quæ pupillæ puræ, et per se videnti commiscetur: eodem modo, posteaquam inimici fraude vitium instar

cujusdam distillationis defluxit in oculos animi, vitam tenebricosam ut sibi propter ægritudinem convenientem adamarunt. Quisquis enim male agit, odit lucem, ut vox divina testatur [8]. Malo autem consumpto, et rursus ad nihilum redacto, natura eo depulso, quod animi oculos hebetabat, cum voluptate lucem iterum intuetur. Ex his igitur quæ dicta sunt, patet, carnis naturam iniquo animo prosequi, stultum esse. Neque enim ab illa pendet malorum causa. Nam si sic esset, eamdem haberet in omnes vim, qui corpoream sortiti sunt vitam.

Verum cum ii, quos commemoravimus, sic ex virtute vixerint, ut cum in carne essent, nullis tamen se vitiis obstringerent, perspicuum est corpus non esse vitiorum causam, sed propriam cujusque voluntatem, quæ se vitiis contaminat. Corpus enim naturæ suæ convenienter movetur, ad eaque, quibus statum suum tuetur atque conservat, impulsu proprio fertur et trahitur. Exempli gratia, cibo potioneque indiget, ut, quod deperditur vitium, instauretur itaque cibum potionemque appetit. Rursus natura corporis, quæ mortalis est, procreationis serie fit immortalis: idcirco conveniens illi procreandi appetitus insitus est. Ad hæc cum idoneo pilorum præsidio corpora nostra munita non sint, vestimentis extrinsecus admotis indigemus; cumque caloris, et frigoris, et imbrium vim perferre nequeamus, domos et tecta nobis construimus. Qui prudenter necessitatem considerat, ejus habita ratione, hæc et alia ejusmodi sine sollicitudine comparat, appetitionique terminum constituit, usum necessarium: domum igitur, vestimentum, conjugium cibumque naturæ suppeditat, ut rebus necessariis sustentetur. Qui vero voluptatum est servus, per necessarios usus vitiis aditum aperit, alimentique loco delicias quærit; pro vestimento sectatur elegantiam ornamentorum; pro ædium usu colit amplissima magnificentissimaque palatia; pro legitima liberorum susceptione, legibus contrarias atque nefarias libidines aucupatur. Quibus de causis latis portis ingressa est in hominum vitam avaritia, mollities, et otium, et superbia, et ostentatio multiplexque luxuria. Hæc et horum similia vitia, ut stolones, aut rami quidam inutiles, præter vitæ usus necessarios provenerunt, dum necessitatis terminos transilit appetitus, hominesque non curant honestis studiis dilatari. Quid enim alendo corpori prosunt argentea vasa, auro gemmisque tanquam floribus distincta atque exornata? Quem usum afferunt vestes aureis purpureisque filis contextæ, et varia elaboratæ pictura, qua et prœlia, et venationes, et aliæ res ejusmodi in tunicis et indumentis ab artificibus describuntur? Quæ quidem luxuria semper avaritiam comitem habet. Nam ut vires sibi ad hæc parent, rerum cupita-

[8] Joan. III, 30.

A ὁ τὰ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καθώς φησιν ἡ θεία φωνή· ἐκδαπανηθέντος δὲ τοῦ κακοῦ ἐκ τῶν ὄντων, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν αὖθις μεταχωρήσαντος, πάλιν μεθ' ἡδονῆς ἀναβλέπει πρὸς τὸ φῶς ἡ φύσις, τοῦ ἐπιθολοῦντος τὸ καθαρὸν τῆς ψυχῆς ἐκχωρήσαντος. Μάταιον τοίνυν δέδεικται διὰ τῶν εἰρημένων τὸ δυσμενῶς πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς ἔχειν φύσιν. Οὐ γὰρ ταύτης ἤρτηται τῶν κακῶν ἡ αἰτία. Ἠ γὰρ ἂν κατὰ πάντων ἐπίσης ἔσχε τὸ κράτος τῶν τὸν σωματικὸν εἰληχότων βίον.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἐπ' ἀρετῆς μνημονευομένων ἕκαστος καὶ ἐν σαρκὶ ἦν, καὶ ἐν κακίᾳ οὐκ ἦν, φανερὸν διὰ τούτων ἐστὶν, ὅτι οὐ τὸ σῶμα τῶν παθημάτων αἴ-
B τιον, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ δημιουργοῦσα τὰ πάθη. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα καταλλήλως τῇ ἰδίᾳ κινεῖται φύσει, δι' ὧν συντηρεῖται πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σύστασιν καὶ διαμονήν· πρὸς ταῦτα ταῖς ἰδίαις ὁρμαῖς διοικούμενον. Οἷόν τι λέγω· Βρώσεώς ἐστιν αὐτῷ χρεία καὶ πόσεως, ὥστε τὸ διαπνευσθὲν τῆς δυνάμεως πάλιν ἀντεισαχθῆναι τῷ λείποντι· πρὸς τοῦτο κινεῖται ἡ ὄρεξις. Πάλιν διὰ τῆς τῶν γινομένων διαδοχῆς, θνητὴ οὖσα ἡ τοῦ σώματος φύσις ἀθανατίζεται· διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ταύτην τὴν ὁρμὴν ἐπιτηδείως ἔχει. Ἔτι πρὸς τούτοις γυμνὸν τοῦ ἐκ τῶν τριχῶν σκεπάσματος τὸ σῶμα πεποίηται, οὗ χάριν τῆς ἔξωθεν περιβολῆς ἐδεήθημεν. Ἀλλὰ καὶ πρὸς φλογμόν τε καὶ κρύος καὶ ἐπομβρίαν ἀντισχεῖν οὐ δυνάμενοι, τὴν ἐκ τῶν οἰκιῶν σκέπην ἐπεζητήσαμεν. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ μὲν λελογι-
C σμένως πρὸς τὴν χρείαν βλέπων, δέχεται τούτων ἕκαστον ἀπραγμόνως ὁρῶν, τῆς ὀρέξεως τὸν σκοπὸν τῆς χρείας ποιούμενος, οἶκον, ἱμάτιον, συζυγίαν, τροφὴν, δι' ἑκάστου τούτων θεραπεύων τὸ ἐνδέον τῆς φύσεως. Ὁ δὲ τῶν ἡδονῶν ὑπηρέτης, ὁδοὺς παθημάτων τὰς ἀναγκαίας χρείας ἐποίησεν· ἀντὶ μὲν τῆς τροφῆς, τὴν τρυφὴν ἐπιζητῶν· ἀντὶ δὲ τῆς περιβολῆς, τὸν καλλωπισμὸν προαιρούμενος· ἀντὶ δὲ τῆς τῶν οἰκιῶν χρείας τὴν πολυτέλειαν· ἀντὶ δὲ τῆς παιδοποιίας, πρὸς τὰς παρανόμους τε καὶ ἀπηγορευμένας ἡδονὰς βλέπων. Διὰ τοῦτο ἥ τε πλεονεξία πλατείαις ταῖς πύλαις τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ εἰσεκώμασεν, καὶ ἡ μαλακία, καὶ ὁ τῦφος, καὶ ἡ χαυνότης, καὶ ἡ πολυειδὴς ἀσωτία. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, ὥσπερ τινὲς ὄζοι καὶ ξη-
D ράδες τῶν ἀναγκαίων χρειῶν παρεβλάστησαν, διὰ τὸ παρελθεῖν τοὺς τῆς χρείας ὅρους τὴν ὄρεξιν, καὶ τοῖς ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ σπουδαζομένοις ἐπιπλατύνεσθαι. Τί γὰρ κοινὸν ἔχει πρὸς τὸ τῆς τροφῆς χρήσιμον ὁ διάγλυφος ἄργυρος, χρυσῷ, καὶ λίθοις ἐπανθιζόμενος; Ἢ τίνος χάριν ἐπεδεήθη τὸ ἱμάτιον τοῦ χρυσοῦ νήματος, καὶ τῆς εὐανθούσης πορφυρίδος, καὶ τῆς ὑφαντικῆς ζωγραφίας, δι' ἧς πόλεμοι, καὶ θῆρες, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς χιτῶσί τε καὶ τοῖς ἐνδύμασι παρὰ τῶν ὑφαινόντων ἐνζωγραφοῦνται; Οἷς συμμαχοῦσα ἡ τῆς πλεονεξίας ἐνεφύη νόσος. Ἵνα γὰρ ἐπιτύχωσι πρὸς ταῦτα παρασκευῆς καὶ δυνάμεως, τὰς τῶν ἐπιθυμουμένων ὕλας παρὰ τῆς πλεονεξίας πορίζονται. Ἡ δὲ

πλεονεξία τῇ ἀπιστίᾳ τὴν εἴσοδον ἤνοιξεν, ἥτις ἐστὶ κατὰ τὸν Σολομῶντα, ὁ τετρημένος πίθος, ἀεὶ τοῖς ἀπαντλοῦσι λείπων, καὶ κενὸς εὑρισκόμενος. Οὐκοῦν οὐ τὸ σῶμα τὰς τῶν κακῶν ἀφορμάς, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἐμποιεῖ, τὸν σκοπὸν τῆς χρείας εἰς τὴν τῶν ἀτόπων ἐπιθυμίαν ἐκτρέπουσα. Μὴ τοίνυν κακιζέσθω παρὰ τῶν ἀπερισκέπτων τὸ σῶμα, ᾧ μετὰ ταῦτα διὰ τῆς παλιγγενεσίας μεταστοιχειωθέντι πρὸς τὸ θειότερον ἡ ψυχὴ καλλωπίσεται, τὰ περιττά τε καὶ ἄχρηστα, ὡς πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν τῆς μελλούσης ζωῆς, τοῦ θανάτου ἀποκαθάραντος. Οὐ γὰρ πρὸς ἃ νῦν ἐπιτηδείως ἔχει, τὰ αὐτὰ καὶ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρησιμεύσει βίῳ, ἀλλ' οἰκεία καὶ κατάλληλος ἔσται τῇ ἀπολαύσει τῆς ζωῆς ἐκείνης ἡ τοῦ σώματος ἡμῶν παρασκευή, ἁρμοδίως πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν διατεθεῖσα. Οἷόν τι λέγω (κρεῖττον γὰρ ὑποδείγματι τῶν γνωρίμων τινὶ διασαφηνίσαι τὸ νόημα)· Ἡ τοῦ σιδήρου βῶλος χρησιμεύει τῇ χαλκευτικῇ τέχνῃ, ἀκατέργαστος ἄκμων γενομένη τοῦ τεχνιτεύοντος. Ἀλλ' ὅταν δεῖ πρός τι λεπτότερον μετεργασθῆναι τὸν σίδηρον, τότε δι' ἐπιμελείας τὴν βῶλον τοῦ πυρὸς ἐκκαθήραντος, ἅπαν ἀποτίθεται τὸ γεῶδες καὶ ἄχρηστον, ὃ δὴ σκωρίαν οἱ τεχνῖται τῆς ἐργασίας ταύτης κατονομάζουσι· καὶ οὕτως ὁ ποτὲ ἄκμων λεπτουργηθεὶς, ἢ θώραξ, ἢ ἄλλο τι τῶν λεπτῶν κατασκευασμάτων ἐγένετο, τοῦ τοιούτου περιττώματος ἐκκαθαρθεὶς διὰ τῆς χωνείας, ὅπερ ἕως ποτὲ ἄκμων ἦν, οὐκ ἐνομίζετο πρὸς τὴν τότε χρείαν εἶναι περίττωμα. Συντελεῖ γάρ τι καὶ ἡ σκωρία πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ σιδήρου ἐγκαταμεμιγμένη τῇ βώλῳ. Ἤδη νενόηται ἡμῖν τὸ ὑπόδειγμα· μετακτέον ἤδη πρὸς τὸ προκείμενον νόημα τὴν ἐν τῷ ὑποδείγματι θεωρηθεῖσαν διάνοιαν. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; Πολλὰς ἔχει νῦν σκωρεώδεις ποιότητας ἡ τοῦ σώματος φύσις, αἳ κατὰ μὲν τὴν παροῦσαν ζωὴν, πρός τι χρήσιμον συντελοῦσιν, ἀχρήστως δὲ παντάπασι καὶ ἀλλοτρίως ἔχουσι πρὸς τὴν μετὰ ταῦτα προσδοκωμένην μακαριότητα. Ὅπερ οὖν ἐν τῷ πυρὶ περὶ τὸν σίδηρον γίνεται, τὸ ἄχρηστον ἅπαν τῆς χωνείας ἀποποιούσης, τοῦτο διὰ τοῦ θανάτου κατορθοῦται τῷ σώματι, παντὸς περιττώματος ἀποποιουμένου διὰ τῆς ἐν τῇ νεκρότητι λύσεως. Φανερὰ μὲν οὖν ἐστι πάντως τοῖς ἐπεσκεμμένοις ποῖα ταῦτά ἐστιν, ὧν ἀποκαθαίρεται τὸ σῶμα εἰς ὕστερον· ἅπερ εἰ μὴ παρείη κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, ζημία γίνεται τοῦ βίου τούτου. Πλὴν ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμῶν σαφηνείας χάριν δι' ὀλίγων εἰρήσεται.

Ἔστω, καθ' ὑπόθεσιν, ἀντὶ μὲν τῆς βώλου, ἡ ὄρεξις ἡ φυσικῶς ἐπὶ πάντων ἐνεργουμένη· ἀντὶ δὲ τῆς σκωρίας ταῦτα, πρὸς ἃ νῦν τὰς ὁρμὰς ἔχει ἡ ὄρεξις, ἡδοναὶ, καὶ πλοῦτοι, καὶ φιλοδοξίαι, καὶ δυναστεῖαι, καὶ θυμοὶ, καὶ τῦφοι, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τούτων ἁπάντων καὶ τῶν τοιούτων, καθάρσιον ἀκριβὲς ὁ θάνατος γίνεται· ὧν γυμνωθεῖσά τε καὶ καθαρθεῖσα πάντων ἡ ὄρεξις, πρὸς τὸ μόνον ὀρεκτόν τε καὶ ἐπιθυμητὸν καὶ ἐράσμιον τῇ ἐνεργείᾳ τραπήσεται, οὐκ ἀποσβέσασα

A rum materiam avaritia subministrat : eademque avaritia infidelitati aditum patefacit : est enim, ut ait Solomon[9], dolium pertusum, quod qui conantur implere, frustra laborant, et vacuum semper inveniunt. Corpus ergo non affert malorum causas, sed ipsa voluntas, quæ necessarium usum ad absurdas et inutiles cupiditates detorquet. Nemo igitur temere et inconsiderate nostrum accuset corpus, quo postea per regenerationem in statum diviniorem commutato animus decorabitur, cum ab inutilibus illud et supervacaneis sordibus et incommodis mors expurgaverit, ut vita futura perfruatur. Nam quæ illi nunc congruentia sunt, iis non utetur in altera vita, ad cujus fruenda bona fiet apta accommodataque corporis nostri constitutio. B Non alienum autem erit, ut quod dicimus notæ pervulgatæque rei cujuspiam exemplo declaremus. Arti ærariæ utilis est ferri infecti illaboratique massa, dum ea pro incude faber utitur. At cum opus est ferro ad opus aliquod subtilius et magis elaboratum conficiendum, tunc igne diligenter expurgantur massæ illius terreæ atque inutiles fæces, quas, qui artis ejus periti sunt, scoriam appellant. Atque ita quod olim erat incus rudisve ferri massa, subtiliter elaboratum lorica fit, aut aliquod aliud opus egregium et expolitum, supervacaneis in fornace excoctis abjectisque sordibus, quæ tamen in ipsa incude aut massa consideratæ supervacuæ non putabantur. C Confert enim aliquid ad ferri molem etiam scoria in massa permista. Perspicuum hoc nobis est exemplum : accommodemus nunc præsentem considerationem ad eam quæ in exemplo conspicitur intelligentiam : quidnam igitur istud est? hoc nimirum. Multas nunc habet natura corporis sordes, ac veluti scoriam, quamdam præsenti vitæ non inutilem illam quidem aliquo modo, sed tamen alienam prorsus ab ea felicitate, quam exspectamus. Quemadmodum igitur in fornace ignis aufert et absumit quidquid in ferro est inutile, sic in ipsa morte corpus ab omni re supervacanea atque inutili per mortalitatis solutionem liberatur. Quæ autem sint ea, a quibus corpus in posterum expurgabitur, quæ nisi hic adessent, præsens hæc D vita damnum faceret, licet cuivis studiose consideranti facile intelligere : tamen quo planius etiam constet, ut a proposito exemplo non recedamus, breviter a nobis etiam recensebuntur.

Massa igitur sit appetitio, quæ naturaliter est omnibus insita, scoria autem, et fæces, ea, ad quæ nunc impetu ducitur et trahitur appetitio, nempe voluptates, divitiæ, gloria, principatus, iracundia, tumor, arrogantia, et id genus alia, a quibus omnibus nos expiatos mors ac plane liberos reddit. His enim exuta vacuaque appetitio ad id quod solum expetendum, optandum, amandumque est, vim transfert suam, non exstinguens penitus insitos

[9] Eccli. XXI, 17.

ad hæc impetus a natura, sed eos convertens ad illa bona perfruenda, quæ a materia sejuncta sunt. Nam illic viget veræ pulchritudinis amor, qui nunquam exstinguitur. Illic laudabilis adest sapientiæ divitiarum cupiditas, et præclarum ac bonum gloriæ studium, quod in Dei regni societate consumitur, honestumque divinarum epularum desiderium, quæ degustatæ nullam unquam afferunt satietatem. Quamobrem qui novit totius orbis auctorem et opificem Deum opportuno tempore corporis molem ac massam in arma bonæ voluntati suæ grata acceptaque conflaturum, et loricam justitiæ, ut inquit Apostolus [10], gladiumque spiritus, et galeam spei, atque omnem divinam armaturam perfecturum, diligit corpus suum ex præscripto legis, quam tulit Apostolus, *nemo*, inquiens, *proprium corpus odit* [11]. Purum igitur ac mundum corpus oportet diligere, non autem sordidam ejus scoriam, quæ repudiatur et abjicitur. Verum est enim, quod continet divina Scriptura [12], nos, si terrestris domus nostra hujus tabernaculi destruatur, tunc ipsam inventuros ædificationem a Deo factam, domum non manu constructam, æternam in cœlis dignam quæ Dei sit domicilium in spiritu. Ac domus quidem illius non manufactæ figuram, et formam, et exemplum mihi nemo describat ad similitudinem earum, quibus proprietate distinguimur. Etenim cum divinis oraculis non solum prædictum sit nobis, nos in vitam esse revocandos, et resurrecturos, verum etiam promittatur in ipsa divina Scriptura per ipsam resurrectionem, immutari atque renovari nos oportere, omnino necesse est, ut, in quid immutandi sumus, ideo prorsus ignoremus, quod nullum eorum quæ speramus, exemplum in hac vita simile contuemur. Nunc enim, quæ crassa et solida sunt, natura deorsum feruntur. Tunc autem sic immutabuntur, ut sursum tendant. Nos enim, ut scriptum est, posteaquam natura per resurrectionem in omnibus in vitam revocatis fuerit commutata: *Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera atque ita semper cum Domino erimus* [13]. Si igitur qui immutantur, corporis pondus non retinent, sed diviniorem in statum translati simul cum natura incorporea in sublimi versantur; plane consentaneum est, ut color, figura, circumscriptio, et reliquæ corporis proprietates aliqua ratione divinitus commutentur. Idcirco tametsi videmus non esse necessarium, ut in iis, qui resurrectione immutabuntur, ulla ejusmodi appareat differentia, qualem propter eorum, qui succedunt, ordinem, necessario natura nunc habet, non tamen possumus explicare quales futuri sint in illa commutatione. Unum quidem fore omnium genus, unumque Christi corpus futuros omnes, atque unam omnibus formam imprimendam, divina in cunctis imagine æqualiter elucente, non ambigimus. Idque, quod talium proprietatum loco in naturæ immu-

A καθόλου τὰς ἐγκειμένας φυσικῶς ἡμῖν ἐπὶ τὰ τοιαῦτα ὁρμὰς, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἄϋλον τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν μεταποιήσασα. Ἐκεῖ γὰρ ὁ ἔρως τοῦ ἀληθινοῦ κάλλους, ὁ ἄπαυστος· ἐκεῖ ἡ ἐπαινετὴ τῶν τῆς σοφίας θησαυρῶν πλεονεξία, καὶ ἡ καλή τε καὶ ἀγαθὴ φιλοδοξία ἡ τῇ κοινωνίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας κατορθουμένη, καὶ τὸ καλὸν πάθος τῆς ἀπληστίας, οὐδέποτε κόρῳ τῶν ὑπερκειμένων πρὸς τὸν ἀγαθὸν πόθον ἐπικοπτόμενον. Οὐκοῦν μαθὼν, ὅτι τοῖς καθήκουσι χρόνοις ὁ τοῦ παντὸς τεχνίτης τὴν τοῦ σώματος βῶλον εἰς ὅπλον εὐδοκιμίας μεταχαλκεύσει, θώρακα δικαιοσύνης, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ μάχαιραν πνεύματος, καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδος, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν κατεργασάμενος, ἀγαπᾷ τὸ ἴδιον σῶμα κατὰ τὸν τοῦ Ἀποστόλου νόμον, ὅς φησιν, ὅτι *Οὐδεὶς* B *τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἐμίσησεν*. Τὸ σῶμα δὲ τὸ κεκαθαρμένον ἀγαπᾶσθαι χρὴ, οὐ τὴν ἀποποιουμένην σκωρίαν. Ἀληθὲς γάρ φησιν, ὥς φησιν ἡ θεία φωνὴ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, τότε αὐτὴν εὑρήσομεν οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ γενομένην οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀξίαν τοῦ εἶναι αὐτὴν Θεοῦ κατοικητήριον ἐν πνεύματι. Καί μοι μηδεὶς χαρακτῆρα, καὶ σχῆμα, καὶ εἶδος ὑπογραφέτω τῆς ἀχειροποιήτου ἐκείνης οἰκίας, καθ' ὁμοιότητα τῶν νῦν ἐπιφαινομένων ἡμῖν χαρακτήρων, καὶ διακρινόντων ἡμᾶς ἀπ' ἀλλήλων τοῖς ἰδιώμασιν. Οὐ γὰρ μόνης τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν παρὰ τῶν θείων λογίων κεκηρυγμένης, ἀλλὰ καὶ τὸ δεῖν ἀλλαγῆναι τοὺς ἀνακαινισθέντας διὰ τῆς ἀναστάσεως, τῆς θείας C διεγγυωμένης Γραφῆς, ἀνάγκη πᾶσα κεκρύφθαι παντάπασι καὶ ἀγνοεῖσθαι πρὸς ὅ τι ἀλλαγησόμεθα, τῷ μηδὲν ὑπόδειγμα τῶν ἐλπιζομένων ἐν τῷ νῦν καθορᾶσθαι βίῳ. Νῦν μὲν γὰρ πᾶν τὸ παχὺ καὶ στερέμνιον, ἐκ φύσεως ἔχει τὴν ἐπὶ τὸ κάτω φοράν. Τότε δὲ πρὸς τὸ ἀνωφερὲς ἡ μεταποίησις τοῦ σώματος γίνεται, οὕτως εἰπόντος τοῦ λόγου, ὅτι μετὰ τὸ ἀλλαγῆναι τὴν φύσιν, ἐν πᾶσι τοῖς ἀναβεβιωκόσι διὰ τῆς ἀναστάσεως, *Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα*. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῶν ἀλλαγέντων τὸ βάρος οὐ παραμένει τῷ σώματι, ἀλλὰ συμμετεωροποροῦσι τῇ ἀσωμάτῳ φύσει οἱ πρὸς τὴν θειοτέραν μεταστοιχειωθέντες κατάστασιν· πάντως ὅτι καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἰδιωμάτων τοῦ σώματος, πρός τι τῶν θειο- D τέρων συμμετατίθεται, τὸ χρῶμα, τὸ σχῆμα, ἡ περιγραφὴ, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα. Τούτου χάριν οὐδεμίαν ἀνάγκην ὁρῶμεν τοῖς ἀλλαγεῖσι διὰ τῆς ἀναστάσεως ἐνθεωρεῖσθαι τὴν τοιαύτην διαφορὰν, ἣν νῦν διὰ τὴν τῶν ἐπιγινομένων ἀκολουθίαν ἀναγκαίως ἔσχεν ἡ φύσις. Οὔτε μὴν, ὅτι οὐκ ἔσται, σαφῶς ἔστιν ἀποφήνασθαι, ἀγνοούντων ἡμῶν εἰς ὅ τι ταῦτα διὰ τῆς ἀλλαγῆς μεταβήσεται. Ἀλλ' ὅτι μὲν γένος ἔσται τῶν πάντων ἓν, ὅταν ἓν σῶμα Χριστοῦ οἱ πάντες γενώμεθα, τῷ ἑνὶ χαρακτῆρι μεμορφωμένοι, οὐκ ἀμφιβάλλομεν, πᾶσι κατὰ τὸ ἴσον τῆς θείας εἰκόνος ἐπιλαμπούσης. Τί δὲ ἡμῖν ἀντὶ τῶν τοιούτων ἰδιωμάτων ἐν τῇ ἀλλαγῇ τῆς φύσεως προσγενήσεται, κρεῖττον

[10] Ephes. vi, 13 sqq. [11] Ephes. v, 29. [12] II Cor. v, 1. [13] I Thess. iv, 16.

εἶναι πάσης στοχαστικῆς ἐννοίας ἀποφαινόμεθα. Ὡς δ' ἂν μὴ καθ' ὅλου ἀγύμναστος ἡμῖν ὁ περὶ τούτου λόγος καταλειφθείη, τοῦτό φαμεν, ὅτι εἰς οὐδὲν ἕτερον τῆς κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφορᾶς συνεργούσης τῇ φύσει, πλὴν τῆς παιδοποιίας, τάχα τινὰ στοχασμὸν ἔστιν ἀναλαβεῖν τῆς ἐπηγγελμένης τοῦ Θεοῦ τῶν ἀγαθῶν εὐλογίας ἐπάξιον ἐν τῷ περὶ τούτου λόγῳ, ὅτι εἰς τὴν ἐκείνου τοῦ τόκου ὑπηρεσίαν μεταθήσεται ἡ γεννητικὴ τῆς φύσεως δύναμις, οὗ μετέσχεν ὁ μέγας Ἡσαΐας εἰπὼν, ὅτι *Ἀπὸ τοῦ φόβου σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν· πνεῦμα σωτηρίας σου ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς*. Εἰ γὰρ ἀγαθὸς ὁ τοιοῦτος τόκος, καὶ σωτηρίας αἰτία γίνεται ἡ τεκνογονία, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, οὐδέποτε τὸ πνεῦμα τῆς σωτηρίας γεννῶν τις παύεται, ὁ ἅπαξ διὰ τοῦ τοιούτου τόκου τὸν πληθυσμὸν τῶν ἀγαθῶν ἑαυτῷ τεκνωσάμενος. Ἀλλὰ κἂν τὸν χαρακτῆρα λέγῃ τις, ᾧ μεμορφώμεθα, πάλιν ἡμῖν ἐν τῇ ἀναβιώσει τὸν αὐτὸν συμπαρέσεσθαι, οὐδὲ πρὸς τοῦτο πρόχειρος ἡμῶν ἐστιν ἡ διάνοια, οὕτως ἢ ἑτέρως ἔχειν ὑπονοῆσαι. Εἴτε γὰρ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ λέγοι τις εἴδους τὴν ἀναβίωσιν ἔσεσθαι, εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἐκπεσεῖται ὁ λόγος, διὰ τὸ μὴ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ κατὰ τὸ εἶδος τοῦ χαρακτῆρος πάντοτε διαμένειν τὸν ἄνθρωπον, ὑπό τε τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν παθημάτων ἄλλοτε πρὸς ἄλλο εἶδος μεταπλασσόμενον. Ἄλλως γὰρ μορφοῦται τὸ νήπιον καὶ τὸ μειράκιον· ἄλλως ὁ παῖς, ὁ ἀνὴρ, ὁ μεσῆλιξ, ὁ γηραιὸς, ὁ πρέσβυς. Οὐδὲν τούτων ὡσαύτως ἔχει πρὸς τὸ ἕτερον· ἀλλὰ καὶ ὁ τῷ ἰκτέρῳ κατιωθεὶς, καὶ ἐξῳδηκὼς τῷ ὑδέρῳ, ὅ τε ξηρανθεὶς ἐν τηκεδόνι, καὶ ὁ πολυσαρκήσας ἔκ τινος δυσκρασίας, ὁ κατάχολος, ὁ αἱματώδης, ὁ φλεγματίας· ἑκάστου τούτων πρὸς τὴν ἐπικρατοῦσαν δυσκρασίαν συμμορφουμένου, οὔτε παραμένειν ταῦτα μετὰ τὸ ἀναβιῶναι καλῶς ἔχει λογίσασθαι, τῆς ἀλλαγῆς πάντα σκευαζούσης πρὸς τὸ θειότερον, οὔτε οἷον ἡμῖν ἐπανθήσει τὸ εἶδος εὔκολόν ἐστιν ἀναλογίσασθαι, τῶν κατ' ἐλπίδα ἡμῖν προκειμένων ἀγαθῶν, ὑπὲρ ὀφθαλμὸν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν εἶναι πεπιστευμένων. Ἢ τάχα γνωριστικὸν εἶδος ἑκάστου τὴν ποιὰν ἰδιότητα τῶν ἠθῶν εἰπών τις, οὐ τοῦ παντὸς ἁμαρτήσεται. Καθάπερ γὰρ νῦν ἡ κατά τι παραλλαγὴ τῶν ἐν ἡμῖν στοιχείων τὰς τῶν χαρακτήρων ἐν ἑκάστῳ διαφορὰς ἐξεργάζεται, κατὰ πλεονασμὸν ἢ ἐλάττωσιν τῶν ἀντιστοιχούντων τινὸς σχηματιζομένου τε καὶ χρωννυμένου τοῦ κατὰ τὴν μορφὴν ἰδιώματος· οὕτω μοι δοκεῖ τὰ εἰδοποιοῦντα τότε τὴν ἑκάστου μορφὴν οὐ ταῦτα τὰ στοιχεῖα γίνεσθαι, ἀλλὰ τὰ τῆς κακίας ἢ τῆς ἀρετῆς ἰδιώματα, ὧν ἡ ποιὰ πρὸς ἄλληλα μίξις, ἢ οὕτως ἢ ἑτέρως τὸ εἶδος παρασκευάζει χαρακτηρίζεσθαι. Οἷον δή τι σχεδὸν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος γίνεται βίου, ὅταν ἡ ἔξωθεν τοῦ προσώπου διάθεσις τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς ψυχῆς καταμηνύῃ διάθεσιν· ὅθεν ῥᾳδίως ἐπιγινώσκομεν τόν τε τῇ λύπῃ κρατούμενον, καὶ τὸν τῷ θυμῷ διανεστηκότα, καὶ τὸν ἐν ἐπιθυμίᾳ λυόμενον· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὸν φαιδρὸν, τὸν ἀόργητον, τὸν τῷ σεμνῷ χαρακτῆρι τῆς σωφροσύνης καλλωπιζόμενον.

A tatione sumus habituri, præstantius esse dicimus, quam ut ulla cogitatione conjicere valeamus. Ac ne tali in re nostra plane rudis oratio deprehendatur, dicimus, maris et feminæ differentiam nullum naturæ usum præbituram; nisi quamdam veluti filiorum susceptionis similitudinem promissa illa a Deo bonorum copia dignam intelligamus, ut ejusmodi partui gignendi vis naturalis inserviat, qualem sentiebat Isaias, cum diceret: *Ex timore tuo, Domine, concepimus, et parturivimus, et peperimus, spiritumque salutis tuæ fecimus in terra*[14]. Nam si bonus est partus hujusmodi, salutisque causa est procreatio filiorum, ut ait Apostolus [15], nullus unquam illic gignendi salutis spiritum finem faciet, qui tali partu sibi copiam bonorum semel pepererit. B Sin aliquis eamdem formam nobis reviviscentibus futuram dicat, ego, nec ut ejus sententiæ subscribam, facile adduci queam, nec utrum res aliter habeat, cogitare. Multa enim absurda illius, qui ita sentit, opinionem consequuntur, cum non eadem semper in eodem homine species formaque maneat, sed pro ætatum affectionumque varietate assidue commutetur. Etenim qui nunc est adolescens, infans puerque fuit, mox erit vir, deinde ad vitæ medium terminum veniet, post illum transibit, fietque jam ætate provectus et senex. Et qui horum in aliquo sunt ætatis gradu, non sunt inter se similes, sed alius regio morbo squalidus est, alius aqua intercute inflatus, alius confectus tabe, alius prava carnis redundantia corpulentus, alius bilis, alius C sanguinis, alius pituitæ nimia laborat copia: qui quidem omnes, ut tales reviviscant, et iisdem cum morbis maneant, minime putandum est; cum omnia tunc in meliorem divinioremque statum immutatione sint convertenda, nec facile rursum est explicare, qualis futura sit præclara illa forma, qua decorabimur, cum spe nobis proposita sint ea bona, quæ nec oculis, nec auribus, nec cogitatione possumus comprehendere. Quod si quis formam, qua dignosci valeamus, in certa morum qualitate diceret sitam collocatamque fore, is non prorsus forsitan aberraret. Ut quemadmodum nunc quadam elementorum in nobis mutatione differentes in unoquoque notas impressas cernimus, prout alicujus D eorum majore minoreve copia, propria cujusque forma colorque fingitur: ita quæ tunc propriam singulorum formam exprimant, non elementa futura sint, sed vitiorum aut virtutum quædam inter se hoc aut illo modo commisto: qua expressa uniuscujusque species apparebit. Cujus rei simile quiddam propemodum hic etiam contigit, cum ipse vultus intimam animi affectionem indicat, ut hunc mœrore vinci, illum efferri iracundia, alium flagrare cupiditate, aut contra hunc natura lætum, illum minime iracundum, alium insigni quadam modestia præditum, facile cognoscamus.

[14] Isa. XXVI, 18. [15] I Tim. II, 15.

Quemadmodum igitur in hac vita animi affectio est veluti forma quædam in vultu, atque oculis expressa, qua, quo modo se intus habeat homo, declaratur : sic mihi videtur, cum natura hominis diviniorem adepta sit statum, ex moribus quisque suis effingi, nec aliud esse, aliud videri, sed qualis est, talis omnino cognosci, ut qui castus, qui justus, qui mansuetus, qui purus, qui benignus, qui pius, atque inter hos qui bonis omnibus, aut qui uno tantum aut pluribus ornatus, quique in uno quidem inferior sit, in alio autem superior constet. Ex his enim similibusque magis minusve præstantibus proprietatibus, quæ in ipsis conspicuæ sunt, variæ singulorum differentiæ distinguuntur, donec novissima tandem, ut Paulus ait [16], inimica morte destructa, maloque cunctis e rebus penitus exturbato atque deleto, una in omnibus divina pulchritudo fulgebit, ad cujus exemplar initio formati sumus. Hæc autem est lux, puritas, immortalitas vita et veritas, et alia ejusdem generis. Neque enim dedecet, diei lucisque filios et esse et videri. Lucis autem, et puritatis, et immortalitatis nulla mutatio differentiave in eodem genere reperietur, sed una gratia in omnibus elucebit, cum filii lucis effecti fulgebunt ut sol, quemadmodum voce sua verissima Dominus ipse denuntiat [17] : cumque ex divina promissione perfecti erunt, idemque sentient, una eademque in omnibus gratia sic effulgente, ut proximo quisque suo lætitiam impertiatur. Ex quo fiet, ut aliorum alii pulchritudinem contuentes, mutuis inter se gaudiis vicissim afficiantur, nulla mali, aut vitii, aut turpitudinis macula decus illud in deformem speciem commutante. Hæc nobis mens nostra pro decedentibus ex hac vita, voces eorum nobis, ut fieri potest, indicans, disseruit. Nos autem Pauli verbis utentes, consilium nostrum ad eos qui in squalore luctuque versantur concludemus : *Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ne contristemini, sicut et cæteri, qui spem non habent* [18].

Si quid ergo studio dignum de iis qui dormierunt, didicimus, degenerem istum servilemque mœrorem amplius ne suscipiamus ; aut si lugendum est, laudabilem illum complectamur luctum, qui cum virtute conjunctus est. Ut enim voluptas alia pecudibus convenit rationique adversatur, alia pura est, et a materiæ sordibus remota ; sic id, quod voluptati contrarium est, in vitium virtutemque dividitur. Est igitur lugendi genus unum, quod beatum vocatur, et in excolenda parandaque virtute non abjicitur, quod quidem ab insana ista servilique mœstitia longe diversum est. In hac enim quicunque versatur, in posterum pœnitebit, quippe qui e constantiæ gradu depulsus se a perturbatione superari permiserit. At beatus ille luctus minime repudiandam pudendamve tristitiam præbet iis, qui per illum ex virtute vitam suam instituunt.

A "Ωσπερ τοίνυν κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν μορφὴ γίνεται ἡ ποιὰ διάθεσις τῆς καρδίας, καὶ πρὸς τὸ ἐγκείμενον πάθος τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος ἀπεικονίζεται· οὕτω μοι δοκεῖ πρὸς τὸ θειότερον ὑπαλλαγείσης τῆς φύσεως, εἰδοποιεῖσθαι διὰ τοῦ ἤθους ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἄλλο τι ὢν καὶ ἄλλο φαινόμενος, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ τοῦτο καὶ γινωσκόμενος, ὡς ὁ σώφρων, ὁ δίκαιος, ὁ πρᾶος, ὁ καθαρὸς, ὁ ἀγαπητικὸς, ὁ φιλόθεος, καὶ πάλιν ἐν τούτοις, ἢ ὁ πάντα ἔχων τὰ ἀγαθὰ, ἢ ὁ ἐν ἑνὶ μόνῳ κοσμούμενος, ἢ ὁ ἐν τοῖς πλείοσιν εὑρισκόμενος, ἢ ὁ ἐν τῷδε μὲν ἐλαττούμενος, πλεονεκτῶν δὲ κατὰ τὸ ἕτερον. Ἐκ τούτων γὰρ καὶ τῶν τοιούτων τῶν τε κατὰ τὸ κρεῖττον καὶ τῶν κατὰ τὸ ἐναντίον ἐπιθεωρουμένων ἰδιωμάτων, εἰς διαφόρους ἰδέας οἱ καθ' ἕκαστον ἀπ' ἀλλήλων μερίζονται, ἕως ἂν τοῦ ἐσχάτου Ἐχθροῦ B καταργηθέντος, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ τῆς κακίας καθόλου πάντων τῶν ὄντων ἐξοικισθείσης, ἓν τὸ θεοειδὲς κάλλος ἐπαστράψῃ τοῖς πᾶσιν, ᾧ κατ' ἀρχὰς ἐμορφώθημεν. Τοῦτο δέ ἐστι φῶς, καὶ καθαρότης, καὶ ἀφθαρσία, καὶ ζωὴ, καὶ ἀλήθεια, καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐδὲ γὰρ ἀπεικός ἐστιν ἡμέρας τέκνα καὶ φωτὸς εἶναί τε καὶ φαίνεσθαι· φωτὸς δὲ καὶ καθαρότητος καὶ ἀφθαρσίας, οὐδεμία παραλλαγὴ οὐδὲ διαφορὰ πρὸς τὸ ὁμογενὲς εὑρεθήσεται· ἀλλὰ μία χάρις ἐπιλάμψει τοῖς πᾶσιν, ὅταν υἱοὶ φωτὸς γινόμενοι λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος, κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ Κυρίου φωνήν· ἀλλὰ καὶ τὸ πάντας ἔσεσθαι τετελειωμένους εἰς τὸ ἓν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας, τὸ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τοῖς πᾶσιν ἐπιφανήσεσθαι χάριν, ὡς τὴν αὐτὴν εὐφροσύνην ἕκαστον τῷ C πέλας ἀντιχαρίζεσθαι. Δι' ὧν ἕκαστος καὶ εὐφραίνεται τοῦ ἑτέρου τὸ κάλλος βλέπων, καὶ ἀντευφραίνει, μηδεμιᾶς κακίας μεταμορφούσης τὸ εἶδος εἰς εἰδεχθῆ χαρακτῆρα. Ταῦτα ἡμῖν ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος ἀντὶ τῶν κατοιχομένων διείλεκται, τὰς φωνὰς ἐκείνων ὡς δυνατὸν ἡμῖν ὑποκρινόμενος. Ἡμεῖς δὲ τῇ τοῦ μεγάλου Παύλου φωνῇ τὴν πρὸς τοὺς βαρυπενθοῦντας συμβουλὴν περιγράψωμεν, ὅτι *Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.*

Εἰ οὖν τι μεμαθήκαμεν σπουδῆς ἄξιον περὶ τῶν κεκοιμημένων, δι' ὧν ἡμῖν ὁ λόγος τὰ περὶ τούτων ἐφιλοσόφησε, μηκέτι τὴν δυσγενῆ ταύτην καὶ ἀνδραποδώδη λύπην παραδεξώμεθα. Ἀλλ' εἰ χρὴ καὶ D λυπεῖσθαι, ἐκείνην ἑλώμεθα τὴν λύπην, τὴν ἐπαινετὴν καὶ ἐνάρετον. Ὡς γὰρ τῆς ἡδονῆς τὸ μέν ἐστι κτηνῶδες καὶ ἄλογον, τὸ δὲ καθαρόν τε καὶ ἄϋλον· οὕτω καὶ τὸ ἀντικείμενον τῇ ἡδονῇ πρὸς κακίαν καὶ ἀρετὴν διαστέλλεται. Ἔστιν οὖν τι καὶ πένθους εἶδος μακαριζόμενον, καὶ πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς οὐκ ἀπόβλητον, ὅπερ ἐναντίως ἔχει πρὸς τὴν ἄλογον ταύτην καὶ ἀνδραποδώδη κατήφειαν. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ γενόμενος, ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα διὰ μεταμελείας καθάψεται, ὡς ἔξω τοῦ καθεστῶτος παρενεχθεὶς, ὅτε τοῦ πάθους ἥττων ἐγένετο. Τὸ δὲ μακαριζόμενον πένθος, ἀμεταμέλητον καὶ ἀνεπαίσχυντον ἔχει τὴν σκυθρωπότητα, τοῖς δι' αὐτοῦ τὸν ἐνάρετον κατορθοῦσι βίον.

[16] I Cor. xv, 26. [17] Matth. xiii, 43. [18] I Thess. iv, 12.

Πενθεῖ γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἐν συναισθήσει τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων γενόμενος, ὧν ἀποπέπτωκεν, ἀντιπαραθεὶς τὴν ἐπίκηρον ταύτην καὶ ῥυπῶσαν ζωὴν τῇ ἀκηράτῳ ἐκείνῃ μακαριότητι, ἧς ἐν ἐξουσίᾳ ἦν, πρὶν τῇ ἐξουσίᾳ εἰς κακὸν ἀποχρήσασθαι· καὶ ὅσῳ πλέον ἐπὶ τῷ τοιούτῳ βίῳ βαρύνει τὸ πένθος, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπιταχύνει ἑαυτῷ τὴν τῶν ποθουμένων ἀγαθῶν κτῆσιν. Ἡ γὰρ τῆς τοῦ καλοῦ ζημίας συναίσθησις, τῆς περὶ τὸ ποθούμενον σπουδῆς ὑπέκκαυμα γίνεται. Οὐκοῦν ἐπειδή πέρ ἐστι καὶ σωτήριον πένθος, καθὼς ὁ λόγος ὑπέδειξεν, ἀκούσατε οἱ πρὸς τὸ τῆς λύπης πάθος εὐκόλως καταφερόμενοι, ὅτι οὐ κωλύομεν τὴν λύπην, ἀλλ' ἀντὶ τῆς κατεγνωσμένης τὴν ἀγαθὴν συμβουλεύομεν. Μὴ λυπεῖσθε τοίνυν τὴν τοῦ κόσμου λύπην τὴν κατεργαζομένην τὸν θάνατον, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ τὴν κατὰ Θεὸν, ἧς τὸ πέρας ἡ τῆς ψυχῆς ἐστι σωτηρία. Τὸ γὰρ εἰκῇ καὶ μάτην τοῖς κεκοιμημένοις ἐπιχεόμενον δάκρυον, τάχα καὶ κατακρίσεως αἴτιον γίνεται τῷ κακῶς οἰκονομοῦντι τὸ χρήσιμον. Εἰ γὰρ ἐπὶ τούτῳ λυπηρὰν ταύτην διάθεσιν ἐνετεκτήνατο τῇ φύσει ὁ πάντα ἐν σοφίᾳ ποιήσας, ἐφ' ᾧ τε καθάρσιον μὲν αὐτὴν εἶναι προκατασχούσης κακίας, ἐφόδιον δὲ τῆς τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν μετουσίας· τάχα ὁ μάτην καὶ ἀνωφελῶς ἐκχέων τὸ δάκρυον, διαβληθήσεται τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ, κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν λόγον, ὡς κακὸς οἰκονόμος διασπείρων ἀχρήστως τὸν πιστευθέντα πλοῦτον. Πᾶν γὰρ τὸ ἐπ' ἀγαθῷ χρησιμεῦον, πλοῦτός ἐστι τοῖς τιμίοις τῶν κειμηλίων ἐναριθμούμενος. Οὐ θέλω οὖν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ταῦτα ἃ μεμαθήκαμεν, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τούτοις παρὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τοῖς τελειοτέροις ἀποκαλύπτεται μάθημα, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Μόνων γάρ ἐστι τῶν ἀπίστων τὸ τῷ παρόντι βίῳ τὰς τοῦ ζῆν ἐλπίδας περιορίζειν, καὶ διὰ τοῦτο συμφορᾶς ἄξιον ποιοῦνται τὸν θάνατον, ὅτι αὐτοῖς τὸ πιστευόμενον παρ' ἡμῶν οὐκ ἐλπίζεται. Ἡμεῖς δὲ τῷ μεγάλῳ ἐγγυητῇ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως πεπιστευκότες, αὐτῷ τῷ Δεσπότῃ πάσης τῆς κτίσεως, ὃς διὰ τοῦτο καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα τῷ ἔργῳ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον πιστώσηται, ἀναμφιβόλως ἔχωμεν τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐλπίδα, ἧς παρούσης ἡ ἐπὶ τοῖς κατοιχομένοις λύπη χώραν οὐχ ἕξει. Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρακαλέσῃ ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξῃ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην διὰ τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Dolet enim ex animo, vereque luget is qui illa bona considerat, a quibus excidimus, dum mortalem istam ac sordidam vitam comparat cum immortali illa beatitudine, qua potiebatur antequam potestate ad bonum abuteretur, quantoque magis in hac vita ejusmodi luctum intendit, tanto celerius ad optatam bonorum possessionem aspirat. Nam qui boni jacturam animadvertit, ad illud recuperandum ardentiore studio concitatur. Proinde, cum salutare lugendi genus, ut ostendimus, inveniatur, animadvertite, qui ad mœrorem et luctum estis propensiores, nos non interdicere, quo minus mœreatis et lacrymetis, sed vobis consulere, ut pro malo damnatoque luctu bonum et laudabilem complectamini. Itaque nolite mundi luctum tristitiamque B suscipere, quæ, ut inquit Apostolus [19], mortis causam affert, sed eam mœstitiam sumite, quæ Deo placet, cujus finis est animi salus. Etenim inanes temereque effusæ pro defunctis lacrymæ fortasse causa damnationis erunt illi, qui re abutitur bona. Nam si tristem hanc animi affectionem idcirco nobis inservit is qui cuncta sapienter egit, ut a malo, quod nos invasit, expiaret, et ad ea bona, quæ speramus, fruenda perduceret: forte qui frustra atque inaniter lacrymas fundunt, vocabuntur in crimen apud dominum suum, ut malus ille villicus, qui, ut in Evangelio legimus [20], divitias sibi creditas inutiliter dissipaverat. Quæcunque enim ad bonos usus referri possunt, divitiæ sunt in the- C sauris cœlestibus enumeratæ. Nolo igitur ignorare vos, fratres, quæ de iis qui dormierunt, didicimus, et si quid præterea Spiritus sanctus perfectioribus patefacit, ne tristitia mœroreque afficiamini, ut cæteri qui spem non habent. Soli enim, qui a fide alieni sunt, præsentis vitæ finibus vivendi spem terminant et circumscribunt, ideoque mortem deplorandam putant, quod ea, quæ nos credimus, non sperant. Nos autem, qui magno locupletique resurrectionis a mortuis sponsori vadique credimus, ipsi rerum omnium procreatarum Domino, qui ob id mortuus est et resurrexit, ut re ipsa resurrectionis rationem confirmaret et comprobaret, certam atque exploratam bonorum spem habeamus, qua præsente luctus in eorum obitu, qui ex hac D vita decedunt, nullum habebit locum. Deus autem noster, Dominus Jesus Christus, qui afflictos atque humiles consolatur, consoletur animos vestros, et misericordia benignitateque sua vos ad se diligendum inflammet atque corroboret, quoniam ipsi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[19] II Cor. VII, 10. [20] Luc. XVI, 1, sqq.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ.

—

EJUSDEM S. GREGORII

ADHORTATIO AD PŒNITENTIAM.

—

Est Asterii Amaseni, quem vide tom. XL, col. 351.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

—

EJUSDEM

IN PRINCIPIUM JEJUNIORUM.

—

Etiam ad Asterium pertinet. Vide ibid., col. 370.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΠΡΩΤΑΠΟΣΤΟΛΟΥΣ ΠΕΤΡΟΝ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΝ.

—

EJUSDEM

IN PRIMOS APOSTOLOS PETRUM ET PAULUM.

—

Hunc sermonem sub nomine Gregorii Nysseni edidit Gretserus Ingolstadii, 1620, *in-8* (*Opera omnia*, XIV, 550); *sed est Maximi Planudæ. Cf. Fabricium initio tomi I hujus editionis.*

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΚΑΤΑ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΛΟΓΟΣ

Δώδεκα συλλογισμῶν, ὅτι τὸ κακὸν, φθαρτὸν καὶ γεννητὸν καὶ ἀνύπαρκτον, καὶ ὁ τούτου δὲ πατὴρ διάβολος οὐκ ἀγέννητος.

—

EJUSDEM

CONTRA MANICHÆOS ORATIO

Decem constans syllogismis, qua probatur, Malum corruptibile esse et creatum et non subsistens, ejusque patrem diabolum increatum non esse (1).

—

Εἴ τι ἂν κακὸν, κολαστέον· οὐδὲν δὲ κολαζόμενον A ἄφθαρτον. Οὐδὲν ἄρα κακὸν ἄφθαρτον.

Οὐδὲν φθαρτὸν ἀγέννητον· ἔστι δὲ τὸ κακὸν φθαρτόν. Τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγέννητον.

Οὐδὲν κατ' οὐσίαν κακόν· τῷ τὸ κακὸν ποιὸν εἶναι. Οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία. Τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία.

Πάντα τὰ ἐναντία ἀλλήλων φθαρτά· τὰ δὲ ἀγέννητα ὄντα οὐ φθαρτά. Τὰ ἄρα ἐναντία οὐκ ἄφθαρτα.

Οὐδὲν ἀγέννητον τρεπτόν· τρέπεται δὲ τὸ ἀγαθὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ κακοῦ. Τὸ ἄρα ἀγαθὸν οὐκ ἀγέννητον.

Τὸ ἀγέννητον οὐκ ἔστιν ὀρεκτικὸν φθορᾶς τινος, οὐδέ γε φθαρτικόν· τὸ δέ γε κακὸν ὀρεκτικὸν φθορᾶς. B Τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγέννητον.

Αἱ θεῖαι Γραφαὶ ταῖς κολάσεσι παραδίδοσθαι οὐ τοὺς ἄλλους μόνους κακοὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον λέγουσι· πᾶν δὲ τὸ κολάσει παραδιδόμενον τρεπτόν· οὐδὲν δὲ τρεπτὸν ἀγέννητον. Οὐδὲν ἄρα τῶν κακῶν ἀγέννητον.

Τῶν δι' ὅλου ἐναντιουμένων, οὐδὲν κοινόν. Ὥστε πᾶσα ἀνάγκη τὸ [ἀγαθὸν] ὑπάρχει, μὴ ὂν ἄρα τὸ κακόν.

Πᾶς ὁ εὐλόγως ὀρεγόμενός τινος ἐπιτετευγμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν, ᾗ εὐλόγως ὀρέγεται· τῶν φθαρτῶν ἄρα ἐστὶν ἡ κακία· τῶν φθαρτῶν οὖσα ἀφανισθήσεται. Ἀφανιζομένη δὲ, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος.

Ἀγέννητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι. Οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει· τὸ ἄρα ἀγέννητον οὐχ ἁμαρτάνει. Τὸ μὴ ἁμαρτάνον οὐχ ὑπαίτιον· ὑπαίτιος δὲ ὁ Σατανᾶς. Οὐκ ἄρα ἀγέννητον.

Si quid sit malum, puniendum est : nihil autem quod punitur incorruptibile est. Nihil igitur malum est incorruptibile.

Nihil corruptibile est increatum : malum autem est corruptibile. Ergo malum non est increatum.

Nihil secundum substantiam malum est : quod malitia sit qualitas. Nulla porro qualitas est substantia, malum igitur non est substantia.

Omnia contraria a se invicem corrumpuntur : quæ autem increata sunt, non sunt corruptibilia. Ergo contraria non sunt incorruptibilia.

Nihil increatum immutabile est : bonum autem a malo superatum mutatur. Bonum igitur non est increatum.

Quod increatum est, non est ejusmodi, ut interitum appetat, aut interitum afferre possit : atqui malum interitum appetit. Malum ergo non est increatum.

Suppliciis plecti non alios tantum malos, sed ipsum diabolum Scripturæ sacræ testantur ; quidquid autem supplicio plectitur est mutabile; nihil porro mutabile increatum est. Nihil igitur ex malis increatum est.

Nihil commune est iis, quæ penitus sunt contraria. Itaque necessarium omnino est, ut cum bonum exsistat, id quod malum est non exsistat.

Quicunque cum ratione appetit appetitum suum expleri ac perfici videt, quatenus cum ratione appetit : cum autem corruptibilium appetitu teneatur malitia, delebitur. Si autem deleatur, non est in- C creata.

Increatum si sit malum secundum naturam, eo ipso exsistit quod malum est. Atqui nemo secundum naturam agens peccat : quod ergo increatum est, non peccat : quod non peccat, non est obnoxium supplicio. Satanas autem est supplicio obnoxius. Non ergo res est increata.

(1) Fragmenta hæc S. Gregorio Nyss. abjudicanda videntur, quandoquidem integra nec ullo verbo mutato in libro Didymi Alex. *Contra Manichæos* contineri detexi. Fessler *Instit. Patr.* I, 595, not. — Vide *Patrologiæ* hujusce tom. XXXIX, col. 1087 C.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ.

—

EJUSDEM S. GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

IN SUAM ORDINATIONEM.

Fr. Ducæo interprete.

—

A Ad nos etiam spiritualis instruendi convivii sors et officium devolutum est, tametsi idonei potius simus, ut alienorum participes fiamus bonorum, quam ut ipsi nostra largiamur. Equidem omni ope conatuque contendi, ut ab ejusmodi pendendis tributis propter meam in dicendo penuriam immunis essem, prout etiam fert lex quæpiam conviviorum. Sic enim accepi homines, qui lauta et magnifica victus ratione utuntur, cum communibus compransoribus omnibus in orbem convivia instruxerunt, si quis ex numero convivarum sit angustioris fortunæ, solitos eum a communi symbola conferenda immunem mensæ socium non repudiare. Ita quoque optabam ipse ditiorum epulis tanquam mensarum assecla adhiberi. Quando autem eximius et opulentus hic convivii dominus ne nobis quidem B vult parcere, sed et ministrare nos jubet: sic agam cum illo, *Amice, commoda mihi aliquot ex panibus tuis* [80], panes autem appello, quod precibus fertur auxilium. Quid enim attinet aures vestras, quæ spiritualibus istis favis sese oblectarunt, jejuna egenaque excipere oratione? Ac fortasse melius se habeat, si quemadmodum in gymnicis certaminibus illorum est stadium, qui viribus corporis in illis valent, cæteri vero decertantium fiunt spectatores: ita in hoc spirituale stadium illi soli, qui virtute sanctorum ac robore pollent, adversus athletas prodeant: si quis autem sit ex iis, quorum unus ego sum, cui cani sint crines, fractæ autem ob ætatem vires, tremula etiam et nonnihil claudicans oratio, huic permittatur, ut se athletarum contentio- C nibus spectandis oblectet. Ne igitur longius vobis, fratres, sermonis exordium protrahamus, cum mirificis eorum qui ante nos dixerunt orationibus operam dederitis. Jam saturati estis, jam divites facti estis; a rebus quippe dulcibus satietas gigni-

A Ἦλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἑστιάσεως λειτουργία, μετέχειν μᾶλλον ἑτέρων, ἢ ἑαυτοὺς παρέχειν ἄλλοις, ὄντας ἐπιτηδείους. Καίτοι γε ἔγωγε καὶ παντελῶς ἠξίουν ἀτελὴς εἶναι τῶν τοιούτων φόρων, διὰ τὴν τοῦ λέγειν πενίαν, κατά τινα νόμον συμποτικόν. Ἀκούω γὰρ τοὺς ἁβροτέρους τὴν δίαιταν, ὅταν ἐκ περιόδου τῷ κοινῷ συσσιτίῳ τὰς εὐωχίας παρασκευάσωσιν, εἴ τις ἐκ τοῦ καταλόγου τῶν δαιτυμόνων πενέστερος εἴη, τοῦτον κοινῆς συνθήκης ἀτελῆ σύνδειπνον ἔχειν. Οὕτω καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην ἐπισίτιος εἶναι τῆς τῶν πλουσίων τροφῆς· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ καλός τε καὶ πλούσιος ἑστιάτωρ οὗτος οὐδὲ ἡμῶν φείδεται, διακονεῖν δὲ προστάττει, ἐρῶ πρὸς αὐτὸν, *Φίλε, χρῆσόν μοι τῶν σῶν ἄρτων*· ἄρτους δὲ λέγω τὴν διὰ τῶν εὐχῶν συμμαχίαν. Πῶς γὰρ ἔστι τοῖς B πνευματικοῖς τούτοις κηρίοις τὴν ἀκοὴν ὑμῶν ἐντρυφήσασαν, πενιχρῷ καὶ πτωχεύοντι δεξιώσασθαι λόγῳ; Καὶ τάχα καλῶς εἶχεν, ἵν' ὥσπερ ἐπὶ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων· μόνων γὰρ τῶν ἰσχυόντων ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τὸ στάδιον, οἱ δὲ λοιποὶ θεαταὶ γίνονται τῶν ἀγωνιζομένων· οὕτω καὶ εἰς τὸ πνευματικὸν τοῦτο στάδιον μόνους τοὺς σφριγῶντας ἐν τῇ δυνάμει τῶν ἁγίων πρὸς τοὺς ἀγωνιστὰς ἀποδύεσθαι· εἰ δέ τις εἴη τῶν οἷος ἐγὼ, ᾧ πολιὰ μὲν ἡ θρὶξ, νωθρὰ δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου ἡ δύναμις, ὑπότρομος δὲ καὶ ὑποσκάζων ὁ λόγος, τοῦτον ἐᾶν τοῖς ἱδρῶσι τῶν ἀγωνιστῶν ἐπευφραίνεσθαι. Οὐκ οὖν μηκύνωμεν ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ προοίμιον, ἐνασχολούμενοι τῷ θαύματι τῶν προλαβόντων. Ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε· ὁ δὲ κόρος ἀπὸ γλυκασμάτων ἐστίν· τούτοις γὰρ ὑμᾶς ὁ προλαβὼν C λόγος ἐτιθήνατο. Τάχα οὖν ἄχρηστον κόρον ἐπέβαλλε κόρῳ ἐπάνω τῶν χρυσῶν λόγων, οἷόν τισι μολυβδίνοις νομίσμασι τὴν μνήμην ἐπιφορτίζοντα· πλὴν ὅτι συντελεῖ πολλάκις εἰς συνέργειαν κάλλους καὶ ἡ χείρων ὕλη καταμιχθεῖσα τῇ κρείττονι, ἐγγὺς ἡ ἀπόδειξις. Ὁρᾷς τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦτον ὄροφον, ὡς καλὸς

[80] Luc. xi, 5.

ἰδεῖν, ὡς γλαφυρῶς ταῖς γλυφαῖς ἐπανθεῖ τὸ χρυσίον; Οὗτος χρύσεος ὢν ὅλος τὴν ἐπιφάνειαν, κύκλοις τισὶ πολυγωνίοις κυανῷ διακεχρισμένος ὑποκεχάρακται. Τί οὖν βούλεται τῷ τεχνίτῃ ἡ κυανός; Ὡς ἄν, οἶμαι, τῷ ἐναλλάσσοντι τὰς χρόας ἀντιπαραθεωρούμενος ὁ χρυσὸς πλέον ἐκλάμποι. Εἰ οὖν ἡ κυανὸς ἐμμιχθεῖσα τῷ χρυσῷ περικαλλεστέραν τὴν αὐγὴν ἀποδείκνυσιν, οὐκ ἄκαιρον ἴσως τῇ λαμπηδόνι τῶν προῤῥηθέντων λόγων καὶ τὴν ἡμετέραν παραγραφῆναι μελάνην. Ἔτι ὑμῖν ἐν προοιμίοις ἀδολεσχοῦμεν, ἀλλ' ἀκούσατε.

A tur: quibus nimirum vos abunde præcedens tractatus enutrivit. Itaque jam nihil aliud fortasse agetur, quam ut satietas satietati adjiciatur, ac veluti post aureos sermones memoriam vestram plumbeis numismatibus oneremus; nisi forte, quoniam sæpe nonnihil ad conciliandam pulchritudinem confert etiam materia deterior admista meliori, cujus rei demonstratio non longe peti potest. Vides hanc concamerationem, quæ capitibus nostris imminet? quam pulchra sit adspectu, quam affabre factis sculpturis aurum intersplendeat? Hæc cum tota videatur aurea, circulis quibusdam multorum angulorum cæruleis picta distinguitur. Quodnam igitur fuit consilium artificis, dum cæruleum colorem adjecit? ut efficeret, opinor, dum colores variantur, ut aurum alteri collatum illustrius effulgeret. Si ergo color cæruleus immistus auro efficit ut multo pulchrior ejus splendor emicet, non incommodum, opinor, fuerit, si jam pronuntiatorum sermonum fulgori nostrorum color hic niger appingatur. Adhuc prooemiis garruli vos detinemus, sed audite.

Ἀκούω Μωϋσέα τὸν μέγαν, ὅτε τὴν σκηνὴν τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπήγνυτο, καὶ τὸν Βεζελεὴλ ἐκεῖνον, ὃς Πνεύματι θείῳ τὴν σοφίαν ἔσχεν τῆς ἀρχιτεκτονικῆς αὐτοδίδακτον, κοινῇ προθεῖναι τὴν φιλοτιμίαν πλουσίοις καὶ πένησι, τῶν μὲν πλουσίων χρυσὸν, καὶ πορφύραν καὶ τοὺς τιμίους τῶν λίθων ἐκλέγοντας, τῶν δὲ πενήτων ξύλα καὶ δέρματα καὶ τὰς τῶν αἰγῶν τρίχας οὐκ ἀποβάλλοντας. Ἀλλ' οὐκ ἄκαιρος τῆς ἱστορίας ἴσως ἡ μνήμη· ὃ γάρ μου τὴν καρδίαν ἐπέδραμε νόημα, βούλομαι καὶ τῷ κοινῷ παραθέσθαι. Πνεύματι θείῳ ὁ Βεζελεὴλ σοφὸς ἐξ ἰδιώτου ἐγένετο· οὕτω γὰρ ἡ ἱστορία φησίν. Ἀκουέτω τοίνυν ὁ πνευματομάχος· ὁ θεῖον εἰπὼν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ ἡ ἐπίβασις οἷόν τι ἴχνος τὴν τῆς σοφίας χάριν τῇ ψυχῇ ἐνσημαίνεται, ἆρα καθυβρίζει τῇ τοῦ θείου προσηγορίᾳ τὴν ἀξίαν τοῦ Πνεύματος; Ἆρα μικρόν τι καὶ ταπεινὸν περὶ αὐτοῦ νοεῖν ὑποτίθεται; Τί τῶν ἐν τῇ κτίσει τῷ ὀνόματι τούτῳ σημαίνεται; Μὴ ἐπίκτητον οἴεται τῷ Πνεύματι τὴν θεότητα; Μὴ διπλόην τινὰ καὶ σύνθεσιν περὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον ἐννοεῖ; τάχα οὐκ ἔστι ταῖς τοιαύταις ὑπονοίαις συνενεχθῆναι. Ἀλλ' ὁμολογεῖ πάντως θεῖον ὂν τὸ Πνεῦμα τῇ φύσει τοιοῦτόν τε εἶναι καὶ λέγεσθαι. Ὁρᾷς ὡς αὐτομάτως ἐκκαλύπτεταί σοι ἡ ἀλήθεια; πολλὰς γὰρ θείας φύσεις τὸ τῶν Χριστιανῶν οὐκ ἐπίσταται κήρυγμα· ἐπεὶ ἀνάγκη πᾶσα καὶ πολλοὺς θεοὺς ἀναπλάττεσθαι. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν πολλοὺς νοηθῆναι θεοὺς, μὴ τῆς κατὰ φύσιν ἑτερότητος τὸ τῶν θεῶν πλῆθος διαγγελλούσης. Εἰ οὖν μία παρὰ πάντων θεία φύσις εἶναι πιστεύεται, θεῖον δὲ τῇ φύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τί διατέμνεις τῷ λόγῳ τὸ συνημμένον τῇ φύσει; Ἀλλὰ τίς μοι δώσει τὴν δύναμιν τοῦ λόγου ἐκείνου, οὗ τὸ τέλος σωτηρία τῶν ἀκουόντων ἦν; Μίαν προήκατο φωνὴν Ἱεροσολυμίταις ὁ Πέτρος, καὶ τοσαῦται χιλιάδες ἀνθρώπων τῇ περιβολῇ τοῦ λόγου ὑπὸ τοῦ ἁλιέως ἐσαγηνεύθησαν. Τοσοῦτοι δὲ καὶ τοιοῦτοι παρὰ τῶν διδασκάλων ἐν ἡμῖν τρίβονται, τίς γέγονε τῶν σωζομένων προσθήκη; *Τὸ ἐκλεῖπον ἐκλείπει*, φησί τις τῶν προφητῶν, *τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνήσκει*· τὸ πεπλανημένον οὐκ ἐπιστρέφει· λέλυται τῆς ἀγάπης ὁ σύνδεσμος· ἥρπασται τῶν θησαυ-

B Magnum illum Moysem audio, quo tempore tabernaculum Israelitis erigebat, ac Bezeleelem illum, qui divino Spiritu partam sapientiam architectonicæ non ab alio edoctus sed a se habebat, communi quadam æmulatione divites simul ac pauperes provocari voluisse, dum divitum quidem aurum et purpuram, lapidesque pretiosos seligerent, egenorum vero ligna pellesque ac pilos caprarum non rejicerent. Enimvero haud importuna fuerit aut a proposito aliena fortassis historiæ hujus commemoratio: libet enim quod mihi in mentem venit, in medium proferre. Spiritu divino Bezeleel ex imperito sapiens est factus: ita enim narrat historia[50*]. Audiat ergo qui Spiritui sancto bellum indixit; is C qui Spiritum sanctum dixit divinum, cujus ingressus et quasi vestigium sapientiæ gratiam in anima designat, num Spiritus dignitatem seu deitatem divini appellatione traducit? num suadet, ut aliquid exiguum aut humile de ipso concipiamus? Quid, quæso, ex rebus creatis hoc nomine significari solet? num acquisitam et ascititiam esse putat Spiritui divinitatem? num duplicitatem aliquam aut compositionem simplici et incomposito attribuit? Fortasse non licet ejusmodi opinionibus fidem adhibere. Atqui plane confitetur Spiritum, qui divinus est, natura talem dici ac prædicari. Vides ut tibi veritas ultro reveletur? plures enim divinas naturas Christiana nescit religio, quandoquidem ita omnino necesse esset plures quoque deos confingere. D Non enim fieri potest, ut multos intelligamus deos, nisi hæc deorum multitudo per diversitatem secundum naturam enuntietur. Si ergo una ab omnibus natura divina esse creditur, Spiritus porro sanctus natura divinus, quid oratione dividis quod natura conjunctum est? Verum quis illam mihi sermonis virtutem concedet, cujus finis salus exstitit auditorum? Unam emisit Hierosolymitanis vocem Petrus, et tot hominum millia nuda sermonis sagena ab illo piscatore sunt capta[51]. Tam multi vero tantique a doctoribus in nos impenduntur sermones: quæ vero ex iis qui salvantur facta est

[50*] Exod. XXXI, 2 sqq. [51] Act. II, 41.

accessio? *Quod deficit deficit*, ait quispiam ex prophetis [52], *quod moritur moritur*: quod aberravit, non revertitur; solutum est vinculum charitatis, abrepta est pax ex thesauris nostris. O rem calamitosam! cogit enim me mali ac doloris magnitudo ingemiscere; nostra erat olim possessio charitas; paterna nostra hæc hæreditas, quam per discipulos suos nobis Dominus thesaurizaverat dicens, *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem* [53]: istam autem hæreditatem ii quidem, qui deinde secuti sunt, successores filii a patribus ordine excipientes usque ad patres nostros conservarunt. At hæc prodiga generatio illam minime custodivit. Quomodo e manibus nostris elapsæ hæ institutionis divitiæ pereunt? nos charitatis indigi sumus, et alii bonis nostris luxuriant et gloriantur. *Zelavi super iniquos*: sic ait Psalmista [54]. Ego vero nonnihil quasi per parodiam inflectens dictum illud ita legam, Zelavi super iniquos, zelavi pacem peccatorum videns. Illi inter se junguntur, et nos ab invicem separamur. Illi quasi testudine facta coeunt inter se, at nos testudinem nostram cuneumque dissipamus. Furto surreptam possessionem nostram animarum prædo ad hostes veritatis delatam projecit, non ut beneficio eos afficeret, nemo sic arbitretur: non enim potest afficere beneficio inventor malorum: verum, ut eos in malarum rerum concordia deteriores efficeret.

A ρῶν ἡμῶν ἡ εἰρήνη. Ὢ τῶν κακῶν! Προάγομαι γὰρ ἐπιστενάξαι τῷ πάθει· ἡμέτερον κτῆμα ἦν ἀγάπη· ποτὲ πατρῷος ἡμῖν οὗτος ὁ κλῆρος, ὃν διὰ τῶν μαθητῶν ἡμῖν ὁ Κύριος ἐθησαύρισεν εἰπών, *Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους*· ἀλλὰ ταύτην τὴν κληρονομίαν οἱ μὲν ἐφεξῆς διάδοχοι παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι μέχρι τῶν πατέρων ἡμῶν διεσώσαντο· ἡ δὲ ἄσωτος αὕτη γενεὰ οὐκ ἐφύλαξε. Πῶς οἴχεται τῶν χειρῶν ἡμῶν διαῤῥυεὶς τῆς ἀγωγῆς ὁ πλοῦτος; ἡμεῖς τῆς ἀγάπης πτωχεύομεν, καὶ ἄλλοι ἡμετέροις ἀγαθοῖς ἐναβρύνονται. *Ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις*, οὕτως φησὶν ὁ Ψαλμῳδός. Ἐγὼ B δὲ μικρόν τι παρῳδήσας τὸ ῥηθὲν ἀναγνώσομαι, Ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, ἐζήλωσα εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. Ἐκεῖνοι ἀλλήλοις συνίστανται, καὶ ἡμεῖς ἀπ' ἀλλήλων διατεμνόμεθα. Ἐκεῖνοι ἑαυτοῖς συνασπίζουσι, καὶ ἡμεῖς τὸν ἡμέτερον συνασπισμὸν διαλύομεν. Κλέψας τὸ ἡμέτερον κτῆμα ὁ τῶν ψυχῶν λωποδύτης τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας φέρων προσέῤῥιψεν, οὐκ ἐκείνους εὐεργετῶν, τοῦτο μηδεὶς οἰέσθω· ὁ γὰρ τῶν κακῶν εὑρετὴς εὐεργέτης γενέσθαι οὐ δύναται· ἀλλ' ἵνα χείρους αὐτοὺς ἐν τῇ περὶ τὸ κακὸν συμπνοίᾳ παρασκευάσῃ.

Sed quid mihi de iis qui foris sunt judicare? ut inquit ille [55]. At ego qui possim alienationem fratrum sine lacrymis ferre? quomodo paterna substantia derelicta junior hic frater discessit? alter ille in Evangelio descriptus, licet canitie corporis animi juvenilitatem occultet, quomodo fugitivus a fide in longinquam regionem secessit? quomodo abit et ipse paternis bonis in duas dimidias partes divisis, qui dum sublimia dogmata ad humiles et suillas opiniones dejecit, cum meretricibus hæreticis suas divitias dissipavit [56]? Meretrix enim est hæresis, quæ voluptatibus quasi præstigiis attrahit. Quod si quando in seipsum, ut ille, reversus fuerit: si quando rursus ad paternorum ciborum cupiditatem exarserit, si ad divitem mensam recurrerit, in qua multus supersubstantialis est panis, qui Domini mercenarios alit; mercenarii quippe sunt Dei omnes isti qui ob spem repromissionis in vinea Dei operantur: qualis ad eum fiet non unius parentis, sed tam multorum patrum concursus, qui obviam illi prodibunt, qui amplectentur, qui osculis illum excipient? Prolata est stola fidei prima, quam trecentæ octodecim animæ præclara textrina Ecclesiæ contexuerunt. Unde annulus in manu expressum fidei sigillum habens, choreæ, vitulus, symphonia, cætera omnia quæ in Evangelio commemorantur, excepta fratris invidia. Verumenimvero quid frustra nobis ipsis somnia fingimus? Obdurata sunt corda fratrum, et contraria ratione sunt affecti; communes patres objiciunt, et acceptam ab illis hæreditatem non admittunt; communem sibi vindicant nobilitatem, et a nostra cognatione alienantur;

C Ἀλλὰ τί μοι τοὺς ἔξω κρίνειν; φησὶν ὁ εἰπών. Ἐγὼ δὲ πῶς ἀδακρυτὶ βαστάσω τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀλλοτρίωσιν; Πῶς ᾤχετο καταλιπὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν ὁ ἀδελφὸς ὁ νέος οὗτος; Ἄλλος ἐκεῖνος ὁ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ δηλούμενος, κἂν ὑποκρύπτῃ τῇ πολιᾷ τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς τὴν νεότητα, πῶς ἀνεχώρησεν εἰς χώραν μακρὰν δραπετεύσας ἀπὸ τῆς πίστεως; Πῶς οἴχεται καὶ αὐτὸς ἡμισεύσας τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν ἐν τῷ καθελκῦσαι τὰ ὑψηλὰ τῶν δογμάτων πρὸς τὰ ταπεινὰ καὶ χοιρώδη νοήματα, ταῖς αἱρετικαῖς πόρναις προσδαπανήσας τὸν πλοῦτον; Πόρνη γάρ ἐστιν ἡ αἵρεσις, ταῖς ἠγαπημέναις ἡδοναῖς γοητεύουσα. Εἰ γὰρ ἔλθοι ποτὲ εἰς ἑαυτόν, ὥσπερ ἐκεῖνος· εἰ γὰρ ἐπιθυμήσειε πάλιν τῆς πατρῴας τροφῆς· εἰ γὰρ ἐπαναδράμῃ πρὸς τὴν πλουσίαν τράD πεζαν, ἐν ᾗ πολὺς ὁ ἐπιούσιος ἄρτος, ὁ τρέφων τοὺς τοῦ Κυρίου μισθίους· μίσθιοι δὲ τοῦ Θεοῦ πάντες οὗτοι, οἱ ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπαγγελίας τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Θεοῦ ἐργαζόμενοι· οἷος ἂν ἐγένετο πρὸς αὐτὸν ὁ δρόμος, οὐχ ἑνὸς πατρὸς, ἀλλὰ τοσούτων πατέρων προσαπαντώντων, περιπλεκομένων, ἀσπαζομένων φιλήμασιν; Ἠνέχθη στολὴ τῆς πίστεως ἡ πρώτη, ἣν αἱ τριακόσιαι ὀκτὼ καὶ δέκα ψυχαὶ καλῶς ἐριθεύουσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐξύφηναν. Ἐκεῖθεν τῇ χειρὶ δακτύλιος ἐκτετυπωμένην ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν σφραγῖδα τῆς πίστεως, οἱ χοροὶ, ὁ μόσχος, ἡ συμφωνία, τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κατείλεκται, πλὴν τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ζηλοτυπίας. Ἀλλὰ τί μάτην ὀνείρους ἑαυτοῖς ἀναπλάττομεν; Ἐσκλήρυνται καρδίαι τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἀντιτύπως ἔχουσι, τοὺς κοινοὺς πατέρας προβάλλονται, καὶ τὴν κληρονομίαν τὴν ἀπ' αὐτῶν οὐ προσδέχονται, τῆς κοινῆς εὐγενείας

[52] Zachar. XI, 9. [53] Joan. XI, 34. [54] Psal. LXXXIII, 2. [55] I Cor. III, 11. [56] Luc. XV, 11 sqq.

ἀντιποιοῦνται, καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς συγγενείας ἀλλοτριοῦνται· τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἀντικαθίστανται, πρὸς δὲ ἡμᾶς δυσμενῶς ἔχουσιν· ὥσπερ τι μεθόριον ἡμῶν τε καὶ τῶν πολεμίων γενόμενοι, καὶ ἀμφότερά εἰσι καὶ οὐδέτερον· οὔτε τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογοῦσι, καὶ αἱρετικοὶ ὀνομάζεσθαι ἀπαξιοῦσιν. Ὢ καινοῦ πράγματος· καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς τὸ ψεῦδος ἐπίσης ἐκπεπολέμηται, οἷόν τι δένδρον ἄῤῥιζον, ὧδε καὶ ὧδε πρὸς τὰς ἐναντίας ὁρμὰς εὐκόλως μετακλινόμενοι. Ἤκουσα τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου ἐν ἀποκρύφοις πρὸς τοὺς τοιούτους δι' αἰνίγματος λέγοντος· ὡς δέον ἀκριβῶς ζέειν μὲν πάντως τῷ πνεύματι, κατεψύχθαι δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ· *Ὤφελον γὰρ ἦσθα*, φησὶ, *ψυχρὸς, ἢ ζεστός*· τὸ δὲ μηδέτερον τούτων, ἀμφοτέρων δὲ ἐφαπτόμενον ναυτιῶδές ἐστι, καὶ πρὸς ἔμετον ἐπιτήδειον. Τί οὖν τὸ αἴτιον, πάλαι μὲν ἐπὶ τῶν μαθητῶν διὰ τοῦ Κυρίου πολὺ πλῆθος τῇ Ἐκκλησίᾳ προσάγεσθαι, νυνὶ δὲ τοὺς μακροὺς καὶ περικαλλεῖς τῶν διδασκάλων λόγους παρατρέχειν ἀπράκτους;

Ἐρεῖ τις ἴσως, ὅτι τότε συνήργει τοῖς ἀποστόλοις τὰ ἐκ τῶν ἔργων θαύματα, καὶ τὸ ἀξιόπιστον ὁ λόγος διὰ τῶν χαρισμάτων εἶχε. Φημὶ κἀγὼ μεγάλην εἶναι πρὸς τὸ πείθειν ῥοπὴν τὴν ἐκ τῶν ἔργων ἰσχύν· νυνὶ δὲ τί χρὴ τὰ γινόμενα ἡγεῖσθαι; Καὶ οὐχ ὁρᾷς τὰ ὅμοια τῆς πίστεως θαύματα; Οἰκειοῦμαι γὰρ τῶν ὁμοδούλων ἡμῶν τὰ κατορθώματα, τῷ αὐτῷ πνεύματι στοιχοῦντες ἐν τῇ δυνάμει τῶν ἰάσεων. Μαρτυροῦσι τῇ ἀληθείᾳ τοῦ λόγου ἄνδρες ἐξ ὑπερορίας ἥκοντες, πολῖται τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ, ἐξ Μεσοποταμίας ὡρμημένοι, ἐξελθόντες καὶ οὗτοι ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτῶν καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, πρὸς οὐρανὸν βλέποντες, ἐκδημοῦντες τρόπον τινὰ τῆς ἀνθρωπίνης, ἄνω τῶν τῆς φύσεως παθημάτων ἱστάμενοι, τοσοῦτον ἐφαπτόμενοι τῆς ζωῆς ταύτης ὅσον ἐπάναγκες, τῷ δὲ πλείονι μέρει ταῖς ἀσωμάτοις συμμετεωροποροῦσι δυνάμεσι, γηραιοὶ τὸ εἶδος, σεμνοὶ πρὸς ἰδέαν, πολιᾷ στίλβοντες, σιωπῇ κατησφαλισμένοι τὰ στόματα, λογομαχεῖν οὐκ εἰδότες, συζητεῖν οὐ μαθόντες· τοσαύτην ἔχουσι κατὰ τῶν πνευμάτων τὴν ἐξουσίαν, ὡς θαύματα μόνῳ τῷ δοκοῦντι κατεργάζεσθαι, καὶ ὑποχωρεῖν τὰ δαιμόνια, οὐ συλλογισμῶν τέχναις, ἀλλ' ἐξουσίᾳ τῆς πίστεως, οὐχ εἰς ἀπορίαν ἀντιφάσεως περιαγόμενα, ἀλλ' εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἀπελαυνόμενα. Οὕτως οἶδεν ὁ Χριστιανὸς συλλογίζεσθαι· ταῦτα τῆς πίστεως ἡμῶν τὰ κατορθώματα. Διὰ τί οὖν οὐ πειθόμεν, εἰ πλεονάζει τῶν ἰαμάτων ἡ χάρις; εἰ περισσεύει ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου; *Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.* Διὰ τί οὐ γίνεται ἡ τῶν σωζομένων προσθήκη; Καὶ μηδεὶς ὑπονοείτω μικρὰν τὴν παροῦσαν ἡγεῖσθαι χάριν. Ὁρῶ κομῶσαν τὴν ἄμπελον, εὐθηνουμένην ταῖς κληματίσι, καὶ τῷ καρπῷ πλεονάζουσαν· ὁρῶ κυμαινομένην τῷ πλήθει τῶν ἀσταχύων τὴν ἄρουραν· βαθὺ τὸ λήϊον, ἁδρὸν τὸ δράγμα, πολὺς ὁ σπόρος. Ἀλλὰ τί πάθω; Ἀπλήρωτον ἔχων ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν φύσιν τῷ πάθει τῶν φιλοπλούτων κατέχομαι.

A hostibus nostris se opponunt, et hostili animo in nos affecti sunt: tanquam confinium inter nos et hostes facti, et utraque sunt et neutrum; neque rectum sermonem confitentur, et hæretici appellari recusant. O rem inauditam! et veritati simul et mendacio pariter bellum indixerunt, tanquam arbor quæpiam radicibus carens huc et illuc levi momento contrariis impulsibus inclinati. Joannem Evangelistam audivi hujusmodi homines ænigmatica oratione in apocryphis alloquentem: cum oporteret exacte fervere quidem omnino spiritu, frigere autem peccato. *Utinam enim esses*, inquit, *frigidus aut calidus* [57]! quod vero neutrum est horum, sed utrumque attingit, nauseam excitat, et ad vomitum est idoneum. Quid igitur causæ est, cur olim qui- B dem temporibus discipulorum ad Ecclesiam plurima multitudo a Domino aggregaretur, jam vero longæ et ornatæ doctorum conciones sine ullo effectu prætervolent?

Fortasse dicet quispiam, quod tum apostolos miracula ex operibus adjuvarent, et illa divina dona orationi fidem conciliarent. Ego vero magnum afferre ad persuasionem momentum vim operum non diffiteor. Verum quid, quæso, de iis quæ nunc geruntur arbitrandum est? nonne paria fidei vides miracula? conservorum enim nostrorum præclara facinora nostra reputo, qui eodem in virtute curationum spiritu nobiscum ducuntur. Hujus orationis C veritati testimonium dicunt viri ab exteris et longinquis regionibus advecti, patris nostri Abraham cives ex Mesopotamia profecti, qui et ipsi de terra et cognatione sua, atque adeo ex toto mundo egressi, oculis ad cœlum conversis, et extra humanam quodammodo peregrinantes naturam, extra omnem perturbationum aleam constituti, tantum ex hac vita delibant, quantum necesse est; potiori vero sui parte cum incorporeis virtutibus in excelsis versantur, senili specie, atque aspectu venerando, canitie splendentes, et obsignata silentio tenentes ora, qui decertare verbis nesciunt, neque disquirere aut disceptare didicerunt, tantamque adversus spiritus obtinent potestatem, ut miracula sola voluntate perficiant, et dæmonia abscedant non syllogi- D smorum artificio, sed fidei potentia, non in eas redacti angustias, ut nihil contradicant, sed in tenebras exteriores abacti. Sic novit syllogismos texere Christianus: ea sunt fidei nostræ præclara facinora. Cur ergo non credimus, si abundat gratia sanitatum, si exuberat doctrina verbi? *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* [58]: cur non fit eorum qui salventur accessio? Neque vero in mentem veniat cuiquam exiguam præsentem gratiam existimare. Video comantem vitem, pampinis et sarmentis silvescentem, ac racemis exuberantem, agrum spicis luxuriantem, densam segetem, amplum manipulum, multam sementem. Quid ergo est quod me male

[57] Apoc. III, 15. [58] I Cor. XII, 11.

habet? Inexplebili quadam in ejusmodi rebus natura præditus, eodem cum avaris morbo laboro: nullus copiæ et redundantiæ terminus cupiditatem cohibet; id quod in dies accedit, ad plura provocat appetitum, et in fomitem desiderii majorum opum convertitur. Me quidem oblectant ea quæ versantur ob oculos; præsentibus torqueor; novum perturbationis genus ex contrariis commistum animum meum occupavit, tanquam voluptate cum tristitia contemperata. Atque in vos quidem si convertam oculos, in vobis desiderium nostrum acquiescit; si vero quod deest in memoriam redeat, non habeo quo pacto calamitatem deplorem. Homines enim omittentes in Domino gaudere, et ex Ecclesiæ pace animo capere voluptatem, de substantiis nescio quibus argutantur, et magnitudines dimetiuntur, Filium ex comparatione cum Patre metiuntur, et quod excedit mensuram, Patri largiuntur. Quis hoc dixerit illis: Quod quantum non est, non mensuratur; quod incorporeum est, non ponderatur; quod infinitum est, non comparatur; quod non comparatur, pluris aut minoris rationem non admittit: siquidem ex rerum inter ipsas comparatione excessum colligimus. Ejus autem, cujus finis comprehendi non potest, excessum mente contingere nemo potest? Memini ego illius psalmi, quem succinentes ac simul hymnos personantes ingrediebamur, *Magnus Dominus et magna virtus ejus; et sapientiæ ejus non est numerus* [59]. Quid hoc ergo est? Enumera quæ dicta sunt, et mysterium intelligis. *Magnus Dominus*, non dixit, quanta sit magnitudo: neque enim fieri poterat ut diceret quantus esset: sed hoc ipso quod ita eam designat, ut non circumscribat aut terminet, sensim eo mentem provehit, ut immensam esse cognoscat. Pari modo, *Magna*, inquit, *virtus ejus*: virtutem vero cum audis, potentiam intellige. Christus autem Dei potentia est et Dei sapientia, sed et sapientiæ ejus non est finis. Sapientiam Isaias interpretatur aperte dicens, *Spiritus sapientiæ et prudentiæ* [60]. Audivi inter beatitudines eos beatos prædicari, qui sitiunt Dominum: attendite ergo atque accipite non alienum fortasse a tempore, id quod menti meæ nunc observatur, tametsi ab eo in quo versamur, videtur quodammodo dependere.

A Οὐδεὶς περιουσίας ὅρος τὴν ἐπιθυμίαν ἵστησι. Τὸ ἀεὶ προσγινόμενον πρὸς τὸ πλέον ἐρεθίζει τὴν ὄρεξιν, ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας γινόμενον. Εὐφραίνει με τὰ ὁρώμενα. Τοῖς παροῦσιν ἀγάλλομαι, καὶ τοῖς ἀποῦσιν ἀλγύνομαι· κοινόν τι πάθος ἐκ τῶν ἐναντίων σύμμικτον τὴν ψυχὴν περιέχει, ἡδονῆς πρὸς λύπην συγκεκραμένης. Ἐὰν πρὸς ὑμᾶς ἀναβλέψω, ὑμῖν ἐπαναπαύω τὸν πόθον· ἐὰν τὸ λεῖπον λογίσωμαι, οὐκ ἔχω ὅπως στενάξω τὴν συμφοράν. Καὶ γὰρ ἀφέντες οἱ ἄνθρωποι τὸ κατατρυφᾷν τοῦ Κυρίου, καὶ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τῆς Ἐκκλησίας εὐφραίνεσθαι, οὐσίας τινὰς τεχνολογοῦσι, καὶ μεγέθη καταμετροῦσιν, Υἱὸν Πατρὶ παραμετροῦντες, καὶ περισσότερον τοῦ μέτρου τῷ Πατρὶ χαριζόμενοι. Τίς εἴποι αὐτοῖς· Τὸ ἄποσον B οὐ μετρεῖται· τὸ ἀειδὲς οὐ δοκιμάζεται· τὸ ἀσώματον οὐ σταθμίζεται· τὸ ἀόριστον οὐ συγκρίνεται· τὸ μὴ συγκρινόμενον τοῦ πλείονος καὶ ἐλάττονος οὐκ ἐπιδέχεται λόγον. Ἐκ γὰρ τῆς τῶν πραγμάτων πρὸς ἄλληλα παραθέσεως τὸ πλέον ἐπιγινώσκομεν. Οὗ δὲ τὸ τέλος ἄληπτον, τούτου τὸ πλέον ἀνεπινόητον; Ἤκουσα τοῦ ὑποψάλματος, ὃ κοινῇ πάντες ὑμνολογοῦντες ἐπῄειμεν· *Μέγας Κύριος καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός*. Τί οὖν τοῦτό ἐστιν; Ἀρίθμησον τὰ εἰρημένα, καὶ νοεῖς τὸ μυστήριον. *Μέγας Κύριος*, οὐκ εἶπε πόσον μέγεθος· οὐδὲ γὰρ ἦν δυνατὸν εἰπεῖν τὸ πόσον, ἀλλὰ τῷ ἀοριστῳ τῆς σημασίας ἐπὶ τὸ ἄπειρον C ὁδηγεῖ τὴν διάνοιαν. Ὁμοίως, *Μεγάλη*, φησὶν, *ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ*· ἰσχὺν δὲ ἀκούσας, τὴν δύναμιν νόησον. Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία· ἀλλὰ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Ἑρμηνεύει τὴν σύνεσιν Ἡσαΐας σαφῶς λέγων· *Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως*. Ἤκουσα ἐν τοῖς μακαρισμοῖς μακαριζομένους τοὺς διψῶντας τὸν Κύριον. Τάχα οὖν οὐκ ἔξω τοῦ καιροῦ τὸ ἐνθύμιον· καί μοι δέξασθε τὸν λόγον, κἂν ἀπηρτῆσθαι τῶν παρόντων δοκεῖ.

Si quis sub meridiem, sole radiis ardentioribus capiti imminente omnemque corporis humorem sua flamma torrente, iter habeat, subjecta vero sit ejus calceis tellus aspera, via difficilis et admodum arida, deinde occurrat ejusmodi homini fons aliquis, cujus limpida sunt ac perlucida fluenta, et affatim refrigerantia, copioseque profluentia: nunquid ante aquam considebit, deque ejus natura philosophabitur, unde, et quo modo, quaque ex causa, cæteraque ejusmodi perquirens, quæ ab illis tractari solent, qui in ejusmodi nugis occupantur, vaporem scilicet quemdam in profundis terræ partibus dispersum et prosilientem atque compressum, aquam fieri, aut venas, quæ in concavitatibus terræ diffusæ sunt, si eis ora laxentur aquam profundere: an vero cunctis ejusmodi valedicens incumbit

D Εἴ τις διὰ μεσημβρίας ὁδεύων τοῦ ἡλίου θερμοτέραις ταῖς ἀκτῖσι τῆς κεφαλῆς ὑπερζέοντος, καὶ πᾶν τὸ ἐν σώματι ὑγρὸν τῇ φλογὶ καταφρύσσοντος· προκείσθω δὲ τῷ ὑποδήματι γῆ τραχεῖα καὶ δυσπόρευτος καὶ διψώδης· εἶτα ἐπιτύχοι πηγῆς ὁ τοιοῦτος, ἧς καλὸν καὶ διαφανὲς τὸ νᾶμα, καὶ προσηνῶς καταψύχον, καὶ ἀφθόνως ὑπερχεόμενον· ἆρα προσκαθεδεῖται τῷ ὕδατι, καὶ φιλοσοφήσει περὶ τῆς φύσεως, ὅθεν, καὶ ὅπως, καὶ διὰ τίνος, καὶ τὰ τοιαῦτα διεξετάζων, οἷα δὴ τοῖς ματαιολογοῦσι σύνηθες λέγειν· ὅτι ἰκμάς τις ἐγκατεσπασμένη τῷ βάθει τῆς γῆς, καὶ διαπηδῶσα, καὶ συνθλιβομένη, ὕδωρ γίνεται, ἢ ὅτι φλέβες ἐκκεχυμέναι ταῖς κάτω κοιλότησιν, εἴπερ ἀναστομωθῶσι, τὸ ὕδωρ προχέουσιν· ἢ πάντα τὰ τοιαῦτα χαίρειν ἐάσας ἐπικύπτει τῷ νάματι, καὶ προσθεὶς τὰ χείλη, θεραπεύει τὴν δίψαν καὶ ἀναψύχει τὴν γλῶσ-

[59] Psal. CXLVI, 5. [60] Isa. XI, 2.

σαν, καὶ καταπαύει τὸν πόθον, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ δεδομένῳ τὴν χάριν; Μίμησαι τοίνυν καὶ σὺ τὸν διψῶντα. Εἰπὲ, Καὶ εἴρηται, καθὼς εἴρηται· *Μακάριοι οἱ διψῶντες*, καὶ καταμαθὼν οἷα καὶ ὅσα ἀγαθὰ πηγάζει τὸ ἅγιον· ποίησον τοῦτο τοῦ Προφήτου, *Τὸ στόμα σου ἄνοιξον καὶ ἕλκυσον πνεῦμα· πλάτυνον τὸ στόμα καὶ πλήρωσον*, ἔχων τὴν ἐξουσίαν τῶν χαρισμάτων. Βούλει μαθεῖν ὅσα προχεῖται τῆς τοῦ Πνεύματος πηγῆς ἀγαθά; Ἀφθαρσία ψυχῆς, ἀϊδιότης ζωῆς, οὐρανῶν βασιλεία, εὐφροσύνη ἄληκτος, χαρὰ τέλος οὐκ ἔχουσα. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τὰ παρόντα βλέπων ὀλίγην ποιοῦμαι τὴν ζημίαν τοῦ λείποντος. Πεπλήρωταί μοι τῶν ἀγαθῶν ὁ οἶκος· πλήρεις οἱ θησαυροὶ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας· ἥξουσι δὲ τάχα μετ' ὀλίγον καὶ πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου, καὶ προφθάσωσι χεῖρα αὐτῶν Θεῷ, καὶ βασιλεῖαι τῆς γῆς μεθ' ἡμῶν τὸν ἐπινίκιον ᾄσωσιν ὕμνον, τῷ πάντας εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καλοῦντι. Ὧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A fluento, et admotis labris sitim sedat, linguam refrigerat, cupiditatem exsatiat, et gratias agit ei, qui tale donum largitus est? Imitare igitur tu quoque sitientem: dic esse dictum, sicut et dictum est a Domino, *Beati qui sitiunt* [61]: et cum didiceris qualia quantaque bona e Spiritu sancto velut ex fonte manent, fac quod jubet Propheta, *Aperi os tuum, et attrahe spiritum* [62]: *dilata os tuum, et imple* [63], cum donorum habeas potestatem: visne intelligere quanta ex Spiritus sancti fonte bona profluant? Immortalitas animæ, æternitas vitæ, regnum cœlorum, lætitia sempiterna, gaudium nullo fine conclusum. Verumenimvero dum præsentia contemplor, exiguam ejus quod deest duco jacturam. Referta mihi bonis est domus; pleni sunt auro Arabiæ thesauri: quamprimum autem venient ex Ægypto legati, et prævenient manus ipsorum B Deo, ac regna terræ triumphalem nobiscum hymnum concinent ei, qui omnes ad suum regnum invitat. Cui gloria et potestas in sæcula. Amen *.

[61] Matth. v, 6. [62] Psal. cxviii, 131. [63] Psal. lxxx, 11.

* In hoc sermone Gregorius summum animi dolorem de Christianorum discordia testatus, potissimum refutat eos, qui Spiritus sancti divinitatem negabant et Personarum divinarum æqualitatem non admittebant. Oratio hæc de ipsius ordinatione nullum omnino verbum continet: unde potius inscriptio ejusdem, quam olim adhibuit S. Joannes Damascenus, Περὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει καταστάσεως τοῦ ἁγ. Γρηγ., approbanda videtur. Ex antiquo hoc titulo conjicere licet, eam probabiliter habitam fuisse in concilio Constantinopolitano a. 381, postquam ipse centrum unitatis constitutus fuerat. Cf. Tillemont l. c. art. 5. et 16 (p. 566 et 606), cum nota 4 (p. 733-34); Ceillier l. c. § 9, n. 6, 7 (p. 250, 251); D. Papebroch. in *Actis SS.* l. c. n. 34, 35. Nec quod Tillemont (l. c.) aliique eum secuti contra hanc temporis notam opponunt, Gregorium scilicet a. 381 nondum adeo provecta ætate fuisse, ut canos gestaret (quod tamen de se ipse testatur initio istius Orationis), ullam habet vim, cum idem S. doctor lib. ii Contra Eunomium (edit. 1615, t. II, p. 65) pariter de *senili canitie* sua loquatur, quem tamen certissime a. 381 jam scripserat. (S. Hier. *De Script. eccl.* c. 128.) Fessler, *Instit. Patr.*, I, 613.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΘΕΟΤΗΤΟΣ ΥΙΟΥ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΛΟΓΟΣ

Καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν δίκαιον Ἀβραάμ.

EJUSDEM

ORATIO DE DEITATE FILII ET SPIRITUS SANCTI

Cui inserta est laudatio constantis fidei justi Patriarchæ Abrahami.

Laurentio Sifano interprete.

Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τοὺς πολυανθεῖς τῶν λειμώνων οἱ τῶν τοιούτων φιλοθεάμονες, οἷς οὐ πρὸς ἕν τι τῶν φαινομένων διὰ τὸ τῆς ὥρας ὁμότιμον ὁ ὀφθαλμὸς ἐπερείδεται, ἀλλ' ἐπὶ πάντα ταῖς ἐπιθυμίαις χεόμενοι τῷ μηδενὸς ἐθέλειν διαμαρτεῖν, πολλάκις τοῦ παντὸς ἀποπίπτονται· τοιοῦτόν τι πέπονθε κἀμοῦ ἡ

C Quale quiddam in florentibus pratis accidere solet iis qui earum rerum spectandarum studio tenentur, quorum oculus propter pulchritudinis decus æquale non in uno aliquo flore, qui in conspectu sit, defigitur, sed dum nullo non potiri volunt, in omnes cupiditate fusi, id quod in eo nego-

tio summum est sæpenumero non assequuntur: tale quiddam etiam animo meo pratum Scripturæ spectantis usu venit. Sententiarum enim pulchritudinis varietas ad omnia pariter animum attrahens, efficit ut cupiditas ejus, dum in pari decore præditis haud facile quod potius sequatur reperire potest, inconstans sit, et ab aliis ad alia properet atque festinet. Ecce enim quomodo per prophetiam magni Davidis flores enitent? qualis vero flos divinus Apostolus, paradisi culturæ pulchritudinem ostendens, ac multam odoris Christi redolens suavitatem? Nam Evangelicorum pulchritudinem pratorum quænam oratio explicet humana?

Verum mihi haud alienum esse videtur, in tempore proverbialis illius mentionem facere laudationis, et apem imitari: quam dicit Scriptura viribus quidem infirmam esse [1] (nunquam enim visa est totum colligere florem, et super dorsum ad alvearia portare), sed tenuem illum qui in medio floris quasi lanugini adhæret, alis excussum pulverem curvatis suscipiens cruribus, per illa scitum illud efficit opus senis pedum curvaturis numero pares in directum excitans angulos, ac per medium levitate alarum, quasi quibusdam uncturis, tenues illos in modum membranæ parietum ordines expoliens. Quod si futurum est ut nostra quoque oratio et regibus et privatis hominibus, ut inquit Solomon, ad sanitatem conducat, precibus et votis eam gratiam nobis pariter conciliemus et ego et vos. Lucrum enim commune est, imo major pars ejus vestra est: quandoquidem accipere aliquid boni plus affert lucri, quam aliquid præbere. Vetat Evangelium in utres veteres vinum novum infundere [2]: forsitan ad hæc tempora spectat sermonis tecti involucrum. Nam vinum recens expressum, propter eum qui naturaliter exsistit in eo liquoris fervorem, flatu plenum est, naturali motu limosas ab sese per spumam exhalans atque rejiciens sordes. Hoc autem nihil aliud est, ut mea quidem fert opinio, nisi ea quæ de Spiritu sancto traditur doctrina, quemadmodum dicit Apostolus, *Spiritu ferventes* [3], quam putres perfluentesque utres ac præ incredulitate inveterati non continent, sed doctrinæ majestate rumpuntur. Idcirco si qua sublimis eis ex doctrina ingenerata fuerit sententia, scinduntur circa amplitudinem doctrinæ: ac cum ipsi quidem per rupturam inutiles redduntur, tum efficiunt ut in vanum ac frustra effluat gratia Spiritus sancti. In animum enim malitiosum sapientia non ingredietur, quemadmodum inquit Scriptura [4]. Imo agite, permittite mihi pauperum consuetudinem imitari: nam et illi solent, cum aliquis eos opipara mensa fuerit dignatus, remoto pudore de epulis sibi appositis etiam in posterum diem cibos providere. Proinde ego quoque ex hesterna magnificentia exiguis quibusdam depromptis reliquiis, illinc pro viribus meis conficiam orationem, pleraque eorum, quæ hodie proposita sunt, perfectioribus

A διάνοια πρὸς τὸν λειμῶνα τῆς Γραφῆς ἀποβλέποντος. Τὸ γὰρ ποικίλον τῆς ὥρας τῶν νοημάτων ὁμοτίμως ἐπὶ πάντα τὴν ψυχὴν ἐφελκόμενον, ἀστατεῖν ποιεῖ τὴν ἐπιθυμίαν, τῷ μὴ δύνασθαι ῥᾳδίως εὑρεῖν ἐν τοῖς ὁμοτίμοις τὸ προτιμότερον. Ἰδοὺ γὰρ πῶς ὑπολάμπει διὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ τῆς προφητείας τὰ ἄνθη· οἷον δὲ ἄνθος ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῆς τοῦ παραδείσου γεωργίας ὑποσημαίνων τὸ κάλλος, καὶ πολλὴν ἀποπνέων τοῦ Χριστοῦ τὴν εὐωδίαν! Τῶν δὲ εὐαγγελικῶν λειμώνων τὸ κάλλος τίς ἂν ὑπεξέλθοι λόγος ἀνθρώπινος;

Ἀλλά μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν ἐν καιρῷ μνησθῆναι τῆς παροιμιακῆς ἐπαινέσεως, καὶ ζηλῶσαι τὴν μέλισσαν· B ἥν φησιν ἡ Γραφὴ τῇ ῥώμῃ μὲν εἶναι ἀσθενῆ (οὐ γὰρ ὤφθη ποτὲ ὅλον δρεψαμένη τὸ ἄνθος, καὶ ὑπὲρ νῶτον ἐπὶ σίμβλα κομίζουσα), ἀλλὰ τὸ λεπτὸν καὶ χνοῶδες τῆς ἐν τῷ μέσῳ κόμης ἐκτιναχθὲν διὰ τῶν πτερύγων ταῖς ἀγκύλαις ὑπολαβοῦσα, δι' ἐκείνων ἐργάζεται τὴν σοφὴν ἐργασίαν ἐκείνην, ταῖς ἓξ ἀγκύλαις ἰσαρίθμους γωνίας εἰς ὄρθιον ἀνεγείρουσα, καὶ διὰ μέσου τῇ λειότητι τῶν πτερύγων, οἷόν τισιν ἀλοιφαῖς, τοὺς λεπτοὺς ἐκείνους καὶ ὑμενώδεις [σ]τοίχους ἐπιλεαίνουσα. Εἰ δὲ μέλλοι καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος βασιλεῦσί τε καὶ ἰδιώταις, καθώς φησιν ὁ Σολομὼν, εἰς ὑγίειαν ἐπιτήδειος γίνεσθαι, εὐχῇ τὴν χάριν ἐπισπασώμεθα ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς παραπλησίως. Κοινὸν γὰρ τὸ κέρδος, μᾶλλον δὲ τὸ πλέον ὑμέτερον· ἐπείπερ τὸ λαβεῖν τι καλὸν τοῦ παρασχεῖν τι κερδαλεώτερον. C Ἀπαγορεύει τὸ Εὐαγγέλιον παλαιοῖς ἀσκοῖς οἶνον νέον ἐναποτίθεσθαι· τάχα πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν βλέπει τὸ αἴνιγμα. Ὁ γὰρ νεοθλιβὴς οἶνος, διὰ τὴν φυσικῶς ἐγγινομένην τοῦ ὑγροῦ ζέσιν, Πνεύματος πλήρης ἐστὶ, διὰ τῆς φυσικῆς κινήσεως ἐξαφρίζων τὸν ἰλυώδη ῥύπον ἀφ' ἑαυτοῦ. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, ἢ ἡ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλία, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Τῷ Πνεύματι ζέοντες*, ἣν οἱ σαθροί τε καὶ διεῤῥυηκότες ἀσκοὶ, καὶ ὑπὸ τῆς ἀπιστίας πεπαλαιωμένοι οὐ στέγουσιν, ἀλλὰ περιῤῥήγνυνται τῇ μεγαλοφυΐᾳ τοῦ δόγματος. Διὰ τοῦτο ἐάν τι ὑψηλὸν αὐτοῖς ἐκ διδασκαλίας ἐγγένηται νόημα, σχίζονται περὶ τὸν ὄγκον τοῦ δόγματος· καὶ αὐτοί γε ἀχρειοῦνται διὰ τοῦ ῥήγματος, τήν τε τοῦ Πνεύματος χάριν D εἰκῇ ῥέειν παρασκευάζουσιν. Εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, καθώς φησιν ἡ Γραφή. Μᾶλλον δὲ συγχωρήσατέ μοι μιμήσασθαι τὴν τῶν πενήτων συνήθειαν· ἐπεὶ κἀκείνοις σύνηθες, ὅταν ποτὲ πλουσίας ἀξιωθῶσι τραπέζης, ἀνεπαισχύντως ἐκ τῶν προτεθέντων αὐτοῖς, καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπισιτίζεσθαι. Κἀγὼ τοίνυν ἐκ τῆς χθιζῆς πολυτελείας μικρόν τι προχειρισάμενος λείψανον, ἐκεῖθεν κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν ὀψοποιήσω τὸν λόγον, τὰ πολλὰ τῶν σήμερον προτεθέντων τοῖς τελειοτέροις τῶν δαιτυμόνων ταμιευσάμενος. Τί τοίνυν ἦν τὸ τῆς χθιζῆς πανδαισίας ἄβρωτόν τε καὶ ἀκατέργαστον; Ἡ τῶν ἀποστολικῶν πράξεων ἱστορία τὴν ἐν Ἀθη-

[1] Eccli. xi, 3. [2] Matth. ix, 17. [3] Rom. xii, 11. [4] Sap. i, 4.

ναις ἐπιδημίαν τοῦ Παύλου διηγήσατο ἡμῖν, πῶς A εἰδωλομανοῦντος τοῦ τῇδε λαοῦ, καὶ ταῖς ἐπιβωμίοις κνίσσαις προστετηκότος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ μακαρίῳ παρωξύνετο Παύλῳ, οἷόν τι ῥεῦμα πλημμύρον ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ Ἀποστόλου στενοχωρούμενον, καὶ μὴ εὑρίσκον ἐν τοῖς ἀναξίοις τὴν διέξοδον. Διὰ τοῦτο Στωϊκοῖς τε καὶ Ἐπικουρείοις συμπλέκεται, καὶ εἰς Ἄρειον καταστὰς πάγον, ἐκ τῶν συνήθων αὐτοὺς πρὸς τὴν θεογνωσίαν προσάγεται· βωμὸς γάρ ἐστιν αὐτῷ καὶ ἐπίγραμμα, τὸ τοῦ λόγου προοίμιον. Εἰς τί τοίνυν ἐμνήσθην τοῦ ἀναγνώσματος; Ὅτι καὶ νῦν εἰσι κατ᾽ ἐκείνους τοὺς Ἀθηναίους, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαιροῦντες, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, χθιζοί τινες καὶ πρώϊζοι ἐκ τῶν βαναύσων ἐπιτηδευμάτων ὁρμώμενοι, αὐτοσχέδιοί τινες τῆς θεολογίας δογματισταὶ, τάχα τινὲς οἰκέται καὶ μαστιγίαι, καὶ τῶν δουλικῶν διακονημάτων δραπέται, σεμνῶς ἡμῖν περὶ τῶν ἀλήπτων φιλοσοφοῦσιν. Οὐκ ἀγνοεῖτε πάντως, πρὸς τίνας ὁ λόγος βλέπει. Πάντα γὰρ τὰ κατὰ τὴν πόλιν τῶν τοιούτων πεπλήρωται, οἱ στενωποὶ, αἱ ἀγοραὶ, αἱ πλατεῖαι, τὰ ἄμφοδα· οἱ τῶν ἱματίων κάπηλοι, οἱ ταῖς τραπέζαις ἐφεστηκότες, οἱ τὰ ἐδώδιμα ἡμῖν ἀπεμπολοῦντες. Ἐὰν περὶ τῶν ὀβολῶν ἐρωτήσῃς, ὁ δέ σοι περὶ γεννητοῦ καὶ ἀγεννήτου ἐφιλοσόφησε· κἂν περὶ τιμήματος ἄρτου πύθοιο, Μείζων ὁ Πατὴρ, ἀποκρίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς ὑποχείριος. Εἰ δὲ, Τὸ λουτρὸν ἐπιτήδειόν ἐστιν, εἴποις, ὁ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν εἶναι διωρίσατο. Οὐκ οἶδα τί χρὴ τὸ κακὸν τοῦτο ὀνομάσαι, φρενῖτιν ἢ μανίαν, ἤ τι τοιοῦτον κακὸν ἐπιδήμιον, ὃ τῶν λογισμῶν τὴν παραφορὰν ἐξεργάζεται.

convivis reservans. Quæ sunt igitur hesterni epuli reliquiæ, quas convivæ non comederunt neque concoxerunt? Historia actorum apostolicorum, quæ nobis narrabat ut Athenis hospes Paulus sese gereret, quemadmodum populo illius urbis insano simulacrorum cultui dedito, et sacrificiorum nidoribus addicto, Spiritus sanctus in beato Paulo concitaretur, tanquam flumen quoddam inundans in animo Apostoli coangustatus, et inter indignos non inveniens locum erumpendi. Quapropter cum Stoicis et Epicureis confligtatur, et in colle Martio stans, ex illorum institutis occasione sumpta, ad Dei agnitionem eos adducere conatur : nam pro orationis proœmio sumit altare quoddam, ejusque titulum et inscriptionem. Quorsum igitur illius meB mini lectionis? Quoniam nunc quoque sunt, qui, sicuti Athenienses illi, nulli alii rei vacant, nisi ut dicant et audiant aliquid novi, qui vel heri vel paulo ante ab sellulariis, plebeiis et servilibus opificiis prodierunt, subitarii atque tumultuarii quidam theologicarum sententiarum auctores, forsitan famuli quidam et verberones a servilibus ministeriis profugi, magnifice nobis de rebus incomprehensibilibus philosophantur. Prorsus haud ignoratis ad quos oratio spectet. Omnia namque loca urbis talibus repleta sunt, angiporta, bivia, fora, plateæ : vestimentorum institores, mensis argentariis præfecti, qui esculenta nobis vendunt. Si quem eorum de obolis interroges, ille tibi de geniti et non geniti C natura philosophatur; quod si de pretio et æstimatione panis scisciteris, Pater major est, inquit, et Filius subjectus : quod si lavacrum commodum esse dixeris, ille ex non entibus Filium esse censet. Nescio quo nomine hoc malum oporteat appellare, phrenesin an furorem, aut aliquod ejusmodi malum quod in populo grassetur, quod efficiat mentis perversionem.

Διὰ τοῦτό φημι πρὸς τούτους βλέπειν τὴν κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἱστορίαν· ἃ γὰρ περὶ τῶν Ἀθηναίων ἡ Γραφὴ διεξέρχεται, ταῦτα νῦν ἔστιν ἐπὶ τούτων ἰδεῖν· μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, κἀκείνων ἐστὶ τὰ κατὰ τούτους ἀσυγγνωστότερα. Οἱ μὲν γὰρ οἱονεὶ λήμῃ τινὶ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα πλάνῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς κατεχόμενοι, ἰδεῖν αὐτοπροσώπως τὴν εὐσεβῆ περὶ τῶν ὄντων ἀδυνατοῦντες ἀλήθειαν· ὅμως οἷον ἐπαφῇ τινι τῶν λογισμῶν τοσοῦτον ἐνενόησαν, ὅτι οὐ πάντῃ καταληπτὸν τὸ Θεῖόν ἐστιν, οὐδὲ οἷον ὁ λογισμὸς οἴεται, τοιοῦτον τῇ φύσει τὸ ὑπερκείμενον. Διὸ τὸν ὄντως Θεὸν ἄγνωστον εἶναι ὁμολογήσαντες, βωμῷ καὶ γράμματι τιμῶσι τὸν ἀγνοούμενον· ὅτι γὰρ πρὸς τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἔβλεπεν αὐτῶν ἡ διάνοια, μαρτυρεῖ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος, ἐκεῖνον καταγγέλλων αὐτοῖς τὸν Θεὸν, εἰς ὃν εὐσεβεῖν ἐκεῖνοι διὰ τῆς τοῦ βωμοῦ τιμῆς ᾤοντο. Πῶς οὖν οὐ χαλεπώτεροι τῶν μνημονευθέντων οἱ νῦν ματαιάζοντες; οἱ μὴ συγχωροῦντες ὑπὲρ τὴν κατάληψιν αὐτῶν εἶναι τὸ Θεῖον, ἀλλ᾽ οὕτω τὸν Θεὸν γιγνώσκειν μεγαλαυχοῦντες ὡς αὐτὸς ἑαυτόν; Πῶς ἄν τις κατ᾽ ἀξίαν τὴν πήρωσιν τῶν δειλαίων καταθρηνήσειεν, οἳ τοσούτου φωτὸς τῆς ἀληθείας τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς ζωῇ διὰ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως περιλάμποντος, μόνοι πρὸς τὴν αἰ-

Quapropter Apostoli historiam ad hos dico pertinere; nam quæ de Atheniensibus narrat Scriptura, hæc nunc in his licet videre : imo vero si oportet vera dicere, horum peccatum minore quam illorum error, venia dignum est, atque his minus quam illis ignosci debet. Quanquam enim illi, quod eorum animi oculos tanquam lippitudo quædam simulacrorum cultus error invaserat, recta facie sua piam de rebus quibusque veritatem videre non poterant; tamen rationum quasi quadam attrectatione tantum D intellexerunt, quod numen divinum penitus comprehendi non possit, nec quale eam ratio esse putat natura talis supera divina majestas sit. Quamobrem verum Deum cognosci non posse fatentes, ara atque titulo honorant quem ignorant : nam mentem illorum eum, qui revera Deus est, spectasse, Apostolus testatur, dum illum Deum eis annuntiabat, quem pie se colere per honorem altaris existimabant. Qui igitur memoratis non gravius peccant, qui nunc stultitiam suam produnt? qui non concedunt supra captum suum esse numen divinum, sed ita Deum sese cognoscere gloriantur, ut ipse sese cognoscit? qui possit aliquis digne talem miserorum mentis cæcitatem deplorare? qui tanta luce universum terrarum orbem in vita nostra per rectam

fidem collustrat,te, soli ad splendorem, quod attinet ad veritatis agnitionem, cæcutiunt? an ignoratis quam lucem in vita nostra dicam abundare? Numerate mihi regia luminaria, quæ evangelicis luminaribus numero paria universum propemodum complexa mundum in pace atque pietate illustrant: quando factor rerum universarum Deus primum illud mundi originis opus mirificum imitatur, qui non solum magnum luminare constituit in principatu rerum quæ videntur, verum etiam ei simul conjunxit luminare quoque minus, quod a paternis radiis accepto lumine una collucet. Et ejusmodi nobis in communi propositis commodis, quasi a dæmonibus accepta plaga in furorem acti, impudenter adversus veritatem sententiarum sese opponunt? quemadmodum Stoici et Epicurei illi, cum quibus Paulus apud Athenienses conflictatur. Ac ne putetis per calumniam decurrere orationem, ipsas sententias memoratorum consideremus. Materiale numen divinum esse Stoici suspicantur, creatum etiam hi unigenitum Filium esse fingunt; prorsus autem scitis quanta creato cum materiali cognatio sit. Item Epicurei opinantur nullam superam potestatem præesse nec constitutioni nec administrationi rerum, sed omnia temere casuque fortuito ferri, nulla providentia res pervadente: et, ut concisius ac brevius errorem eorum indicemus, ad ἀθεΐαν, id est, negationem numinis divini eorum spectant opiniones. Videamus igitur an non sint imitatores Epicureorum, qui Filium (Dei) ignominia afficiunt? Ac nemo orationi ex adverso opponat: Epicurus neque Patrem novit, neque deitatem ejus confitetur; et quomodo æque impii sunt hi atque illi, qui Patris deitatem non negant nec rejiciunt? Paululum enim moratus atque cunctatus, reperies Anomœum alterum quoque esse Epicurum. Sic autem rem consideremus. Splendorem gloriæ Christum esse dixit Apostolus, et expressam imaginem substantiæ [5], et potentiam Dei, et sapientiam [6], et quæcunque sunt talia, quorum unumquodque tanquam in conjunctionibus quibusdam necessariis nullo modo per sese solum ac separatim intelligitur, sed utraque conjunctim et unum cum altero comprehenditur. Splendor enim prorsus alicujus rei splendor est, item effigies et imago alicujus rei prorsus effigies est. Quemadmodum igitur ex lumine splendor exsistere non possit non exstante causa collustrante: ita splendorem edens natura per sese nisi simul intelligatur splendor, intelligi non possit. Similiter item effigies quoque et imago substantiam ostendit, et substantia per imaginem cognoscitur: ita Dei quoque potentia absque Deo esse non potest, ac Deus absque potentia intelligi naturaliter non potest. Qui igitur unum aliquod eorum, quæ per hanc copulationem significantur, esse negat, una cum potentia prorsus etiam id quod reliquum est tollit. Atqui dicunt impietatis propugnatores Filium aliquando non fuisse. Ergo si Filius non erat, omnino neque Pater erat; si non

A γὴν ἀμβλυωποῦσιν; ἢ ἀγνοεῖτε ποῖον λέγω πλεονάζειν φῶς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ζωῇ; Ἀριθμήσατέ μοι τοὺς βασιλικοὺς φωστῆρας, οἳ τοῖς Εὐαγγελικοῖς ἰσάριθμοι πάντα μικροῦ δεῖν τὸν κόσμον διαλαβόντες, δι' εἰρήνης καὶ εὐσεβείας καταφωτίζουσιν· ὅτε μιμεῖται ὁ Θεὸς, ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς, τὴν πρώτην τῆς κοσμογενείας θαυματουργίαν, οὐ μόνον τὸν μέγαν φωστῆρα εἰς τὴν τῶν ὁρωμένων τάξας ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ συμπαραζεύξας αὐτῷ καὶ τὸν ἐλάσσω φωστῆρα, τὸν ταῖς πατρικαῖς ἀκτῖσι συμπαραλάμποντα. Εἶτα τοιούτων ἡμῖν ἐν τῷ κοινῷ τῶν ἀγαθῶν προκειμένων, ὥσπερ ὑπὸ δαιμόνων πληγῆς ἐνθουσιῶντες, ἀναιδῶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῶν δογμάτων ἀντικαθίστανται, κατὰ τοὺς Στωϊκούς τε καὶ Ἐπικουρείους ἐκείνους, πρὸς οὓς ὁ Παῦλος παρ' Ἀθη- B ναίοις συμπλέκεται; Καὶ ἵνα μὴ νομίσητε κατατρέχειν ἐν συκοφαντίᾳ τὸν λόγον, αὐτὰ τὰ δόγματα τῶν μνημονευθέντων ἐπισκοπήσωμεν· Ὑλικὸν τοῖς Στωϊκοῖς τὸ Θεῖον εἶναι ὑπονοεῖται, κτιστὸν καὶ οὗτοι τὸν μονογενῆ Υἱὸν εἶναι κατασκευάζουσιν. Ἴστε δὲ πάντως, ὅση ἐστὶ τοῦ κτιστοῦ πρὸς τὸ ὑλικὸν ἡ συγγένεια. Πάλιν τοῖς Ἐπικουρείοις οὐδὲν ὑπερκεῖσθαι δοκεῖ τῆς τῶν ὄντων συστάσεώς τε καὶ διοικήσεως, ἀλλ' αὐτομάτως τὰ πάντα φέρεσθαι, μηδεμιᾶς προνοίας διὰ τῶν πραγμάτων ἡκούσης· καὶ ὡς ἂν συντομώτερον εἴποιμεν τὴν πλάνην αὐτῶν, πρὸς ἀθεΐαν αὐτοῖς βλέπει τὰ δόγματα. Σκοπήσωμεν τοίνυν εἰ μὴ μιμηταὶ τῶν Ἐπικουρείων οἱ τὸν Υἱὸν ἀθετοῦντές εἰσι. Καὶ μηδεὶς ἀνθυπενέγκῃ τῷ λόγῳ, ὅτι Ἐπίκουρος οὐδὲ τὸν Πατέρα οἶδεν, οὐδὲ ὁμολογεῖ C αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ πῶς κατὰ τὸ ἴσον ἀσεβοῦσιν οὗτοι, οἱ μὴ ἀθετοῦντες τοῦ Πατρὸς τὴν θεότητα; Μικρὸν γὰρ ἐπισχὼν, εὑρήσεις καὶ τὸν Ἀνόμοιον ἄλλον Ἐπίκουρον. Οὑτωσὶ δὲ σκοπήσωμεν· Ἀπαύγασμα τῆς δόξης εἶπε τὸν Υἱὸν ὁ Ἀπόστολος, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, καὶ δύναμιν Θεοῦ καὶ σοφίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ὧν ἕκαστον καθάπερ ἐν συζυγίαις τισὶν ἀναγκαίαις, οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ καταμόνας νοεῖται, ἀλλὰ συνημμένως ἀμφότερα, καὶ μετ' ἀλλήλων καταλαμβάνεται. Τὸ γὰρ ἀπαύγασμα πάντως τινός ἐστιν ἀπαύγασμα, καὶ ὁ χαρακτὴρ, τινὸς χαρακτὴρ πάντως ἐστίν. Ὥσπερ τοίνυν οὐκ ἂν ἀπαύγασμα εἴη τὸ φῶς, μὴ οὔσης τῆς καταυγαζούσης αἰτίας, οὕτως ἡ ἀπαυγάζουσα φύσις οὐκ ἂν καθ' D ἑαυτὴν νοηθείη, μὴ συνεπινοουμένου τοῦ ἀπαυγάσματος. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χαρακτὴρ τὴν ὑπόστασιν δείκνυσι, καὶ ὑπόστασις διὰ χαρακτῆρος γνωρίζεται· οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις χωρὶς Θεοῦ εἶναι οὐ δύναται, καὶ ὁ Θεὸς χωρὶς τῆς δυνάμεως νοηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. Ὁ τοίνυν ἕν τι τῶν κατὰ τὴν συζυγίαν ταύτην σημαινομένων μὴ εἶναι λέγων, συνανεῖλε πάντως τῇ δυνάμει καὶ τὸ λειπόμενον. Ἀλλὰ μὴν λέγουσιν οἱ τῆς ἀσεβείας προστάται, ὅτι ὁ Υἱός ποτε οὐκ ἦν. Εἰ οὖν οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, πάντως οὐδὲ ὁ Πατὴρ ἦν· εἰ οὐκ ἦν τὸ ἀπαύγασμα, οὐδὲ τὸ ἀπαυγάζον ἦν· εἰ οὐκ ἦν ὁ χαρακτὴρ, πάντως οὐδὲ ἡ ὑπόστασις ἦν· εἰ οὐκ ἦν ἡ δύναμις, οὐκ ἦν ἡ σοφία· εἰ δὲ ταῦτα

[5] Hebr. I, 3. [6] I Cor. I, 24.

οὐκ ἦν, ὧν ἄνευ Θεὸς οὐκ ἔστιν, ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς πῶς ἦν; κατασκευάζεται γὰρ διὰ τούτων τὸ εἶναι Θεόν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐννοῆσαι δόξαν ἀλαμπῆ, οὐχ ὑπόστασιν ἀχαρακτήριστον, οὐκ ἄνευ σοφίας σοφὸν, οὐκ ἄνευ δυνάμεως δυνατὸν, οὐκ ἄπαιδα Πατέρα. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ τὸν Υἱὸν ἀθετῶν, συναθετεῖ καὶ τὸν Πατέρα· ὅπου δὲ οὔτε ὁ Υἱὸς δοξάζεται, οὔτε ὁ Πατὴρ εἶναι πιστεύεται, καθόλου ἡ θεότης ἠθέτηται· τὸ δὲ ἀθετεῖν τὴν θεότητα, οὐδενὸς ἄλλου ἢ Ἐπικούρου ἐστίν.

Οὐκοῦν Ἐπικούρειοι οἱ νῦν δογματισταὶ τῆς ἀπάτης ἀναπεφήνασιν, οἱ διὰ τῆς εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν ὕβρεως, τὰς ὑπεροχὰς τῷ Πατρὶ χαριζόμενοι, καὶ λέγοντες ὅτι ὁ μὲν μείζων, ὁ δὲ ἐλάττων· ὁ μὲν πέμπει, ὁ δὲ ἀποστέλλεται, εἰ καί τινας ῥήσεις ἐκ τῆς Γραφῆς περὶ τούτου παράγοντες οἱ ἀνόητοι προτείνονται, καί φασιν αὐτὸν ὁμολογεῖν τὸν Κύριον, ὅτι ἐπέμφθη παρὰ τοῦ Πατρός. Εἶτα ὅτι μὲν ἐπέμφθη γινώσκεις, ὅτι δὲ ὁ πέμψας μετ' αὐτοῦ ἐστιν οὐκ ἀκήκοας; *Ὁ πέμψας με*, φησὶ, *μετ' ἐμοῦ ἐστιν*· καὶ οὐκ ἐδιδάχθης διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ ἀποστέλλεται καὶ οὐ χωρίζεται; ἀποστέλλεται μὲν γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν, οὐ χωρίζεται δὲ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἄτμητον. Φασὶ δὲ πάλιν παρὰ τοῦ Μονογενοῦς ὡμολογῆσθαι, τὸ μείζονα εἶναι αὐτοῦ τὸν Πατέρα, ἐν τῷ λέγειν, ὅτι *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστίν*. Οὐκοῦν ἐξετάσωμεν, ἀδελφοὶ, ἆρα μὴ ψεύδεται ὁ εἰπὼν, ὅτι *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*. Εἰ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, πῶς χωρεῖται τὸ μεῖζον ἐν τῷ ἐλάττονι; Εἰ ἐλάττων ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, πῶς πληροῦται τὸ μεῖζον ὑπὸ τοῦ λείποντος; Ὅ τε γὰρ μείζων στενοχωρεῖται πάντως ἐν τῷ ἐλάττονι, καὶ ὁ ἐλάττων ἐπεκταθῆναι πρὸς τὸ ὑπερβάλλον οὐ δύναται· ὥστε ἀνάγκην εἶναι λείπειν μὲν ἐν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, περισσεύειν δὲ ἐν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα. Καὶ, ψεύδεται ὁ εἰπὼν, ὅτι *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ* (δέον εἰπεῖν, εἴπερ ἐλάττων ἐστὶν, ὅτι Ἐγὼ ἐν τῷ μέρει τοῦ Πατρὸς), καὶ *Ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*. Ἀληθέστερον γὰρ ἦν εἰπεῖν, εἴπερ μείζων ὁ Πατὴρ, ὅτι Μέρος τι τοῦ Πατρὸς ἐν ἐμοί· εἰ δὲ ὅλος ὁ Πατὴρ ἐν ὅλῳ τῷ Υἱῷ, καὶ ὅλος ὁ Υἱὸς ἐν ὅλῳ τῷ Πατρὶ, ποῦ τὸ πλέον καὶ ποῦ τὸ λεῖπον; καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, δέον μιᾷ φωνῇ πᾶσαν αὐτῶν περιγράψαι τὴν φλυαρίαν; «Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ.» Εἰπέ μοι, τὸ ἴσον ἀκούσας τὸ μὴ ἴσον ἐνόησας; Ὢ καινῆς διδασκαλίας διὰ τοῦ ἴσου τὸ ἄνισον ἑρμηνευούσης! Ἀλλ' ἴσως εἰκός ἐστι καὶ τῶν πολυμαθεστέρων τινὰ τὸν περὶ τούτων λόγον ἐπιζητεῖν, Πῶς καὶ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἴσος ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός; Δοκεῖ γάρ πως μὴ συμβαίνειν ἀλλήλοις ταῦτα. Οὐκοῦν ἀφεὶς τὸ πρὸς τοὺς πολλοὺς ἀντιπάλους διαπληκτίζεσθαι, πατρικῶς ὑμῖν περὶ τῶν προκειμένων διαλεχθήσομαι. Οὐ πάσας ὁμοτίμους οἶδα τὰς τοῦ Εὐαγγελίου φωνὰς, ὅσαι τὰ περὶ τοῦ Κυρίου διδάσκουσιν, οὐδὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς δηλου-

erat splendor, neque id quod splendorem edit, erat; si non erat effigies et imago, omnino neque substantia erat; si non erat potentia, non erat sapientia: quod si hæc non erant sine quibus Deus non est, is qui est super omnia, Deus qui erat? per hæc enim efficitur Deum non esse. Non enim cogitari potest nec gloria sine splendore, nec substantia sine effigie, nec sine sapientia sapiens, nec absque potentia potens, nec absque Filio Pater. Annon per modo dicta demonstratum est, eum qui Filium negat, simul etiam negare Patrem? ubi autem neque Filius glorificatur, nec Pater esse creditur, Deitas prorsus reprobatur: reprobare vero deitatem nullius alterius atque Epicuri est.

Ergo Epicurei nobis esse demonstrati sunt fraudis doctores, qui per contumeliam, qua Filius afficitur, præstantiam Patri largiuntur, ac dicunt hunc quidem majorem, illum vero minorem esse: hunc quidem mittere, illum vero mitti: atque etiam dicta quædam ex Scriptura hac de re proferentes, stulte prætendunt, et aiunt Dominum ipsum confiteri se missum esse a Patre. Et quod missum quidem esse intelligis, eum autem qui misit cum illo esse non audisti? *Qui misit me*, inquit, *mecum est*[7]; et non per ea dicta edoctus es quod et mittitur et non separatur? Nam mittitur quidem propter humanitatem, non separatur autem propter naturæ individuitatem. Aiunt item rursus Filium unigenitum confessum esse quod ipso major sit Pater, dum dicit, *Pater meus major me est*[8]. Igitur excutiamus, fratres, nunquid mentiatur qui dixit, *Ego in Patre sum, et Pater in me est*[9]. Si major Filio Pater est, qui capitur et locum habet id quod majus est in minore? si minor Patre Filius est, qui completur id quod majus est a minore? Nam et major coarctatur prorsus in minore, et minor extendi ad exsuperantiam et exaggerationem non potest: adeo ut necesse sit deesse quidem in Patre Filium, redundare autem in Filio Patrem. Ac mentitur qui dixit, *Ego sum in Patre* (cum oporteret dicere, si quidem minor est, Ego sum in parte Patris), *et Pater in me est*: verius enim erat dicere (si quidem major est Pater), pars quædam Patris est in me. Quod si totus Pater in toto Filio est, et totus Filius in toto Patre, ubi id quod plus, et ubi id quod minus est? Et quid opus est multa dicere, cum una voce omnem eorum circumscribere oporteat verborum petulantiam atque garrulitatem? qui cum esset in forma Dei, non existimavit rapinam esse quod Deo par esset[10]. Dic mihi cum audisti id quod par est, id quod impar est intellexisti? O novam doctrinam, quæ per id quod par est, id quod impar est interpretatur. Sed forsitan consentaneum est etiam aliquem discendi cupidum harum rerum requirere rationem, qui fiat ut et Pater Filio major, et Filius Patri æqualis et par sit? Videntur enim hæc inter sese nullo modo convenire. Igitur omissa decertatione cum vulgo adversariorum, de rebus propositis disseram

[7] Joan. VIII, 29. [8] Joan. XIV, 28. [9] ibid. 10. [10] Philipp. II, 6.

vobis more paterno. Non omnes Evangelii voces, A quæcunque res a Domino gestas (nos) docent, ejusdem arbitror esse conditionis, neque ab eadem proferri dignitate; nam aliæ quidem altitudinem Filii Dei divinitatis cum verborum majestate declarant; aliæ vero sese dimittunt et accommodant ad humilitatem humanæ naturæ. Nam ubi Dominus quidem dicit: *Ego præcipio tibi* [11]; et, *Volo, mundus esto* [12]; et, *Pater in me est, et ego sum in Patre* [13]; et, *Qui vidit me, vidit Patrem* [14]; et, *Ego et Pater unum sumus* [15]; et, *Nemo Filium novit nisi Pater* [16]; et, *Omnia mea tua sunt, et tua mea* [17]; et, *Glorificatus sum in eis* [18], et quæcunque sunt ejusmodi, indicant eam potentiam, quæ supra omnem est et naturam et potestatem. Sed cum ad infirmitatem nostræ naturæ sermonem inclinat, illa B pronuntiat: *Pertristis est anima mea; si fieri potest, transeat calix iste* [19]: *Filius non potest a sese facere quidquam* [20]. *Mandatum accepi quid dicam et quid loquar* [21]. *Vado ad Patrem meum et Patrem vestrum, et ad Deum meum et ad Deum vestrum* [22]. In his pone etiam lacrymas super Lazaro profusas, et lassitudinem ex itinere contractam, et cibi appetitionem, et aquæ petitionem, et cursum ad ficum, et quod Dominus ignorabat arborem illam fructu carere, et in navigio somnum. Hæc enim omnia et quæcunque sunt talia non ejus, quod erat in principio, Verbi Dei dignitatem, sed ejus qui sese in forma servi humiliaverat, ad naturæ nostræ imbecillitatem declarant accommodationem atque demissionem.

μένας ἀξίας· αἱ μὲν γὰρ τὸ ὕψος τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μεγαλοφώνως κηρύσσουσιν· αἱ δὲ πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς ἀνθρωπίνης συγκαταβαίνουσι φύσεως. Ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ ὁ Κύριος· *Ἐγὼ ἐπιτάσσω σοι·* καὶ, *Θέλω, καθαρίσθητι·* καὶ, *Ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρί·* καὶ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα·* καὶ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* καὶ, *Οὐδεὶς οἶδε τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ·* καὶ, *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά·* καὶ, *Δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς·* καὶ ὅσα τοιαῦτα τὴν ἐπέκεινα πάσης φύσεώς τε καὶ ἐξουσίας ἐνδείκνυται δύναμιν. Ἐπειδὰν δὲ πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐπικλίνῃ τὸν λόγον, ἐκεῖνα φθέγγεται· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου· Εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον· Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τι ποιεῖν· Ἐντολὴν ἔλαβον τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω· Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν.* Ἐν τούτοις τίθει καὶ τὸ ἐπὶ Λαζάρου δάκρυον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κόπον, καὶ τὴν τῆς τροφῆς ἔφεσιν, καὶ τὴν τοῦ ὕδατος αἴτησιν, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς συκῆς δρόμον, καὶ τῆς τοῦ φυτοῦ ἀκαρπίας τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ πλοίου ὕπνον. Ταῦτα γὰρ πάντα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐχὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος Λόγου Θεοῦ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ τὴν πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως ἡμῶν παραδηλοῖ συγκατάβασιν.

Dictum est igitur: *Qui misit me, major me est* [23]. C Igitur videamus a quo hæc oratio proferatur. Quomodo missus est? An forma Dei præditus, an forma servi accepta? In plena deitate manens, an cum seipsum in forma servili exinanivisset? Penitus enim perspicuum esse arbitror, divinam potentiam atque naturam, cum ubique sit ac per omnia pertineat atque pervadat, et res universas amplexa sit, mitti haud recte dici; non enim extra eam aliquid vacuum et inane est, quo, cum prius ibi non esset, postea quam missa fuerit accedat: sed cum conservatrice vi sua res universas coerceat atque contineat, non habet quo transeat, cum ipsa sit rerum universitatis plenitudo.

Εἴρηται τοίνυν, ὅτι *Ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστίν.* Οὐκοῦν σκοπήσωμεν παρὰ τίνος ὁ λόγος. Πῶς ἐπέμφθη; Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἢ μορφὴν δούλου λαβών; Ἐν τῷ πληρώματι ὢν τῆς θεότητος, ἢ κενώσας ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ; Πάντῃ γὰρ οἶμαι πρόδηλον εἶναι, ὅτι ἡ θεία δύναμίς τε καὶ φύσις πανταχοῦ οὖσα, καὶ διὰ πάντων διήκουσα, καὶ τοῦ παντὸς περιδεδραγμένη, οὐκ ἂν εἰκότως πέμπεσθαι λέγοιτο. Οὐ γάρ ἐστί τι κενὸν ἔξω ταύτης, ἐν ᾧ πρότερον μὴ οὖσα, ὅταν πεμφθῇ, παραγένηται· ἀλλὰ τῇ συντηρητικῇ δυνάμει διακρατοῦσα τὸ πᾶν, οὐκ ἔχει εἰς ὃ μεταχωρήσει, αὐτὴ τοῦ παντὸς οὖσα πλήρωμα.

Descensus igitur Filii Dei ad nostram humilitatem et infirmitatem, qui voluntate Patris accidit, missio D dicitur. Nam ab immortali natura ad nostram vitam migratio non de loco ad locum motum Domini significat, sed ab altitudine gloriæ ad humilitatem carnis indicat descensum. Descendit igitur et apparuit non nudum Verbum, sed caro factum: non Dei forma per sese, sed in forma servi apparens. Hic igitur est qui dixit se non posse facere quidquam ab seipso, videlicet, in quantum caro factus est; nam non posse, imbecillitatis est. Ut enim luci tenebræ, et vitæ mors, ita potentiæ opponitur infirmitas: atqui Christus Dei potentia atque Dei

Ἡ τοίνυν πρὸς τὸ ἡμέτερον ταπεινόν τε καὶ ἀσθενὲς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κάθοδος, κατὰ γνώμην τοῦ Πατρὸς γεγενημένη, ἀποστολὴ λέγεται. Ἡ γὰρ ἐκ τῆς ἀκηράτου φύσεως πρὸς τὴν ἡμετέραν ζωὴν μετάστασις οὐ τοπικὴν ποιεῖται τοῦ Κυρίου τὴν κίνησιν, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς δόξης πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκὸς ἐνδείκνυται κάθοδον. Κατέβη τοίνυν καὶ ἐφάνη οὐ γυμνὸς ὁ Λόγος, ἀλλὰ σὰρξ γενόμενος· οὐχ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ καθ' ἑαυτὴν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ θεωρούμενος. Οὗτος οὖν ἐστιν, ὁ εἰπὼν μὴ δύνασθαί τι ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν, δῆλον ὅτι καθὸ γέγονε σάρξ· τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι, ἀσθενείας ἐστίν. Ὡς γὰρ τῷ φωτὶ τὸ σκότος, καὶ ὁ θάνατος τῇ ζωῇ, οὕτω τῇ

[11] Marc. IX, 24. [12] Marc. I, 41. [13] Joan. XIV, 10. [14] ibid. 9. [15] Joan. X, 30. [16] Matth. XI, 27. [17] Joan. XVII, 10. [18] ibid. 10. [19] Matth. XXVI, 38, 39. [20] Joan. V, 19. [21] Joan. XII, 49. [22] Joan. XX, 17. [23] Joan. XIV, 28.

δυνάμει ἀντιδιαστέλλεται ἡ ἀσθένεια· ἀλλὰ μὴν Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· οὐκ ἀδυνατεῖ οὖν πάντως ἡ δύναμις. Εἰ γὰρ ἡ δύναμις ἀσθενοίη, τί τὸ δυνάμενον; Ὅταν οὖν ἀποφήνηται ὁ Λόγος, ὅτι οὐ δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι οὐχὶ τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς τὴν ἀδυναμίαν προστίθησιν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως προσμαρτυρεῖ τὸ ἀδύνατον. Ἀσθενὴς δὲ ἡ σὰρξ, καθὼς γέγραπται, ὅτι *Τὸ μὲν Πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής*. Οὐκοῦν δι' ἀμφοτέρων ἀληθεύει ἡ θεία Γραφὴ, καὶ τὸ μεῖζον ὁμολογοῦσα, καὶ τὸ ἴσον μὴ ἀρνουμένη. Ὅταν γὰρ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ὁ Λόγος βλέπῃ, μείζονα ὁμολογεῖ τοῦ διὰ σαρκὸς ὁρωμένου τὸν μὴ ὁρώμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὸ Θεῖον χειραγωγῇ τὴν διάνοιαν, ἀργεῖ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος ἡ συγκριτικὴ αὕτη ἀντιπαράθεσις, καὶ ἀντὶ τούτων ἑνότης κηρύττεται, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*. Τὰ δὲ παρηλλαγμένα κατὰ τὸ ἄνισον, ἓν εἶναι οὐ δύναται. Ἆρα ὑμῖν ὁ λόγος ἡμῶν ἱκανῶς ἀπολελόγηται, τὴν αἱρετικὴν ἀνισότητα τῶν τῆς εὐσεβείας ἀφορίζων δογμάτων; Ἢ ζητεῖτε, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ, διὰ πλειόνων μαρτύρων βεβαιωθῆναι τὸν λόγον; Οὐκοῦν δότε μοι κατ' ἐξουσίαν ὑπανιέναι τοῦ λόγου τὸ σύντομον, μνήμῃ τινὸς τῶν κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν. Ἔσται δὲ ἡμῖν ἴσως οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὸ διήγημα. Ἀκούσατε τῆς ἀποστολικῆς ἀναγνώσεως τὴν κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ἱστορίαν ἐν ὀλίγῳ διηγουμένης, ἐν οἷς φησι· *Τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, καθ' ἑαυτοῦ ὤμοσε λέγων* ἃ εἴρηκεν.

Ἐπειδὴ τοίνυν εἰκὸς ἄγνωστα εἶναι τοῖς πολλοῖς τὰ τῆς ἱστορίας, δι' ὀλίγων ὑμῖν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διηγήσομαι. Ἀποικίζει τὸν Ἀβραὰμ τῶν οἰκείων συγγενῶν τε καὶ τόπων διὰ προστάγματος ὁ Θεός· καὶ ἦν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ὁ πατριάρχης, ἐγκαρτερῶν τῇ ἐλπίδι τῆς ὑποσχέσεως. Βάσανος προσάγεται τῷ ἀνδρὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν βεβαιότητος, ἡ χρονία τῶν ἐλπιζομένων παράτασις· ἡ δὲ ὑπόσχεσις ἦν, πατέρα ἔθνους γενέσθαι τὸν Ἀβραάμ. Χρόνος διέβη πολὺς, καὶ ἡ φύσις τὸ ἴδιον ἔπασχεν, ἤδη πρὸς τὸ γηραιὸν αὐτῷ τῆς ἡλικίας ἐπικλιθείσης, καὶ ἔτι ἡ ἐλπὶς παρετείνετο· ἀπέσβη κατὰ τὸ εἰκὸς ἐν τῷ γηραιῷ τῆς ἡλικίας αὐτῷ τε καὶ τῇ ὁμοζύγῳ ἡ πρὸς παιδοποιίαν ἰσχύς. Καὶ τοῦτο ἀνεπαισχύντως ἡ ἱστορία παρασημαίνεται, ἐκλελοιπέναι φάσκουσα τῆς Σάῤῥας τὰ γυναικεῖα, δι' ὧν ἐνεργεῖται ἡ σύλληψις. Καὶ τὸ μὲν σῶμα τῇ φύσει ὑπήκουε τῆς νεότητος ὑπαναλωθείσης καὶ τῷ γήρᾳ ἐκάμπτετο, ἡ δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἐλπὶς ἀγήρως τις ἦν ἐν αὐτοῖς καὶ ἀκμάζουσα. Ἐν τούτῳ τίκτεται αὐτοῖς ὁ Ἰσαὰκ ἵνα φανῇ οὐχὶ φύσεως ἔργον ὁ τόκος, ἀλλὰ θείας δυνάμεως ἀποτέλεσμα. Ἐμπεριχαρεῖς ἦσαν, ὡς εἰκὸς, τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ· ἀνήβησεν αὐτοῖς διὰ τοῦ παιδὸς πάλιν ἡ πολιὰ, δαψιλεῖς αἱ τοῦ γάλακτος πηγαὶ τῇ παρήλικι πρὸς τὴν χρείαν ἐπιῤῥέουσαι· ἐπεῖχεν ἡ γεγηρακυῖα τῷ παιδὶ τὴν θηλὴν πλημμυροῦσαν. Ἐπηγάλλετο τῷ παρὰ φύσιν θαύματι λέγουσα· *Τίς εἴπῃ τῷ Ἀβραὰμ ὅτι θη-*

A sapientia est: ergo potentia prorsus potentia non caret. Nam si potentia imbecilla est, quid est id quod potens sit? Cum igitur Verbum dicit se non posse, perspicuum est non deitati unigeniti Filii impotentiam attribuere: sed imbecillitatem nostræ naturæ impotentem esse testari. Infirma autem caro est, quemadmodum scriptum est: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [24]. Ergo per utraque vera dicit divina Scriptura, dum et majoritatem confitetur, et æqualitatem non negat. Nam ubi Verbum humanam spectat naturam, eum qui non videtur majorem eo dicit esse qui per carnem videbatur: sed ubi mentem ad divinitatem ducit, cessat hæc majoris et minoris ex adverso opposita comparatio, atque pro his unitas prædi-
B catur, *Ego et Pater unum sumus*, at ea quæ per inæqualitatem variant, unum esse non possunt. Utrum oratio nostra respondendo vobis satisfecit, hæreticam inæqualitatem a pietatis sententiis certis segregans atque secernens? an, quemadmodum in judicio requiritis per plures testes confirmari orationem? Igitur permittite mihi ut commemoratione cujusdam rei gestæ, quæ in historia vetere continetur, libere ad arbitrium meum nonnihil extendam et amplificem orationis brevitatem, forsitan autem nobis narratio non erit a proposito aliena. Audite apostolicam lectionem, Abrahami historiam paucis exponentem, dum dicit: *Abrahamo pollicitus Deus, quoniam per neminem majorem poterat*
C *jurare, per seipsum jurat dicens* [25] quæ dixit.

Quoniam igitur verisimile est incognita plerisque esse ea quæ continet historia, paucis vobis, quoad ejus potero, exponam. Deus jubet Abrahamum patria sua, cognatis atque propinquis relictis, alibi quærere sedes; et erat ille patriarcha in terra aliena durans in fide promissionis. Constantia fidei viri adversus Deum probatur per diuturnam prorogationem earum rerum, quas sperabat; promissio autem erat, Abrahamum patrem et auctorem fore gentis. Multum temporis intercesserat, et jam ad senectutem ætate ejus inclinata, naturæ id quod par est accidebat, atque adhuc spes prorogabatur: sicuti consentaneum ac verisimile est in senili ætate, vires ad procreandum liberos tum ipsius,
D tum conjugis ejus erant exstinctæ. Atque id amoto pudore historia significat, dum dicit desiisse Saræ fieri muliebria per quæ conceptio fit: ac corpus quidem consumpta juvenili ætate naturæ parebat ac senectute incurvabatur, sed erga Deum spes quasi senectutis expers in eis vigebat. Inter ea nascitur eis Isaac, ut ipse partus non naturæ opus, sed effectus divinæ potentiæ videretur. Dono Dei admodum læti erant, ut par est: cani eorum per filium rursus quasi refloruerant, largiter lactis scaturigines ad usum decrepitæ affluebant: quæ senio confecta erat, lacte abundantem mammam filio admovebat. Lætabatur et exsultabat miraculo

[24] Matth. xxvi, 41. [25] Hebr. vi, 13.

quod acciderat præter naturam, dicens : *Quis dixisset Abrahamo Saram filium lactare* [16] ? Deinde infans grandis evadebat, et ad adolescentulorum tendebat ætatem, ac jam puer erat in flore ætatis, in summo pulchritudinis vigore, jucundum parentibus spectaculum pulchritudine proficiens, ad summum progrediens ætatis vigorem, una cum corporis pulchritudine virtutes augens. Quomodo propter eum affectos fuisse parentes verisimile sit, vos rem cogitationibus subjectam intra vosipsi perpendite atque judicate : ut alliciatur pater ludentem videns filium, et palæstræ, litteris, disciplinis, jucundissimis æqualium cœtibus operam dantem ? Interea exploratur atque periculum fit, utrum dilectioni erga Deum patriarcha plus tribueret, an propensioni erga naturam. Horresco dum expono tentationis vehementiam atque periculi atrocitatem. Deus rursus colloquitur cum illo, ac nominatim appellat eumdem ; atque ille haud cunctanter dicto audiens est vocanti, ex iis quæ jam consecutus erat, secundi doni additamentum prorsus exspectans. Sed jubetur, quid ?

A *Λάζει τέκνον ἡ Σάῤῥα;* Εἶτα ἡδρύνετο τὸ νήπιον κατ' ὀλίγον, καὶ εἰς τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἔτρεχεν, καὶ ἤδη παῖς ἦν ἐν ἄνθει τῆς ἡλικίας, ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας, γλυκὺ θέαμα τοῖς γεννησαμένοις, εἰς ὥραν ἐπιδιδοὺς, εἰς ἀκμὴν προϊὼν, τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς συναύξων τῷ κάλλει τοῦ σώματος. Ὅπως ἔχειν εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ τοὺς γεννήσαντας, ὑμεῖς τὸ πρᾶγμα τοῖς λογισμοῖς ὑποθέντες, ἐν ἑαυτοῖς ἐξετάσατε· ὅπως διατίθεται πατὴρ παίζοντα βλέπων υἱὸν, καὶ σπουδάζοντα ἐν παλαίστραις, ἐν παιδιαῖς, ἐν μαθήμασιν ἢ ἐν ταῖς ἡδίσταις τῶν ἡλικιωτῶν συνουσίαις. Ἐν τούτοις πεῖρα προσάγεται τῷ πατριάρχῃ καὶ βάσανος, τίνι τὸ πλέον νέμει, τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ, ἢ τῇ περὶ τὴν φύσιν ῥοπῇ. Φρίττω μεταξὺ διηγούμενος τὸ τῆς πείρας ἀπότομον. Χρηματίζει πάλιν ὁ Θεὸς, B καὶ προσκαλεῖται τὸν αὐτὸν ἐξ ὀνόματος· ὁ δὲ προθύμως ὑπακούει τῇ κλήσει, ἐξ ὧν ἤδη τετυχήκει πάντως προσθήκην δευτέρας χάριτος ἐκδεχόμενος. Ἀλλὰ τὸ ἐπίταγμα, τί;

Accipe mihi, inquit, *filium tuum* [17]. Nondum fortasse cor patris oratio percutit : plane enim ejusmodi quid suspicatur, nimirum quod nuptiis filium copulare jussurus esset et matrimonium accelerare, ut eventum sortiretur benedictio super semine facta. Sed videamus quid adjiciatur orationi : *Accipe mihi*, inquit, *filium tuum istum dilectum*, *istum unigenitum*. Vide stimulos orationis, quemadmodum pungat viscera patris. Ut eliciat flammam naturæ ; ut excitet incendium amoris, et filium dilectum et unigenitum vocans ; ut per ejusmodi nomina effervesceret erga eum amoris vis. Et ubi accepero, quid faciam ? *Offer mihi*, inquit. An sacerdotem constituere jubes, quem offerre præcepisti ? Non sacerdotem, sed hostiam et victimam, quæ per sacrificium igni tota absumatur. *Offer mihi*, inquit, *in sacrificium holocausti in monte, quemcunque tibi monstravero*. Quomodo affecti estis narrationem audientes, quicunque patres estis et amoris erga liberos affectionem ab natura acceptam habetis ? Nostis plane ut accipiant aures paternæ unigeniti filii mactationem. Quis non obstupuisset et attonitus fuisset ad hanc vocem ? Quis aures non avertisset ? Quis in jusso accipiendo potius emortuus non esset, quam in cor admitteret orationem ? An non merito ac jure cum eo expostulasset, ipsam naturam pro se patronam opponens, ac dixisset, Cur hæc, Domine, jubes ? idcircone patrem fecisti, ut filii percussorem redderes ? idcircone me hujus doni dulcedinem gustare fecisti, ut mundo fabulam me efficeres ? Meis ipsius manibus filium trucidabo, et cognatum sanguinem tibi libabo ? Et tu hæc jubes, et talibus victimis delectaris ? Interficiam filium a quo me sepultum iri speravi ? Ejusmodine ei construam thalamum ? Talemne ei lætitiam nuptiarum præpa-

Λάβε μοι, φησὶ, *τὸν υἱόν σου*. Οὔπω πλήσσει τάχα τοῦ πατρὸς τὴν καρδίαν ὁ λόγος· πάντως γὰρ τοιοῦτον ὑπολογίζεται, ὅτι γάμῳ συναρμόσαι διακελεύεται καὶ ἐπισπεῦσαι τὸν θάλαμον, ὡς ἂν εἰς πέρας ἔλθοι ἡ ἐπὶ τοῦ σπέρματος εὐλογία. Ἀλλ' ἴδωμεν τὴν προσθήκην τοῦ λόγου· *Λάβε μοι*, φησὶ, *τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, τὸν μονογενῆ*. Ὅρα τὰ κέντρα τοῦ λόγου, πῶς κεντεῖ τοῦ πατρὸς τὰ σπλάγχνα· πῶς C ἀναῤῥιπίζει τὴν τῆς φύσεως φλόγα· πῶς ἀνεγείρει τὸ φίλτρον, καὶ υἱὸν ἀγαπητὸν καὶ μονογενῆ καλῶν· ὡς ἂν διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων τὸ φίλτρον τὸ πρὸς αὐτὸν ἀναζέσειεν. Εἶτα λαβὼν τί ποιήσω; *Ἀνένεγκέ μοι*, φησί. Μὴ ἱερέα καταστῆσαι κελεύεις, ὃν ἀνενεγκεῖν προσέταξας; Οὐχ ἱερέα, ἀλλὰ θῦμα καὶ ἱερεῖον διὰ θυσίας ὁλοκαυτούμενον. *Ἀνένεγκέ μοι*, φησὶν, *εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ τοῦ ὄρους, οὗ ἐὰν σοι δείξω*. Τί πεπόνθατε ἀκούοντες τοῦ διηγήματος, ὅσοι πατέρες ἐστὲ, καὶ τὴν πρὸς τοὺς παῖδας στοργὴν παρὰ τῆς φύσεως ἐδιδάχθητε; Οἴδατε πάντως ὅπως δέχεται πατρὸς ἀκοὴ μονογενοῦς τέκνου σφαγήν. Τίνος οὐκ ἦν καταπλαγῆναι πρὸς τὴν φωνήν; ἀποστρέψαι τὴν ἀκοήν; ἐναποθανεῖν τῷ προστάγματι μᾶλλον ἢ τῇ καρδίᾳ τὸν λόγον δέξασθαι; Οὐχ ἂν ἐδι- D καιολογήθη πρὸς αὐτὸν, αὐτὴν τὴν φύσιν συνήγορον ἑαυτοῦ προστησάμενος, Τί ταῦτα προστάσσεις, λέγων, ὦ Κύριε; Διὰ τοῦτο πατέρα ἐποίησας, ἵνα παιδοκτόνον ἀπεργάσῃ; Διὰ τοῦτό με τῆς γλυκείας ταύτης ἔγευσας δωρεᾶς, ἵνα μῦθόν με ποιήσῃς τῷ βίῳ; Ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶ κατασφάξω τὸν παῖδα, καὶ τοῦ συγγενοῦς αἵματος σπείσω σοι; Καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις, καὶ τοιαύταις ἐπιτέρπῃ θυσίαις; Ἀποκτείνω τὸν υἱὸν, ὑφ' οὗ ταφήσεσθαι προσεδόκησα; Τοιοῦτον αὐτῷ πήξω τὸν θάλαμον; Τοιαύτην αὐτῷ τὴν εὐφροσύνην παρασκευάσω τοῦ γάμου; Καὶ ἅψω ἐπ' αὐτῷ οὐχὶ λαμπάδα γαμήλιον, ἀλλὰ πῦρ ἐπιτάφιον; Οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις καὶ στεφανώσομαι; Οὕτως ἔσομαι

[16] Gen. XXI, 7. [17] Gen. XXII, 2 sqq.

πατὴρ ἐθνῶν, ὁ μηδὲ παιδὸς συγχωρούμενος; Ἆρά τι τοιοῦτον εἶπεν ὁ Ἀβραὰμ, ἢ ἐνενόησεν; Οὐμενοῦν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν σκοπὸν εἶδε τοῦ ἐπιτάγματος, πρὸς τὴν θείαν ἀναβλέψας ἀγάπην, εὐθὺς τὴν φύσιν ἠγνόησεν, καὶ οἷόν τι γεῶδες ἄχθος τὰς ἐμπαθεῖς τῆς φύσεως διαθέσεις ἀποδυσάμενος, ὅλον ἔδωκεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, καὶ τοῦ προστάγματος ἦν· καὶ οὔτε τῇ γαμετῇ περὶ τούτου ἀνεκοινώσατο, καλῶς γε ποιῶν καὶ λυσιτελῶς ἑαυτῷ, ἀναξιόπιστον εἰς συμβουλὴν κρίνας τὸ θῆλυ. Οὐδὲ γὰρ τῷ Ἀδὰμ συνήνεγκε τὴν συμβουλὴν δεξαμένῳ τῆς Εὔας. Διὰ τοῦτο ὡς ἂν μὴ πάθῃ τι γυναικεῖον καὶ μητρῷον ἡ Σάῤῥα, καὶ τὸ σφοδρόν τε καὶ ἀκραιφνὲς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης τοῦ Ἀβραὰμ ἐπικλάσειεν, λαθεῖν ἐπετήδευσε τὴν ὁμόζυγον. Πόσα γὰρ ἦν εἰκὸς, εἴ τι τοιοῦτον ἔγνω γινόμενον, ἢ δρᾶσαι τὴν Σάῤῥαν, ἢ πρὸς αὐτὸν ἀποδύρασθαι; οἷα δ' ἂν ἔπαθε περιχυθεῖσα τῷ παιδὶ καὶ ταῖς ἀγκάλαις ἐμπλεξαμένη, εἰ πρὸς τὴν σφαγὴν ἔβλεπεν αὐτὸν βιαίως ἑλκόμενον; οἵοις δ' ἂν ἐχρήσατο λόγοις; Φεῖσαι τῆς φύσεως, ἄνερ, μὴ γένῃ πονηρὸν τοῦ βίου διήγημα· μονογενής μοι ὁ τόκος οὗτος, μονογενὴς ἐν ὠδῖσιν ὁ Ἰσαὰκ, ἐν ἀγκάλαις μόνος· οὗτός μοι τόκος καὶ πρῶτος καὶ ὕστατος. Τίνα μετὰ τοῦτον ἐπὶ τραπέζης ὀψόμεθα; Τίς προσερεῖ μοι τὴν γλυκεῖαν φωνήν; Τίς ὀνομάσει μητέρα; Τίς θεραπεύσει τὸ γῆρας; Τίς περιστελεῖ μετὰ τὸν θάνατον; Τίς ἐπιχώσει τάφον τῷ σώματι; Ὁρᾷς τὸ ἄνθος τοῦ νέου, ὃ καὶ ἐν ἐχθρῷ τις βλέπων, πάντως ἂν τὴν ὥραν ἠλέησεν. Οὗτος τῆς μακρᾶς εὐχῆς ὁ καρπὸς, οὗτος τῆς διαδοχῆς ὁ κλάδος, οὗτος τοῦ γένους τὸ λείψανον, οὗτος ἡ βακτηρία τοῦ γήρως. Εἰ κατὰ τούτου φέρεις τὸ ξίφος, ταύτην μοι δὸς τῇ δειλαίᾳ τὴν χάριν· κατ' ἐμοῦ πρῶτον χρῆσαι τῷ ξίφει, καὶ τότε ποίησον τὸ δοκοῦν ἐπὶ τούτου· κοινὸν ἀμφοτέρων ἔστω τὸ χῶμα, κοινὴ κόνις ἐπικαλυψάτω τὰ σώματα, κοινὴ στήλη διηγείσθω τὰ πάθη· μὴ ἴδῃ Σάῤῥας ὁ ὀφθαλμὸς μήτε Ἀβραὰμ παιδοκτονοῦντα, μήτε Ἰσαὰκ χερσὶ πατρῴαις παιδοκτονούμενον.

Ταῦτα πάντως ἂν καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς Σάῤῥας ἐγένετο τῷ Ἀβραὰμ τὰ ῥήματα, εἴπερ τῶν γινομένων προῄσθετο. Ἀλλ' ὡς ἂν μηδὲν ἐμπόδιον πρὸς τὴν ἐγχείρησιν γένοιτο, ὄνῳ τὰς σχίδακας ἐπιθεὶς, καί τινας τῶν παίδων ἐπαγόμενος, ὅλος τοῦ θείου θελήματος ἦν· εἶτα καταλιπὼν τοὺς παῖδας, ὡς ἂν μή τι ἀγεννέστερον καὶ ἀνδραποδῶδες ἐκεῖνοι βουλεύσοιντο, κωλύσαντες τοῦ παιδὸς τὴν ἱερουργίαν, μόνον ἐπάγεται τὸν υἱὸν, ἱκανῶς ἤδη πρὸς τὰ βαρύτερα τῶν ἔργων ὑφ' ἡλικίας ἀνδριζόμενον. Μετατάξας γὰρ ἀπὸ τῆς ὄνου ἐπὶ τὸν παῖδα τὸ ἄχθος, ἐκεῖνον ὑπήγαγε τῷ φόρτῳ τῶν ξύλων. Πάλιν δριμύσσει τὰ τοῦ πατρὸς σπλάγχνα ἡ φωνὴ τοῦ παιδός· ἄλλος οὗτος πειρασμὸς οὐδὲν τοῦ προλαβόντος φιλανθρωπότερος. Προσκαλεῖται τὸν πατέρα ὁ Ἰσαὰκ τῇ γλυκείᾳ ταύτῃ φωνῇ, καί φησι, *Πάτερ*. Ὁ δὲ οὐ καταπνίγεται δάκρυσι, τῷ μικρὸν ὕστερον μηκέτι ἀκούσεσθαι τῆς

A rabo? Et ejus nomine accendam non tædam nuptialem, sed rogum sepulcralem? Ergo super his etiam coronabor? Itane ero pater gentium, cui neque filii unius esse patrem concessum sit? Nunquid ejusmodi quippe Abraham dixit aut cogitavit? Nihil minus. Sed ubi quo præceptum spectaret animadvertit, Dei respiciens dilectionem, statim naturæ oblitus est, et tanquam terrenum pondus vitiosos naturæ excutiens et exuens affectus, totum Deo sese permisit, et id quod jubebatur exsequi parabat: ac ne cum uxore quidem hac de re communicavit, recte sane sibique utiliter faciens, qui feminam non idoneam judicaret, quam in consilium adhiberet. Nam nec Adamo utile atque conducibile fuit, quod consilium Evæ secutus est. B Quamobrem ne quid Sara muliebrium atque maternorum affectuum impulsione committeret, et sinceræ adversus Deum dilectionis Abrahami vehementiam infringeret, conjugem suam studio fefellit, ut ea quod agebatur ignoraret. Nam si quid tale agi Sarra rescivisset, quam multa verisimile est eam vel facturam, vel apud illum conquesturam ac deploraturam fuisse? Quam vero miserabilibus affectibus circumfusa filio atque ulnis implicita fuisset, si eum violenter trahi ad necem animadvertisset? Quibus item usa verbis esset? Parce naturæ, o vir, ne prava de te narrandi mundo præbeas occasionem: unicus hic mihi partus est, unicus in pariendo Isaac, in ulnis solus: hic mihi partus et primus et postremus. Quem post hunc C in mensa conspiciemus? Quis me dulci illa voce appellabit? Quis matrem nominabit? Quis colet atque curabit senectutem? Quis mortuam obvolvet ad sepulturam? Quis corpori addet sepulcrum? Vides florem juvenis, quem si quis in inimico videret, pulchritudinis omnino misereretur. Hic longarum precum fructus, hic ramus est successionis, hæc generis sunt reliquiæ, hic baculus est senectutis. Si in hunc gladium fers, hanc mihi miseræ veniam da, in me primum utere gladio, et tunc fac quod videtur in hoc: communis amborum tumulus esto, communis contegat corpora pulvis, communis titulus utriusque cladem prodat, ne videat oculus Sarræ nec Abrahamum filium suum interficere, nec Isaacum filium manibus paternis trucidari.

His prorsus et ejusmodi verbis Sarra adversus Abrahamum usa fuisset, si quidem quod agebatur D præsensisset. Sed ne quid rem quam agebat impediret, cum asinum lignis onerasset, et servos aliquot assumpsisset, totus divinæ voluntati deditus erat: deinde relictis servis, ne quod illi servili suæ conditioni conveniens sordidum consilium caperent, prohibituri filii immolationem, solum filium secum ducit, qui jam ætate satis firmus erat ad opera graviora subeunda. Ab asina enim onere in filium translato, illum humeris subire onus lignorum jussit. Rursus patris viscera filii vulnerat vox: alia hæc est tentatio nihilo mitior priore. Appellat patrem Isaac dulci hac voce et ait, *Pater*. At ille non suffocatur lacrymis, ut qui cogitaret fore ut paulo post talem non amplius vocem audiret, neque orationi ingemiscit, nec lamentabile ac

flebile verbum ullum profert, sed sedato, constanti atque tranquillo animo cum filii vocem accipit, tum suam invicem reddit. Ait enim ad eum, *Fili, quid est?* Hic mihi considera intelligentiam simul et prudentem juvenis moderationem, quo pacto cum se negligi a patre putaret, ejus rei absque ulla animi offensione illum commonefacit, neque dementiam patri neque oblivionem exprobrans, sed simulando sese velle scire quid ageretur, negligentiæ sui atque despicientiæ commonefaciens. *Ecce enim*, inquit, *ligna, ignis, gladius, sed victima ubi est?* At ille sive animum addere filio volens, sive tanquam vates id quod futurum erat spondens, *Deus*, inquit, *fili, providebit sibi ovem in holocaustum.* Et super his etiam nunc tentatio atque exploratio animi patriarchæ prorogabatur. Pervenit tandem ad locum sibi præmonstratum, ædificat Deo altare, filius juxta patrem ligna ponebat, parabatur rogus, ac nondum opus prohibetur ne quis pusillanimis dicat, si hucusque tentationem consistere ac permanere contigisset, non sui similem in studio sacrificandi Abrahamum permansurum fuisse, si discrimini magis appropinquasset.

Post hæc pater filium tangit, nec rei gerendæ natura adversatur: tradit sese patri filius tractandum, quemadmodum ille vellet. Utrum illorum duorum plus admirer? hunc qui propter dilectionem erga Deum filio manus injecit, an illum qui patri usque ad mortem parebat et obediebat? Certant inter sese, hic quidem super naturam sese tollens, ille vero morte gravius et atrocius esse ducens adversari atque resistere patri. Deinde prius vinculis filium pater constringit. Sæpenumero miserabilis hujus rei imaginem in pictura vidi, nec absque lacrymis spectaculum præterii, adeo perspicue atque evidenter ars pingendi oculis rem gestam subjecit. Procumbit Isaac ante patrem propter ipsum altare flexis genibus nixus, et manus retrorsum habens adductas: ille vero post genuum curvaturam pedibus insistens, et sinistra manu capillum ejus ad sese adducens, inclinato capite intuetur vultum miserabiliter ad ipsum oculos attollentis, ac dexteram armatam gladio dirigit ad cædem faciendam, ac jam gladii mucro corpus tangebat, et tunc demum divinitus ad eum editur vox quæ rem agendam prohiberet, vox autem ejusmodi quædam erat. Vix enim quemadmodum pullum quemdam equinum contumacem et indomitum frenisque et habenis minus obtemperantem, ac de recto itinere declinantem, multisque gyris et anfractibus ex transverso exsultantem rursus in viam rectam reduximus orationem. Hoc enim nobis propositum erat ut ostenderemus Apostolum orationi testimonium perhibere, nempe Patrem Filio majorem non esse. Hic enim Scriptura cum angelum orationi Dei præposuisset, subjicit vocem: *Vocavit enim eum angelus Domini et dixit: Propterea quod fecisti verbum hoc, et non pepercisti*

A τοιαύτης φωνῆς ἐννοήσας, οὐκ ἐποιμώζει τῷ λόγῳ οὐδέ τι θρηνῶδες καὶ γοερὸν ἀποφθέγγεται, ἀλλ' ἑστώσῃ καὶ ἀκλινεῖ τῇ ψυχῇ, καὶ δέχεται τοῦ παιδὸς τὴν φωνὴν, καὶ τὴν ἰδίαν προΐεται. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτόν· *Τί ἐστι, τέκνον;* Ἐνταῦθά μοι κατανόησον τὸ συνετὸν ἅμα καὶ λελογισμένον τοῦ νέου, πῶς τὸ δοκοῦν παρῶφθαι παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀπροσκρούστως εἰς ὑπόμνησιν ἄγει, οὔτε παράνοιαν, οὔτε λήθην τῷ πατρὶ ὀνειδίζων· ἀλλ' ἐν προσποιήσει δῆθεν τοῦ θελῆσαι μαθεῖν, τοῦ παροράματος ὑπομιμνήσκων. *Ἰδοὺ* γὰρ, φησὶ, *τὰ ξύλα, τὸ πῦρ, ἡ μάχαιρα· τὸ ἱερεῖον ποῦ;* Ὁ δὲ, εἴτε παραθαῤῥύνων τὸν παῖδα, εἴτε ὡς προφήτης τὸ μέλλον διεγγυώμενος, *Ὁ Θεὸς*, φησὶν, *ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον.* Καὶ ἐπὶ τούτοις ἔτι ἡ πεῖρα τῆς τοῦ πατριάρχου ψυ-
B χῆς παρετείνετο. Καταλαμβάνει τὸν προῤῥηθέντα χῶρον αὐτῷ, οἰκοδομεῖ τῷ Θεῷ τὸ θυσιαστήριον, ὁ παῖς παρετίθη τῷ πατρὶ τὰς ὕλας· ἡτοιμάζετο ἡ πυρὰ, καὶ οὔπω τὸ ἔργον κωλύεται· ὡς ἂν μή τις τῶν μικροψυχοτέρων εἴποι, εἰ μέχρις ἐκείνου συνέβη στῆναι τὴν πεῖραν, οὐκ ἂν αὐτὸς διέμεινεν ὅμοιος, εἰ μᾶλλον τῷ πάθει ἤγγισεν.

Ἅπτεται μετὰ ταῦτα τοῦ παιδὸς ὁ πατὴρ, καὶ οὐκ ἀντιβαίνει τῷ γινομένῳ ἡ φύσις· δίδωσιν ἑαυτὸν τῷ πατρὶ ὁ παῖς, χρήσασθαι ὅ τι βούλεται. Τίνα πλέον ἐξ ἀμφοτέρων θαυμάσω; τὸν ἐπιβαλόντα διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην τῷ παιδὶ τὰς χεῖρας, ἢ τὸν μέχρι
C θανάτου τῷ πατρὶ ὑπακούσαντα; Φιλοτιμοῦνται πρὸς ἀλλήλους, ὁ μὲν τῆς φύσεως ἑαυτὸν ὑπεραίρων, ὁ δὲ χαλεπώτερον τοῦ θανάτου τὸ ἀντιτεῖναι τῷ πατρὶ λογιζόμενος. Ἐντεῦθεν δεσμοῖς πρότερον διαλαμβάνει ὁ πατὴρ τὸν παῖδα. Εἶδον πολλάκις ἐπὶ γραφῆς εἰκόνα τοῦ πάθους, καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ τὴν θέαν παρῆλθον, ἐναργῶς τῆς τέχνης ὑπ' ὄψιν ἀγούσης τὴν ἱστορίαν. Πρόκειται ὁ Ἰσαὰκ τῷ πατρὶ παρ' αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀκλάσας ἐπὶ γόνυ, καὶ περιηγμένας ἔχων εἰς τοὐπίσω τὰς χεῖρας· ὁ δὲ ἐπιβεβηκὼς κατόπιν τὼ πόδε τῆς ἀγκύλης, καὶ τῇ λαιᾷ χειρὶ τὴν κόμην τοῦ παιδὸς πρὸς ἑαυτὸν ἀνακλάσας, ἐπικύπτει τῷ προσώπῳ, ἐλεεινῶς πρὸς αὐτὸν ἀναβλέποντι, καὶ τὴν δεξιὰν καθωπλισμένην τῷ ξίφει πρὸς τὴν σφαγὴν κατευθύνει, καὶ ἅπτεται ἤδη τοῦ σώματος ἡ τοῦ
D ξίφους ἀκμὴ, καὶ τότε αὐτῷ γίνεται θεόθεν φωνὴ τὸ ἔργον κωλύουσα. Ἡ δὲ φωνὴ τοιαύτη τις ἦν. Μόγις γὰρ καθάπερ πῶλόν τινα δυσπειθῆ καὶ δυσήνιον, τῆς εὐθείας παρατραπέντα, καὶ πολλοῖς κύκλοις ἐκ πλαγίων διασκιρτήσαντα, πάλιν εἰς τὴν εὐθεῖαν τὸν λόγον ἠγάγομεν. Τουτὶ γὰρ ἦν τὸ προκείμενον ἡμῖν, δεῖξαι τὸν Ἀπόστολον μαρτυροῦντα τῷ λόγῳ, ὅτι μείζων τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ οὐκ ἔστιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἄγγελον τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ ἡ γραφὴ προτάξασα, ἐπάγει φωνήν· ἐφώνησε γὰρ αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου καὶ εἶπεν, ὅτι *Ἀνθ' ὧν ἐποίησας τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ, κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, ποιῆσαι ἅπερ καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ* τοῦ λόγου ἔστι μαθεῖν. Τίς οὖν ἐστιν ὁ χρηματίσας τῷ Ἀβραάμ; Ἆρα μὴ ὁ Πατήρ; Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις ἄγγελόν τινος

εἶναι τὸν Πατέρα. Οὐκοῦν ὁ μονογενὴς Θεὸς, περὶ οὗ ὁ Προφήτης φησὶν, ὅτι *Καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος*. Τοῦτο δὲ οὐκ ἀγνοεῖ πάντως ὁ Παῦλος ὁ ἐν παραδείσῳ μυηθεὶς τὰ ἀπόῤῥητα, ὅτι παρὰ τοῦ Μονογενοῦς ἡ ἔνορκος αὕτη ὑπόσχεσις. Λέγει δὲ ὁ Παῦλος, ὅτι *Τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος*, ὁ Θεὸς Λόγος, *ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ.*

A *filio tuo dilecto, per me juravi, facturum me esse omnia hæc*, quæ etiam in orationis promissione cognosci possunt. Quis igitur est qui cum Abrahamo collocutus est? Nunquid Pater? At nequaquam dixeris alicujus angelum esse Patrem. Ergo Filius unigenitus is erat, de quo propheta dicit, *Vocatur nomen ejus magni consilii Angelus* [28]. Hoc autem Paulus, qui arcanis sacris in paradiso initiatus et institutus est, prorsus haud ignorat, nempe ab unigenito filio jurejurando confirmatam hanc factam esse promissionem. Dicit autem Paulus, *Abrahamo pollicitus Deus* (id est, Deus Verbum), *quandoquidem per neminem majorem poterat jurare, juravit per semetipsum* [29].

Πῶς οὖν οὗτοι λέγουσι μείζονα τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, τοῦ Παύλου λέγοντος ὅτι οὐκ ἔχει τὸ μεῖζον; Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν πάλιν ἐπὶ τὸν εὐαγγελικὸν οἶνον τὸν νέον, ὡς ἂν δεξάμενοι διὰ τῆς διδασκαλίας καὶ αὐτοὶ τὴν ζέσιν τοῦ Πνεύματος, ἐπιτήδεια δοχεῖα τοῦ τοιούτου οἴνου γενοίμεθα, μήτε αὐτοὶ διασχιζόμενοι, μήτε τὴν ἐγκεκρυμμένην ἡμῖν χάριν ἐκχέοντες. Ἤκουον τῆς ψαλμῳδίας περὶ τῶν παρόντων, οἶμαι, κακῶν προφητευούσης· λέγει γὰρ περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὅτι *Ἀπηλλοτριώθησαν ἀπὸ μήτρας, καὶ ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρός*. Μήτραν οἶμαι τῶν κατὰ Θεὸν γεννωμένων, τὴν Ἐκκλησίαν λέγεσθαι· αὕτη γὰρ κυοφοροῦσα τῇ ἰδίᾳ νηδύϊ τοὺς ἐν αὐτῇ τελεσφορουμένους, εἰς φῶς διὰ τῆς πίστεως ἄγει. Ἀλλ' οἱ ἁμαρτωλοὶ κατὰ τὰ ἀμβλωθρίδια τῶν γεννημάτων, τῆς μήτρας ἠλλοτριώθησαν, καὶ τῆς γαστρὸς τῆς γνησίας ἀπεπλανήθησαν· οὐχ ὁρῶ γὰρ ἐν τοῖς μητρῴοις κόλποις τοὺς ἀποστάτας τῆς πίστεως, καὶ λέγω τὴν προφητείαν περὶ τούτων λέγειν, τῶν διὰ τῆς ἀπάτης πεπλανημένων, ὅτι ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρός· ἐπλανήθησαν τῷ λαλῆσαι ψευδῆ. *Θυμὸς αὐτοῖς*, φησὶ, *κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως*, οὐχ ἁπλῶς ὄφεως, ὡς ἂν μὴ πρὸς τὸ θηρίον τοῦτο τὴν εἰκασίαν σχοῖεν· ἀλλ' ἡ τοῦ ἄρθρου προσθήκη τὸ ἀρχέτυπον κακὸν δι' αἰνιγμάτων δείκνυσιν. Ἀλλ' οὐκ ἄκαιρος ἴσως ἡμῖν ἡ μνήμη τοῦ ὄφεως, εἰς ἔλεγχον τῶν θρασυστομούντων κατὰ τοῦ Πνεύματος. Ἐπειδὴ γὰρ οἴονται ταύτην ἰσχυρὰν ἔχειν κατὰ τοῦ Πνεύματος λαβὴν, τὸ μὴ προσειρῆσθαι Θεὸν τὸ Πνεῦμα παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς (ὡς αὐτοί γε νομίζουσιν· οὐ γὰρ ἡμεῖς συντιθέμεθα)· καί φασι φύσεως μὲν εἶναι σημαντικὴν τὴν θεότητα, τοῦ δὲ ὀνόματος τούτου μὴ ἐπικειμένου τῷ Πνεύματι, τὸ μὴ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα κατασκευάζουσιν· λαβέτωσαν τῆς ἀνοήτου αὐτῶν βλασφημίας τὸν ὄφιν κατήγορον. Ὡς γὰρ ἡμεῖς φαμεν ὅτι ἡ θεία φύσις ὄνομα σημαντικὸν ἢ οὐκ ἔχει ἑαυτῆς ἢ ἡμῖν οὐκ ἔχει· ἀλλ' εἴ τι καὶ λέγεται εἴτε παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης συνηθείας, εἴτε παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς, τῶν τι περὶ αὐτὴν ἀποσημανθέντων ἐστίν· αὐτὴ δὲ ἡ θεία φύσις ἄφραστός τε καὶ ἀνεκφώνητος μένει, ὑπερβαίνουσα πᾶσαν τὴν διὰ φωνῆς σημασίαν· εὔκαιρον οἶμαι τοῦτο τῆς Γραφῆς ὑμῖν παραθέσθαι τὸ μέρος, ὃ πρὸς τὴν Εὔαν διεξῆλθεν ὁ ὄφις, δεικνὺς ὅτι τὸ τῆς θεότητος ὄνομα τῆς ὁρατικῆς ἐνεργείας τὴν σημασίαν ἔχει. Συμβουλεύων γὰρ ἅψασθαι τῶν ἀπ-

Qui igitur isti dicunt Patrem Filio majorem esse, cum Paulus neget eum habere (aliquid) majus? Sed redeamus rursus ad evangelicum illud vinum B novum, ut et ipsi per doctrinam spiritus accepto fervore, idonea vasa atque receptacula talis vini fiamus, neque ipsi rumpentes, neque reconditam et abditam in nobis gratiam effundentes. Audivi scriptorem Psalmorum de præsentibus, opinor, malis vaticinantem ac prædicentem; dicit enim de peccatoribus his verbis: *Abalienati sunt ab utero peccatores, et aberraverunt a ventre* [30]. Uterum opinor eorum qui secundum Deum nascuntur, Ecclesiam dici. Hæc enim in utero suo gestans eos qui ad perfectionem in ea perveniunt, in lucem per fidem producit. Sed peccatores quemadmodum fetus abortivi ab utero abalienati sunt, et a vero atque germano ventre aberraverunt: non C enim in materno sinu gremioque video fidei desertores, et aio prophetiam de his loqui qui per fraudem seducti errant, nempe a ventre illos aberrasse, erraverunt eo quod locuti sunt falsa, *Furor eis*, inquit, *ad similitudinem illius serpentis* [31], non plane atque simpliciter serpentis, ne cum bestia hac comparari atque assimilari videantur: sed adjectio articuli originale atque principale malum per ænigmata verborumque involucra ostendit. Sed fortasse non intempestive a nobis serpentis est mentio facta, ad coarguendum eos qui temere et inconsiderate adversus Spiritum sanctum loquuntur. Quoniam enim hanc firmam ac validam adversus Spiritum sanctum habere se putant reprehensionem, quod a sancta nimirum Scriptura D Spiritus sanctus non appelletur Deus (ut ipsorum saltem opinio fert: non enim nos cum illis concordamus), et aiunt naturæ quidem significatricem esse vocem deitatis; et quod hoc nomen Spiritui sancto impositum non sit, non ejusdem cum Patre ac Filio naturæ Spiritum sanctum esse fingunt, accipiant serpentem illum stultæ suæ vituperationis ac maledicentiæ accusatorem: quandoquidem enim nos dicimus divinam naturam nomen quo significetur, aut non habere, aut nobis non habere; sed si quod etiam dicitur sive a consuetudine humana, sive a sancta Scriptura aliquid esse eorum quæ circa eam notantur et esse animadvertuntur, ipsam vero divinam naturam inexplicabilem et

[28] Isa. IX, 6. [29] Hebr. VI, 13. [30] Psal. LVII, 4. [31] ibid. 5.

ineffabilem manere, et omnem quæ per vocem fit, superare significationem : tempestivum videtur hanc vobis Scripturæ partem proponere, quod ad Evam loquitur ille serpens, ostendens deitatis nomen videndi efficientiæ continere significationem. Suadens enim eis ut vetitos fructus gustarent, hoc ipsos ex inobedientia commodum ac lucrum consecuturos esse pollicetur. *Aperientur*, inquit, *oculi vestri, et eritis sicut dii* [32]. Vides quod vocem deitatis in sese cernendi efficientiæ significationem continere testatur. Non enim potest aliquid cerni nisi oculis apertis. Ergo non naturam, sed facultatem videndi significat appellatio deitatis. Nonne igitur confitentur Spiritum sanctum videre? An etiam de hoc contendent? Nam si quidem videt, ab efficientia prorsus cognominatur : sin autem hoc etiam ratione atque oratione sese doceri desiderant, etsi supervacuum quidem est confessis iisque rebus de quibus constat immorari, verumtamen hanc quoque cum animi lenitate ignorantibus adjiciamus orationem. Quis Ananiæ sacrilegium deprehendit? Qui Petrus rescivit Ananiam ipsum rei suæ furem fuisse, quod sacrilegium una cum conjuge solus in occulto commiserat? Nonne Spiritus sanctus et in Petro erat, Ananiæ Satanas aderat? Idcirco dicit Petrus, *Cur implevit Satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto? non mentitus es hominibus, sed Deo* [33]. Quemadmodum igitur is qui dicit : Qui animal ratione præditum contumelia afficit, hominem contumelia afficit, non ad duos quosdam refert contumeliam, sed ad unam personam quæ diversis proprietatibus cognoscitur relatio fit : ita Petrus quoque, cum et Spiritui sancto et Deo dixisset Ananiam esse mentitum, rem eamdem per duo vocabula pie intelligentibus demonstrat. Verum efficiamur etiam nos dono Spiritus sancti perspicaces veritatis investigatores et participes deitatis, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria atque imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A ηγορευμένων, τοῦτο τῆς παρακοῆς αὐτοῖς τὸ κέρδος κατεπαγγέλλεται, ὅτι *Ἀνοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοί*. Ὁρᾷς ὅτι θεατικὴν ἐνέργειαν προσμαρτυρεῖ τῇ φωνῇ τῆς Θεότητος. Οὐ γὰρ ἔστι θεάσασθαί τι μὴ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνοιγέντων. Οὐκοῦν οὐχὶ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν θεατικὴν δύναμιν ἡ τῆς Θεότητος προσηγορία παρίστησιν. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁμολογοῦσι θεάσασθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ἢ καὶ περὶ τούτου ζυγομαχήσουσιν; Εἰ μὲν γὰρ τεθέαται, τῇ ἐνεργείᾳ πάντως ἐπονομάζεται· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητοῦσι λόγῳ μαθεῖν, περιττὸν μὲν τοῖς ὁμολογουμένοις ἐνδιατρίβειν· πλὴν ἀλλὰ προσθῶμεν τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ τοῦτον ἐν μακροθυμίᾳ τὸν λόγον· Τίς τοῦ Ἀνανίου τὴν ἱεροσυλίαν ἐφώρασεν; Πῶς ἔγνω Πέτρος αὐτὸν ἑαυτοῦ τὸν Ἀνανίαν κλέπτην γενόμενον, ἣν
B ἐν παραβύστῳ μετὰ τῆς ὁμοζύγου μόνος εἰργάσατο; Οὐ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐν Πέτρῳ ἦν, καὶ τῷ Ἀνανίᾳ ὁ Σατανᾶς παρῆν; Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος· *Εἰς τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.* Ὥσπερ τοίνυν ὁ λέγων ὅτι τὸ λογικὸν ὑβρίσας, τὸν ἄνθρωπον ὕβρισεν, οὐκ εἰς δύο τινὰς φέρει τὴν ὕβριν, ἀλλὰ πρὸς ἕν ἐστι πρόσωπον ἡ ἀναφορὰ διαφόροις ἰδιώμασι γνωριζόμενον· οὕτω καὶ ὁ Πέτρος, καὶ Πνεῦμα καὶ Θεὸν εἰπὼν παρὰ τοῦ Ἀνανίου διεψευσμένον, ταὐτὸν τὰ δύο τοῖς νοοῦσιν εὐσεβῶς ἀποδείκνυσιν. Ἀλλὰ γενοίμεθα καὶ ἡμεῖς διορατικοὶ τῆς ἀληθείας, καὶ μέτοχοι τῆς Θεότητος, κατὰ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν Χριστῷ
C Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[32] Gen. III, 5. [33] Act. V, 3.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΤΩΝ ΦΩΤΩΝ,

Ἐν ᾗ ἐβαπτίσθη ὁ Κύριος ἡμῶν.

—

EJUSDEM
IN DIEM LUMINUM

In quo baptizatus est Dominus noster.

Laurentio Sifano interpr.

—

Νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην, σήμερον βλέπω A σχῆμα τῆς Ἐκκλησίας τὸ σύνηθες, ἡνίκα καὶ τῶν σαρκικῶν φροντίδων τὴν ἀσχολίαν μισήσαντες, ἀκεραίῳ τῷ πληρώματι πρὸς τὴν θεραπείαν τοῦ Θεοῦ συνεδράμετε· καὶ στενοχωρεῖ μὲν ὁ λαὸς τὸν οἶκον, εἴσω τῶν ἱερῶν ἀδύτων γινόμενος· πληροῖ δὲ τὸν ἔξω χῶρον ἐν τοῖς προτεμενίσμασιν, ὅσον οὐ χωρεῖται παρὰ τῶν ἔνδον, κατὰ τὴν εἰκόνα τῶν μελισσῶν. Αἱ μὲν γὰρ ἔνδον ἐργάζονται, αἱ δὲ ἔξωθεν περιβομβοῦσι τὸ σμῆνος. Οὕτως οὖν ποιεῖτε, ὦ παῖδες, καὶ μήποτε ταύτην τὴν σπουδὴν ἀπολίπητε. Πάθος γὰρ ὁμολογῶ πάσχων ποιμαντικὸν, καὶ βούλομαι ἐπὶ τῆς ὑψηλῆς ταύτης καθήμενος σκοπιᾶς, κύκλῳ περὶ τοὺς πρόποδας τῆς κορυφῆς βλέπειν ἠθροισμένον τὸ ποίμνιον· καὶ οὕτως μοι συμβαίνει, προθυμίας τε ἐμπίπλαμαι B θαυμαστῆς, καὶ κάμνω τὸν λόγον ἡδέως, ὡς οἱ ποιμένες τὰ μέλη τὰ νομαῖα. Ὅταν δὲ ἑτέρως ἔχῃ, καὶ τὴν ἔξω πλάνην ἦτε πλανώμενοι, ὡς ὑπόγυιον ἐπὶ τῆς παρελθούσης Κυριακῆς πεποιήκατε, σχετλιάζω πολλὰ, καὶ τὴν σιωπὴν ἀσπάζομαι· βουλεύομαι δὲ τὴν ἐνθένδε φυγὴν, καὶ ζητῶ τὸν Ἠλίου τοῦ προφήτου Κάρμηλον, ἤ τινα πέτραν ἀοίκητον. Φίλον γάρ πως τοῖς ἀθυμοῦσι τὸ ἄμικτον καὶ φιλέρημον. Νῦν δὲ βλέπων ὑμᾶς σὺν αὐτοῖς τοῖς γένεσιν ἀθρόως πανηγυρίζοντας, ὑπομιμνήσκομαι λογίου προφητικοῦ, ὃ πόῤῥωθεν Ἡσαΐας ἀνύμνησε, τὴν εὔτεκνον καὶ πολύπαιδα προαναφωνῶν Ἐκκλησίαν. *Τίνες*, φησὶν, *οἵδε; ὡς νεφέλαι πέτονται, καὶ ὡς περιστεραὶ σὺν νεοσσοῖς ἐπ' ἐμέ*. Οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τούτοις κἀκεῖνο, *Στενός μοι ὁ τόπος· ποίησόν μοι τόπον, ἵνα κατοικήσω*. Ταῦτα γὰρ ἡ C τοῦ Πνεύματος δύναμις εἰς τὴν πολυάνθρωπον τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἐθέσπισεν, ἣ χρόνοις ὕστερον ἔμελλεν ἐπ' ἄκρων τῆς γῆς εἰς ἄκρα πληρώσειν τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Ἧκε τοίνυν ἄγων καὶ περιφέρων ὁ χρόνος μνήμην ἁγίων μυστηρίων, καθαιρόντων τὸν ἄνθρωπον, ἃ καὶ τὴν δυσέκνιπτον ἁμαρτίαν ἀποῤῥύπτει τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· ἐπανάγει δὲ πρὸς

Nunc agnosco meum gregem; hodie video formam Ecclesiæ consuetam, quando etiam carnalium curarum posthabito negotio, justa plenitudine ad cultum Dei concurristis, atque ædem quidem populus angustam reddit, intra sacra adyta penetrans et irrumpens: quotquot autem ab iis qui intus sunt non admittuntur, apum in modum locum externum in vestibulis implent. Nam apum aliæ quidem intus in opere occupatæ sunt: aliæ vero foris alveare circumstrepunt. Sic igitur facite, o filii, et nunquam hoc studium deseratis. Affectu enim me pastorali affici fateor; ac volo in hac sublimi specula sedens circa subjectos vertici colles undique congregatum gregem contueri; et ubi id mihi contigerit, cum mira impleor animi alacritate, tum sicuti pastores circa rusticas cantilenas, ita circa orationem operam sumo lubenter. Cum autem aliter se res habet, et externo gentilium errore occupati estis, sicut non ita pridem (nempe) præterita Dominica fecistis: magna molestia afficior, et silentium teneo: atque hinc fugere cupio, ac quæro Eliæ prophetæ Carmelum, aut aliquam petram inhabitatam. Amica enim quodammodo animi ægritudine affectis fuga consuetudinis et captatio solitudinis est. Nunc vero cum video vos una cum ipsis familiis et cognationibus catervatim conventum celebrare, venit mihi in mentem oraculi prophetici: quod olim a longe prædicavit Isaias, felicitatem Ecclesiæ in numerosa atque egregia sobole procreanda prædicens. *Qui sunt*, inquit, *isti? ut nubes volant, et ut columbæ cum pullis ad me*[1]. Quin etiam his adjicit illud: *Angustus est mihi locus, fac mihi locum ut inhabitem*[2]. Hæc enim virtus Spiritus de populosa Ecclesia Dei vaticinata est: quæ posterioribus temporibus ab extremitatibus terræ ad extremitates omnem terrarum orbem repletura erat. Venit igitur agens et in orbem revolvens tempus

[1] Isa. LX, 8. [2] Isa. XLIX, 20.

memoriam sanctorum initiorum, quæ hominem purgant, quæ etiam peccatum, quod difficulter eluitur, tum ab anima, tum a corpore abstergunt atque depellunt: quæ item ad pristinam pulchritudinem, quam optimus artifex Deus in nobis effinxerat, reducunt. Atque idcirco vos quidem, qui ex hoc populo initiati estis, bona fidei nostræ experti convenistis, atque adducitis etiam expertem adhuc et imperitam harum rerum multitudinem, tanquam boni patres cura atque conciliatione non initiatos ad perfectam pietatis comprehensionem deducentes. Ego vero gratulor utrisque: initiatis quidem, quod magno dono ditati estis; non initiatis vero, quod bona futura speratis, judicii scilicet et pœnæ remissionem, vinculorum solutionem, conciliationem et conjunctionem cum Deo, fiduciam ingenuam et aditum liberum loco servilis humilitatis, parem cum angelis honoris conditionem. Hæc enim nobis, ac si quid his simile est ac affine, lavacri gratia spondet et dat. Quamobrem aliis Scripturarum materiis et argumentis in alia tempora rejectis in proposito argumento permaneamus, pro viribus convenientia atque accommodata diei festo dona offerentes: suum enim et proprium cuique celebritati gratum et acceptum est. Ita nuptias quidem epithalamiis cantilenis celebramus; luctu vero funebribusque lamentationibus justa mortuis et inferias damus; in negotio serio loquimur; in conviviis contractionem et contentionem animi solvimus, unumquodque tempus ab alienarum rerum confusione atque perturbatione integrum servamus

A τὸ ἐξ ἀρχῆς κάλλος, ὅπερ ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς ἐφ' ἡμῖν διεπλάσατο. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μύστης λαὸς, οἱ πεπειραμένοι τῶν ἀγαθῶν τῆς ἡμετέρας πίστεως, ἠθροίσθητε· ἐπάγεσθε δὲ καὶ τὸν ἄπειρον ἔτι, οἷα πατέρες χρηστοὶ, μελέτῃ καὶ προσαγωγῇ ὁδηγοῦντες τοὺς ἀμυήτους πρὸς τὴν τελείαν τῆς εὐσεβείας κατάληψιν. Ἐγὼ δὲ ἀμφοτέροις συνήδομαι· τοῖς μὲν τελεσθεῖσιν, ὅτι μεγάλην δωρεὰν ἐπλουτήσατε· τοῖς δὲ ἀμυήτοις, ὅτι καλὴν προσδοκίαν ἐλπίζετε, ἄφεσιν εὐθυνῶν, λύσιν δεσμῶν, οἰκείωσιν πρὸς Θεὸν, παῤῥησίαν ἐλευθέριον, ἀντὶ δουλικῆς ταπεινότητος ἰσοτιμίαν τὴν πρὸς ἀγγέλους. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον, ἡ τοῦ λουτροῦ χάρις ἐγγυᾶται καὶ δίδωσι. Διὸ τὰς ἄλλας τῶν Γραφῶν ὑποθέσεις ἑτέροις καιροῖς ἀναθέμενοι, τῷ προκειμένῳ σκοπῷ παραμεί- B νωμεν, τὰ οἰκεῖα καὶ πρόσφορα τῇ ἑορτῇ δωροφοροῦντες εἰς δύναμιν· φίλον γὰρ ἑκάστῃ πανηγύρει τὸ ἴδιον. Οὕτω γάμον μὲν ταῖς ἐπιθαλαμίοις ᾠδαῖς δεξιούμεθα· πένθει δὲ τὰ νενομισμένα τοῖς ἐπικηδ[ε]ίοις θρήνοις εἰσφέρομεν· ἐν πράγματι σπουδαιολογούμεθα· ἐν εὐωχίαις λύομεν τῆς ψυχῆς τὸ πεπυκνωμένον καὶ σύντονον· ἕκαστον δὲ καιρὸν τηροῦμεν τῶν ἀλλοτρίων ἀνεπιθόλωτον.

Natus igitur est Christus, velut ante paucos dies qui ante omnem naturam, tam sensilem quam spiritualem, natus est. Baptizatur hodie ab Joanne, ut sordidatum et contaminatum expurgaret, spiritumque superne adduceret, et hominem in cœlos extolleret: ut lapsus erigeretur, et qui dejecerat, confunderetur et dehonestaretur. Ac ne admireris quod Deo res nostræ tanto studio ac curæ fuerunt, ut etiam ipse per sese hominis salutem præstaret ac repræsentaret. Sollicitudine enim adhibita maleficus nobis insidiatus est, cum cura item creatoris servamur. Atque ille quidem invidus et nequam, cum peccatum adversus nos introduceret, dignum suo consilio velamentum serpentem nactus est: impurus in similem sese insinuans, voluntate ac studio terrenus et subterraneus reptili inhabitans. Christus vero, cum illius nequitiam et improbitatem corrigeret, hominem perfectum assumit, et servat hominem, et omnium nostri forma atque figura exsistit, ut uniuscujusque actionis primitias sanctificaret, et studium traditionis haud ambiguum servis relinqueret Baptisma igitur peccatorum expiatio est, remissio delictorum, renovationis et regenerationis causa. Regenerationem autem intellige eam quæ cogitatione cernitur, oculis non videtur. Non enim vere quemadmodum Hebræus ille Nicodemus dixit, atque vero crassius intellexerat, senem mutabimus in puerum; neque rugosum et canum in tenerum et juvenem transformabimus, aut iterum hominem in uterum matris reducemus, sed compunctum notis peccatorum et malis moribus inveteratum gratia

πρὸς ἣν νῦν ὁ λόγος βλέπει· ὅτι ὅλον τὸν ἄνθρωπον A τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἀνακράσεως εἰς τὴν θείαν φύσιν μετασκευάσαντος, ἐν τῷ καιρῷ τῆς κατὰ τὸ πάθος οἰκονομίας οὐ θατέρου μέρους τὸ ἅπαξ ἐγκραθὲν ἀνεχώρησεν (ἀμεταμέλητα γὰρ τοῦ Θεοῦ τὰ χαρίσματα)· ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος, ἡ θεότης ἑκουσίως διέζευξεν, ἑαυτὴν δὲ ἐν ἀμφοτέροις μένουσαν ἔδειξεν. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος, ἐν ᾧ τὴν ἐκ τοῦ θανάτου καταφθορὰν οὐκ ἐδέξατο, κατήργησε τὸν ἔχοντα τοῦ θανάτου τὸ κράτος, διὰ δὲ τῆς ψυχῆς ὡδοποίησε τῷ λῃστῇ τὴν ἐπὶ τὸν παράδεισον εἴσοδον· καὶ τὰ δύο κατ᾽ αὐτὸν ἐνεργεῖται, δι᾽ ἀμφοτέρων τῆς θεότητος τὸ ἀγαθὸν κατορθούσης· διὰ μὲν τῆς τοῦ σώματος ἀφθαρσίας, τὴν τοῦ θανάτου κατάλυσιν· διὰ δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν ἰδίαν ἑστίαν ἐπειγομένης, B τὴν ἐπὶ τὸν παράδεισον τῶν ἀνθρώπων ἐπάνοδον. Ἐπεὶ οὖν διπλοῦν μὲν τὸ ἀνθρώπινον σύγκραμα, ἁπλῆ δὲ καὶ μονοειδὴς ἡ τῆς θεότητος φύσις, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς διαζεύξεως, οὐ συνδιασχίζεται τῷ συνθέτῳ τὸ ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τὸ ἔμπαλιν γίνεται. Τῇ γὰρ ἑνότητι τῆς θείας φύσεως τῆς κατὰ τὸ ἴσον ἐν ἀμφοτέροις οὔσης, πάλιν πρὸς ἄλληλα τὰ διεστῶτα συμφύεται. Καὶ οὕτω γίνεται, ὁ θάνατος μὲν, ἐκ τῆς τῶν συμπεφυκότων διαιρέσεως· ἡ ἀνάστασις δὲ, ἐκ τῆς τῶν διαιρεθέντων ἑνώσεως. Εἰ δὲ ζητεῖς πῶς ἐν τῷ παραδείσῳ ὤν, ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Πατρὸς ἑαυτὸν παρατίθεται, ἑρμηνεύσει σοι ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας τὸ περὶ τούτων ζητούμενον. Εἶπε γὰρ ἐκεῖνος ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ περὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἣν οὐκ ἄλλην παρὰ τὸν παράδεισον εἶναι πιστεύομεν, C ὅτι *Ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφησά σου τὰ τείχη*. Εἰ οὖν ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Πατρὸς περιγέγραπται ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν ὁ παράδεισος, δηλονότι ὁ ἐν παραδείσῳ γενόμενος ταῖς πατρῴαις πάντως ἐνδιαιτᾶται παλάμαις, ἐν αἷς ἡ θεία πόλις τὴν περιγραφὴν ἔχει. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Ὅσα δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀκούομεν κατατρεχόντων ἐν σφοδρᾷ κατηγορίᾳ τοῦ δόγματος, ἄξιον ἂν εἴη προσθεῖναι διὰ βραχέων τῷ λόγῳ. Λέγουσι γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ τοῖς Ἰουδαίοις νενομοθετῆσθαι παρὰ τοῦ Μωϋσέως τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ σεληναίου δρόμου περίοδον, καὶ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τὴν ἀζυμοφαγίαν, καὶ ὄψον ἐπὶ τοῖς ἀζύμοις ποιεῖσθαι τῶν πικρίδων τὴν πόαν. D Εἰ οὖν ἐπιμελὴς ὑμῖν ἡ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐστὶ παρατήρησις, συμπαραφυλαττέσθω, φησὶν ὁ Ἰουδαῖος, καὶ ἡ πικρὶς καὶ τὸ ἄζυμον. Εἰ δὲ ταῦτα τοῦ παρορᾶσθαι ἄξια, τίς ἡ περὶ ἐκείνης σπουδή; Οὐ γὰρ δὴ τοῦ αὐτοῦ νομοθέτου, τὸ μέν τι δίκαιον καὶ ψυχωφελὲς, τὸ δὲ ἄχρηστον κρίνεται καὶ ἀπόβλητον· ὡς ἐπάναγκες εἶναι, ἢ πάντα κατορθοῦσθαι παρ᾽ ἡμῶν, ὅσα περὶ τοῦ Πάσχα διηγόρευται, ἢ μηδενὸς ἡμᾶς περιέχεσθαι. Τί οὖν ἡμεῖς; Μνησθῶμεν τοῦ παραγγείλαντος, μὴ φοβεῖσθαι τὸν ὀνειδισμὸν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθαι. Οἴδαμεν γὰρ τῶν ἀζύμων τὴν ψυχωφελῆ παρατήρησιν, καὶ τῶν πικρίδων τὸ κέρ-

A Altera solutio est illa, ad quam nunc oratio nostra spectat: nempe Deum qui totum hominem per suam cum illo conjunctionem in naturam divinam mutaverat, mortis tempore a neutra illius, quem semel assumpserat, parte recessisse. Nunquam enim illum suorum munerum pœnitet [42]. Divinitas ergo voluntate quidem animum a corpore disjunxit, sed in utroque tamen se manere demonstravit. Nam per corpus, in quo corruptionem ex morte provenientem non admisit [43], evertit eum, qui habebat mortis imperium [44]: per animum autem latroni patefecit aditum in paradisum: utrumque autem eodem tempore perfectum est, divinitate per utramque hominis partem hæc bona præstante, ut per corporis incorruptionem mortem ipsam dis- B solveret, per animi vero in sede propria constitutionem hominibus aditum in paradisum aperiret. Quoniam igitur duplex est hominis concretio, simplex autem atque una divinitatis natura, cum homo dirimatur atque distrahatur, divinitas ipsa quæ individua est, non separatur, sed contra potius propter unitatem naturæ divinæ, quæ utrique hominis parti ex æquo inest, quæ sejuncta separataque erant, rursum coeunt et conjunguntur. Atque ita ex partium conjunctarum divisione mors sequitur, ex divisarum autem conjunctione resurrectio. Quod si quæris quomodo in paradiso se Patris manibus commendarit, tibi sublimis Isaias respondebit de cœlesti Jerusalem, quam nihil aliud C nisi paradisum esse credimus ex Dei persona: *Descripsi muros*, inquiens, *tuos in manibus meis* [45]. Quare si Jerusalem, hoc est, paradisus, in manibus Patris descripta est, constat eum, qui in paradiso sit, in Patris manibus, in quibus descriptionem habet divina civitas, commorari. Ac de his quidem hactenus.

Verum quia Judæi vehementer institutum nostrum accusant, non alienum erit, ut, quæ nobis objiciunt, breviter refellamus. Dicunt igitur in Paschate celebrando sic a Mose quartumdecimum lunæ cursus circuitum in lege præscriptum esse, ut septem diebus pane sine fermento, et herbis amaris pro obsonio vescerentur [46]. Quapropter, si D quartumdecimum, inquiunt, diem observatis, simul etiam hos cibos comedite. Sin illos respuitis, cur in die observando studium ponitis? Neque enim dicendum est, quæ ab eodem legislatore sunt constituta, partim esse tanquam justa atque animis utilia comprobanda, partim ut injusta et inutilia repudianda. His argumentis concludunt, aut omnia, quæ in Paschate celebrando jussa sunt, aut nihil observare nos oportere. Quid autem nos ad hæc? Meminerimus nobis esse mandatum, ne hominum maledictis et contumeliis succumbamus [47]. Novimus utilem panis sine fermento confecti observationem, nec amararum herbarum lucrum, aut

[42] Rom. xi, 29. [43] Act. ii, 27 [44] Hebr. ii, 14. [45] Isa. xlv, 12. [46] Exod. xii, 8. [47] Matth. v, 39 sqq.

dici quartædecimæ usum ignoramus. Lex, ut paucis rationem hanc explicemus, futurorum bonorum umbram continens [48], unum illud propositum habet, ut variis mandatis homo ab immista naturæ suæ malitia purgetur. Huc spectat circumcisio, huc Sabbati, huc ciborum, huc variæ animalium immolationis, huc omnium denique legis cæremoniarum et institutorum observatio. Longum autem esset, ea quæ lex per ænigmata præscribit, munditiam animi significantia, sigillatim recensere. Quemadmodum igitur per circumcisionem, quæ spiritu peragitur, natura cupiditates abjicit, vitam carni obnoxiam amputans et circumcidens, per Sabbatum autem instituimur, ut quiescentes a peccatis abstineamus, et animalium mactatio nos docet, ut perturbationes et vitia mactemus, et ciborum immundorum interdictio nos monet, ut ab impura immundaque vita recedamus: sic et hæc celebritas illam indicat celebritatem, ad quam animus per azyma præparatur, dum septem diebus a fermento jubet abstinere. Septem enim dierum numerus prætereuntem hunc temporis cursum significat, qui per hebdomadas circumvolvitur. Diligenter enim quotidie cavendum est, ne dies instans ullas hesternæ malitiæ reliquias conservet, ne quid acerbitatis aut amaritudinis hodierno fermento veteris improbitatis mistio pariat. *Sol ne occidat super iracundiam vestram*, inquit Apostolus [49], qui præcipit, ut diem festum celebremus, *non in fermento veteri, nec fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis* [50]. Quod autem de uno malitiæ genere didicimus, id simili ratione de reliquis malitiæ generibus dictum existimemus. Amaritudo enim e vita torporem et ignaviam expellit, et illius loco fortem et duram et asperam vivendi rationem introducit, siquidem omnis disciplina principio videtur non lætitiam, sed molestiam afferre.

Quare qui vitæ totius hebdomadem nulla veteri malitia commistam, sed ab ipsius fermento liberam transigit, temperantiam in victu tanquam obsonium adhibens, is ab omni tenebricosa mistione se ipsum avocat. Hoc enim quartædecimæ lunæ cursus significat. Nam cum totum ipsius cursum novem et viginti dies cum dimidio conficiant, quo quidem spatio luna tum crescendo circulum perficit, tum decrescendo minuitur, ut omni prorsus luce deficiat, fit, ut horum dierum dimidium numeri quatuordecim dies et paulo amplius contineat. Cum igitur proprio cursu progrediens nocturno spatio sic orbem suum luce compleverit, ut diei splendori nitorem adjungat suum, sequitur, ut neque vesperi, neque mane tenebras ullas sinat interponi, quibus continua lucis series interrumpatur, cum in elementis perpetua luminis

A δος, καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τὸ χρήσιμον. Ὁ δὲ λόγος οὗτός ἐστιν, ὃν δι' ὀλίγων ἐπισκεψόμεθα· Ὁ τὴν σκιὰν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἔχων νόμος, πρὸς ἕνα κατὰ τὸ προηγούμενον βλέπει σκοπὸν, ὅπως ἂν διὰ τῶν ποικίλων παραγγελμάτων καθαρθείη τῆς ἐμμιχθείσης κακίας ὁ ἄνθρωπος. Τοῦτο ἐν τῇ περιτομῇ, τοῦτο ἐν τῷ Σαββάτῳ, τοῦτο ἐν τῇ τῶν ἐδωδίμων παρατηρήσει, τοῦτο ἐν τῇ ποικίλῃ ζωοθυσίᾳ, τοῦτο ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον παρατηρήμασι κατορθοῦται τοῦ νόμου. Καὶ μακρὸν ἂν εἴη τὰ περὶ ἑκάστου ἡμῖν αἰνιγματωδῶς εἰς τὸ τοῦ βίου καθάρσιον παρὰ τοῦ νόμου δηλούμενα δι' ἀκριβείας ἐκτίθεσθαι. Ὥσπερ τοίνυν διὰ τῆς περιτομῆς τῆς πνευματικῶς ἐπιτελουμένης ἡ φύσις τὸ ἐμπαθὲς ἀποτίθεται, περιαιρουμένη τὸν σαρκώδη βίον· διὰ δὲ τοῦ Σαββατισμοῦ, τὴν ἐν B τῷ κακῷ ἀπραξίαν διδάσκεται· ἡ δὲ ζωοθυσία κατασφάζει τὰ πάθη, καὶ ἡ νενομισμένη περὶ τὰ βρώματα τῶν ἀκαθάρτων διάκρισις συμβουλεύει σοι τοῦ ῥυποῦντός τε καὶ ἀκαθάρτου βίου τὴν ἀλλοτρίωσιν· οὕτω καὶ ἡ ἑορτή σοι αὕτη τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ἐνδείκνυται, πρὸς ἣν ἡ ψυχὴ διὰ τῶν ἀζύμων παρασκευάζεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέραις τῆς τοῦ ζυμωτοῦ βρώσεως καθαρεύουσα, ὧν τὸ αἴνιγμα τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἀριθμὸς τὸν παροδικόν σοι τοῦτον χρόνον ἐκδείκνυται, τὸν δι' ἑβδομάδων ἀνακυκλούμενον. Ἐν ᾧ χρὴ δι' ἐπιμελείας εἰς τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν μηδὲν τῆς χθιζῆς κακίας λείψανον διασώζεσθαι, ὡς ἂν μή τινα στύψιν καὶ ὀξίδα τῷ σημερινῷ φυράματι ἡ τῆς ἑώλου κακίας ποιήσειεν. *Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν*, C φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *ὁ μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας* ἑορτάζειν ἐγκελευόμενος. Ὃ δὲ περὶ τοῦ ἑνὸς τῆς κακίας εἴδους ἔγνωμεν, ἀναλόγως τοῦτο περὶ τῶν λοιπῶν τῆς κακίας εἰδῶν διδασκόμεθα· ἡ δὲ πικρὶς ἐκβάλλει τὸ καταβεβλακευμένον ἐν τῷ βίῳ καὶ ἔκλυτον· ἀντεισάγει δὲ τὸν ἐγκρατῆ καὶ κατεσκληκότα, καὶ τῇ αἰσθήσει δύσληπτον βίον. Ἐπειδὴ πᾶσα παιδεία οὐ δοκεῖ πρὸς τὸ παρὸν χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης.

Ὁ τοίνυν διὰ πάσης τῆς τοῦ βίου τούτου ἑβδομάδος ἀνεπίμικτον παλαιᾶς κακίας καὶ ἄζυμον τὴν ἀεὶ ἐνεστῶσαν κατορθῶν ἡμέραν, ὄψον τῆς ζωῆς ποιούμενος τὴν ἐγκράτειαν, οὗτος ἑαυτὸν πάσης σκοτεινῆς ἐπιμιξίας χωρίζει. Τοῦτο γὰρ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη D τοῦ σεληναίου δρόμου ἐνδείκνυται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐννέα εἰσὶν αἱ πᾶσαι τοῦ σεληναίου δρόμου, καὶ εἴκοσι καὶ ἡμίσεια, ἐν αἷς ἐκ νεομηνίας ἡ σελήνη δι' αὐξήσεως τελειωθεῖσα τῷ κύκλῳ, πάλιν διὰ μειώσεως εἰς τὴν παντελῆ τοῦ φωτὸς ἔκλειψιν ἐπανέρχεται, δηλονότι τὸ ἥμισυ τοῦ μνημονευθέντος ἀριθμοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐστὶ, καὶ μικρὸν ἔτι πρός. Οὐκοῦν, ὅταν ἐν τούτῳ τύχῃ οὖσα ἡ σελήνη τῷ σχήματι, ἐπειδὴ συμπροϊοῦσα κατὰ τὸν ἴδιον δρόμον τῷ νυκτερινῷ διαστήματι, προστίθησι τὸ λεῖπον τῷ κύκλῳ, ὥστε πληρωθεῖσαν φωτὸς ταῖς αὐγαῖς τῆς ἡμέρας τὰς παρ' ἑαυτῆς λαμπηδόνας συμπαρακαταμίξαι, ὡς μήτε κατὰ τὴν ἑσπέ-

[48] Hebr. x, 1. [49] Ephes. iv, 26. [50] I Cor. v, 8.

ραν, μήτε κατὰ τὸν ὄρθρον, σκότους τινὰ παρενθή- A κην διακόψαι τοῦ φωτὸς τὴν συνέχειαν, ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν στοιχείων, ἀδιαιρέτου τῆς αὐγῆς μενούσης. Πρὶν γὰρ ἀκριβῶς τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα καταδῦναι, ἀντιφαίνεται δι' εὐθείας ἡ σελήνη τῷ ἡλίῳ κατὰ τὸ διάμετρον, καὶ τῷ ἰδίῳ φωτὶ καταλάμπει τὸ ὑποκείμενον. Καὶ πάλιν πρὶν πάντως τὸν κύκλον αὐτῆς ὑπελθεῖν τὸν ὁρίζοντα, τοῖς λειψάνοις τοῦ σεληναίου φωτὸς ἡ τῆς ἡμέρας αὐγὴ κατακιρνᾶται. Καὶ οὕτω τῆς πανσελήνου ἐκείνης ἡμέρας τὸ σκότος ἐξαφανίζεται, κατά τε τὸν ὄρθρον καὶ τὴν ἑσπέραν, τῇ τῶν φωστήρων διαδοχῇ λαμπρυνόμενον. Ὅπερ τοίνυν τῷ αἰσθητῷ φωτὶ κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην συμβαίνει, τὸ διὰ πάσης νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἀπαράδεκτον εἶναι τῆς ἐπιμιξίας τοῦ σκότους, τοῦτο βούλεται ὁ πνευματικὸς νόμος, σύμβολον γενέσθαι τοῖς B πνευματικῶς ἑορτάζουσιν, ὥστε διὰ πάσης τῆς κατὰ τὴν ζωὴν ἑβδομάδος, ἓν Πάσχα φωτεινὸν καὶ ἀσκότιστον ὅλον τὸν χρόνον αὐτοῖς τῆς ζωῆς ἐργάζεσθαι. Αὕτη γὰρ τῶν περὶ τὸ Πάσχα παραγγελμάτων τοῖς Χριστιανοῖς ἡ κατάστασις. Διὰ τοῦτο πρὸς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην βλέπομεν, διὰ τοῦ αἰσθητοῦ τούτου καὶ ὑλικοῦ φωτὸς, τοῦ ἀΰλου τε καὶ νοητοῦ τὴν φαντασίαν ἀναλαμβάνοντες, ὡς τὸ μὲν δοκεῖν σελήνην πλήθουσαν ἐπιζητεῖν, τὸ παρ' ἑαυτῆς φέγγος διαρκὲς παρεχομένην ἡμῖν παννύχιον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, νόμον ἡμῖν εἶναι τὸ παρατήρημα τοῦ πάντα τὸν χρόνον, τὸν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ διαμετρούμενον, λαμπρὸν ἡμῖν διαρκῶς εἶναι, καὶ τῶν ἔργων τῶν σκοτεινῶν ἀνεπίμικτον. Καὶ περὶ μὲν τούτων, τοσαῦτα.

successio maneat. Priusquam enim solis occidentis radii plane deficiant, e regione cernitur luna, quæ luce sua mundum illustrat. Et rursum antequam hinc cursu confecto luna discedat, lucis ejus reliquiis diei splendor adjungitur. Atque ita ex illa nocte, qua luna plena est, tenebræ penitus excluduntur, mutua solis et lunæ tum vesperi tum mane successione. Quod igitur luci sensibus expositæ quartadecima die contingit, ut per totam noctem atque diem nullam tenebrarum mistionem admittat, id spiritualis lex vult esse documentum, ut per totam vitæ hebdomadam præclarum unum Pascha et a tenebris remotissimum celebrantes, omne temporis spatium in luce transigamus. Hæc est celebrandi Paschatis apud Christianos institutio atque observatio. Idcirco quartamdecimam hanc diem attendimus, ut ex hac luce, quæ sensu percipitur et in materia sita est, lucem a materia sejunctam et quæ sola mente comprehenditur, intelligamus, et, dum videmur lunam plenam inquirere, quæ perpetuum ex se lumen tota nocte præbeat, nihil aliud nobis ea re legem præscribere existimemus, nisi ut omne tempus, quod nox diesque dimetitur, virtutibus illustratum et splendidum, et nullis tenebrosis actionibus permistum inquinatumve traducamus. Ac de his quidem satis.

Ὅσα δὲ ὁ σταυρὸς ἐμπεριέχει νοήματα, δι' οὗ C τελειοῦται τὸ περὶ τὸ πάθος μυστήριον, τίς ἂν ῥᾳδίως τῷ λόγῳ σαφηνίσειε; Μὴ γὰρ οὐκ ἦσαν μυρίοι τρόποι πρὸς θάνατον φέροντες, δι' ὧν ἦν δυνατὸν πληρωθῆναι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν; Ἀλλ' ἐκ πάντων οὗτος ὡρίσθη παρ' αὐτοῦ τοῦ ἑαυτῷ κατ' ἐξουσίαν τὸ πάθος ὁρίσαντος. *Δεῖ* γὰρ, φησὶ, *τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*. Οὐκ εἶπε, Τὰ καὶ τὰ πείσεται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὡς ἄν τις ἁπλῶς εἴποι προαγορεύων τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ τὸ ἀναγκαῖον κατά τινα λόγον ἀπόῤῥητον γενέσθαι ὀφεῖλον δογματίζει τῷ ῥήματι, ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι *Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι.* Κατανόησόν μοι γὰρ τοῦ *Δεῖ* τὴν διάνοιαν, δι' ἧς εὑρίσκεται τὸ μὴ δεῖν ἄλλως ἢ διὰ τοῦ σταυροῦ γε- D νέσθαι πάντως τὸ πάθος τὸ δογματιζόμενον. Τίς οὖν ὁ περὶ τούτου λόγος; Μόνου τοῦ μεγάλου Παύλου ἐστὶ, τοῦ ἐκ τῶν ἀῤῥήτων ῥημάτων παιδευθέντος, ἃ ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῦ παραδείσου μυηθεὶς ἠκροάσατο, καὶ τὸ περὶ τούτου μυστήριον διασαφῆσαι, καθὼς ἐν μέρει διὰ τῶν πρὸς Ἐφεσίους λόγων τὸ κρυπτὸν ὑπηνίξατο λέγων· *Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος, τὸ βάθος καὶ ὕψος, γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.* Οὐ γὰρ ἀργῶς ὁ θεῖος ἐκεῖνος ὀφθαλμὸς τοῦ Ἀποστόλου, τὸ

Quæ vero ad crucem pertinent, per quam passionis mysterium perficitur, quis ea facile dicendo queat explicare? Annon enim innumerabiles erant moriendi rationes, quibus mortis pro nobis obeundæ consilium expleri poterat? Hanc tamen ex omnibus unam is, qui mortis, quam vellet, opinionem habebat, sibi delegit atque præscripsit. *Oportet* enim, inquit, *Filium hominis*. Non dixit, hæc et hæc Filius hominis patietur, ut aliquis futura prænuntians simpliciter dixisset, sed necessarium arcana quadam ratione ac debitum esse significat, dum, *Oportet*, inquit, *Filium hominis multa pati, et reprobari, et crucifigi, et tertia die resurgere* [51]. Vim enim illius verbi, *oportet*, mihi considera, et invenies id in ea contineri, ut significet, fieri aliter non oportere, nisi ut per crucem mors oppetatur. Quæ hujusce rei causa? Pauli solius est eam exponere, per arcana illa verba, quæ in adytis paradisi constitutus audivit: solius inquam, Pauli est, hoc crucis mysterium explanare, quemadmodum etiam ex parte aliqua in epistola ad Ephesios facit, dum arcanum hoc patefaciens, *Ut possitis*, inquit, *comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum, scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei* [52]. Neque enim frustra divinus ille Apostoli oculus crucis figuram excogitavit. Sed ea item re

[51] Matth. XVI, 21; Marc. VIII, 31; Luc. IX, 22; Joan. XII, 31 sqq. [52] Ephes. III, 18, 19.

faciie ostendit, se omnibus ignorantiæ squamis ab oculis mentis excussis, ipsam rerum veritatem clare perspexisse. Novit enim, ea figura, quatuor cornibus e medio provenientibus descripta, potentiam per omnia commeantem et providentiam illius, qui in ipsa manifestatus est, significari, et idcirco partes illius singulas propriis nominibus appellavit. Eam enim, quæ a medio deorsum vergit, profundum vocat; quæ autem sursum, sublimitatem; latitudinem vero et longitudinem illas, quæ utrinque transversæ protenduntur, ut, quæ hinc a medio producitur, latitudo, quæ autem illinc, longitudo nominetur: quibus aperte mihi videtur sermone declarare, nihil in rebus creatis esse, quod non divina natura incolume tueatur, quod est supra cœlos, quod sub terra, quodque ad extrema mundi transversum undique protenditur. Nam per altitudinem, id quod est sursum; per profundum, quod subterraneum; per longitudinem et latitudinem in medio posita extrema significat, quæ a virtute totum hoc universum tuente continentur. Potes autem ex iis quæ in anima tua fiunt, ea quæ de Deo cogitanda sunt declarata contemplari. Cœlum enim suspice, et partes infimas animo complectere, extremosque ac summos orbis terminos cogitatione comprehende, atque considera, quænam potentia tanquam universitatis vinculum hæc omnia devinciat atque contineat: videbisque sponte sua in ea divinæ potentiæ contemplatione crucis figuram exprimi in animo ac mente tua, a superis ad infera, ab extremis ad extrema protentam atque descriptam.

Figuram hanc magnus etiam David de se loquens expressit: *Quo ibo*, inquit, *a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum* (hæc est sublimitas), *tu illic es. Si descendero in infernum* (hoc est profundum), *ades. Si sumpsero pennas meas diluculo*, id est, ad ortum solis (hæc est latitudo), *et habitavero in extremis maris* [53]: sic enim occasum appellat (hæc est longitudo). Cernis quo modo crucis figuram describat? Tu es, inquit, qui per omnia commeas, qui cuncta devincis, qui in teipso comprehendis universa. Tu supra es, tu es infra. In hac extrema parte manus est tua, et in altera viæ dux est dextera tua. Ob id magnus item Apostolus, cum omnia fide et cognitione repleta fuerint, fore dicit, ut is, qui super omnia est, in nomine Jesu Christi adoretur, et a cœlestibus, et a terrestribus, et ab infernis [54]: quibus verbis per crucis figuram dividit Christi adorationem. Cœlestis enim regio in sublimi crucis parte adorationis cultum exhibet, mundana in mediis, inferna ad profundum pertinet. Idem mea quidem sententia significat etiam *iota* illud, si cum apice conjunctum consideretur, quod et cœlo stabilius, et terra firmius, et omni rerum constitutione certius est. *Cœlum enim et terra transibunt* [55], et, *Hujus mundi*

A σχῆμα τοῦ σταυροῦ κατενόησεν· ἀλλ' ἔδειξε καὶ διὰ τούτου σαφῶς, ὅτι πᾶς τῆς ἀγνοίας λεπίδας ἀποβαλὼν τῶν ὀμμάτων, πρὸς αὐτὴν ὁρᾷ καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν. Οἶδε γὰρ ὅτι τὸ σχῆμα τοῦτο τέτταρσι προβολαῖς ἀπὸ τῆς ἐν τῷ μέσῳ συμβολῆς μεριζόμενον, τὴν διὰ πάντων ἥκουσαν τοῦ ἐν αὐτῷ φανέντος δύναμίν τε καὶ πρόνοιαν διασημαίνει, καὶ τούτου χάριν ἑκάστην προβολὴν ἰδιαζούσαις κατονομάζει φωναῖς· βάθος λέγων τὸ ἐκ τοῦ μέσου κάτω, καὶ ὕψος τὸ ὑπερκείμενον· πλάτος δὲ καὶ μῆκος, τὸ ἐκ πλαγίου παρατεινόμενον μετὰ τὴν συμβολὴν ἑκατέρωθεν· ὡς τὸ μὲν ἔνθεν τοῦ μέσου, πλάτος, τὸ δὲ ἑτέρωθεν, μῆκος προσαγορεῦσαι· δι' ὧν τοῦτό μοι δοκεῖ σαφῶς διασημαίνειν τῷ λόγῳ, ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶν, ὃ μὴ τῇ θείᾳ διακρατεῖται φύσει, τὸ ὑπερουράνιον, τὸ
B ὑποχθόνιον, τὸ ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν ὄντων πάντοθεν ἐκ πλαγίου παρατεινόμενον. Σημαίνει γὰρ διὰ μὲν τοῦ ὕψους, τὸ ὑπερκείμενον· διὰ δὲ τοῦ βάθους, τὸ ὑποχθόνιον· τῷ μήκει δὲ καὶ τῷ πλάτει, τὰ διὰ μέσου πέρατα, τὰ ὑπὸ τῆς πᾶν διακρατούσης δυνάμεως συνεχόμενα. Ἔστω δὲ διὰ τῶν ἐν τῇ σῇ ψυχῇ γινομένων ἐν τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἡ τῶν λεγομένων ἀπόδειξις. Ἀνάβλεψον γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ κάτω βάθη τῷ λογισμῷ κατανόησον, ἔκτεινον ἐπὶ τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως τὴν διάνοιαν, καὶ λόγισαι τίς ἐστιν ἡ ταῦτα συνέχουσα δύναμις, οἱόν τις σύνδεσμος τοῦ παντὸς γινομένη. Καὶ ὄψει ὡς αὐτομάτως ἐν τῇ διανοίᾳ ἡ περὶ τῆς θείας δυνάμεως ἔννοια τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ ἐγχαράσσεται, ἐκ τῶν
C ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ βάθη καθῆκον, καὶ ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν ἄκρων ἐγκαρσίως παρατεινόμενον.

Τοῦτο τὸ σχῆμα καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὕμνησε λόγῳ· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν* (τοῦτο τὸ ὕψος). *Ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην* (τοῦτο τὸ βάθος). *Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον*, ὅ ἐστιν ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου (τοῦτο τὸ πλάτος). *Εἰ κατασκηνώσαιμι εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης* (οὕτω γὰρ τὰς δυσμὰς ὀνομάζει)· τοῦτο τὸ μῆκος. Ὁρᾷς πῶς διαζωγραφεῖ τὸ τοῦ σταυροῦ σχῆμα διὰ τῶν λεγομένων; Σὺ εἶ, φησὶν, ὁ διὰ πάντων ἥκων, καὶ σύνδεσμος τῶν γινομένων, καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ δια-
D λαμβάνων τὰ πέρατα. Ἄνω σὺ εἶ, κάτω σὺ πάρει, ἐν τῷ πέρατι τούτῳ ἡ χείρ σού ἐστιν, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡ δεξιά σου ὁδηγεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος, ἔνθα πληρωθῇ τὰ πάντα τῆς πίστεως καὶ ἐπιγνώσεως, προσκυνεῖσθαι λέγει τὸν ὑπὲρ πᾶν ὄνομα ὄντα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπό τε τῶν οὐρανίων καὶ τῶν ἐπιγείων καὶ τῶν καταχθονίων· πάλιν καὶ διὰ τούτων κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ μερίζει τοῦ σταυροῦ τὴν προσκύνησιν. Ἡ μὲν γὰρ ὑπερκόσμιος λῆξις ἐν τῷ ἄνω τοῦ σταυροῦ μέρει τῷ Δεσπότῃ πληροῖ τὴν προσκύνησιν· ἡ δὲ ἐγκόσμιος, ἐν τοῖς μέσοις· ἡ δὲ ὑποχθόνιος, τοῦ βάθους ἔχεται. Τοῦτο καὶ τὸ *Ἰῶτά* ἐστι κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, τὸ

[53] Psal. CXXXVIII, 7 sqq. [54] Philipp. II, 10. [55] Matth. XXIV, 35.

μετὰ τῆς κεραίας θεωρούμενον, ὃ καὶ τῶν οὐρανῶν A μονιμώτερον, καὶ τῆς γῆς σταθερώτερον, καὶ πάσης τῆς τῶν ὄντων συστάσεως διαρκέστερον. *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται*· καὶ, *Ὅλου τοῦ κόσμου παράγει τὸ σχῆμα· τὸ δὲ ἰῶτα ἐκ τοῦ νόμου, καὶ ἡ κεραία οὐ παραδέχεται.* Ἡ ἐγκάθετος γραμμὴ, ἡ ἄνωθεν ἐπὶ τὸ βάθος καθήκουσα, ἰῶτα λέγεται· ἡ δὲ ἐγκαρσίως ἀγομένη διὰ πλαγίου, κεραία ὀνομάζεται, καθὼς ἔστι καὶ παρὰ τῶν ναυτιλλομένων τοῦτο μαθεῖν. Τὸ γὰρ ξύλον τὸ διὰ πλαγίου τῷ ἱστῷ ἐπικείμενον, οὗ καὶ τὴν ὀθόνην ἐξαπλοῦσι, κεραίαν λέγουσιν, ἐκ τοῦ σχήματος ὀνομάζοντες. Διό μοι δοκεῖ πρὸς τοῦτο βλέπειν ἡ θεία τοῦ Εὐαγγελίου φωνή· ὅτι ἐκεῖνό ἐστιν ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε, τὸ τῶν ἐν αὐτῷ περικρατουμένων ἀϊδιώτερον, ὃ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν συντηρητικὴν πάντων τῶν ὄντων, οἷον δι' αἰνίγματος B καὶ ἐσόπτρου τινὸς τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν σχήματος ὑποδείκνυσι. Διὰ δὴ τοῦτό φησιν, ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, οὐχ ἁπλῶς ἀποθανεῖν, ἀλλὰ σταυρωθῆναι, ἵνα γένηται τοῖς διορατικωτέροις θεολόγος ὁ σταυρὸς τὴν παντοδύναμον ἐξουσίαν τοῦ ἐπ' αὐτῷ δειχθέντος, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ὄντος, ἀνακηρύσσων τῷ σχήματι. Μὴ παρασιωπήσωμεν, ἀδελφοὶ, μηδὲ τὸν εὐσχήμονα βουλευτὴν ἐκεῖνον, τὸν ἀπὸ Ἀριμαθίας Ἰωσὴφ, ὃς δῶρον τὸ ἄχραντον καὶ ἅγιον ἐκεῖνο σῶμα λαβὼν, καθαρὰν περιτίθησιν αὐτῷ σινδόνα, καὶ καθαρῷ μνημείῳ ἐναποτίθεται. Νόμος ἡμῖν ἔστω τὸ τοῦ εὐσχήμονος ἐκείνου βουλευτοῦ ἔργον τοῦ καὶ ἡμᾶς ὁμοίως βουλεύεσθαι, ὅταν λάβωμεν ἐκεῖνο τὸ δῶρον τοῦ σώματος, μὴ ἐῤῥυπωμένῃ τῇ τῆς συνειδήσεως C σινδόνι λαμβάνειν, μηδὲ ὀδωδότι ἐξ ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας τῷ μνήματι τῆς καρδίας ἐναποτίθεσθαι· ἀλλὰ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, δοκιμάζειν ἕκαστον ἑαυτὸν, ἵνα μὴ κρῖμα ἡ χάρις γένηται τῷ ἀναξίως δεχομένῳ τὴν χάριν. Ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ λέγων αἰσθάνομαι τῇ φωτεινῇ στολῇ τοῦ ἀγγέλου καταστραπτόμενος, καί μου διασείει ὑφ' ἡδονῆς τὴν καρδίαν ὁ γλυκὺς ἐκεῖνος σεισμὸς, ὁ τὸν βαρὺν λίθον τοῦ ἀνθρωπίνου μνήματος ἀποκυλίων, δι' οὗ ἀνοίγεται πᾶσιν ἡ θύρα τῆς ἀναστάσεως. Δράμωμεν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ παραδόξου θεάματος· διαγέγονε γὰρ ἤδη τὸ Σάββατον· μὴ κατόπιν τῶν γυναικῶν ἀπαντήσωμεν. Ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμετέραις χερσὶ τὰ ἀρώματα, ἡ πίστις καὶ ἡ συνείδησις. Αὕτη γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἡ εὐωδία. Μηκέτι μετὰ D τῶν νεκρῶν τὸν ζῶντα ζητήσωμεν. Τὸν γὰρ οὕτως αὐτὸν ζητοῦντα, ἀπωθεῖται ὁ Κύριος, λέγων· *Μή μου ἅπτου*· ἀλλ' ὅταν ἀναβῶ πρὸς τὸν Πατέρα, τότε σοι ἔξεστιν ἅπτεσθαι. Ἀκούσωμεν τί εὐαγγελίζεται καὶ ἡ γυνὴ ἡ προλαβοῦσα τὸν ἄνδρα διὰ τῆς πίστεως, καὶ καλῶς τοῦτο ποιήσασα, ἵνα διὰ τοῦ κατάρξασθαι πρὸς τὸ ἀγαθὸν περὶ τῆς τοῦ κακοῦ αἰτίας ἀπολογήσηται. Τί οὖν ἐστι τὸ τῆς γυναικὸς Εὐαγγέλιον; Ὄντως οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄκουε γὰρ, φησὶν, ὃ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ὑμᾶς οὓς καὶ ἀδελφοὺς αὐτοῦ κατονομάζει, ὅτι *Πορεύομαι πρὸς τὸν*

figura præterit [56], *iota autem ex lege, et apex unus non præterit* [57]. Linea recta e sublimi in imum descendens iota dicitur. Oblique autem ad latera pertingens apex nominatur, id quod ab ipsis navigantibus licet discere, qui lignum illud transversum malo adjacens, cui vela suspendunt, Græce eodem nomine quo apicem nominant, nempe ceræam. Quamobrem divina hæc Evangelii verba mihi videntur in crucis figura tanquam ænigmate et speculo quodam illud ostendere, in quo omnia constiterunt, quod omnibus, quæ in ipso continentur, stabilius est, atque æternum, cujus potentia cuncta moderatur. Proinde Dominus ait, oportere Filium hominis, non simpliciter mori, sed crucifigi, ut crux Deum gestans adversariis omnipotentem illius, qui in ipsa penderet, vim, quique omnia in omnibus est [58], figura sua patefaceret. Nobilis ille senator Joseph, fratres, ab Arimathæa non est nobis silentio prætereundus, qui cum immaculati sanctique illius corporis munus accepisset, sindone mundo illud involvit, et in monumento novo ac puro collocavit. Quod ab honesto hoc senatore gestum est, nobis sit tanquam lex, ut idem nos quoque præstemus, cum illud corporis munus suscipimus, ne id sordido conscientiæ linteo involvamus, neve in cordis monumento mortuorum ossibus omnique immunditia pleno reponamus. Sed unusquisque, ut scribit Apostolus, se ipsum probet, ne munus indigne suscipienti sit in judicium [59]. Verum, dum hæc loquor, lucida angeli stola mentis aciem mihi perstringit, et dulcis ille terræ motus, quo gravis ille humani monumenti lapis revolutus est, omnibusque resurrectionis fores patefactæ sunt, præ voluptate cor meum concutit. Curramus et nos ad conspiciendum spectaculum hoc novum et admirabile. Sabbatum enim jam illuxit. Ne permittamus, ut mulieres antevertant. Sint etiam in manibus nostris aromata fidei puræque conscientiæ. In his enim consistit bonus odor Christi. Ne quæramus amplius viventem cum mortuis. Dominus enim cum a quo sic requiritur, rejicit et arcet, dicens : *Noli me tangere* [60]. Cum autem ascendero ad Patrem, tunc me licebit attingere. [Id est, cum non corpoream amplius servilemque formam, sed eum, qui est in gloria Patris, qui est in forma Dei, et Deum Verbum, fide conceperitis, tunc me, non autem simplicem servi formam, adoretis.] Audiamus bonum nuntium, quem nobis mulier affert, quæ fide prior, quam vir, accedit, ac merito quidem, ut incipiens ipsa ad bonum currere, diluat crimen, in quod incidit, cum ante cucurrit ad malum. Ecquod igitur est hoc mulieris Evangelium? Non ex hominibus profecto, neque per homines, sed per Jesum Christum. Audite, inquit, quod mihi Dominus, ut vobis quos fratres etiam nominat, nuntiarem, ipse mandavit. *Ascendo*, inquit, *ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum* [61].

[56] I Cor. VII, 31. [57] Matth V, 18. [58] I Cor. XV, 28. [59] I Cor. XI, 28. [60] Joan. XX, 17. [61] ibid.

O nuntium præclarum et bonum! Qui pro nobis factus est homo, is cum sit Unigenitus, quo nos fratres efficiat suos, se hominem ad verum Patrem adducit, ut per se ipsum omnes cognatos secum trahat, ne possit illis amplius objici, quod eos, qui natura dii non sunt, adoraverint. Etenim cum ad viventem et verum Deum adorandum revocati sint, ab hæreditate paterna tanquam rejecti reprobatique non possunt excludi, quoniam Filium verum ipsi per adoptionem filii secuti sunt. Qui multis in fratribus primogenitum creaturæ se per carnem efficiens, omnem naturam humanam, cujus particeps esse voluit, assumptæ carnis necessitudine sibi conjunxit. Sed quia panis azymus ante Pascha pro obsonio herbas amaras habet, videamus qua jucunditate post resurrectionem panis efficiatur dulcis. Cernis in manibus Domini Petro piscante panem et favum mellis? Inde considera, in quid amaritudo vitæ commutetur. Quare nos item ex piscatu verborum Dei jam ad panem illum cœlestem accurramus, quem spei favus dulcem reddit in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia una cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A *Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.* Ὢ καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν εὐαγγελίων! Ὁ δι' ἡμᾶς γενόμενος καθ' ἡμᾶς, ἵνα διὰ τοῦ γενέσθαι ἡμῖν ὁμογενὴς, ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἑαυτοῦ ποιήσῃ, προσάγει τὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον τῷ ἀληθινῷ Πατρὶ, ἵνα δι' αὐτοῦ ἅπαν τὸ ὁμογενὲς ἐφελκύσηται, ὡς μηκέτι ὄνειδος εἶναι τοῖς δουλεύσασι τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς. Διὰ τὸ προσαχθῆναι πάλιν τῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ Θεῷ, μηδ' ἀποβλήτους καὶ ἀποκηρύκτους τῆς πατρῴας κληρονομίας γενέσθαι, τοὺς τῷ Υἱῷ διὰ τῆς υἱοθεσίας ἀκολουθήσαντας· ὁ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς πρωτότοκον διὰ τῆς σαρκὸς ποιήσας ἑαυτὸν, πᾶσαν τὴν κτίσιν ἧς ἐκοινώνησε διὰ τῆς ἀνακραθείσης αὐτῷ σαρκὸς ἐπεσπάσατο. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ πρὸ τοῦ Πάσχα σῖτος ὁ ἄζυμος, ὄψον τὴν πικρίδα ἔχει, ἴδωμεν τίνι B ἡδύσματι ὁ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄρτος ἡδύνεται. Ὁρᾷς τοῦ Πέτρου ἁλιεύοντος ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Κυρίου ἄρτον καὶ κηρίον μέλιτος; νόησον τί σοι ἡ πικρία τοῦ βίου κατασκευάζεται. Οὐκοῦν ἀναστάντες καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς τῶν λόγων ἁλείας, ἤδη τῷ ἄρτῳ προσδράμωμεν, ὃν καταγλυκαίνει τὸ κηρίον τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

De resurrectione Domini nostri Jesu Christi, et quod nullo modo inter se contrarii evangelistæ diversis modis memoriæ prodiderint ea quæ acciderunt in resurrectione Emmanuelis.

Quanquam omnes quidem propemodum, dilecti, eam quæ a nobis in Dominica nocte commode atque competenter introducta est, Evangeliorum approbant lectionem de resurrectione magni Dei et Servatoris nostri Jesu Christi: nonnulli tamen utilitatem quidem se sensisse non negant, sed quod putent se aliquando tectius et obscurius doctos esse, de eadem re non eadem, sed contraria et auditorem magis ad incredulitatem inducentia dicentibus evangelistis, perturbari se aiunt. Cui enim credendum est? Matthæo, qui vesperi Sabbatorum resurrectionem accidisse scribit? an Joanni, qui hoc idem mane, cum adhuc tenebræ essent, contigisse memoriæ prodidit? An Lucæ et Marco: quorum hic ortum solis, ille profundum diluculum eumdem articulum temporis, quo illa contigerint, nominavit? Ad solutionem igitur propositi dubii, aliarumque circa scrutationem dictorum exorientium quæstionum, excitari nos, licet infirmos, a Deo, qui resurrexit, et planam adhibere interpretationem oportet. Etenim cum qui semen lectionis dejecit, eamque in auribus universorum sparsit, æquum est inde quoque ortarum quæstionum reddere rationem. Hoc itaque facere etiam, atque ex illis ipsis, quæ super his dubitantes dicebant, rationem inferre conabor. Neque enim sacri Evangeliorum scriptores, vel vesperi Sabbatorum, vel majori parte noctis præterita, vel diluculo rursus, vel post solaris radii emersum, resurrexisse Dominum di-

ΛΟΓΟΣ Β'.

Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι κατὰ μηδὲν ἀλλήλοις ἐναντιωθέντες οἱ εὐαγγελισταὶ, διαφόρως τὰ συμβεβηκότα τῇ ἀναστάσει τοῦ Ἐμμανουὴλ ἱστόρησαν.

C Πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν, ἀποδέχονται τὴν ἐν τῇ Κυριακῇ νυκτὶ παρ' ἡμῶν εἰσηγηθεῖσαν ἁρμοδίως τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν, περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τινὲς μέντοι τὸ μὲν ὠφελεῖσθαι ὁμολογοῦσι· πυκνότερον δέ πως ἀκροᾶσθαι δοκοῦντες, ταράττεσθαί φασι, τῶν εὐαγγελιστῶν μὴ τὰ αὐτὰ λεγόντων περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, ἀλλ' ἐναντία, καὶ τὸν ἀκροατὴν μᾶλλον πρὸς τὴν ἀπιστίαν ἐναγόντων. Τίνι γὰρ πιστευτέον; Ματθαίῳ γράφοντι τὴν ἀνάστασιν ὀψὲ γεγενῆσθαι Σαββάτων, ἢ Ἰωάννῃ ταὐτὸ τοῦτο συμβεβηκέναι πρωῒ ἔτι σκοτίας οὔσης, ἱστορηκότι, ἢ Λουκᾷ καὶ Μάρκῳ· τῷ μὲν ὄρθρον βαθὺν, τῷ δὲ ἀνατολὴν ἡλίου τὸν αὐτὸν καιρὸν ὀνο-D μάσαντι; Πρὸς οὖν τὴν τοῦ ὑποκειμένου προβλήματος λύσιν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν ἐξέτασιν τῶν ῥητῶν ἀναφυομένων ζητήσεων, διεγερθῆναι δεῖ παρὰ τοῦ ἀναστάντος Θεοῦ, καίπερ ἀσθενεῖς ὄντας ἡμᾶς, καὶ τὴν ἑρμηνείαν παραστῆσαι σαφῆ. Καὶ γὰρ ὁ τὸ σπέρμα τῆς ἀναγνώσεως καταβαλόμενος, καὶ ταύτην πλατύνας ἐν ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς, δίκαιός ἐστι καὶ τῶν φύντων ἐντεῦθεν ἐρωτημάτων ἀποδοῦναι τὸν λόγον. Τοῦτο δὴ καὶ ποιῆσαι πειράσομαι, ἐξ αὐτῶν ὧν οἱ ἐπαπορήσαντες ἔφασαν τὴν λύσιν ἐπαγαγεῖν. Οὐδὲ γὰρ εἶπον οἱ τῶν Εὐαγγελίων ἱεροὶ συγγραφεῖς, ὀψὲ Σαββάτων, ἢ παρῳχηκότος τοῦ πλείονος τῆς νυκτὸς, ἢ ὄρθρου πάλιν, ἢ μετὰ τὴν τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος βολὴν ἐγηγέρθαι τὸν Κύριον· οὕτω γὰρ ἂν ἐναντίωσις ἦν, τὸ ἓν πρᾶγμα τῶν συγγεγραφότων οὐχ ἑνὶ μᾶλ-

λον, ἀλλ' ἐν διαφόροις ἱστορησάντων γεγενῆσθαι καιροῖς· ἀλλὰ τὰς γυναῖκας ἔγραψαν, ἄλλοτε ἄλλως ἐπιπαραγενέσθαι τῷ τάφῳ, καὶ οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν· πῶς γὰρ τὰς διαφόρως ἐλθούσας, πάσας δὲ ὁμοίως ἀκηκοέναι παρὰ τῶν ἀγγέλων περὶ τοῦ Σωτῆρος, ὅτι *Ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε*, μὴ προστεθέντος τοῦ πότε; ὡς κατ' ἐκείνην μὲν ὁμολογουμένως καὶ συμφώνως τὴν θείαν νύκτα τῆς ἀναστάσεως γενομένης· μηδενὸς δὲ τὴν ὥραν ἐπισημηναμένου, τὴν πᾶσιν ἄγνωστον, πλὴν τοῦ ἀναστάντος Θεοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ μόνου γινώσκοντος οὕτω τὸν Υἱὸν, ὡς αὐτὸς ἔγνωσται τῷ Πατρί.... Καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ πάντα ἐρευνῶντος, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Ματθαῖος γὰρ ἔφη Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν καὶ τὴν ἄλλην Μαρίαν ὀψὲ Σαββάτων ἐπὶ τὴν θέαν ἐληλυθέναι τοῦ τάφου· σεισμόν τε γεγενῆσθαι μέγαν· ἄγγελον δὲ καταβεβηκέναι ἐξ οὐρανοῦ, τὸ μὲν εἶδος ἀστραπῇ, χιόνι δὲ τὴν στολὴν παραπλήσιον· ἵνα τῷ μὲν φοβερῷ καταπλήξῃ τοὺς φύλακας (οἳ καὶ τὴν θέαν οὐκ ἐνεγκόντες, μικροῦ καὶ ἀπώλοντο καταστάντες τῷ δέει νεκροὶ), τῷ φαιδρῷ δὲ προσκαλέσηται τὰς γυναῖκας, καὶ θάρσος ἐμποιήσῃ ταῖς τὴν φύσιν εὐπτοήτοις καὶ δειλαῖς, καὶ τὴν ἀνάστασιν δι' αὐτοῦ τοῦ σχήματος ἀναγγείλῃ περιχαρῶς. Ἐπεὶ καὶ τούτων χάριν ἀπέσταλτο. Τὸν γὰρ λίθον ἀποκυλίσας, εὗρεν ἐγηγερμένον τὸν Κύριον, κεκλεισμένον τὸν τάφον, καὶ ταῖς σφραγῖσι κατησφαλισμένον, καὶ τῇ στρατιωτικῇ φρουρᾷ πεφυλαγμένον, ἀπολιπόντα θεοπρεπῶς, ὃν τρόπον καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἴσω τοῦ δωματίου γενόμενος τοῖς μαθηταῖς ἐπεφοίτησε. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη*· μηνύων ὁ ἄγγελος τῆς οἰκείας ἀφίξεως προτεθαυματουργῆσθαι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν, ἣν ὡς Θεὸς ἰδίᾳ δυνάμει πληρώσας, τὴν οἰκονομίαν ἐνήργησεν, ἀγγελικῆς συμμαχίας οὐ δεηθείς. Εἰ γὰρ τοῦτο μὴ ἦν, εἶπεν ἄν, Ἰδοὺ ἐγείρεται, δηλῶν τὸ παραυτίκα γινόμενον· ἐπειδὴ δὲ προεγεγόνει τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ χρησάμενος, ἔφησεν· *Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη*.

A xerunt. Sic enim contrarietas esset, si unum factum, non in uno potius, sed in diversis temporibus accidisse scriptores memoriæ prodidissent. Sed mulieres scripserunt, alio tempore alias ad sepulcrum venisse, et non circa eumdem temporis articulum, (quomodo enim eas, quæ diversis temporibus venerunt?) omnes vero similiter audivisse ab angelis de Servatore, *Surrexit, non est hic* [1] : non adjecto quando. Quasi in illa divina nocte absque controversia, et in hoc omnibus consentientibus resurrectio quidem acciderit, nemo vero horam notaverit, quæ omnibus ignota erat, præterquam cum Deo, qui resurrexit, tum Patri, qui solus ita noscit Filium, ut ipse cognitus est a Filio : tum Spiritui, qui omnia scrutatur, etiam profunditates B Dei. Matthæus enim dixit [2] Mariam Magdalenam et aliam Mariam vesperi Sabbatorum venisse ad videndum sepulcrum : terræ motum autem factum esse magnum : atque angelum de cœlo descendisse, cujus aspectus quidem fulguri, stola vero nivi haud dissimilis fuerit, ut ipso terribili quidem habitu perterrefaceret custodes, qui etiam non ferentes visionem, parum abfuit quin perirent, mortui facti metu : candore vero invitaret mulieres, et fiduciam injiceret natura timidis ac formidolosis, resurrectionemque per ipsum habitum cum ingenti lætitia annuntiaret. His enim de causis missus erat. Cum enim lapidem revolvisset, reperit resurrexisse Dominum, sepulcro quod sigillis munitum fuerat, ac C præsidio militum custodiebatur, sicut Deum decebat, clauso relicto, quemadmodum clausis quoque januis penetrans in domicilium ad discipulos accessit. Quare etiam dicebat : *Non est hic*, sed *surrexit* : significans angelus ante suum adventum admirabiliter accidisse resurrectionem Servatoris, quam ut Deus propria virtute exsequens in iis, quæ disposita ac destinata erant, peragendis nullum angelorum auxilium desideravit. Nisi enim hoc ita esset, dixisset : Ecce resurgit, significans id, quod statim fieret ; sed quoniam ante factum erat, præterito tempore utens dixit : *Non est hic*, sed *surrexit*.

Κἀκεῖ δὲ ἐκ τούτου δείκνυται σαφῶς, ὡς οἱ ἀπόστολοι κηρύττοντες τὸ Εὐαγγέλιον, ἔλεγον τὸν Χριστὸν ἐγηγέρθαι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ τῶν ἀκουόντων ἀσθενὲς, εὐπαράδεκτον τὸν λόγον ταύτῃ κατασκευάζοντες. Ὁ δὲ ἄγγελος τὴν εὐαγγελιζομένην τὴν ἀνάστασιν ῥήξας φωνὴν, γυμνὴν ἐκφαίνων τὴν θεοπρεπεστάτην ἐξουσίαν τοῦ ἀναστάντος ἐβόα· *Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη*. Καὶ τὸ ἐγηγέρθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι, τῶν μὲν ἀκουόντων, ὡς ἔφην, οἰκονομεῖ τὸ ἀσθενές· τὸν δὲ αὐτὸν ἔχει νοῦν, καὶ οὐχ ἕτερον. Ἐν τίνι γὰρ ὁ Πατὴρ ἐνεργεῖ; Ἐν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει δηλονότι. Τίς δέ ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Πατρός; Οὐδεὶς ἄλλος, ἢ ὁ Χριστός· Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. Οὐκοῦν ἑαυτὸν ἀνέστησεν ὁ Σωτὴρ, εἰ καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐγηγέρθαι λέγεται. Τὸ δὲ *Ὀψὲ Σαββάτων*, οὐ τὴν ἑσπέραν τὴν κατὰ τὴν δύσιν τοῦ ἡλίου δηλοῖ· οὐδὲ γὰρ ἑνικῶς

Atque illud etiam ex hoc aperte demonstratur, quod apostoli, cum prædicarent Evangelium, propter infirmitatem audientium dicebant Christum resuscitatum esse a Patre, acceptabilem et commendabilem hoc modo sermonem reddentes. Sed angelus, D qui primus resurrectionis annuntiatricem vocem rupit, nudam designans ac majestatis plenissimam ideoque maxime convenientem ejus, qui resurrexerat, potestatem, clamabat : *Non est hic*, sed *surrexit*. Itaque quod dicitur eum resuscitatum esse a Patre, audientium quidem, ut dixi, disponebat atque moderabatur infirmitatem, eumdem vero continet, et non alium intellectum. Nam in quo operatur Pater? In propria potentia videlicet et virtute. Quænam est autem virtus ac potentia Patris? Nemo alius præterquam Christus : Christus enim Dei virtus ac potentia, Deique sapientia est. Ergo seip-

[1] Matth. xxviii, 6 [2] ibid. 1 sqq.

sum resuscitavit Christus, etsi a Patre dicitur esse resuscitatus. Cæterum ὀψὲ Σαββάτων, id est, *sero* vel *vesperi Sabbatorum*, non significat vesperum, qui post occasum solis fuit : neque enim singulariter dixit, sero Sabbati, sed pluraliter, sero Sabbatorum. Sabbata vero omnen septimanam vocare solent Hebræi. Nam ne longius abeas, evangelistæ, *una Sabbatorum*, inquiunt : cum dicendum fuisset, Primo die septimanæ. Sic nimirum etiam in communi consuetudine utimur, secundum Sabbatorum et tertium Sabbatorum appellantes secundum et tertium diem septimanæ. Non dixit igitur, sero Sabbati, aut vesperi Sabbati, ut vesperum illius diei significaret : sed *Sero Sabbatorum*, ut tardius, et multum distans indicaret. Etenim aliquando nos quoque ita dicere solemus, ὀψὲ τοῦ καιροῦ παραγέγονας, id est, *sero* vel *tardius ad tempus venisti* : ὀψὲ τῆς ὥρας, id est, *sero* vel *tardius ad horam* : ὀψὲ τῆς χρείας, id est, *sero* ac *tardius*, quam usus et necessitas postulasset : non vesperam, neque tempus, quod post occasum solis est, significantes, sed tardius, et post quam usus et necessitas postulaverit aut post tempus commodum et opportunum factum esse quippiam hoc modo indicantes. Atque ὀψὲ Σαββάτων, id est, *sero* vel *vesperi Sabbatorum*, longius et tardius præteritæ septimanæ tempus significat. Impletur quælibet septimana occasu solis Sabbatum excipiente. Nam etiam Matthæus cum temporis articulum, qui multum distabat a fine expletæ septimanæ, significaret, et quasi seipsum interpretaretur, adjecit, *Quæ illucescit in unam Sabbatorum*. Præterierat, inquit, in tantum nox ut esset tempus gallorum cantus, qui cantus lucem futuri diei præcedit. Tunc nimirum atque in hoc articulo temporis, non autem vespera quæ Sabbatum insequitur, finientes jejunia, incipimus nos oblectare atque lætari, consuetudine, quæ apud omnes obtinuit, hanc rem comprobante.

A εἶπεν Ὀψὲ Σαββάτου, ἀλλὰ πληθυντικῶς, *Ὀψὲ Σαββάτων*. Σάββατα δὲ τὴν πᾶσαν ἑβδομάδα καλεῖν Ἑβραίοις ἔθος. Αὐτίκα γοῦν οἱ εὐαγγελισταὶ τῇ *Μιᾷ τῶν Σαββάτων* φασὶ δὲ, Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, εἰπεῖν. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ κεχρήμεθα, δευτέραν Σαββάτων, καὶ τρίτην Σαββάτων προσαγορεύοντες τὴν δευτέραν καὶ τρίτην τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν. Οὐκ εἶπεν οὖν, Ὀψὲ Σαββάτου, ἢ, Ἑσπέρας Σαββάτου, ἵνα τὴν ἑσπέραν τῆς ἡμέρας ἐκείνης δηλώσῃ· ἀλλ', *Ὀψὲ Σαββάτων*, ἵνα τὸ βράδιον καὶ πολὺ διεστηκὸς ἐμφήνῃ. Καὶ γάρ που καὶ οὕτως ἡμῖν σύνηθες λέγειν· Ὀψὲ τοῦ καιροῦ παραγέγονας, ὀψὲ τῆς ὥρας, ὀψὲ τῆς χρείας· οὐχὶ τὴν ἑσπέραν, καὶ τὸν μετὰ ἡλίου δυσμὰς χρόνον δηλοῦσιν· ἀλλὰ τὸ βράδιον, καὶ κατόπιν τῆς χρείας, ἢ
B τοῦ καιροῦ γενέσθαι τὸν τρόπον τοῦτον μηνύουσι. Καὶ τὸ *Ὀψὲ Σαββάτων*, τὸ πόῤῥω καὶ βράδιον τῆς πεpαιωθείσης ἑβδομάδος δηλοῖ. Πληροῦται δὲ ἑβδομὰς ἑκάστη, ταῖς μετὰ τὸ Σάββατον ἡλίου δυσμαῖς. Ἀμέλει καὶ τὸ πολὺ διεστηκὸς τοῦ καιροῦ πρὸς τὸ τέλος τῆς πληρωθείσης ἑβδομάδος ὁ Ματθαῖος δηλῶν, καὶ ὥσπερ ἑρμηνεύων ἑαυτὸν, ἐπήγαγε, *Τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων*. Παρῳχήκει, φησὶν, ἡ νὺξ τοσοῦτον, ὡς εἶναι τὸν καιρὸν τῆς τῶν ἀλεκτρυόνων βοῆς, ἥτις τὸ φῶς τῆς μελλούσης ἡμέρας προαναχρούεται. Ταύτῃ τοι, καὶ τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ οὐ τῇ μετὰ τὸ Σάββατον ἑσπέρᾳ καταλύοντες τὰς νηστείας, τῆς εὐφροσύνης ἀρχόμεθα, τῆς κατὰ πάντων κρατη-
C σάσης συνηθείας συνηγορούσης τῷ πράγματι.

Cum igitur hic temporis esset articulus, Maria Magdalena atque altera ejusdem nominis ad sepulcrum venerunt, et angelum, qui de cœlo descenderat, quemadmodum dictum est, viderunt : qui, revoluto lapide, super eum sedebat : a quo etiam invitatæ viderunt locum, ubi positus erat Dominus : et currere jussæ, quæque acceperant, mandata discipulis edere, egressæ celeriter e monumento currebant : itaque currentibus obviam factus Jesus appellavit eas, dicens, *Avete*[3]. Etenim oportebat primum muliebrem sexum et ab angelo bonum resurrectionis accipere nuntium, et Dominum videre, et primam ab eo vocem audire, *Avete*. Quoniam mulier quoque prima audiverat fraudem serpentis, et contra præceptum viderat ligni interdicti fructum, et pœna tristitiæ ac doloris condemnata fuerat. Quapropter etiam adorare Servator et pedes apprehendere et contrectare permittebat, ut iis quæ primæ desciverant et alienatæ erant ab eo, et discipulis gaudium annuntiare jubebat, cum mulierem, quæ tristitiæ ministra Adamo fuerat, gaudii nuntiam viris esse vellet, contrariis contraria curans. *Euntibus* autem *illis*,

Τοῦ καιροῦ τοίνυν ὄντος τούτου, ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ ἡ ὁμώνυμος ἐπὶ τάφον ἦλθον, καὶ τὸν ἄγγελον τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότα τὸν προειρημένον ἐθεάσαντο τρόπον, ἀποκυλίσαντα τὸν λίθον καὶ ἐπ' αὐτὸν καθεζόμενον, ὑφ' οὗ καὶ προκληθεῖσαι, τὸν τόπον εἶδον, ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος, καὶ προσταχθεῖσαι τοῖς μαθηταῖς δραμεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι, ἐξελθοῦσαι ταχὺ τοῦ μνήματος ἔδραμον· καὶ δὴ τρεχούσαις προσαπαντήσας ὁ Ἰησοῦς προσεφώνησε· *Χαί-*
D *ρετε*. Καὶ γὰρ ἔδει πρῶτον τὸ γυναικῶν γένος καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐαγγελισθῆναι παρὰ τοῦ ἀγγέλου, καὶ τὸν Κύριον ἰδεῖν, καὶ πρώτην παρ' αὐτοῦ φωνὴν ἀκοῦσαι, τὸ, *Χαίρετε*. Ἐπεὶ καὶ γυνὴ πρώτη τῆς ἀπάτης τοῦ ὄφεως ἤκουσε, καὶ εἶδε παρανόμως τὸν τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου καρπὸν, καὶ λύπῃ κατεδικάζετο· διὸ καὶ προσκυνεῖν ὁ Σωτὴρ καὶ κρατεῖν τοὺς πόδας συνεχώρει, ὡς πρώταις ἀποπεσούσαις καὶ ἀλλοτριωθείσαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς μαθηταῖς τὴν χαρὰν διαγγέλλειν ἐκέλευσε, χαρᾶς ἄγγελον ἀνδράσι γυναῖκα γενέσθαι βουλόμενος, τῆς λύπης τῷ Ἀδὰμ γενομένην διάκονον, τὰ ἐναντία διὰ τῶν ἐναντίων ἰώμενος. *Πορευομένων δὲ αὐτῶν*, φησὶν, ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς, *ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόν-*

[3] Matth. XXVIII, 9 sqq.

τες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις λέγοντες· Εἴπατε ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων, καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν· οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν, καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον.

Ἡ μὲν οὖν ἄλλη Μαρία (ταύτην δὲ εἶναι τὴν Θεοτόκον πιστεύειν ἀκόλουθον, ὅτι μηδὲ ἀπελείφθη τοῦ πάθους, ἀλλ' ἵστατο παρὰ τῷ σταυρῷ, ὡς Ἰωάννης ἱστόρησεν, ᾗ καὶ ἔπρεπε τὰ τῆς χαρᾶς εὐαγγελίσασθαι, ῥίζῃ τῆς χαρᾶς οὔσῃ, καὶ καλῶς ἀκουσάσῃ τὸ, *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*), τὸ πρόσταγμα τοῦ Κυρίου πληροῦσα, τοῖς μαθηταῖς πάντως ἀπήγγειλεν. Οὐ γὰρ ἦν θέμις μὴ πληρωθῆναι τὸ οὕτω σοφῶς οἰκονομηθέν τε καὶ προσταχθὲν, εἰ καὶ ἠπίστησαν οἱ ἀκούσαντες. Ἐπεὶ καὶ ἕπεται τοῦτο πολλάκις τῇ τῶν ἀπαγγελλομένων θαυμάτων ὑπερβολῇ. Οὐ γὰρ ἂν ἀργοὶ διέμειναν, εἰ ἐπίστευσαν. Ἡ δὲ Μαγδαληνὴ συμπορευομένη τῇ Θεοτόκῳ, καὶ πρὸς τὴν ἀπαγγελίαν ὁμοίως ἐπειγομένη, πέπονθέ τι καὶ ἀνθρώπινον· καὶ ὥσπερ ὁ Πέτρος ὑπὸ Ἡρώδου συλληφθεὶς, καὶ διὰ τοῦ ἀγγέλου τῶν ἀλύσεων λυθεὶς αὐτομάτως, καὶ τῆς φυλακῆς ἔξω γενόμενος, καὶ ἐπιπολὺ βαδίσας, ὡς καὶ τὴν τῆς πόλεως πύλην διελθεῖν, ἀληθὲς οὐκ ᾤετο τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐνόμιζεν ὅραμα βλέπειν· οὕτω καὶ αὕτη τὴν ὑπερβολὴν τοῦ θαύματος οἱονεὶ ἄκαιρόν τινα λογισαμένη, καὶ ἅμα τῶν φυλάκων ἐπιφθασάντων καὶ ἀρξαμένων μετὰ τῶν ἀρχιερέων τὴν συκοφαντίαν ὑφαίνειν κατὰ τῆς ἀναστάσεως· αἰσθομένη πάντως τοιούτου τινὸς ἐπιψιθυριζομένου, τοὺς τῆς ἀμφιβολίας παρεδέξατο λογισμοὺς, καὶ τῆς ἀπαγγελίας ὀλιγωρήσας, καὶ τοῦ σωτηρίου προστάγματος, πρὸς τὸν τάφον ἐχώρει πρωῒ, *σκοτίας ἔτι οὔσης*, ὡς Ἰωάννης φησίν. Ὥσπερ γὰρ συνεχώρησεν ὁ Κύριος τὸν Θωμᾶν ἐξ ἀπιστίας εἰπεῖν, *Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω*· καὶ διὰ τῆς ἐκείνου πολυπράγμονος ἀπιστίας καὶ ἐπαφῆς, ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν ἐβεβαιώθημεν, ἐν ᾧ σώματι πέπονθεν, ἐν αὐτῷ καὶ ἐγηγέρθαι πιστεύσαντες τὸν Ἐμμανουὴλ, τοὺς τῆς δοκήσεως μύθους ἀποπεμψάμενοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν πρὸς ἀπιστίας ὑπονοστήσασαν, καὶ μεγαλευχερῶς τοῦτο παθοῦσαν (οὐκ ἄδηλον γὰρ τὸ τῆς γυναικείας εὐόλισθον φύσεως), συνεχώρει διὰ τῆς περιέργου ζητήσεως, πιστότερον ἐργάσασθαι τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως, πίστεως ὑπάρχον πέρα καὶ παντὸς λογισμοῦ. Καὶ μετὰ ταῦτα τῆς ἀμφιβόλου διανοίας ἐλθοῦσα, καὶ ἰδοῦσα μόνον τὸν λίθον ἀποκυλισθέντα

A inquit, ut mandata referrent discipulis, *ecce quidam de custodia in urbem venerunt, ac renuntiaverunt principibus sacerdotum omnia, quæ acciderant. Atque illi coacti, unaque cum senioribus habito consilio satis magnam pecuniam dederunt militibus dicentes : Dicite, quod discipuli ejus nocte venerint, et subripuerint cum vobis dormientibus. Et si hoc delatum fuerit ad præsidem, nos persuadebimus ei, et vos securos reddemus. Illi autem accepta pecunia, fecerunt quemadmodum erant edocti : et divulgatus est hic rumor apud Judæos usque in hodiernum diem* [4].

Atque altera quidem Maria (hanc autem Deiparam fuisse credere consentaneum est : quoniam nec a passione quidem abfuit, sed stabat juxta B crucem, ut Joannes memoriæ prodidit [5], quam etiam decebat ea, quæ ad gaudium pertinebant, annuntiare, ut quæ radix gaudii esset, ac præclare audivisset illud, *Ave, gratia plena, Dominus tecum* [6]), mandatum Domini exsequens discipulis omnino exposuit. Non enim fas erat non adimpleri id, quod ita clare dispositum, administratum, et præceptum erat, tametsi non crederent qui audiebant. Quoniam hoc quoque sæpe accidere solet, dum immensa miracula annuntiantur. Neque enim otiosi permansissent, si credidissent. At Magdalenæ una cum Deipara abeunti et similiter ad annuntiandum properanti accidit quiddam more humano : et quemadmodum Petrus ab Herode comprehensus, et per angelum solutis ultro C catenis ex custodia eductus, multumque spatii progressus, quo ad portam quoque urbis transiisset, non putabat verum esse quod agebatur, sed visionem se videre existimabat : ita etiam hæc cum excellentiam miraculi veluti importunum et intempestivum quiddam esse reputaret, et simul, posteaquam custodes antevertissent, et cum pontificibus cœpissent texere calumniam adversus resurrectionem, prorsus tale quiddam subsusurrari sensisset, ambiguitatis ac dubitationis cogitationes admisit : neglectaque renuntiatione atque salutari mandato, ad sepulcrum tendebat mane, *Cum adhuc tenebræ essent*, ut Joannes ait [7]. Quemadmodum enim permisit Dominus, ut ex incredulitate Thomas diceret, D *Nisi videro in manibus ejus vestigium clavorum, et mittam digitum meum in vestigium clavorum, mittam item manum meam in latus ejus, non credam* [8] : ac per curiosam illius incredulitatem et contrectationem, nos in eam fidem confirmati sumus, ut omissis opinionum ac suspicionum fabulis, quo corpore passus est, eodem etiam resuscitatum esse credamus Emmanuelem : eodem modo Mariam quoque Magdalenam ad incredulitatem reversam, cum hoc etiam facilius ei accidisset (non ignota est enim muliebris sexus fragilitas et facilitas ad lapsum), per curiosam et supervacuam inquisitionem, miraculum resurrectio-

[4] Matth. xxviii, 11-15. [5] Joan. xix, 25. [6] Luc. i, 28. [7] Joan. xx, 1. [8] ibid. 25.

A nis, quod omnem fidem cogitationemque superat atque excedit, credibilius efficere permittebat. Cum hac igitur ambigua mente accedens, cum lapidem duntaxat ab ostio monumenti revolutum vidisset, angelum autem non amplius super eo, ut paulo ante, sedentem; ab incredulitate vinci se passa est, imaginationem et alienationem mentis ex pavore repentino contractam esse existimans id, quod prius viderat, idque non pro vero, sed pro falso ducebat: cumque accurrisset ad Petrum et ad alium discipulum, quem diligebat Jesus, clamabat, dicens: *Sustulerunt Dominum ex monumento, et nescio ubi posuerint eum* [9].

τῆς θύρας τοῦ μνήματος, οὐ μὴν ἄγγελον ἐπ' αὐτῷ καθάπερ ἤδη καθήμενον, δέδωκε τῇ ἀπιστίᾳ τὸ κρατεῖν, φαντασίαν οἰηθεῖσα τὴν θέαν καὶ ἔκστασιν, καὶ οὐχ ὡς ἀληθῆ, ἀλλ' ὡς ψευδῆ· καὶ δραμοῦσα πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἐφίλει Ἰησοῦς, ἐβόα λέγουσα· *Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.*

Vides quod cum ex iis quæ post relationem custodum noctu apud Judæos conficta erant, aliquid tale ad aures ejus pervenisset, mente immutata atque depravata est: B ac putavit adversarios furatos esse corpus Jesu, ut furtum in apostolos conferrent. At Petrus et Joannes sine mora surrexerunt, et ad sepulcrum cucurrerunt. Non enim novum et inopinatum erat quod dicebatur, ut, quod ad resurrectionem attinet, fidem non haberent: imo vero etiam credibile et non discordans et alienum erat a malitia Judaica. Intrepide autem et absque metu id agebant, cum silentium esset, tenebris nondum discussis, Deoque fiduciam eis atque animi præsentiam subministrante. Sed cum eo venissent, manifesta atque evidentia signa resurrectionis invenerunt. Vident enim in sepulcro linteamina jacentia: quod nequaquam accidisset, si corpus furto sublatum fuisset. Primum enim furibus mos est vestes detrahere atque spoliare: C deinde admodum celeriter committere furtum, ne in ipso facinore deprehensi pessime mulctentur. De corpore autem Jesu in hunc fere modum scripsit Joannes: *Obvinxerunt eum linteis cum aromatibus, prout mos erat Judæis sepelire* [10]. Quomodo igitur non multi negotii res furantibus fuisset vincula solvere, corpusque nudare linteaminibus, quæ jam adhæsissent, et facile avelli non potuissent, ac priusquam detracta essent rumperentur? Mistura enim aloes et myrrhæ, quam attulerat Nicodemus, conserta et implicata erant. Quin etiam sudarium, quod fuerat in capite ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum, nullius trepidationis, quasi furto sublatum D corpus fuisset, indicium erat. Qui enim otium, talisque securitas furibus fuisset, ut tegumentum etiam capitis apte involverent, et separatim deponerent? Itaque hoc etiam manifesto veritatem resurrectionis ostendebat: simul autem etiam mysterium a divina majestate haud alienum innuebat: nimirum quod caput deitatis locum obtinens (juxta illud, *Caput Christi Deus* [11]) et qui de eo exstant sermones, manent circa carnis humanæ assumptionem quasi involuti atque indissolubiles: etiamsi inferiora, quæ circa dispositionem et administrationem, quam in carne peregit, et circa eam, quam cum hominibus in terra conversationem habuit (quarum rerum figura, linteamina

Ὁρᾷς ὡς ἐκ τῶν λογοποιηθέντων νύκτωρ παρὰ Ἰουδαίοις μετὰ τὴν τῶν φυλάκων παραγγελίαν περιηχ[ηθ]εῖσά τι τοιοῦτον, παρηνέχθη τὸν λογισμόν· καὶ ᾠήθη τοὺς ἐναντίους κλέψαι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν κλοπὴν τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφημίσωσι. Πλὴν ὁ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἑτοίμως διανέστησαν, καὶ ἐπὶ τὸν τάφον ἔδραμον. Οὐ γὰρ ἦν παράδοξον τὸ λεγόμενον, ἵν' ὡς ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστήσωσι· μᾶλλον δὲ καὶ πιστὸν καὶ οὐκ ἀπᾷδον τῆς Ἰουδαϊκῆς κακουργίας. Ἀφόβως δὲ τοῦτο ἐποίουν, καὶ ἡσυχίας ὑπαρχούσης καὶ ἔτι σκότους ὄντος, καὶ πρὸς τοῦ Θεοῦ τὸ θαῤῥεῖν λαβόντες. Ἀλλὰ ἐλθόντες εὗρον ἐναργῆ τὰ σημεῖα τῆς ἀναστάσεως. Ὁρῶσι γὰρ ἐν τῷ μνήματι τὰ ὀθόνια κείμενα· τοῦτο δὲ οὐκ ἄν ποτε ἐγένετο, κλαπέντος τοῦ σώματος. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῖς κλέπταις φίλον τὸ λωποδυτεῖν· ἔπειτα δὲ, τὸ ταχέως ἐνεργεῖν ἄγαν τὴν κλοπὴν, ἵνα μὴ φωραθῶσι καὶ τὰ πάνδεινα πάθωσι. Περὶ δὲ τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ γέγραφεν ὁ Ἰωάννης ὧδέ πως· *Ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν.* Πῶς οὖν οὐκ ἐργῶδες τοῖς κλέπτουσι τὸ λύειν τοὺς δεσμοὺς, καὶ τὸ σῶμα τῶν ὀθονίων ἀπογυμνοῦν, προσκεκολλημένων καὶ δυσαποσπάστως ἐχόντων, καὶ πρὶν ἀπαμφιασθῆναι ῥηγνυμένων; Μίγματι γὰρ ἀλόης καὶ σμύρνης συνεπλέχησαν, ὅπερ ἐκόμισε Νικόδημος. Ἀλλὰ καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον, οὐδένα θόρυβον ὡς ἐπὶ κλεπτῶν ἐδήλου λαβόντων τὸ σῶμα. Ποῦ γὰρ σχολὴν εἶχον οἱ κλέπται καὶ τοιαύτην ἄδειαν, ὡς καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα κατὰ τάξιν εἱλεῖν καὶ τιθέναι χωρίς; Ὥστε καὶ τοῦτο συνίστησι σαφῶς τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀλήθειαν· ἅμα δὲ καὶ μυστήριον παρεδήλου θεοπρεπὲς, ὡς ἡ κεφαλὴ τῆς θεότητος τάξιν ἐπέχουσα (κατὰ τὸ, *Ἡ κεφαλὴ τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεός*), καὶ οἱ περὶ αὐτῆς λόγοι μένουσι καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν οἱονεὶ ἐνειλημ[μ]ένοι καὶ ἀδιάλυτοι· κἂν τὰ κάτω τὰ περὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς μετὰ ἀνθρώπων ἀναστροφὴν (ὧν τύπος ἦν τὰ ὀθόνια), κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν διαλέλυταί τε καὶ ἐψηλάφηται. Καὶ ταῦτα ἰδόντες οἱ περὶ τὸν Πέτρον ἐπίστευσαν, οὐχ ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ κρείττονι νῷ καὶ ἀποστολικῷ θεασάμενοι. Πλήρης γὰρ ἦν ὁ τάφος φωτὸς, ὥστε καὶ νυκτὸς οὔσης ἔτι, διπλῶς θεάσασθαι τὰ ἔνδον, καὶ αἰσθητῶς καὶ πνευματικῶς. Εἰ γὰρ φῶς δικαίοις, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διὰ παντὸς, πολλῷ μᾶλλον

[9] Joan. XX, 13. [10] Joan. XIX, 40. [11] I Cor. XI, 3.

τῷ τῶν δικαίων Θεῷ. *Οὐκ ἐπίστευσαν δὲ*, φησὶν, *ἐπεὶ μηδέπω ᾔδεισαν τὴν Γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.* Καὶ μὴν ᾔδεισαν τοῦ Σωτῆρος αὐτοῖς πολλάκις προειρηκότος, ὡς ἀναστήσεται· ἀλλ' οὐχ ὡς ἀπὸ τῆς Γραφῆς πεπεισμένοι καὶ τῶν ἐκεῖθεν φερομένων χρησμῶν (οὓς μὴ ἐκβῆναι τῶν ἀδυνάτων ἦν), ἀλλ' ἔτι περὶ τὴν πίστιν ὀκλάζοντες.

Παρίστησι δὲ τὸ γυμνὸν τὸν Ἰησοῦν ἀναστῆναι, τῶν ὀθονίων χωρὶς, τὸ μηδαμῶς αὐτὸν ἔτι κατὰ σάρκα γνωσθήσεσθαι τροφῆς ἢ ποτοῦ δεηθησόμενον, ἢ ἐνδυμάτων περιβολῆς. Εἰ καὶ τὴν οἰκονομίαν πληρῶν, τούτοις ἑκὼν ὑπέθηκεν ἑαυτὸν, ὡς τῆς αὐτῆς φύσεως κοινωνήσας ἡμῖν, ἔπειτα δὲ δηλοῖ καὶ τὴν τοῦ Ἀδὰμ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν, ὅτε γυμνὸς ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ καὶ οὐκ ᾐσχύνετο. Λοιπὸν γὰρ ὡς Θεὸς, εἰ καὶ σεσαρκωμένος, δόξῃ τῇ θεοπρεπεστάτῃ περιεβέβλητο, αὐτὸς ὢν ὁ ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, ᾗ φησιν ὁ προφήτης Δαβίδ. Ἀλλ' ὁ μὲν Πέτρος καὶ Ἰωάννης πιστωθέντες ἐκ τῶν τεθεαμένων, ἀνεχώρουν οἴκαδε· τῇ Μαρίᾳ δὲ εἶπον οὐδέν. Ὠκονόμει γὰρ ὁ μόνος σοφὸς, ὡς ἀπιστοῦσαν ἐκ θέας αὐτὴν προσάγεσθαι μᾶλλον, ἢ ἀκοῆς. *Εἱστήκει* τοίνυν *πρὸς τῷ μνήματι ἔξω κλαίουσα, καὶ παρακύψασα εἶδεν ἀγγέλους δύο λευκοὺς καὶ φαιδροὺς τῇ στολῇ, καθεζομένους ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ*· καὶ δέον τὸν ὀδυρμὸν εἰς εὐφροσύνην μεταβαλεῖν, τῶν δακρύων οὐκ ἔληγεν, ὥστε τοὺς ἀγγέλους οἱονεὶ μετ' ἐπιτιμήσεως εἰπεῖν· *Γύναι, τί κλαίεις;* ὡσανεὶ ἔλεγον· Γυναικεῖα ταῦτα τὰ δάκρυα, οὐκ εὔφρονος νοῦ. Ποῦ γὰρ χώραν ἔχει τὸ μετὰ τοιαύτην θέαν ὀδύρεσθαι; Κἀκείνη τῆς αὐτῆς ἀπιστίας ἐχομένη (παρετείνετο γὰρ τὸ πάθος, ἵνα τοῖς κατὰ μικρὸν προστιθεμένοις εἰς πίστιν τελείως ἐκκαθαρθείη), πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὅτι *Ἦραν τὸν Κύριόν μου ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι Ἰησοῦς ἐστι*· τοῦτο μὲν ἐκ τῶν δακρύων ἐπισκοτουμένη, καὶ οἷον ἀχλύϊ βεβαρημένη, τοῦτο δὲ τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομοῦντος τὸ μὴ γνωσθῆναι αὐτῇ· διὸ καὶ εἶπε· *Γύναι, τί κλαίεις; Τίνα ζητεῖς; Ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ· Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ ἔθηκας αὐτὸν, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ.* Τάχα δὲ οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος κηπουρὸν ὑπέλαβεν εἶναι τὸν Ἰησοῦν· τῷ ὄντι γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ παραδείσου γεωργὸς ἀληθὴς καὶ ἀθάνατος, ἐν τῷ τοῦ μνήματος κήπῳ καθάπερ ἐν τῷ παραδείσῳ τὴν γυναῖκα, τὴν ἐξ ἀπιστίας τὸν Ἀδὰμ τὸν πρῶτον κηπουρὸν ἀπατήσασαν, διορθούμενος. Οὕτως οὖν ἅπαντα μυστηριώδη, καὶ λόγων ἔμπλεα θειοτέρων καὶ ὑψηλῶν.

A erant) acciderunt, quantum ejus fieri potuit a nobis dissoluta atque contrectata sint. Atque his visis Petrus et comes ejus crediderunt, cum non simpliciter solum, verumetiam præstantiori mente ac sensu apostolico rem spectassent. Plenum enim luminis erat sepulcrum, ut etiamsi nox adhuc esset, dupliciter tamen, tum sensibiliter, tum spiritualiter viderent ea quæ intus erant. Nam si lux justis perpetuo, prout scriptum est, multo magis justorum Deo. *Non crediderunt autem*, inquit, *quia nondum noverant Scripturam, quod oporteret eum a mortuis resurgere* [12]. Atqui sciebant, quia Servator eis sæpe prædixerat, quod resurrecturus esset: sed non tanquam a Scriptura, atque inde petitis oraculis (quæ fieri non poterat, quin evenirent) adducti, sed tanquam circa fidem adhuc labascentes atque claudicantes.

B Cæterum quod nudus Jesus absque linteaminibus resurrexit, significat eum nequaquam posthac cibi potusve, aut indumentorum gestaminis atque operimenti egentem in carne cognitum iri. Et si id, quod decretum, dispositum ac destinatum erat, exsequens et administrans sponte sua se his rebus subjecit, ut qui ejusdem nobiscum naturæ particeps esset: deinde significat etiam Adami in pristinum statum restitutionem, in quo nudus erat in paradiso, et non erubescebat. Nam de cætero tanquam Deus, licet incarnatus, gloria, quæ Deum maxime decet, circumdatus erat, cum ipse sit is, qui lumine tanquam pallio induitur, ut inquit propheta David [13]. Ac Petrus quidem et Joannes, fide ipsis ex iis quæ viderant facta, domum reverte- C runt; Mariæ vero nihil dixerunt. Curabat enim et operam dabat is, qui solus sapiens est, ut fidem non habens per ea quæ videret potius, quam quæ audiret, ad credendum adduceretur. *Stabat* igitur *juxta monumentum foris plorans, et cum inclinasset se, vidit angelos duos veste candida insignes et illustres, sedentes unum ad caput, alterum ad pedes, ubi jacuerat corpus Jesu* [14]: et cum lamentationem lætitia commutare oporteret, lacrymari non desistebat, adeo ut angeli quasi cum increpatione dicerent: *Mulier, quid fles?* perinde ac si dicerent: Muliebres hæ sunt lacrymæ, non læti animi. Qui enim locum habet lamentatio post tale spectaculum? Atque illa in eadem incredulitate perseverans (prorogabatur enim et extendebatur per- D turbatio, ut per ea quæ paulatim adjiciebantur, ad credendum perfecte expurgaretur) ad eos dixit: *Sustulerunt Dominum meum ex monumento, et nescio ubi posuerint eum. Atque hæc locuta conversa est retrorsum, et videt Jesum stantem, nec sciebat quod Jesus esset.* Partim quod præ lacrymis offusa tenebris, et quasi caligine gravata esset; partim quod etiam Jesus interea rem ita disponeret, ut ab ea non agnosceretur. Quamobrem etiam dixit: *Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quod hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu asportasti eum, dic mihi, ubi posueris eum, atque ego eum tollam.* Forsitan autem non abs re, neque extra decorum, hortulanum esse putabat Jesum: sane enim ipse verus et immortalis agricola paradisi erat, in horto monumenti, sicut in paradiso mulierem, quæ Adamum primum hortulanum per-

[12] Joan. xx, 9. [13] Psal. ciii, 2. [14] Joan. xx, 11 sqq.

incredulitatem deceperat, lapsam corrigens atque emendans. Sic igitur universa mysteriorum plena, rationibusque divinis ac sublimibus referta sunt.

Cæterum cum hæc dixisset Maria, et circa scru- A tationem corporis sollicita hæreret, ac jam etiam magis conversa esset ut abiret, satis territam et exanimatam conspicatus is, qui penetrat usque ad divisionem animæ atque spiritus, artuum quoque ac medullarum [15], qui judicare quoque scit de cogitationibus cordis ac mentis agitationibus, unica voce incredulitatem exemit, visumque mulieris acuit ad agnitionem, cum dixisset solum ut ipse sciebat, cum redargutione et motu ad reverentiam, *Maria*. Atque illa extemplo conversa, et *Rabouni*, quod dicitur *magister*, eum appellabat, et divinos illos pedes conabatur apprehendere: et audivit, *Ne me tangas. Nondum enim ascendi ad Patrem meum:* hoc, inquit, donum jam consecuta, quæ una cum altera Maria et contrectasti me et adora- B visti, pedesque tenuisti, contempsisti adeo ut etiam non credideris, ac nihil magnum de me in animo concepisti, sed adhuc circa monumentum quærebas, qui divinitus supra apud Patrem eram. Ac nunc ne me attingas, si eadem mentis agitatione ad Patrem ascensionem deesse mihi existimas. *Nondum enim*, ut tu cogitas, *ascendi ad Patrem meum; sed vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum, ac Deum vestrum.* Quoniam, inquit, secundum carnem primogenitus fui inter multos fratres, non mihi nunc, sed vobis fratribus, corporaliter ascendam ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum, ac Deum vestrum. Nisi enim Deus meus C appellatus esset, cum innocentiam humanæ naturæ, propterea quod, sicut in principio generis, peccatum ignorabam, in me vidit: vester Pater vel Deus, utpote eorum qui ab eo abalienati eratis, appellatus non esset. Quapropter etiam Paulus Hebræis scribens dicebat: *Non enim in manufacta sancta introivit Christus, ad similitudinem facta verorum: sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis* [16]. Venit igitur Magdalena Maria, et annuntiat discipulis, quod vidisset Dominum qui hæc dixisset sibi. Cum venisset autem, atque ea annuntiasset, rursus invenit Mariam Jacobi, et Joannam, et alias nonnullas cum ipsis, cum apparatu aromatum et unguentorum ad sepulcrum properantes [17], discussis tenebris, ac profundo dilu- D culo (hoc est, justo ac vero, et nunc primum incipiente), ut inquit Lucas [18], et adjungens se una cum eis ibat, ac propter ardens erga Jesum desiderium dux earum videbatur, ac propter hanc claritatem, quam ex facto adepta est, prima apud evangelistas numeratur. Cupiebat enim etiam illis non ex iis, quæ ab sese et ab altera Maria audivissent, sed ex illis ipsis, quæ vidissent, vel angelorum præsentia fidem fieri resurrectionis: et erat cum eis prudenter ac dedita opera tacens, nihilque di-

A Ἀλλὰ ταῦτα τῆς Μαρίας εἰπούσης, καὶ περὶ τὴν ἔρευναν ἐπτοημένης τοῦ σώματος, καὶ μᾶλλον ἐπιστραφείσης, ὥστε καὶ πορευθῆναι, βασανισθεῖσαν ἱκανῶς θεασάμενος ὁ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας· φωνῇ μιᾷ τὴν ἀπιστίαν ἐξέκοψε, καὶ τὸ βλέμμα τῆς γυναικὸς ὤξυνε πρὸς ἐπίγνωσιν, εἰπὼν μόνον, ὡς αὐτὸς ἐγίνωσκε, ἐντροπικῶς· *Μαριάμ.* Καὶ παραχρῆμα ἐπιστραφεῖσα, καὶ, *Ῥαββουνὶ*, προσηγόρευσεν, ὃ λέγεται, *Διδάσκαλε*, καὶ τῶν θείων ποδῶν ἐκείνων ἐζήτει λαβέσθαι, καὶ ἤκουσε· *Μή μου ἅπτου. Οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου.* Ταύτης, φησὶν, ἤδη τῆς φωνῆς τυχοῦσα τῆς δωρεᾶς, καὶ ἀψαμένη μου μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας, καὶ προσκυνήσασα, καὶ B τοὺς πόδας κρατήσασα κατηφρόνησας, ὡς καὶ ἀπιστῆσαι, καὶ οὐδὲν μέγα διενοήθης περὶ ἐμοῦ, ἀλλ' ἔτι περὶ τὸ μνῆμα ἐζήτεις τὸν ἄνωθεν θεϊκῶς πρὸς τὸν Πατέρα ὑπάρχοντα. Καὶ νῦν μή μου ἅπτου, εἰ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἀναβῆναι νομίζεις ἐλλείπειν μοι. *Οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα* κατὰ σὲ *πρὸς τὸν Πατέρα μου· πλὴν πορεύου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.* Ἐπειδὴ γέγονα, φησὶ, κατὰ σάρκα πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, οὐχ ἐμαυτῷ νῦν, ἀλλ' ὑμῖν τοῖς ἀδελφοῖς, σωματικῶς ἀναβήσομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. Εἰ μὴ γὰρ ἐμοῦ Θεὸς C ἐχρημάτισας, ἐν ἐμοὶ τὸ ἄμωμον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως διὰ τὸ ἀγνοεῖν ἁμαρτίαν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους ἰδὼν, οὐκ ἂν ὑμῶν ἐκλήθη Πατὴρ, ἢ Θεὸς τῶν ἀπηλλοτριωμένων αὐτοῦ. Διὸ καὶ Παῦλος Ἑβραίοις ἐπιστέλλων ἔλεγεν· *Οὐ γὰρ χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐ[μ]φανισθῆναι τῷ προσώπῳ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.* Ἔρχεται οὖν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ. Παραγενομένη δὲ καὶ ἀπαγγείλασα, πάλιν εὑρίσκει Μαρίαν τὴν Ἰακώβου, καὶ Ἰωάνναν, καὶ ἄλλας σὺν αὐταῖς μετὰ παρασκευῆς ἀρωμάτων καὶ μύρων πρὸς τὸν τάφον ἐπειγομένας, τοῦ σκότους ὑποχωρήσαντος, καὶ ὄρθρου βαθέος ὄντος (τουτέστιν, ἀκριβῶς, καὶ ἄρτι πρῶτον ἀρξαμένου), καθώς φησιν ὁ Λουκᾶς, καὶ ἀναμίξασα ἑαυτὴν σὺν D αὐταῖς, ἐπορεύετο, διὰ τὸ θερμὸν τοῦ πόθου τοῦ περὶ τὸν Ἰησοῦν, ἐξάρχειν αὐτῶν δοκοῦσα, καὶ πρώτη παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ἀριθμουμένη, διὰ τὸ ἐντεῦθεν ἐπίσημον. Ἐπεθύμει γὰρ καὶ αὐτὰς, οὐκ ἐξ ὧν παρ' αὐτῆς καὶ τῆς ἄλλης Μαρίας ἤκουον, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς θείας, ἢ ἀγγέλων ἐπιστασίας πιστωθῆναι πρὸς τὴν ἀνάστασιν· καὶ συνῆν αὐταῖς συνετῶς σιωπῶσα, καὶ μηδὲν λέγουσα διαπορευομέναις, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀναμένουσα Μαρίαν, καὶ πιστεύουσα καὶ αὐταῖς αὐτοῖς ὄμμασιν ἰδίαν τινὰ πληροφορίαν δοθήσεσθαι. Καὶ δὴ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμέ-

[15] Hebr. IV, 12. [16] Hebr. IX, 24. [17] Luc. XXIV, 10 sqq.; Marc. XVI, 1 sqq. [18] Luc. XXIV, 1.

νεν ἰδοῦσαι τοῦ μνήματος, ἔνδον ἐγένοντο, καὶ οὐχ A εὑροῦσαι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπορούμεναι, βλέπουσιν ἐπιστάντας αὐταῖς ἄνδρας δύο ταῖς στολαῖς ἐξαστράπτοντας, καὶ ἤκουον παρ' αὐτῶν· *Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὑποστρέψασαι, φησὶν, ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.

cens, cum admirantes atque dubitantes eam interrogaret; sed exspectabat rerum gestarum testimonium, et credebat fore ut etiam illis sigillatim certa fides plenaque persuasio per oculorum fieret inspectionem. Itaque cum lapidem a monumento revolutum vidissent, ingressæ sunt, et non invento corpore Jesu, anxiæ atque hæsitantes vident astantes sibi viros duos stolis quasi effulgurantes: a quibus audiverunt: *Quid quæritis viventem cum mortuis? non est hic, sed surrexit* [19], etc. Et reversæ, inquit, a monumento nuntiaverunt hæc omnia undecim illis viris, et cæteris omnibus.

Ἀλλ' ὡς πλῆθος ὄντες, μᾶλλον ἠπίστησαν καὶ τὸ ἀπαγγελθὲν ἔσκωψαν καὶ διέπτυσαν. Ἐφάνησαν γὰρ ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς, ὥστε τὸν Πέτρον πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν διαναστάντα, καὶ ἠρέμα πως καὶ αὐτὸν θορυβηθέντα καὶ B σαλευθέντα, πάλιν ἐπὶ τὸ μνημεῖον δραμεῖν καὶ παρακύψαι, καὶ ἰδεῖν πάλιν τὰ ὀθόνια κείμενα, ἅπερ εἰσελθὼν ἤδη καὶ θεασάμενος ἀκριβέστερον, ὅθεν ἀρκεσθεὶς τῷ παρακύψαι μόνον, καὶ μηδὲν ἰδὼν ἀλλοιότερον, ἀπῆλθε θαυμάζων καὶ ἐκπληττόμενος τὸ γεγονὸς, καὶ δοξάζων τὸν ταῦτα οἰκονομήσαντα. Καὶ πάλιν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καθάπερ ταῖς περὶ Ἰωάννην ὄρθρου βαθέος συνεπορεύθη φερούσαις ἃ ἦσαν ἑτοιμάσασαι πρὸ τοῦ Σαββάτου μύρα τε καὶ ἀρώματα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῇ Σαλώμῃ, ξένῃ γυναικὶ παρὰ τὰς ἄλλας τὰς ὠνομασμένας, βραδέως μὲν, ὠνησαμένῃ δὲ ὅμως ἀρώματα, ἀλλὰ μετὰ τὸ Σάββατον, ἀόκνως μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας συνέτρεχε, παραλαβοῦσα καὶ Μαρίαν τὴν Ἰακώβου μεθ' C ἑαυτῆς, ὥστε καὶ τῇ ἀγορασίᾳ τῶν ἀρωμάτων κεκοινωνηκέναι δοκεῖν. Κοινωνήσασαι γὰρ τῆς ὁδοῦ, τὸ πᾶν κοινῶς ἐλογίσαντο σπούδασμα· *Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς Σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνῆμα*. Ἔτι τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων ἐμφέρεται δηλοῦν, ὡς πρὸς ταῖς ἤδη γεγενημέναις, καὶ αὕτη τῶν γυναικῶν ἡ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἄφιξις γέγονεν. Τὸ δὲ, *Λίαν πρωῒ*, σαφηνίζων ὁ Μάρκος, *Ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου*, προσέθηκεν. *Καὶ ἔλεγον*, φησὶ, *πρὸς ἑαυτάς· Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος. Ἦν γὰρ μέγας σφόδρα*. Τῆς γὰρ Σαλώμης δικαίως ἀπορουμένης, ὡς τὸ παράπαν μὴ ἐπιδημησάσης τῷ τάφῳ, καὶ ταῦτα πρὸς τὰς συμβαδιζούσας λεγούσης, ἐκεῖναι σιωπὴν ἄγουσαι D κατὰ τὸν εἰρημένον ἀνωτέρω τρόπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄρασαι, τῷ βλέμματι τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσαντο· καὶ γὰρ ὁ λίθος ἀποκεκυλισμένος ὑπ' ὄψιν ἐφαίνετο. Διὰ δὲ τὴν κοινὴν καὶ μίαν ὁδοιπορίαν πρὸς ἀλλήλας αὐτὰς ἠπορηκέναι καὶ διειλέχθαι γέγραπται, τῇ ἀληθείᾳ τῆς ἱστορίας καὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἡμῶν προσεχόντων, καὶ διακρινόντων τίνος ἴδιον ὑπῆρχε τὸ διαπορεῖν. Τὰς γὰρ ἤδη πολλάκις ἀποκεκυλισμένον θεασαμένας τὸν λίθον, περὶ τούτου φροντίζειν ἀπίθανον. Ἀλλ' ἐπειδὴ ταῖς παρὰ τῷ Μάρκῳ ταύταις γυναιξὶν, ἀγνοοῦν τὸ τῆς Σαλώμης ἐμφέρεται πρόσωπον, ἀμάχως ὁ λόγος ἔχει τὸ πιθανόν. Ἐπεὶ κἀκείνων οὐκ ἀκόλουθον τὸ λέγειν· *Τίς ἀποκυλίσει*

Sed ut erant vulgus et multitudo confusa, magis ad incredulitatem deflexerunt, atque id quod relatum erat, cavillabantur, respuebant et aversabantur. Videbantur enim verba earum quasi deliramenta, neque fidem illis habebant, adeo ut Petrus etiam ipse paulatim propter illorum incredulitatem aliquo modo perturbatus et fluctuans surrexerit, ac rursus ad monumentum cucurrerit, atque prospiciens iterum quoque viderit linteamina jacentia, quæ jam antea ingressus plenius et exactius inspexerat, unde solum prospexisse contentus, ac nihil a priore statu immutatum conspicatus, abiit consternatus et admirans id quod acciderat: ac glorificans eum qui hæc ita ordinasset et administrasset. Ac Maria Magdalena rursus, quemadmodum una cum iis, quæ cum Joanna erant, mulieribus portantibus quæ ante Sabbatum præparaverant, unguenta atque aromata, profundo diluculo profecta erat: ita cum Salome quoque muliere peregrina, quæ præter nominatas licet tarde, emerat tamen aromata, sed post Sabbatum, eadem mente impigre currebat, assumpta secum etiam Maria Jacobi, ita ut etiam in coemptione aromatum sociæ fuisse videantur. Cum enim sociæ essent itineris, totam rem gestam commune studium esse existimabant: *Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum* [20]. Præterea in exactioribus ac plenioribus exemplaribus continetur id, quod significatur, præter jam factas visitationes etiam hunc mulierum ad monumentum contigisse accessum. Quid autem λίαν πρωῒ, id est, *valde mane*, hic explicans Marcus, adjecit, *orto sole*. *Et dicebant*, inquit, *ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? et sublatis oculis vident lapidem revolutum. Erat enim magnus valde*. Cum enim Salome merito dubitaret, ut quæ omnino ad sepulcrum non accessisset, atque hæc ad comites suas diceret, illæ tacentes, prout superius dictum est, cum sustulissent oculos, aspectu ipso responsum dederunt: etenim lapis revolutus in conspectu apparebat. Quoniam autem una ibant, et commune eis iter erat, idcirco inter se dixisse ac dubitasse scriptum est, si rerum naturam atque historiæ veritatem consideremus, ac discernamus, cujus earum proprium fuerit dubitare. Nam eas, quæ jam sæpe lapidem revolutum vidissent, de hoc sollicitas esse, probabile non erat. Sed quoniam inter has mulie-

[19] Luc. xxiv, 5. [20] Marc. xvi, 2 sqq.

res, de quibus est apud Marcum, persona Salome ignara infertur, absque controversia, oratio probabilis ac verisimilis est. Nam nec illas consentaneum est dixisse, *Quis revolvet nobis lapidem*, propterea quod Judæi obsignassent aditum sepulcri, adhibita custodia militum, et tertius dies instaret. Dixerant enim scelerati illi ad Pilatum : *Recordati sumus, quod impostor ille dixit, cum adhuc viveret : Post tres dies resurgam* [21]. Si mulieres igitur sciebant miraculum, quod per angelum factum erat, et quod lapis remotus esset, et custodes expavefacti mortuisque similes facti recessissent, quomodo sollicitæ et anxiæ de revolutione lapidis erant ? Sin autem miraculum ignorabant, custodiam militum considerare ac non de aperiendo monumento cogitare oportebat. Verum, ut dixi, Salome et hoc ignorabat, et ipsius solius ea verba erant. Nam Maria Magdalena atque altera Maria cum sedissent e regione sepulcri, quemadmodum memoriæ prodidit Matthæus [22], magnoque studio atque industria assidentes id egissent, tum signacula Judæorum, tum armatorum custodiam oculis suis conspexerant. Ingressa autem Salome cum utraque Maria, viderunt juvenem sedentem a dextris, amictum stola candida, et expaverunt omnes [23] : hæc quidem, quod fide indigeret, ac magis humano more affecta esset : illæ vero quod sæpius ad monumentum venissent, curioseque ac supra quam necesse atque opus esset, deinceps explorare atque investigare resurrectionem viderentur. Nam idcirco etiam juvenis apparuit, qui magnitudine perterrefacere ac metum injicere posset, ac terrori alacritatem et lætitiam miscens, per candorem stolæ, cum propter diem scilicet festum, tum ne metu obticescerent, acerbius eas alloquitur, castigans verbis et admonens, ne post tot spectationes curiosæ essent, sed potius firmæ manerent in iis, quæ vidissent : *Ite* enim, inquit, *dicite discipulis ejus et Petro* (discipulis quidem, utpote iis qui sæpe non crediderunt : Petro vero, ut qui iterum eadem vobiscum curiositate adductus ad monumentum venit) *quod præcedet vos in Galilæam : ibi eum videbitis sicut dixit vobis* [24], vobis mulieribus *sero Sabbatorum*, ea die quæ lucescit in primam Sabbatorum, ut Matthæus [25] conscripsit. Discipulis enim nunquam apparet cum dixisse, quod post resurrectionem ipsis in Galilæa appariturus esset, nisi forte quis illud dixerit, quod et Matthæus, et Marcus scripserunt post cœnam mysticam exeuntibus ipsis dicto hymno in montem Olivarum, ab Servatore sic quodammodo dictum, *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam* [26].

A *ἡμῖν τὸν λίθον*, τῶν Ἰουδαίων σφραγισάντων τὴν εἴσοδον τοῦ τάφου, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν παρακαταστησάντων φρουρὰν, καὶ τῆς τρίτης ἡμέρας ἐνεστώσης. Πρὸς γὰρ τὸν Πιλάτον εἶπον οἱ μιαροί· *Ἐμνήσθημεν ὅτι ὁ πλάνος ἐκεῖνος εἶπεν ἔτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.* Εἰ μὲν οὖν ᾔδεισαν αἱ γυναῖκες τὸ διὰ τοῦ ἀγγέλου γενόμενον θαῦμα, τήν τε ἀποκίνησιν τοῦ λίθου, καὶ τὴν τῶν φυλάκων ἐκ τοῦ φόβου νέκρωσίν τε καὶ ἀναχώρησιν, πῶς διηπόρουν περὶ τοῦ ἀποκυλισθῆναι τὸν λίθον; Εἰ δὲ ἠγνόουν τὸ θαῦμα, τὴν στρατιωτικὴν φρουρὰν ἐννοεῖν ἔδει, καὶ τὴν ἄνοιξιν τοῦ μνήματος μὴ φαντάζεσθαι. Ἀλλ', ὡς ἔφην, ἡ Σαλώμη καὶ τοῦτο ἠγνόει, καὶ αὐτῆς μόνης τὰ ῥήματα ἦν. Μαρία γὰρ ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, καθεσθεῖσαι τοῦ μνήματος
B ἐξ ἐναντίας, ὡς ὁ Ματθαῖος ἱστόρησε, καὶ φιλοπόνως προσεδρεύσασαι, καὶ τὰς σφραγῖδας τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν τῶν ὁπλιτῶν φυλακὴν ὄψει παρέλαβον. Εἰσελθοῦσα δὲ ἡ Σαλώμη σὺν ταῖς Μαρίαις ἀμφοῖν, νεανίσκον εἶδον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, καὶ ἐπτοήθησαν ἅπασαι· ἡ μὲν, ὡς ἐνδεῶς ἔχουσα πίστεως καὶ ἀνθρωπινώτερον διακειμένη· αἱ δὲ, ὡς ἐπιχωριάζουσαι συχνῶς τῷ μνήματι, καὶ πολυπραγμονεῖν δοκοῦσαι λοιπὸν πέρα τοῦ δέοντος τὴν ἀνάστασιν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ νεανίσκος ὤφθη καταπλῆξαι τῷ μεγέθει καὶ φόβον ἐμποιῆσαι δυνάμενος, καὶ μιγνὺς τῷ φοβερῷ τὸ φαιδρὸν, διὰ τοῦ λευκοῦ τῆς στολῆς, καὶ ὡς ἐν ἑορτῇ, καὶ ἵνα μὴ παγῶσι τῷ δέει, σφοδρότερον αὐταῖς διαλέγεται,
C παιδεύων αὐτὰς δι' ὧν ἔλεγε μετὰ τοσαύτας θέας μὴ περιέργως διακεῖσθαι, βεβαίως δὲ μᾶλλον ἐφ' οἷς εἶδον ἑστάναι. *Ὑπάγετε* γὰρ, φησὶν, *εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ* (τοῖς μὲν μαθηταῖς, ὡς πολλάκις ἠπιστηκόσι· τῷ δὲ Πέτρῳ, ὡς μετὰ τῆς αὐτῆς ὑμῖν πολυπραγμοσύνης δεύτερον ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐλθόντι), *ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν·* ὑμῖν ταῖς γυναιξὶν, *Ὀψὲ Σαββάτων*, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων ἐπιφανεὶς, ὡς ὁ Ματθαῖος συνέγραψεν. Τοῖς γὰρ μαθηταῖς οὐδέποτε φαίνεται φήσας, ὡς μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῖς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ φανήσεται· εἰ μήτι γε ἐκεῖνο ἐρεῖ τις, ὅπερ ὁ Ματθαῖος, καὶ Μάρκος ἔγραψε, μετὰ τὸ δεῖπνον τὸ μυστικὸν ἐξελθόντων αὐτῶν εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν μετὰ τὸ ὑμνῆ-
D σαι, ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον ὧδέ πως· *Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.*

Egressæ autem e monumento Mariæ et Salome, tremore atque terrore correptæ profugiebant, ac nemini quidquam dicebant : *timebant enim*, partim quidem propter terrorem adolescentis, partim vero quod jam dies progressus esset, et Judæi (ut est verisimile) sursum deorsum obambulantes ad cædem parati essent. In exemplaribus paulo diligen-

Ἐξελθοῦσαι δὲ ἐκ τοῦ μνήματος αἱ Μαρίαι καὶ ἡ Σαλώμη, τρόμῳ καὶ ἐκπλήξει συνεχόμεναι, φυγάδες ἐγένοντο, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· *Ἐφοβοῦντο γὰρ*, τοῦτο μὲν διὰ τὸ φοβερὸν τοῦ νεανίσκου, τοῦτο δὲ διὰ τὸ τὴν ἡμέραν ἤδη προελθεῖν, καὶ τοὺς Ἰουδαίους, ὡς εἰκὸς, φονῶντας ἄνω καὶ κάτω περινοστεῖν. Ἐν μὲν τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις τὸ μετὰ Μάρκον

[21] Matth. XXVII, 63. [22] Matth. XXVIII, 1 sqq. [23] Marc. XVI, 5. [24] ibid. 7. [25] Matth. XXVIII. 1.
[26] Matth. XXVI, 32; Marc. XIV, 21.

Εὐαγγέλιον μέχρι τοῦ, *Ἐφοβοῦντο γάρ*, ἔχει τὸ τέλος. Ἐν δέ τισι πρόσκειται καὶ ταῦτα· *Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ Σαββάτων ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.* Τοῦτο δὲ ἐναντίωσίν τινα δοκεῖ ἔχειν πρὸς τὰ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένα. Τῆς γὰρ ὥρας τῆς νυκτὸς ἀγνώστου τυγχανούσης, καθ' ἣν ὁ Σωτὴρ ἀνέστη, πῶς ἐνταῦθα ἀναστῆναι *πρωῒ* γέγραπται; Ἀλλ' οὐδὲ ἐναντίον φανήσεται τὸ ῥητὸν, εἰ μετ' ἐπιστήμης ἀναγνωσόμεθα. Καὶ γὰρ ὑποστίξαι χρὴ συνετῶς, ἀναστὰς δὲ, καὶ οὕτως ἐπαγαγεῖν, *Πρωῒ Σαββάτου ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ*, ἵνα τὸ μὲν *Ἀναστὰς*, ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν συμφώνως τῷ Ματθαίῳ πρὸς τὸν προλαβόντα καιρόν· τὸ δὲ, *Πρωῒ*, πρὸς τὴν τῇ Μαρίᾳ γενομένην ἐπιφάνειαν ἀποδοθείη, πρώτῃ σὺν τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ, καὶ πάλιν μόνῃ θεασαμένῃ τὸν Κύριον· πρωῒ γάρ ἐστιν ἅπαν τὸ διάστημα, τὸ μετὰ τὴν τῶν ἀλεκτρυόνων βοήν. Τεσσάρων τοίνυν ὄντων καιρῶν, καὶ τοσούτων ἀφίξεων, καθ' ἃς αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον, ἕκαστον εὐαγγελιστὴν ἕνα καιρὸν ᾠκονόμησε γράψαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος, τὰς ὀψὲ Σαββάτων παραγενομένας ἐπὶ τὸ μνῆμα ἱστόρησε, καὶ ἄγγελον ἕνα καταβεβηκότα ἐξ οὐρανοῦ καὶ τὸν λίθον ἀποκυλίσαντα· ὁ δὲ Ἰωάννης, Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν ἐληλυθέναι μόνην ἐν τῷ σκότει πρὸ τῆς ἕω συγγέγραφε, καὶ δύο ἀγγέλους ἔνδον τοῦ τάφου θεάσασθαι· Λουκᾶς δὲ, ἄλλας κατὰ ταὐτὸν τὸν ὄρθρον· Μάρκος δὲ, ἑτέραν ἀνίσχοντος ἡλίου, συναναμεμιγμένων τινῶν καὶ τῶν ἤδη παραγενομένων. Καὶ ταῖς μὲν δύο ἄνδρας ἐπιστάντας αὐταῖς· ταῖς δὲ καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς νεανίσκον ἰδεῖν· στολαῖς δὲ ἅπαντας ἠμφιεσμένους λευκαῖς. Ὥστε δύνασθαί τινα κατὰ τὴν τῶν καιρῶν τάξιν τὰ παρ' ἑκάστου γεγραμμένα συνθέντα, μίαν ἁρμονίαν καὶ ἓν σῶμα πάσης τῆς ἱστορίας ἐργάσασθαι· καθάπερ ἑνὸς τὸ πᾶν γεγραφότος καὶ οὐ πολλῶν. Εἰ μὲν γὰρ μιᾶς ἀφίξεως τῶν γυναικῶν ἐν ἑνὶ καιρῷ γενομένης οἱ τέσσαρες ἐμνημόνευσαν, καὶ οὐ τοὺς αὐτοὺς εἶπον ἀγγέλους ἐπιφανῆναι, ἢ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν, ἤγουν ὀπτασίαν, ἅπαντες εἰπόντες, ταύτην ἔφασαν ἐν διαφόροις γεγενῆσθαι καιροῖς, οὐχ ἑνὸς μνημονεύσαντες ἕκαστος χρόνου, διαφωνίας εἶχε μέμψιν ὁ λόγος. Εἰ δὲ καὶ οἱ καιροὶ διάφοροι καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ αἱ τῶν ἐπιφανέντων ὄψεις οὐχ αἱ αὐταὶ (τοῦ Θεοῦ βουληθέντος διὰ πολλῶν τρόπων πιστώσασθαι τὸ ἄπιστον θαῦμα τῆς ἀναστάσεως) καὶ τὸ τῷ ἄλλῳ μὴ λεχθὲν ἕτερος ἱστόρησεν εὐαγγελιστής· πῶς οὐκ ἔστιν ἡ διήγησις ὅλη καθαρὰ καὶ ἐλευθέρα πάσης λαβῆς;

A tius et exactius scriptis Evangelium secundum Marcum hactenus, *Timebant enim*, finem habet. In nonnullis adjecta sunt etiam hæc, *Cum surrexisset autem mane primo die Sabbatorum apparuit primum Mariæ Magdalenæ, ex qua ejecerat septem dæmonia.* Hoc autem contrarium quiddam iis, quæ a nobis supra dicta sunt, continere videtur. Cum enim hora noctis, qua Servator surrexit, ignota sit, qui fit, ut in hoc loco, *mane* eum resurrexisse, scriptum sit? Sed hoc dictum nullo modo contrarium apparebit, si apte atque scienter legerimus. Etenim subnotare et subdistinguere docte atque intelligenter oportet. Cum surrexisset autem: atque ita subjungere consequenter, *mane primo die Sabbati apparuit primum Mariæ Magdalenæ:* ut verbum B quidem ἀναστάς, id est, *cum surrexisset*, convenientem cum Matthæo ad superius tempus relationem habeat: verbum vero, πρωΐ, id est, *mane*, ei quæ Mariæ facta est, apparitioni attribuatur: quæ prima cum altera Maria, atque iterum sola viderat Dominum: πρωΐ enim, id est, *mane*, vel *diluculo*, universum illud spatium est, quod post gallorum cantum intercedit. Cum igitur quaternæ temporum sint vices, totidemque accessus, quibus mulieres ad monumentum venerunt, Spiritus sanctus rem ita dispensavit atque ordinavit, ut singuli evangelistæ singulos temporum articulos conscriberent. Ac Matthæus quidem illas, quæ vesperi Sabbatorum venerunt ad monumentum, historia C comprehendit, et angelum unum descendisse de cœlo, qui lapidem revolvisset [27]; Joannes autem, Mariam Magdalenam venisse solam in tenebris ante lucem conscripsit, atque angelos duos intra monumentum vidisse [28]: Lucas alias circa ipsum diluculum [29]; Marcus vero aliam oriente sole, adjunctis nonnullis, quæ jam etiam antea ad monumentum fuissent [30]. Atque illas quidem duos viros qui ipsis astitissent; has vero sedentem a dextris juvenem vidisse; atque omnes stolis albis indutos fuisse memoriæ prodiderunt. Itaque si quis ea, quæ singuli secundum ordinem temporum scripserunt, composuerit, possit unam consonantiam, concordantiamque et unum corpus historiæ totius ellicere: perinde ac si unus totam rem gestam, et D non complures scripsissent. Nam si unius quidem adventus mulierum, qui in uno temporis articulo accidisset, omnes quatuor mentionem fecissent, et eosdem angelos dixissent apparuisse: vel una atque eadem apparitione sive visione ab universis edita, hanc in diversis temporibus accidisse dixissent, et non unius quisque temporis mentionem fecissent, discrepantiæ atque dissensionis reprehensionem effugere narratio non posset. Sin autem et personæ et tempora diversa fuerunt, et eorum qui apparuerunt, facies non eædem: cum Deus compluribus modis fidem facere voluerit incredibili miraculo resurrectionis; et quod unus prætermisit, alius historia persecutus est evangelista: qui fieri potest, ut non tota narratio pura et ab omni reprehensione libera sit?

Ἐπειδὴ δὲ πολλῶν Μαριῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φέρεται μνήμη, τρεῖς εἶναι τὰς πάσας γινώσκειν

Quoniam autem multarum Mariarum in Evangeliis mentio fit, tres numero omnes esse statuere

[27] Matth. XXVIII, 1 sqq. [28] Joan. XX, 1 sqq. [29] Luc. XXIV, 1 sqq. [30] Marc. XVI, 1 sqq.

debemus : quas Joannes comprehensim numeravit, cum diceret : *Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus, Maria Cleophæ, et Maria Magdalena* [31]. Nam Mariam Jacobi et Josæ matrem apud alios evangelistas nominatam, Deiparam et non aliam esse credimus. Quoniam enim ita dispositum et destinatum erat, ut et divinus partus obumbraretur, et sanguinariis Judæis non manifestaretur, quod circa ipsum tempus, quo ad lectum jugalem ducenda erat, virgo ex Spiritu sancto concepisset : quemadmodum Litteris mandatum est, quod et vir hujus et pater Jesu [32,33] vocatus sit Joseph : eodem modo Josæ et Jacobi filiorum Joseph fabri ex prioribus nuptiis et præmortua uxore puerilem ætatem agentium mater Deipara et appellabatur et nominabatur : hæc nimirum obtrectantes etiam Judæi de Servatore dicebant : *An non hic est filius fabri ? Nonne mater ejus vocatur Maria, et fratres ejus Jacobus, et Joses, et Simon, et Judas* [34] ? Atque idcirco Joannes quidem, ut qui libere divinam historiam conscriberet, eam, quæ stabat juxta crucem, id quod reipsa erat, matrem Jesu appellavit : cæteri vero evangelistæ, qui multum circa dispositionem laboraverunt, certo consilio matrem eam Jacobi et Josæ appellaverunt (hi enim primi erant, et insignes, filii Josephi) hoc aperte significante Scriptura, quod hac dispositione et ordinatione atque inde concepta opinione absque periculo Maria passioni salutari intererat. Nam si vulgus eam esse virginem scivisset, perdita forsitan fuisset ab invidis Judæis. Reperias autem eam etiam unius solius filiorum Josephi matrem apud evangelistas nominatam esse Mariam Jacobi, et Mariam Josæ. Marcus autem Jacobi parvi, et Josæ matrem eam vocavit, quoniam alter erat Jacobus Alphæi, magnus idcirco, quia duodecim apostolis connumeratus erat. Nam parvus non erat de numero eorum.

De illo autem aliquis fortassis haud immerito addubitaverit : quo pacto Servator discipulis partim per angelos, partim sua ipsius voce pollicitus, quod profectus in Galilæam eis appariturus esset [35], visus sit Jerosolymis quoque promissum præstare. Nam secundum Lucam quidem in ipsa die resurrectionis ipsis undecim congregatis [36] : ut Joannes autem scribit, et in hoc ipso, et octavo die præstat apparitionem stans in medio ac dicens, *Pax vobis* [37], atque etiam Thomæ se contrectandum præbens. Verum hoc liberalitatis et humanitatis divitias ostendit, non mendacii crimen continet. Non enim dixit *In Galilæa duntaxat me videbunt*, neque vero Jerosolymis visus, non apparuit in Galilæa sicuti promiserat (hoc enim esset suos sermones falsos reddere mentiendo), sed si et in Jerusalem

A ὀφείλομεν, ἃς ὁ Ἰωάννης συλλήβδην ἠρίθμησε φήσας· *Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ, ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλεόφα καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.* Μαριὰμ γὰρ τὴν Ἰακώβου, καὶ Ἰωσῆ μητέρα παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς ὠνομασμένην, τὴν Θεοτόκον εἶναι, καὶ οὐκ ἄλλην, πεπιστεύκαμεν. Καθάπερ γὰρ διὰ τὴν οἰκονομίαν καὶ τῷ ἐπισκιασθῆναι τὸν θεῖον τόκον, καὶ μὴ φανερωθῆναι τοῖς μιαιφόνοις Ἰουδαίοις παρ' αὐτὸ τὸ μέλλειν ἐπὶ τὴν παστάδα ἄγεσθαι τὴν Παρθένον ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλαβεῖν ἀναγέγραπται· ὡς ἄνδρα ταύτης χρηματίσαι τὸν Ἰωσὴφ, καὶ πατέρα τοῦ Ἰησοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦ Ἰωσῆ καὶ τοῦ Ἰακώβου παίδων ὄντων τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ, παιδικὴν ἀγόντων τὴν ἡλικίαν ἐκ προ-B ηγησαμένων γάμων καὶ προτετελευτηκυίας γυναικὸς, μήτηρ ἡ Θεοτόκος προσηγορεύετό τε καὶ ὠνομάζετο. Ταῦτά τοι καὶ βλασφημοῦντες κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι· *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆ, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας;* Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν Ἰωάννης, καὶ παρὰ τῷ σταυρῷ ἑστῶσαν, οἷα δὴ μετὰ παῤῥησίας θεολογῶν, ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς μητέρα τοῦ Ἰησοῦ προσηγόρευσεν· οἱ δὲ λοιποὶ τῶν εὐαγγελιστῶν τὰ πολλὰ περὶ τὴν οἰκονομίαν ἀσχοληθέντες, οἰκονομικῶς αὐτὴν μητέρα Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ προσηγόρευσαν (οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ πρῶτοι καὶ ἐπίσημοι παῖδες τοῦ Ἰωσήφ)· τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου σαφῶς, ὅτι μετὰ C ταύτης τῆς οἰκονομίας, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὑπονοίας, ἀκινδύνως ἡ Μαρία τῷ σωτηρίῳ πάθει παρῆν. Εἰ γὰρ παρθένος ὑπεγινώσκετο τοῖς πολλοῖς, ὑπὸ τῶν βασκάνων Ἰουδαίων ἀπώλετο ἄν. Ἔστι δὲ αὐτὴν παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ τοῦ ἑνὸς μόνου τῶν παίδων τοῦ Ἰωσὴφ ὠνομασμένην εὑρεῖν Μαρίαν τὴν Ἰακώβου, καὶ Μαρίαν τὴν Ἰωσῆ. Ὁ δὲ Μάρκος, Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μητέρα αὐτὴν εἶπεν, ἐπείπερ ἦν ἄλλος Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, διὰ τοῦτο μέγας, ὅτι τοῖς ἀποστόλοις τοῖς δώδεκα συνηρίθμητο. Ὁ γὰρ μικρὸς οὐκ ἦν αὐτοῖς ἐναρίθμιος.

Ἐκεῖνο δὲ ἄν τις εἰκότως ἐπαπορήσειεν, πῶς ὁ Σωτὴρ ὑποσχόμενος τοῖς μαθηταῖς, τοῦτο μὲν καὶ διὰ τῶν ἀγγέλων, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῆς οἰκείας φωνῆς, ὅτι εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀφικόμενος ὀφθήσεται, ἐφάνη D τὴν ἐπαγγελίαν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ πληρῶν. Κατὰ μὲν τὸν Λουκᾶν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως συνηθροισμένοις τοῖς ἕνδεκα· κατὰ δὲ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ποιεῖται τὴν ἐπιφάνειαν, στὰς ἐν μέσῳ, καὶ λέγων, *Εἰρήνη ὑμῖν*, καὶ τῷ Θωμᾷ ψηλαφᾷν ἐνδιδοὺς ἑαυτόν. Ἀλλὰ τοῦτο φιλανθρώπου φιλοτιμίας πλοῦτον παρίστησιν, οὐ ψεύδους ἔχει κατηγορίαν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ με ὄψονται μόνον, οὔτε μὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ φανεὶς, οὐκ ὤφθη κατὰ τὴν Γαλιλαίαν ὡς ἐπηγγείλατο (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ τοὺς οἰκείους ψεύσασθαι λόγους)· εἰ δὲ καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀποκεκλεισμένοις ἐν δώμα-

[31] Joan. XIX, 25. [32,33] Matth. XVI, 19; Luc. II, 48. [34] Marc. VI, 3. [35] Matth. XXVII, 7. [36] Luc. XXIV, 36 sqq. [37] Joan. XX, 21 sqq.

τίῳ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων ἐπεφάνη δεομένοις A τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπλήρωσεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ φανεὶς, ἐκφυγεῖν ἔστι πᾶσαν κατηγορίαν, ἀμφότερα γινόμενα φιλανθρώπως ἅμα καὶ ἀληθῶς. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πολλὴν ἔμφασιν ἔχειν τὸ εἰρημένον παρὰ τῷ Ματθαίῳ περὶ τῶν μαθητῶν, τὸ, *Ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.* Πολλῶν γὰρ αὐτοῖς ἔσεσθαι ἐπιφανειῶν, πρὸς μίαν ὡς ἐξαίρετον παρὰ τὰς ἄλλας ἀποβλέπει τὰ τῆς ἐπαγγελίας, καθ' ἣν ἔμελλεν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ ὄρους φανήσεσθαι. Τότε γὰρ προσεληλυθόσιν αὐτῷ καὶ προσκεκυνηκόσι, τινῶν ἀμφιβαλλόντων, μετ' ἐξουσίας ἔφη θεοπρεποῦς, *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.* Ἃ γὰρ εἶχε φυσικῶς ὡς Θεὸς, ταῦτα λέγεται λαμβάνειν ὡς γενόμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς. Διὸ καὶ ἔλεγε· *Δόξασόν με σὺ, Πάτερ,* B *παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Εἰ γὰρ μὴ εἶχεν αὐτὴν ἰδίαν ὡς Θεὸς, τῶν ἀδυνάτων ἦν αὐτὸν ταύτην, ὡς ἀλλοτρίαν λαβεῖν, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διὰ τοῦ Προφήτου λέγοντος, *Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω.* Καὶ ἐπιφέρει λοιπὸν τὰ ῥήματα, δι' ὧν ἔμελλον τὴν οἰκουμένην ὅλην σαγηνεύειν, καὶ ἐν οἷς ἐστιν ἅπαν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.* Καὶ προστίθησι λοιπὸν τὰ τὸ τέλος τῶν ῥημάτων τούτων καὶ τὴν ἔκβασιν ἐγγυώμενα· *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν.* C Διὰ ταῦτα ἔλεγεν· *Ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.* Πρὸς ταύτην τὴν ὄψιν, ὡς ἰδίαν τινὰ καὶ ἐξαίρετον, ὡς ἔφην, ἀποτεινόμενος, ἣν αὐτοῖς μᾶλλον καὶ δι' ἑτέρων ῥημάτων προεμήνυεν, ἃ τοῖς εὐαγγελικοῖς γράμμασιν οὐκ ἐμφέρεται. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Ματθαῖος· *Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς·* οὐδαμοῦ τῶν Εὐαγγελίων ἐπὶ τοῦ ὄρους ὑποσχομένου τοῦ Κυρίου ποιεῖσθαι τὴν ἐπιφάνειαν. Ἐπεὶ πρὸ ταύτης τῆς θέας τῆς ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης αὐτοῖς τῆς Τιβεριάδος, ἥτις ἐστὶ τῆς Γαλιλαίας, ἐφάνη τὸν ἀριθμὸν οὖσιν ἑπτά· Πέτρῳ καὶ Θωμᾷ, καὶ Ναθαναὴλ, καὶ τοῖς D υἱοῖς Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοις δύο τῶν μαθητῶν, ὡς Ἰωάννης συνέγραψεν. Ἀλλὰ πρὸς τὸ ὄρος ἀπέβλεπεν, *Οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,* τὸ, *Κἀκεῖ με ὄψονται,* δηλαδὴ θεοπρεπῶς ἐντελλόμενος, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπὸ σκοποῦ μοι δοκεῖ τὸ ἐν τῷ ὄρει τῆς Γαλιλαίας καὶ μὴ ἑτέρωθί που ταῦτα εἰρῆσθαι τὰ ῥήματα. Γαλιλαία γὰρ, ἡ *Κατακυλιστὴ* τῇ Ἑλλάδι γλώττῃ ἑρμηνεύεται. Διὸ καὶ Γελγὲλ ὁ τροχὸς ὀνομάζεται. Καθάπερ οὖν ἐξ ὄρους ὑψηλοῦ

A propter metum Judæorum conclusis in domicilio adventuque et præsentia sua opus habentibus apparuit, et promissum præstitit in Galilæa quoque visus, cum utraque benigne juxta ac vere acciderint, effugere licet omnem criminationem. Mihi autem magnam ac latentem videtur in se continere significationem, quod apud Matthæum dictum est de discipulis, nempe, *Ut abeant in Galilæam, atque ibi me videbunt*[38]. Cum enim futurum esset, ut sæpius eis appareret, ad unam tanquam præcipuam et præter cæteras eximiam apparitionem spectant verba promissionis, juxta quam appariturus erat eis in monte. Nam tunc cum accessissent et adorassent eum, quibusdam ambigentibus, cum auctoritate plena majestatis divinæ dixit : *Data est* B *mihi potestas omnis in cœlo et in terra*[39]. Nam quæ naturaliter habebat tanquam Deus, hæc dicitur accipere tanquam homo certo consilio factus. Quamobrem etiam dicebat : *Glorifica me, Pater, apud temetipsum gloria, quam habebam antequam mundus esset apud te*[40]. Nisi enim hanc propriam haberet, ut Deus, fieri non posset, ut eam tanquam alienam acciperet, Deo et Patre per prophetam dicente : *Gloriam meam alteri non dabo*[41]. Ac deinde adjungit verba, quibus totum orbem terrarum habitatum capturi et quasi irretituri erant, et in quibus consistit universum mysterium pietatis. *Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæ præcepi vobis*[42]. Ac dein- C ceps adjicit ea quibus finem horum verborum et eventum spondet. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Amen.* Propterea dicebat : *Renuntiate fratribus meis ut abeant in Galilæam, atque ibi me videbunt*[43]. Ad hanc apparitionem, tanquam propriam quamdam atque præcipuam, ut dixi, respiciens : quam magis etiam eis per alia verba prædixerat, quæ in evangelicis scriptis non continentur. Nisi enim hoc ita esset, non dixisset Matthæus : *Undecim autem apostoli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat eis Jesus*[44] : cum nusquam in Evangeliis pollicitus sit Dominus in monte se facturum esse apparitionem. Nam ante hanc apparitionem quæ in D monte accidit, etiam ad mare quoque Tiberiadis, quod est Galilææ, apparuit illis, qui septem numero una erant, Petro nimirum, Thomæ, Nathanaeli, et filiis Zebedæi, aliisque duobus ex discipulis, ut Joannes scriptum reliquit. Verum ad montem, *ubi constituerat eis Jesus*, respiciebat illud verbum, *Ibi me videbunt*, divinæ majestatis plena videlicet oratione mandans et præcipiens. *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Etenim nec abs re quidem mihi, nec extra propositum videtur, quod in monte Galilææ, et non aliquo alio loco hæc verba

[38] Matth. xxviii, 7. [39] ibid. 18. [40] Joan. xvii, 5. [41] Isa. xlii, 8. [42] Matth. xxviii, 19, 20. [43] ibid. 7. [44] ibid. 16.

dicta fuerunt. Nam Galilæa lingua Græca κατακυλιστή, id est, *devoluta*, sive *devolubilis* interpretatur, unde etiam Gelgel *Rota* nominatur. Igitur velut ex monte excelso, Salvatoris videlicet ore prolata hæc verba, rotæ in modum, in orbem terrarum habitatum devoluta sunt, et omnem percurrerunt; atque universi baptizati sunt, et gentes, et civitates *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.*

A τοῦ Σωτηρίου στόματος προσενεχθέντα ταῦτα τὰ ῥήματα, δίκην τροχοῦ κατὰ τῆς οἰκουμένης ἐκυλίσθη, καὶ πᾶσαν ἐπέδραμεν· καὶ ἐβαπτίσθησαν ἅπαντες, καὶ τὰ ἔθνη καὶ πόλεις, *Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

Cæterum his verbis auditis, discipuli ad nullam gentem statim profecti sunt, sed manserunt Jerusalem usque ad Pentecosten, exspectantes adventum et præsentiam Spiritus sancti, qui in igneis linguis ad eos accessit. Nam cum ita variis modis eis ad quadraginta dies appareret, et congregaret in unum, quemadmodum Lucas ait in principio libri Actorum [45], præcipiebat et mandabat *ne ab Jerosolymis discederent, sed ut exspectarent promissum Patris, de quo* (inquit) *audistis ex me, quoniam Joannes quidem aqua baptizavit, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.* Admodum autem pulchre, μὴ χωρίζεσθαι (id sonat Latine *ne separarentur* vel *disjungerentur*), hoc est, ne longe distarent, neu procul abessent, non autem dixit, ne prorsus exirent ex Jerusalem. Nam qua ratione hoc dicturus fuisset, qui præceperat eis, ut in Galilæam venirent? Quod autem in fine Evangelii Lucæ dictum est: *Et accidit dum benediceret eis, discessit ab eis, et tollebatur in cœlum* [46]. Itemque quod apud Marcum scriptum est: *Ac Dominus quidem, postquam locutus fuisset eis, assumptus est in cœlum, et sedit a dextris Dei* [47]: intelligendum est, accidisse quadragesimo die, secundum id quod in Actis memoriæ proditum est. Quæ enim breviter et concisim in Evangeliis dixerunt, hæc latiore narratione explicantur et declarantur. Hæc sunt, quæ in evangelicis lectionibus Dominicæ noctis continentur, quæ ignorantem perturbare possint, quæ etiam vobis tanquam debitum dependimus: vos autem quæ facturi sitis hæc audientes, erubesco dicere, considerans concursum ad spectaculum, rabiemque multitudinis. Præbeat autem nobis Dominus virtutem ad declinandum a malo et ad bonum faciendum per gratiam atque benignitatem Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi: cui gloria et imperium cum [Patre et] Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ἀλλὰ τούτων ἀκούσαντες τῶν ῥημάτων οἱ μαθηταὶ, πρὸς οὐδὲν ἔθνος ἐπορεύθησαν εὐθέως, ἀλλ' ἔμενον ἐν Ἱερουσαλὴμ μέχρι τῆς Πεντηκοστῆς, ἀναμένοντες τὴν ἐνδημίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἥτις αὐτοῖς ἐν πυρίναις ἐπεφοίτησε γλώσσαις. Οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας διαφόρως φαινόμενος καὶ συναυλιζόμενος, ᾗ φησιν ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου τῶν Πράξεων ὁ Λουκᾶς Ἐνετέλλετο καὶ παρήγγελλε
B λέγων, *Ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Καλῶς δὲ ἄγαν τὸ μὴ χωρίζεσθαι, τουτό ἐστι μὴ μακρὰν ἀφίστασθαι, μηδὲ πόῤῥω γίνεσθαι, καὶ οὐκ εἶπε μὴ ἐξιέναι τὸ παράπαν τῆς Ἱερουσαλήμ. Πῶς γὰρ ἔμελλε τοῦτο εἰπεῖν, ὁ προστάξας αὐτοῖς εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐλθεῖν; Καὶ τὸ εἰρημένον δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ Εὐαγγελίου τῷ Λουκᾷ· *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν.* Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ παρὰ τῷ Μάρκῳ γεγραμμένον· *Ὁ μὲν οὖν Κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ·* νοητέον ἐν τῇ
C τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ γεγενῆσθαι, κατὰ τὸ ἐν ταῖς Πράξεσιν ἱστορημένον. Ἃ γὰρ ἐπιτεμόντες ἐν Εὐαγγελίοις εἰρήκασι, ταῦτα τῷ πλάτει τῆς ἱστορίας ἐξαπλοῦται καὶ σαφηνίζεται. Ταῦτά ἐστι τὰ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἀναγνώσμασι τῆς Κυριακῆς νυκτὸς περιεχόμενα, καὶ θορυβεῖν τὸν ἀγνοοῦντα δυνάμενα, ἃ καὶ ὡς χρέος ὑμῖν κατεθέμεθα· ὑμεῖς δὲ τίνα ποιεῖν ὀφείλετε τούτων ἀκούοντες, ἐρυθριῶ λέγειν, τὸν ἐπὶ τὰς θέας δρόμον καὶ τὴν λύσσαν τῶν πολλῶν λογιζόμενος. Παράσχοι δὲ ἡμῖν ὁ Κύριος δύναμιν, εἰς τὸ ἐκκλίνειν ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιεῖν ἀγαθὸν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO III.

De sacro festo Paschæ et de Resurrectione, habita in magna die Dominica.

Pauperes homines, qui dies festos amant, et cum lubenti ac parato animo, tum habitu cultuque splendido conventus ac celebritates frequentant, etsi de suo sibi suppeditare sumptus ad eam, cui student, elegantiam non possunt, a notis tamen atque propinquis omnem magnificum ac pretiosum ornatum corrogantes, efficiunt, ut nihil sibi desit ad præsentem usum. Quod mihi quoque præsenti

D

ΛΟΓΟΣ Γ'

Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως, ἐλέχθη τῇ μεγάλῃ Κυριακῇ.

Οἱ πένητες τῶν ἀνθρώπων, φιλέορτοί τε καὶ προθύμῳ τῇ ψυχῇ, καὶ γαύρῳ τῷ σχήματι, τὰς πανηγύρεις κατασπαζόμενοι, κἂν ἑαυτοῖς μὴ ἐπαρκῶσιν εἰς τὴν σπουδαζομένην φαιδρότητα, παρὰ τῶν οἰκείων καὶ γνωρίμων πᾶσαν πολυτέλειαν ἐρανιζόμενοι, ἀνενδεεῖς ἑαυτοὺς εἰς τὴν προκειμένην χρείαν παρασκευάζουσιν. Ὅπερ δοκῶ πρὸς τὴν παροῦσαν ἡμέραν πάσχειν ἐγώ. Οὐδὲν γὰρ ἔχων μεγαλοπρεπὲς ἐν ταῖς

[45] Act. I, 4, 5. [46] Luc. XXIV, 51. [47] Marc. XVI, 19.

προκειμέναις εὐφημίαις παρ' ἐμαυτοῦ συντελεῖν πρὸς A τὴν ἱερὰν ᾠδὴν, ἣν ἀρτίως ᾔσαμεν, καταφεύξομαι. Ἐκεῖθεν δὲ, ταῖς ἀφορμαῖς χρησάμενος, ἀποτίσω τὸ χρέος τῇ Γραφικῇ λέξει προσυφήνας καὶ τὰ ἐμὰ, εἴ τινα ἄρα καὶ τυγχάνει παρὰ τῷ πένητι δούλῳ τῆς εἰς τὸν Δεσπότην εὐχαριστίας ἐγκώμια. Ἔλεγε τοίνυν ἀρτίως ὁ Δαβὶδ, καὶ ἡμεῖς μετ' ἐκείνου· *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί.* Πάντα τὸν ἐξ Ἀδὰμ ἄνθρωπον πρὸς τὸν ὕμνον καλεῖ, μηδένα καταλιμπάνων ἔξω τῆς κλήσεως· ἀλλὰ τοὺς Ἑσπερίους, τοὺς Ἑῴους, τοὺς παρ' ἑκάτερα, εἴ τις ἄρκτου γείτων καὶ τῆς μεσημβρίας ἔνοικος, ὁμοῦ πάντας δημαγωγεῖ τῷ ψαλμῷ. Καὶ ἀλλαχοῦ μὲν ἀπὸ μέρους τισὶ τῶν ἀνθρώπων προσδιαλέγεται, ἢ τοὺς ὁσίους καλῶν, ἢ τοὺς παῖδας πρὸς ὕμνον ἐγείρων· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ἔθνη καὶ B λαοὺς τῷ ψαλτηρίῳ συνάγει. Ὅταν γὰρ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, παρελύθη τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, βασιλεὺς δὲ καὶ Θεὸς ἐπεφάνη πᾶσιν ὁ Χριστὸς, πᾶσαν ψυχὴν ἄπιστον πληροφορήσας, καὶ γλῶσσαν βλάσφημον χαλινώσας, στήσῃ δὲ Ἑλλήνων τὴν ματαιότητα, καὶ Ἰουδαίων τὴν πλάνην, καὶ τῶν αἱρέσεων τὴν ἀδάμαστον γλωσσαλγίαν· τότε δὴ, τότε πάντα τὰ ἔθνη καὶ οἱ ἀπ' αἰῶνος λαοὶ ὑποκύψαντες, ἄμαχον τὴν προσκύνησιν ἀναπέμψουσιν, καὶ θαυμαστή τις ἔσται συμφωνία δοξολογίας, τῶν μὲν ὁσίων συνήθως ὑμνούντων, τῶν δὲ ἀσεβῶν, ἐξ ἀνάγκης ἱκετευόντων. Καὶ τότε ἀληθῶς ὁ ἐπινίκιος ὕμνος συμφώνως παρὰ πάντων ᾀσθήσεται, καὶ τῶν κρατηθέντων καὶ τῶν νικησάντων· τότε καὶ ὁ τῆς ταραχῆς C ὑπαίτιος ὁ τὴν τοῦ Δεσπότου φαντασθεὶς ἀξίαν, μαστιγίας οἰκέτης ὀφθήσεται πᾶσι, παρ' ἀγγέλων πρὸς τὴν τιμωρίαν συρόμενος, καὶ πάντες οἱ τῆς ἐκείνου κακίας ὑπηρέται καὶ συνεργοὶ, ταῖς πρεπούσαις κολάσεσι καὶ δίκαις ὑποβληθήσονται· εἷς δὲ φανήσεται βασιλεὺς καὶ κριτὴς, κοινὸς Δεσπότης παρὰ πάντων ὁμολογούμενος· ἡσυχία δὲ ἔσται κατεσταλμένη, ὥσπερ ὅταν ἄρχοντος ἐπὶ βήματος καθημένου, ὁ μὲν κήρυξ ὑποσημαίνῃ τὴν σιωπὴν, οἱ λαοὶ δὲ καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν συντείναντες, τὴν τῆς δημηγορίας ἀκρόασιν ἀναμένωσιν. Διὰ τοῦτο, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί.* Αἰνέσατε ὡς δυνατὸν, ἐπαινέσατε ὡς φιλάνθρωπον· ὅτι πεσόντας καὶ νεκροὺς ὄντας αὖθις ἐζωοποίησε, καὶ τὸ πονήσαν σκεῦος ἀνενεώσατο πάλιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς τάφοις τῶν λειψάνων ἀηδίαν εἰς ζῶον ἄφθαρτον φιλανθρώ- D πως ἐμόρφωσε, καὶ ψυχὴν τὴν πρὸ τεσσάρων χιλιάδων ἐτῶν καταλιποῦσαν τὸ σῶμα, ὡς ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας, εἰς ἰδίαν οἰκίαν ἐπανήγαγεν, οὐδὲν ἀπὸ χρόνου καὶ λήθης ξενιζομένην πρὸς τὸ ἴδιον ὄργανον, ἀλλὰ θᾶττον ἐπ' αὐτὸ χωροῦσαν, ἢ ὄρνις ἐπὶ τὴν καλιὰν τὴν οἰκείαν καθίπταται.

die accidere videtur. Cum enim ipse nihil præclarum atque magnificum a me ipso possim ad propositas laudes concelebrandas conferre, ad sacram cantionem, quam paulo ante concinuimus, confugiam: atque inde argumento atque occasione sumpta dictioni Scripturæ mea quoque conjungens et quasi attexens, solvam æs alienum: si modo etiam aliquæ pauperi servo ex animi gratitudine erga dominum suum profectæ laudes suppetunt. Dicebat igitur paulo ante David, et nos una cum illo: *Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi* [1]. Omnem hominem ab Adamo usque, neminem prætermittens quem non invitet, ad hymnum vocat; sed occidentales, orientales, et si quis circa alterutros, vel septentrionibus vicinus, vel meridianarum partium incola est, simul omnes allicit et invitat hoc psalmo. Atque alias quidem speciatim nonnullos homines appellat, aut sanctos vocans, aut pueros ad hymnum excitans: in præsenti vero gentes ac populos psalterio cogit in unum. Cum enim, ut Apostolus ait [2], figura hujus mundi transierit, rex vero ac Deus Christus, omni anima incredula ad plenam fidem ac certam cognitionem traducta, linguaque maledica cohibita atque frenata, omnibus apparuerit; inhibuerit item Græcorum vanitatem, et Judæorum errorem, et hæreseon indomitum linguæ morbum. Tunc nimirum, tunc omnes gentes, et qui a sæculo usque sunt populi procumbentes consentientem et concordem adorationem præstabunt, et admirabilis quidam concentus et consensus glorificationis erit, sanctis quidem more solito laudes dicentibus, impiis autem ex necessitate supplicantibus. Et tunc revera victoriæ carmen consentienter ab omnibus canetur tam victis, quam victoribus, tum etiam servus ille verbero turbæ auctor, qui sibi domini sui dignitatem imaginatione sumpserat et arrogaverat, videbitur omnes admonens, dum ab angelis ad supplicium trahetur, et omnes illius nequitiæ ministri et socii debitis suppliciis ac pœnis afficientur: unus autem rex ac judex apparebit, quem omnes communem Dominum esse confiteantur: quies item erit atque silentium, quemadmodum fieri solet, cum pro tribunali sedente prætore præco silentium indicit, et populi auribus et oculis simul intenti concionantis vocem exspectant. Idcirco, *Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi.* Laudate tanquam potentem, laudate tanquam benignum et humanum: quoniam eos qui ceciderant et mortui fuerant, rursus vitæ restituit, vas fractum de integro renovavit, situm atque injucunditatem reliquiarum, quæ in sepulcris erant, ad animal incorruptibile benigne redegit, animam quæ ante quatuor millia annorum corpus reliquerat, veluti ex longa peregrinatione ad suum domicilium reduxit, eamque non præ spatio temporis et oblivione quasi peregrinam erga suum instrumentum affectam, sed citius ad id tendentem, quam avis ad nidum suum devolat.

Εἴπωμεν γὰρ τὰ οἰκεῖα τῆς ἑορτῆς, ἵνα ἀκολούθως

Dicamus enim ea quæ proprie ad festum per-

[1] Psal. CXVI, 1. [2] I Cor. VII, 31.

tinent, ut ad ipsas res accommodate et convenienter feriemur. Nam quod improprium est et alienum, præterquam quod nihil prodest, res est inordinata, incomposita atque absurda, non solum in iis orationibus, quæ de religione ac pietate habentur, verum etiam in externis, et iis quæ ad mundanam pertinent sapientiam. Quis enim est orator ita stultus adeoque ridiculus, qui ad nuptias hilaritate et jucunditate plenas vocatus, relicto apto et jucundo genere orationis, quod accommodatum sit, ac quasi congratuletur hilaritati ac festivitati conventus, tristia quædam carmina atque lugubria pronuntiet, et ex tragœdia petitas calamitates in convivio nuptiali et in thalamo occinat? Aut ex contrario mortuo alicui justa exsequi et orationem funebrem habere jussus, oblitus præsentis casus, jucundum se præbeat et hilarem apud mœstitia plenum conventum? Quod si in rebus mundanis res decora est ordo atque scientia, multo profecto magis eam observari convenit in rebus magnis atque cœlestibus. Christus igitur nobis resurrexit hodie Deus, calamitatibus et casibus amplius non obnoxius, immortalis (Ac subsiste parumper tu, ethnice, omisso petulanti ac protervo risu, quoad omnia audiveris) non ad necessitatem casuum, vel de cœlo descendere coactus, vel resurrectionem tanquam inexspectatum inopinatumve beneficium præter spem adeptus, sed qui novisset omnium rerum finem, atque ita initium fecisset, ut qui in oculis divinitatis haberet propositorum cognitionem, et priusquam de cœlo descenderet, videret et gentium perturbationem et duritiam Israelis, et Pilatum pro tribunali sedere, et Caipham vestem sibi discindere, et seditiosam plebem ira inflammari, et Judam prodere, et Petrum propugnare, et paulo post seipsum per resurrectionem ad gloriam immortalitatis transformare: ac quidquid futurum erat, cognitione præscriptum habens, non distulit beneficium homini præstare, neque in longiorem diem contulit earum rerum administrationem, sed quemadmodum illi, qui debilem aliquem ab impetu torrentis et voraginis rapi vident, licet haud ignorantes quod fieri possit, ut cœno torrentis ipsi quoque involvantur, et lapidum, quos secum aqua rapit atque provehit, ictibus lædantur, tamen præ misericordia periclitantis ingredi non gravantur: ita Servator noster humanus ultro ac sponte sua contumeliosa et ignominiosa suscepit, ut eum qui fraude perierat, servaret, descendit in mundum, quoniam prævidebat etiam gloriosum ascensum. Mori se generi humano permisit, quoniam resurrectionem quoque præsentiebat, et animo prævidebat. Non enim sicuti unus ex vulgaribus hominibus temere sese periculis objiciebat, incertitudini futuri eventus rem committens, sed tanquam Deus rem propositam certo destinatoque fine regebat.

A καὶ προσφυῶς τοῖς πράγμασιν ἑορτάσωμεν. Τὸ γὰρ ἀνοίκειον καὶ ἀλλότριον πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελεῖν, ἄτακτόν ἐστι καὶ ἀλλόκοτον, οὐκ ἐν τοῖς περὶ θρησκείας καὶ εὐσεβείας λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν καὶ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας. Τίς γὰρ οὕτως ἀνόητος ἢ ὑπεργελοῖος ῥήτωρ, ὡς κληθεὶς εἰς φαιδρότητα γάμου ἀποστῆναι μὲν τῶν ἁρμοδίων λόγων καὶ γλαφυρῶν συνευπαθούντων ταῖς τῆς πανηγύρεως χάρισι, γοερὰ δὲ μέλη θρηνεῖν καὶ τὰ ἐκ τραγῳδίας κακὰ τῶν παστάδων κατολοφύρεσθαι; ἢ τὸ ἔμπαλιν ἐπιταχθεὶς ἐνὶ τῶν τετελευτηκότων τὰ νενομισμένα τελεῖν, ἐπιλαθέσθαι μὲν τοῦ πάθους, φαιδρύνεσθαι δὲ πρὸς τὸν κατηφείας γέμοντα σύλλογον; Εἰ δὲ ἐν τοῖς ἐγκοσμίοις καλὸν ἡ τάξις καὶ ἐπιστήμη, πολλῷ δήπου πλέον ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ οὐρανίοις ἁρμοδιώτερον.
B Χριστὸς τοίνυν ἀνέστη σήμερον ὁ Θεὸς, ὁ ἀπαθὴς, ὁ ἀθάνατος (καὶ μικρὸν ἐπίσχες ὁ ἐθνικὸς, παρεὶς τὸν προπετῆ γέλωτα, μέχρις ἂν πάντων ἀκούσῃς), οὐ πρὸς ἀνάγκην παθῶν, οὐδὲ τὴν ἐξ οὐρανῶν κάθοδον βιασθεὶς, οὐδὲ τὴν ἀνάστασιν ὡς ἀπροσδόκητον εὐεργεσίαν παρ' ἐλπίδας εὑρὼν, ἀλλ' εἰδὼς πάντων τῶν πραγμάτων τὸ τέλος, καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος, ἔχων ἐν ὀφθαλμοῖς τῆς θεότητος τῶν προκειμένων τὴν γνῶσιν, καὶ πρὶν ἐξ οὐρανῶν κατελθεῖν, βλέπων καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν ταραχὴν, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ τὴν σκληρότητα, καὶ Πιλάτον προκαθήμενον, καὶ Καϊάφαν αὐτῷ τὴν ἐσθῆτα περισπαράσσοντα, καὶ τὸν στασιώδη δῆμον φλεγμαίνοντα, καὶ Ἰούδαν προδιδόντα, καὶ Πέτρον ὑπερμαχόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον
C ἑαυτὸν τῇ ἀναστάσει εἰς δόξαν ἀφθαρσίας μεταμορφούμενον· καὶ πᾶν τὸ μέλλον ἔχων ὑπογεγραμμένον τῇ γνώσει, οὐκ ἀνεβάλετο τὴν εἰς τὸν ἄνθρωπον χάριν, οὐδὲ ὑπερέθετο τὴν οἰκονομίαν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὸν ἀσθενῆ παρὰ χαράδρας συρόμενον βλέποντες, εἰδότες ὡς ἔστι καὶ βορβόρῳ τοῦ χειμάῤῥου ἐνειληθῆναι, καὶ τῆς πληγῆς ἀνασχέσθαι τῶν λίθων τῶν συνωθουμένων παρὰ τοῦ ὕδατος, ὅμως διὰ τὸ συμπαθὲς τὸ περὶ τὸν κινδυνεύοντα οὐκ ὀκνοῦσι τὴν εἴσοδον· οὕτω καὶ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Σωτὴρ, ἐθελοντὴς ὑβριστικὰ καὶ ἄτιμα κατεδέξατο, ἵνα τὸν ἐξ ἀπάτης ἀπολλύμενον σώσῃ, κατῆλθεν εἰς τὸν βίον, ἐπειδὴ προῄδει καὶ τὴν ἄνοδον ἔνδοξον. Ἀποθανεῖν τῷ ἀνθρωπίνῳ ἑαυτὸν συνεχώρησεν, ἐπειδὴ καὶ τὴν ἔγερσιν προεγίνωσκεν. Οὐ γὰρ ὡς εἷς τῶν
D κοινῶν ἀνθρώπων, ῥιψοκινδύνως ἐτόλμα τῇ ἀδηλίᾳ τοῦ μέλλοντος ἐπιτρέπων τὴν ἔκβασιν, ἀλλ' ὡς Θεὸς ᾠκονόμει τὸ προκείμενον, ἐπὶ ῥητῷ καὶ ἐγνωσμένῳ τῷ τέλει.

Hæc igitur *est dies*, *quam fecit Dominus*, *exsultemus et lætemur in ea*[3], non ebrietatibus et comessationibus, non choris et debacchationibus insanis, sed divinis ac Deo convenientibus cogitationibus. Hodie universum orbem terrarum videre

Αὕτη τοίνυν *ἡ ἡμέρα*, *ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ*, μὴ μέθαις καὶ κώμοις, μὴ χοροῖς καὶ παροινίαις, ἀλλὰ ταῖς θεοειδέσιν ἐννοίαις. Σήμερον ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ἔστιν ἰδεῖν ὡς μίαν οἰκίαν εἰς συμφωνίαν ἑνὸς

[3] Psal. cxvii, 24.

πράγματος συγχυθεῖσαν τοῦ κατὰ συνήθειαν πράγματος, μετασκευασθεῖσαν δὲ ἑνὶ συνθήματι εἰς τὴν σπουδὴν τῆς εὐχῆς. Αἱ λεωφόροι τοὺς ὁδοιπόρους οὐκ ἔχουσι· θάλασσα σήμερον ναυτῶν καὶ πλωτήρων ἔρημος· γεωργὸς τὴν σκαπάνην καὶ τὸ ἄροτρον ῥίψας, εἰς τὸ τοῦ ἑορτάζοντος σχῆμα ἐκαλλωπίσατο· αἱ καπηλεῖαι τῆς ἐμπορίας σχολάζουσιν· αἱ ὀχλήσεις ἐλύθησαν, ὡς χειμὼν ἐπιφανέντος ἔαρος· θόρυβοι καὶ ταραχαὶ καὶ ζάλαι τοῦ βίου, τῇ εἰρήνῃ τῆς ἑορτῆς ὑπεξέστησαν· ὁ πένης ὡς πλούσιος καλλωπίζεται· ὁ πλούσιος τῆς συνηθείας περιφανέστερος δείκνυται· ὁ πρεσβύτης ὡς νέος τρέχει πρὸς τὴν μετουσίαν τῆς εὐφροσύνης· ὁ ἀσθενής, καὶ τὴν νόσον βιάζεται· τὸ παιδίον τῇ ἐξαλλαγῇ τῆς ἐσθῆτος αἰσθητῶς ἑορτάζει, ἐπειδὴ νοητῶς οὐδέπω δύναται. Ἡ παρθένος ὑπεργάννυται τὴν ψυχήν, ὅτι τῆς ἰδίας ἐλπίδος λαμπρὰν καὶ οὕτω τιμωμένην τὴν ὑπόμνησιν βλέπει· ἡ ἔγγαμος ὅλῳ τῷ πληρώματι τῆς οἰκίας ἑορτάζουσα χαίρει· νῦν γὰρ αὐτή, καὶ ὁ σύνοικος, καὶ οἱ παῖδες, καὶ οἱ οἰκέται, καὶ πάντες ἐφέστιοι ἀγάλλονται. Καὶ ὥσπερ τὸ σμῆνος τῶν μελισσῶν τὸ νέον καὶ ἀρτίτοκον, πρῶτον τῆς καταδύσεως ἢ τῶν καλαθίσκων πρὸς τὸν ἀέρα καὶ τὸ φῶς ἐξιπτάμενον, ἄθρουν ὁμοῦ καὶ συνηγμένον ἑνὶ κλάδῳ δένδρου προσπλάσσεται· οὕτως ἐπὶ ταύτης τῆς ἑορτῆς ὁλόκληρα τὰ γένη πρὸς τὰς ἑστίας συντρέχει. Καὶ ἀληθῶς τῇ μιμήσει πρὸς τὴν μέλλουσαν ἡμέραν ἡ παροῦσα καλῶς ἀναφέρεται. Ἀθροιστικαὶ γὰρ ἀνθρώπων ἀμφότεραι, ἐκείνη τῶν καθόλου, αὕτη τῶν ἐπὶ μέρους· ἵνα δὲ τὸ ἀληθέστερον εἴπωμεν, ὅσον εἰς φαιδρότητα φέρει καὶ εὐθυμίαν, αὕτη τῆς προσδοκωμένης χαριεστέρα, ἐπειδὴ τότε μὲν ἐπάναγκες καὶ τοὺς ὀδυρομένους ὁρᾶσθαι, ὧν αἱ ἁμαρτίαι ἀποκαλύπτονται· νῦν δὲ ἀνεπίδεκτος τῶν σκυθρωπῶν ἐστιν ἡ εὐπάθεια. Ὅ τε γὰρ δίκαιος εὐφραίνεται, καὶ ὁ τὸ συνειδὸς μὴ καθαρεύων ἀναμένει τὴν ἐκ τῆς μετανοίας διόρθωσιν, καὶ πᾶσα ἡ λύπη ἐπὶ τῆς παρούσης ἡμέρας κοιμίζεται· οὐδεὶς δὲ οὕτω κατώδυνος, ὡς ἄνεσιν μὴ εὑρέσθαι τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῆς ἑορτῆς· νῦν ὁ δεσμώτης λύεται· ὁ χρεώστης ἀφίεται· ὁ δοῦλος ἐλευθεροῦται τῷ ἀγαθῷ καὶ φιλανθρώπῳ τῆς Ἐκκλησίας κηρύγματι, οὐ ῥαπιζόμενος ἀσχημόνως κατὰ τῆς παρειᾶς, καὶ πληγῇ τῆς πληγῆς ἀφιέμενος, οὐδὲ ὥσπερ ἐν πομπῇ τῷ δήμῳ δεικνύμενος ἐφ' ὑψηλῷ βήματι, ὕβριν δὲ ἔχων καὶ ἐρυθριασμὸν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐλευθερίας· ἀλλ' οὕτω κοσμίως ἀφιέμενος, ὡς γινώσκεται, εὐεργετεῖται καὶ ὁ μένων ἐπὶ τῆς δουλείας ἔτι. Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ καὶ βαρέα τὰ ἁμαρτήματα, παραίτησιν ὑπερβαίνοντα καὶ συγγνώμην, αἰδούμενος ὁ Δεσπότης τὸ τῆς ἡμέρας γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον, δέχεται τὸν ἀπερριμμένον, καὶ ἐν τοῖς ἀτίμοις ὁρώμενον, ὡς ὁ Φαραὼ τὸν οἰνοχόον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου. Οἶδε γὰρ ὡς κατὰ τὴν προθεσμίαν τῆς ἀναστάσεως, ἧς καθ' ὁμοιότητα τὴν παροῦσαν τιμῶμεν, χρήζει καὶ αὐτὸς τῆς ἀνεξικακίας καὶ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Δεσπότου, καὶ δανείζων ἐνταῦθα τὸν ἔλεον, προσδοκᾷ τὴν ἀπόδοσιν ἐν καιρῷ. Ἠκούσατε, οἱ δεσπόται; Φυλάξατε τὸν λόγον ὡς ἀγαθόν, μὴ διαβάλητέ με παρὰ τοῖς δούλοις ὡς ψευδῶς τὴν ἡμέραν ἐγκωμιάζοντα· ἀφέλετε τὴν

A licet, perinde ac si una domus esset, in unius rei de more fieri solitæ consensum ac quasi consonantiam coiisse atque coaluisse, unoque signo, quasi tessera accepta ad studium orationis traductum. Viæ publicæ viatoribus carent, mare hodie a nautis et vectoribus desertum: agricola aratro ac ligone projecto in habitum feriantis compositus et exornatus est, cauponæ a quæstu vacant: strepitus tanquam hiems appetente vere cessant: tumultus, turbæ, vitæ procellæ paci et quieti diei festi decesserunt, pauper ut dives exornatur, dives solito splendidior conspicitur; senex perinde ac juvenis accurrit, ut particeps lætitiæ fiat, infirmus quoque vim morbo affert: puellus infans mutatione vestis sensu externo festum colit, quando- B quidem interiori animi sensu nondum potest. Virgo in animo suo vehementer lætatur, quod suæ spei recordationem adeo splendide honorari cernit; materfamilias cum toto grege domus, nemine familiarium atque domesticorum absente, festum celebrans lætatur: nunc enim ipsa atque maritus et liberi, et servi, omnesque domestici lætantur. Ac veluti novum ac recens editum examen apum ex latibulis primum et alvearibus simul coactum atque confertum in aerem ac lucem evolans ramo alicujus arboris sese applicat et considit: haud aliter in hoc festo integræ familiæ ad sedes quæque suas confluunt. Ac profecto ipsa imitatione præsens dies ad futurum recte refertur atque comparatur. Uterque enim hominum congregator est: C ille universorum, hic singularium: ut autem verius dicamus, quantum ad lætitiam pertinet et hilaritatem: hæc quam illa, quæ exspectatur, gratior ac jucundior est, quippe tunc quidem necesse est etiam lamentantes videri, quorum videlicet peccata deteguntur; præsentis vero diei jucunditas nullos admittit tristes et animo demissos. Nam et justus lætatur, et is qui conscientiam puram non habet, ex resipiscentia sui correctionem sperat, atque omnis in præsenti die tristitia sopita est: nullus autem adeo ægritudine pressus et obnoxius est, quin per hujus festi magnificentiam mali sui remissionem sentiat atque levamen: hoc die nexi solvuntur: debitor dimittitur; servus bono D et humano præconio atque edicto Ecclesiæ manumittitur, nec tamen alapis fœde os ejus cæditur, plagaque a plaga liberatur: nec, quemadmodum in pompa fieri solet, in edito atque sublimi suggesto populo ostentatur, a rubore et contumelia libertatem suam exorsus: sed ita decore ac honeste dimittitur, ut notum est; beneficio item afficitur is, qui adhuc in servitute manet. Nam etiamsi multa ac gravia sint delicta, quæ veniam ac deprecationem excedant, hujus diei serenitatis et humanitatis veneratione Dominus recipit abjectum, et inter viles et ignominiosos conspicuum, quemadmodum Pharao ex carcere pincernam. Novit enim ipse tempore resurrectioni destinato, ad cujus similitudinem præsentem diem cohonestamus,

etiam seipsum opus habere lenitate ac bonitate Domini, et quasi mutuo misericordiam hic dans exspectat in tempore suo relationem et compensationem. Audistis, domini : Custodite sermonem pro bono, ne traducatis me apud servos, quasi falso ac non sincere laudibus celebrem diem, dimittite ægritudinem afflictis et anxiis animis, quemadmodum Dominus corporibus mortificationem : traducite infames ad honestatem; restituite ignominia notatos in famæ integritatem ; traducite ad gaudium afflictos, ad libertatem sermonis fiducia ac libertate carentes. Educite ex angulo tanquam ex sepulcris projectos. Efflorescat et emineat in omnibus sicuti flos, decor diei festi. Nam si natalis dies hominis regis carcerem aperit : dies victoria celebris et illustris, Christus resurgens afflictos, oppressos et constrictos non dimittet? Pauperes, amplectimini vestram nutricem : qui oblæsa, vitiata, corrupta mutilatave corpora habetis, curatricem vestrarum calamitatum (diem) salutate, quippe propter spem resurrectionis virtuti studetur, et vitium odio habetur, quoniam sublata resurrectione unus apud omnes obtinens sermo reperietur. *Edamus et bibamus : cras enim moriemur* [4].

A λύπην τῶν θλιβομένων ψυχῶν, ὡς ὁ Κύριος τῶν σωμάτων τὴν νέκρωσιν· μεταμορφώσατε τοὺς ἀτίμους εἰς ἐπιτιμίαν, τοὺς θλιβομένους εἰς χαρὰν, τοὺς ἀπαῤῥησιάστους εἰς παῤῥησίαν. Ἐξαγάγετε τῆς γωνίας τοὺς ῥιφέντας, ὡς τάφων· ἐπανθησάτω τὸ τῆς ἑορτῆς κάλλος ὡς ἄνθος τοῖς πᾶσιν. Εἰ γὰρ βασιλέως ἀνθρώπου γενέθλιος ἡμέρα ἀνοίγει δεσμωτήριον, ἡ ἐπινίκιος ἡμέρα Χριστὸς ἀναστὰς οὐκ ἀφήσει τοὺς τεθλιμμένους; Οἱ πτωχοὶ, τὴν ὑμετέραν τροφὸν ἀσπάσασθε· οἱ διεῤῥυηκότες καὶ λελωβημένοι τὰ σώματα, τὴν ἰωμένην ὑμῶν τὰς συμφοράς. Διὰ γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδα καὶ ἀρετὴ σπουδάζεται καὶ κακία μισεῖται, ἐπεὶ ἀναστάσεως ἀνῃρημένης, εἷς παρὰ πᾶσι κρατῶν εὑρεθήσεται λόγος· *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνή-*
B *σκομεν.*

Ad hunc diem respiciens Apostolus temporariam vitam contemnit, et futuram desiderat et affectat, extenuans autem ea, quæ videntur, *Si in hac*, inquit, *vita spem posuimus, maxime omnium hominum miserabiliores sumus* [5]. Propter hanc diem homines hæredes Dei et cohæredes Christi exsistunt. Propter hunc diem pars corporis, quam ante mille annos carnivoræ aves comederint, integra reperietur, et quam vel canes, vel cete cæteraque animalia marina devoraverint, una cum homine suscitato resurget : quinetiam quod ignis concremaverit, quod vermis in sepulcris assumpserit; et ut rem in summam conferam, omnia denique corpora, quotquot post generationem corruptio aboleverit et e medio sustulerit, integra nullaque sui parte carentia reddentur e terra, et ut Paulus docet [6], in momento oculi perficietur resurrectio. Ictus autem seu momentum oculi clausio palpebrarum est. Atque hac velocitate nulla res alia celerior esse possit. Neque humano more pro captu tuo reputans descripseris in animo tuo quot sint temporum intervalla, primum ut ossa putrefacta et in terram redacta in pristinam duritiem et levitatem compingantur : unita vero ex ipsa fractione rursus in aptam et convenientem compagem et naturalem coeant juncturam et commissuram; neque vero deinde animadverteres carnium obductionem, et nervorum productas conjunctiones, venarum arteriarumque tenues et exiles ductus, et quasi alveos sub cute explicatos; animarum inenarrabilium et innumerabilium multitudinem ex arcanis quibusdam habitationibus (evolantem) earumque unamquamque suum corpus tanquam vestem peculiarem agnoscentem, et in hoc rursus celeriter inhabitantem, certoque discrimine utentem in tanta multitudine spirituum generis ejusdem. Cogita enim ab Adam animas, et ab illo

Πρὸς ταύτην βλέπων ὁ Ἀπόστολος τὴν ἡμέραν, τῆς ζωῆς τῆς ἐπικαίρου καταφρονεῖ· ἐπιθυμεῖ δὲ τῆς μελλούσης, ἐξευτελίζων δὲ τὰ ὁρώμενά φησιν· *Εἰ ἐπὶ τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν.* Διὰ ταύτην τὴν ἡμέραν κληρονόμοι Θεοῦ ἄνθρωποι, καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ. Διὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ὅπερ οἱ σαρκοβόροι ὄρνιθες ἔφαγον πρὸ χιλίων ἐνιαυτῶν μέρος τοῦ σώματος, εὑρεθήσεται μὴ λεῖπον· καὶ ὅπερ κήτη,
C καὶ κύνες, καὶ τὰ ἐνάλια ζῶα κατεβοσκήθησαν, ἐγειρομένῳ τῷ ἀνθρώπῳ συναναστήσεται· καὶ ὅπερ διέφλεξε πῦρ, καὶ σκώληξ ἐν τάφοις κατεδαπάνησε, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ σώματα, ὅσα μετὰ τὴν γένεσιν ἠφάνισεν ἡ φθορὰ, ἀνελλιπῆ καὶ ἀκέραια δοθήσεται ἐκ τῆς γῆς, καὶ ὡς Παῦλος διδάσκει, ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ τελεσθήσεται ἡ ἀνάστασις. Ῥοπὴ δὲ ὀφθαλμοῦ, ἐπίμυσις βλεφάρων ἐστί. Καὶ τούτου τοῦ τάχους οὐκ ἂν ἕτερον ὀξύτερον γένοιτο· οὐδὲ ἀνθρωπικῶς κατὰ τὴν δύναμιν τὴν σαυτοῦ λογιζόμενος, πόσα διαστήματα χρόνων διαγράφεις ἐν τῇ ψυχῇ σου· πρῶτον, ἵνα τὰ διασαπέντα τῶν ὀστέων καὶ γεωθέντα εἰς τὴν σκληρότητα καὶ λειότητα συμπαγῇ, ἑνωθέντα δὲ ἐκ τῆς θρύψεως πάλιν εἰς ῥυθμὸν ἁρμονίας, καὶ τὴν φυσικὴν συνέλθῃ συνάφειαν. Εἶτα ἐπινοεῖς τὴν τῶν σαρκῶν
D περίπλασιν, καὶ νεύρων ἀποτεταμένας συνδέσεις, καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν λεπτοὺς ὀχετοὺς ὑφηπλωμένους τῷ δέρματι· ψυχῶν δὲ ἀμύθητον καὶ ἀναρίθμητον πλῆθος ἔκ τινων ἀποῤῥήτων οἰκήσεων· γνωρίζουσαν δὲ ἑκάστην ὡς ἱμάτιον ἐξαίρετον τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ τούτῳ πάλιν ἐνοικοῦσαν ὀξέως, ἀπλανῆ δὲ ἔχουσαν τὴν διάκρισιν κατὰ πλῆθους τοσούτου ὁμοφύλων πνευμάτων. Ἐννόησον γὰρ τὰς ἀπὸ Ἀδὰμ ψυχὰς, καὶ τὰ ἀπ' ἐκείνου σώματα πλῆθος τοσούτων οἰκιῶν λυθεισῶν, καὶ οἰκοδεσποτῶν ἐκ μακρᾶς τῆς ἀποδημίας ὑποστρεφόντων, πάντα δὲ παραδόξως τελούμενα· οὔτε γὰρ οἰκία ἀνακτιζομένη βραδύνει, οὔτε ὁ ἔνοικος πλανᾶται καὶ θυραυλεῖ, ζη-

[4] I Cor. xv, 32. [5] ibid. 10. [6] ibid. 52.

τῶν ποῦ τὰ ἴδια καὶ ἐξαίρετα· εὐθὺς δὲ ἐπ' αὐτὴν χωρεῖ, ὡσεὶ περιστερὰ πρὸς τὸν ἴδιον πύργον, κἂν πολλοὶ καὶ συνεχεῖς περὶ τὸν αὐτὸν τόπον ὦσιν δι' ὁμοίων σχημάτων ἐκλάμποντες. Πόθεν πάλιν ἡ ἀνάμνησις καὶ ὁ ἀναλογισμὸς τοῦ προτέρου βίου, καὶ ἑκάστης πράξεως ἔννοια, οὕτως ὀξέως συναπαρτιζομένη τῷ ζώῳ πρὸ τοσούτων αἰώνων διαλυθέντι; Καίτοι γε καὶ ἐξ ὕπνου ἄνθρωπος ἀνεγερθεὶς βαθυτέρου, ἐπ' ὀλίγον ἀγνοεῖ ὅστις ἐστὶ καὶ ὅποι διάγει, καὶ τῶν συνήθων ἐπιλανθάνεται, μέχρις ἂν ἡ ἐγρήγορσις τὴν νάρκην ἀποσκεδάσασα, πάλιν τὸ μνημονικὸν καὶ ἐνεργὲς ἀναζωπυρήσῃ. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοὺς λογισμοὺς τῶν πολλῶν ὑποτρέχοντα θαύματος ὑπερβάλλοντος πληροῖ τὴν διάνοιαν, συνεισάγει δὲ τὴν ἀπιστίαν τῷ θαύματι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ νοῦς οὐχ εὑρίσκει τῶν ἀπορουμένων καὶ ζητουμένων τὴν λύσιν, οὐδὲ δύναται τὴν ἑαυτοῦ πολυπραγμοσύνην εὑρήσει καὶ καταλύσει προσαναπαῦσαι, χωρεῖ πρὸς ἀπιστίαν λοιπὸν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἰδίων λογισμῶν, ἐκβάλλων καὶ ἀθετῶν τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. Μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ ὁδῷ προβαίνων ὁ λόγος πρὸς τὸ συνεχῶς λαλούμενον ἀφίκετο ζήτημα, καὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς ὑπόθεσις οἰκεία καὶ συγγενής, φέρε μικρὸν εἰς ἀρχὴν πρέπουσαν ἀναγαγόντες τὸ προκείμενον, πληροφορίαν ἐμποιῆσαι πειραθῶμεν τοῖς πρὸς τὰ φανερὰ κακῶς ἀμφιβάλλουσιν. Ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς θελήσας κτίσαι τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὡς εὐκαταφρόνητον ζῶον, ἀλλ' ὡς τιμιώτερον πάντων εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ τῆς ὑπ' οὐρανὸν κτίσεως ἀνέδειξε βασιλέα. Τοῦτο προελόμενος, καὶ τοιοῦτον ἀπαρτίσας σοφὸν καὶ θεοειδῆ, καὶ πολλῇ καταкοσμήσας τῇ χάριτι, ἆρα μετὰ γνώμης τοιαύτης εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν, ἵνα γεννηθεὶς φθαρῇ, καὶ τελείαν ὑποστῇ τὴν ἀπώλειαν; Ἀλλὰ μάταιος ὁ σκοπὸς, καὶ σφόδρα ἀνάξιον τὴν τοιαύτην ἔννοιαν εἰς Θεὸν ἀναφέρειν. Παιδίοις γὰρ οὕτως ἀπεικάζεται, οἰκοδομοῦσι σπουδῇ, καὶ λύουσι ταχέως τὸ κατασκεύασμα, πρὸς οὐδὲν πέρας εὔχρηστον τῆς διανοίας αὐτῶν καταληγούσης. Πᾶν δὲ τοὐναντίον ἐδιδάχθημεν· ὅτι τὸν πρωτόπλαστον ἀθάνατον ἔκτισεν. Ἐπισυμβάσης δὲ τῆς παραβάσεως καὶ τῆς ἁμαρτίας, εἰς δίκην τοῦ πλημμελήματος τῆς ἀθανασίας ἐστέρησεν· εἶτα ἡ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος ὑπερβλύζουσα τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ πρὸς τὸ ἔργον ἐπικλασθεῖσα τῶν ἰδίων χειρῶν, σοφίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ κατεκόσμησεν, ὃς εἰς τὴν ἀρχαίαν ἡμᾶς εὐδόκησεν ἀνακαινίσαι κατάστασιν.

A usque corpora tot numero domibus solutis ac desertis, patribusque familias ex longa quasi peregrinatione revertentibus, eaque omnia perfici admirabiliter et extra communem captum: neque enim vel domus tarde renovatur et instauratur, vel incola oberrat, ac quasi sub dio manet, dum propria ac peculiaria quærit, sed protinus ad eam tendit, tanquam columba ad suam turrim, etiamsi multæ atque frequentes circa eumdem locum fuerint iisdem notis insignes. Unde rursus recordatio et prioris vitæ expensio retractatioque, atque cujusque actionis cogitatio, quæ adeo celeriter una cum animali ante tot sæcula dissoluto absolvitur atque perficitur? Atqui vel ex somno profundiori excitatus homo paulisper ignorat qui sit, et ubi degat; B familiarumque et consuetarum rerum obliviscitur, donec vigilia discusso torpore rursus vim memoriæ conservatricem et efficaciam recreaverit, et redintegraverit. Hæc et similia cogitationes vulgi subeuntia ingenti mentem implent admiratione, et una cum admiratione inducunt incredulitatem. Quoniam enim mens eorum de quibus dubitat et quærit, solutionem non invenit, neque suam curiositatem inventione ac dissolutione sedare potest, deinceps propter infirmitatem suarum cogitationum et sensuum tendit ad incredulitatem, ejiciens et reprobans rerum veritatem. Enimvero quoniam cursu suo progrediens oratio ad eam, quæ frequenter tractatur, quæstionem pervenit, atque argumentum non alienum, sed proprium hujus diei C festi est; age paululum ad initium huic disputationi aptum atque conveniens quæstionem propositam revocantes, certam persuasionem inducere ac fidem facere conemur iis, qui perperam ambigunt de rebus manifestis. Creator rerum universarum cum statuisset hominem creare, non quod facile contemni posset, sed quod cæteris omnibus dignitate præstaret, animal in rerum naturam produxit, ejusque quæ sub cœlo est, creaturæ regem designavit. Hoc cum animo destinasset, et talem perfecisset sapientia formaque divina præditum, ac multa gratia atque decore ornatum, numquid eo consilio illum in rerum naturam produxit, ut genitus corrumperetur, et extremum subiret D interitum? At vanum id consilium, ineptum propositum et absurda fuisset intentio: ac vehementer sane indigna res est talem cogitationem ad Deum referre, et hujusmodi quidquam de eo sentire. Puerulis enim hac ratione assimilatur studiose ædificantibus, et celeriter structuram solventibus: quippe nullum finem utilem mente eorum spectante. Contrarium autem prorsus edocti sumus, quoniam eum quem primum finxit, immortalem creavit; verum cum postea accidisset transgressio atque peccatum, in pœnam delicti eum immortalitate privavit: deinde fons bonitatis exundans humanitate, et ad opus manuum suarum flexus, sapientia atque scientia adornavit, donec ita factu commodum ei visum est esse, ut in pristinum nos statum restitueret ac renovaret.

Ταῦτα καὶ ἀληθῆ τυγχάνει, καὶ τῆς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεως ἄξια. Προσμαρτυρεῖ γὰρ αὐτῷ μετὰ τῆς ἀγαθότητος καὶ τὴν δύναμιν. Τὸ δὲ ἀπαθῶς ἔχειν καὶ σκληρῶς πρὸς τὰ ἀρχόμενά τε καὶ ποιμαινόμενα, οὐδὲ ἀνθρώπων ἐστὶ χρηστῶν καὶ βελτίστων. Οὕτως ὁ ποιμὴν βούλεται ἐῤῥῶσθαι τὸ ποίμνιον αὐτῷ, καὶ

Hæc et vera sunt, et digna ea quam de Deo habere par est opinione. Testantur enim ejus non bonitatem solum, verum etiam potentiam. Nam non moveri ac durum esse adversus subjecta nostræque curæ commissa, nec hominum quidem benignorum et optimorum est. Ita opilio vult valere

sibi gregem, ac propemodum immortalem esse : item bubulcus variis curis boves auget : caprarius item capras fetus gemellos quoquo tempore parere optat : et in summa, omnis pastor pecorisque magister ad finem quemdam utilem respiciens, cum durare atque permanere sibi gregem atque armentum desiderat, tum fetura feliciter propagari cupit. Hoc cum ita sit, et ex iis quæ a nobis modo dicta sunt ostensum sit, maxime decere artificem ac creatorem generis nostri reformare et instaurare corruptum opus : palam est, quod qui cæteris fidem non habent, non ex aliqua causa pugnant et adversantur, quam quod arbitrantur fieri non posse, ut Deus id, quod mortuum ac dissolutum est, resuscitet. Mortuorum revera sensuque carentium cogitatio, qui existimant aliquid esse, quod a Deo perfici et expediri non possit, et suam ipsorum infirmitatem majestati omnipotenti assignant. Sed ut argumentis et probationibus eorum reprehendamus amentiam, ex præsentibus et præteritis ostendatur id quod futurum quidem est, sed futurum esse non creditur. Audisti quod pulvis ad formam redactus et homo factus est. Doce igitur me, quæso, tu qui tua sapientia omnia complecti vis, qua ratione tenuis pulvis dissipatus coactus sit ; quomodo terra caro facta sit, atque eadem materia, qua ratione et ossa, et cutem, et adipem, et pilos confecerit; quomodo cum una sit caro, diversæ cum formæ membrorum, tum qualitates et tactus sint; quomodo pulmo tactu mollis, colore lividus, jecur solidum, firmum et non cedens ac rubeum; cor constrictum ac durissima particula carnis; lien rarus et niger, omentum album et instar piscatoris retis a natura complicatum. Consideremus et illa, quo pacto prima mulier ex parva parte lateris integrum animal simile perfecto ac primo facta est; et pars ad omnia suffecit, et exiguum totum constituit, costa facta est caput, manus et pedes, viscerum et intestinorum flexuosa tortuosaque ac varia figura atque distinctio : caro, pili, oculus, nasus, os, omnia denique (ne longius orationem producam), omnia admirabilia, abhorrentia a communi opinione et sensu, ac mentis nostræ, qui Deo comparati universi exigua quæpiam portiuncula sumus, captum excedentia : apud Deum vero rationes fabricationis in promptu sunt et faciles, omnemque dubitationem excludentes, et admodum certæ. Quo igitur pacto sana mente præditi esse videbuntur, qui concedunt ex una quidem costa hominem esse factum, non autem credunt ex integri hominis materia eumdem renovari ? Non potest fieri, non potest, ut humanæ mentis agitationibus divina vis in rebus efficiendis inquirendo explorari et investigari possit. Nam si omnia a nobis percipi comprehendique possent, non præstaret nobis is qui præstat. Quid loquor de Deo? Nec cum brutis quidem animalibus, quod ad quasdam attinet potentias et facultates, comparandi aliquo modo, sed et illis quoque inferiores sumus. Ne longius abeas, cursu quidem nos equi, canes, aliaque animalia multa præcedunt : viribus item cameli et muli, notationes vero viarum, asini nobis antecellunt, et acumen visus et acies oculorum, qua capreæ præditæ sunt, in oculis nostris non reperitur.

A σχεδὸν ὑπάρχειν ἀθάνατον· καὶ ὁ βουκόλος παντοδαπαῖς θεραπείαις αὔξει τὰς βοῦς· καὶ τὰς αἶγας διδυμοτόκους ὑπάρχειν ὁ αἰπόλος εὔχεται· καὶ πᾶς ἀγελάρχης ἁπλῶς διαμένειν αὐτῷ καὶ εὐθηνεῖσθαι ποθεῖ τὴν ἀγέλην, πρός τι τέλος εὔχρηστον ἀφορῶν. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων δειχθέντος πρεπωδέστατον ὑπάρχειν τῷ δημιουργῷ καὶ τεχνίτῃ τοῦ γένους ἡμῶν ἀναπλάσαι τὸ φθαρὲν ποίημα, πρόδηλον ὡς οἱ τοῖς ἑξῆς ἀπειθοῦντες οὐκ ἄλλοθέν ποθεν ἀπομάχονται, ἢ διὰ τὸ νομίζειν ἀδύνατον εἶναι τῷ Θεῷ τὸ τεθνηκὸς καὶ διαλυθὲν ἀνεγεῖραι. Νεκρῶν ἀληθῶς καὶ ἀναισθήτων τὸ φρόνημα, τὸ ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον ἐπὶ Θεοῦ λογιζομένων, καὶ τὰ τῆς ἰδίας ἀσθενείας ἐπὶ τὴν παντοδύναμον φερόντων μεγαλοπρέπειαν. B Ἵνα δὲ λόγοις ἐλεγκτικοῖς τῆς ἀνοίας αὐτῶν καθικώμεθα, ἐκ τῶν γεγονότων καὶ ὄντων ἀποδειχθήτω τὸ μέλλον καὶ ἀπιστούμενον. Ἤκουσας ὅτι ὁ χοῦς ἐπλάσθη, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος. Δίδαξον οὖν με, παρακαλῶ, ὁ πάντα ἀξιῶν τῇ σοφίᾳ τῇ ἑαυτοῦ περιδράσσεσθαι, πῶς ὁ λεπτὸς χοῦς ὁ ἐσκεδασμένος συνήχθη, πῶς ἡ γῆ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη, καὶ ὀστέα ἐποίησε, καὶ δέρμα, καὶ πιμελὴν, καὶ τρίχας· πῶς μιᾶς οὔσης τῆς σαρκὸς διάφοροι αἱ ἰδέαι τῶν μελῶν καὶ αἱ ποιότητες καὶ ἁφαί· πῶς ὁ πνεύμων ἁπαλὸς τὴν ἁφὴν, πελιδνὸς τὴν χρόαν· τὸ ἧπαρ στριφ[ν]ὸν καὶ ἐρυθρὸν, ἡ καρδία πεπιλημένη καὶ σκληρότατον μόριον ἐν σαρκὶ, ὁ σπλὴν ἀραιὸς καὶ μέλας· ὁ ἐπίπλους λευκὸς, καὶ δίκτυον ἁλιευτικὸν συμπεπλεγμένον παρὰ τῆς φύσεως. Σκεψώμεθα κἀκεῖνα· C πῶς ἡ πρώτη γυνὴ, ἀπὸ μικροῦ μέρους τῆς πλευρᾶς, ὑπέστη ζῶον ὁλόκληρον, ὅμοιον τῷ τελείῳ καὶ πρώτῳ, καὶ τὸ μέρος πρὸς πάντα διήρκεσε καὶ τὸ ὀλίγον τὸ πᾶν συνεστήσατο, ἡ πλευρὰ, ἐγένετο κεφαλὴ, χεῖρες καὶ πόδες, ἐγκάτων σκολιὰ καὶ ποικίλη διάπλασις, σὰρξ, καὶ τρίχες, ὀφθαλμὸς, καὶ ῥὶς, καὶ στόμα, καὶ πάντα ἁπλῶς, ἵνα μὴ μακρὸν ἀπαγάγω τὸν λόγον, πάντα θαυμαστὰ καὶ παράδοξα ἡμῖν τοῖς ὀλίγοις, πρόχειροι δὲ παρὰ Θεῷ τῆς κατασκευῆς οἱ λόγοι καὶ λίαν ὁμολογούμενοι. Πῶς οὖν σωφρονεῖν δόξουσιν οἱ τὴν μὲν μίαν πλευρὰν συγχωροῦντες γενέσθαι ἄνθρωπον, ἀπὸ δὲ ὁλοκλήρου τῆς τοῦ ἀνθρώπου ὕλης ἀπιστοῦντες τὸν αὐτὸν ἀνακτίζεσθαι; Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἐπινοίαις ἀνθρωπικαῖς Θεοῦ πολυπραγμονεῖν ἐνεργείας. Εἰ γὰρ πάντα D ἦν ἡμῖν καταληπτὰ, οὐκ ἂν κρείττων ἦν ἡμῶν ὁ κρείττων. Τί λέγω περὶ Θεοῦ; Οὐδὲ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἐπί τινων δυνάμεων σύγκρισίν τινα ἔχομεν, ἀλλὰ κἀκείνων ἀπολειπόμεθα. Αὐτίκα δρόμῳ μὲν ἡμᾶς ὑπερβάλλονται ἵπποι, καὶ κύνες, καὶ ἄλλα πολλά· δυνάμει δὲ κάμηλοι καὶ ἡμίονοι· σημειώσει δὲ ὁδῶν, οἱ ὄνοι· καὶ τὸ τῆς δορκάδος ὀξυωπὸν ἐν ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς οὐχ εὑρίσκεται.

A Διὸ εὐγνωμόνων καὶ σωφρονούντων ἐστὶ πιστεύειν τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ λεγομένοις· τοὺς δὲ τρόπους καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐνεργειῶν, ὡς ὑπερβαινούσας, μὴ ἀπαιτεῖν. Ἐπεὶ λεχθήσεται ἑνὶ τῶν πολυπραγμόνων· Δεῖξόν μοι τῷ λόγῳ σου τὴν τῶν ὁρωμένων οὐσίωσιν. Εἰπὲ ποίᾳ τέχνῃ τὴν πολύμορφον ταύτην ἐργασίαν ἐδημιούργησεν. Ἂν γὰρ ταῦτα ἐξεύρῃς, εἰκότως ἀμηχανεῖς καὶ ἀσχάλλεις, διότι τὴν τῆς παλιγγενεσίας μετακόσμησιν ἀγνοεῖς, ὁ τῆς γενέσεως τὸν λόγον εἰδώς. Εἰ δὲ ὄναρ σοι ἐκεῖνα καὶ φαντασία, καὶ πανταχόθεν ἡ ἐπίγνωσις ἄπορος, μὴ ἀγανάκτει, εἰ τὸν λόγον τῆς κατασκευῆς ἀγνοῶν, καὶ τὴν διόρθωσιν τοῦ φθαρέντος οὐ συνορᾷς. Ὁ αὐτὸς τεχνίτης ἐστὶ καὶ τῆς πρώτης κτίσεως, καὶ τῆς δευτέρας μετακοσμήσεως. Οἶδεν ὅπως τὸ ἴδιον ἔργον διάλυσιν ὑπομεῖναν συναρμόσει πάλιν εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. B Εἰ σοφίας χρεία, ἡ πηγὴ τῆς σοφίας παρ' ἐκείνῳ· εἰ δυνάμεως, οὐ χρῄζει συνεργοῦ καὶ συλλήπτορος. Οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ σοφωτάτου Προφήτου μετρήσας τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν μέγαν καὶ ἄπλετον οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν δρακί. Θεώρησον εἰκόνας, ἐνεργείας σημεῖα παρεχομένας τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεως, ἀπόγνωσιν ἐμποιούσας τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν, τοῦ μηδὲν δύνασθαι ἄξιον τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως φαντασθῆναι. Παντοδύναμος καὶ ἔστι καὶ λέγεται. Τάχα γὰρ οὐ ζυγομαχήσεις πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ δώσεις ὡς συγκεχωρημένον κρατεῖν. Τῷ δὲ πάντα δυναμένῳ, οὐδὲν ἄπορον ἢ ἀμήχανον. Ἔχεις πολλὰ τῆς πίστεως ἐνέχυρα ἀναγκαστικῶς σε συνελαύνοντα πρὸς τὸ συντίθεσθαι τοῖς παρ' ἡμῶν λε- C γομένοις· πρῶτον μὲν πᾶσαν τὴν ποικίλην καὶ πολυσύνθετον κτίσιν βοῶσαν παντὸς κηρύγματος εὐσημότερον, ὅτι ὁ μέγας καὶ σοφὸς τεχνίτης, ὁ πάντα τὰ βλεπόμενα τεχνησάμενος. Πρὸς δὲ ταύτην προμηθὴς ὢν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ψυχάρια πόῤῥωθεν καθορῶν, ἔργῳ τὴν τῶν νεκρῶν ἔγερσιν ἐβεβαίωσεν, πολλὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων ψυχώσας. Διὰ τοῦτο Λάζαρος τετραήμερος νεκρὸς τῆς θήκης ἐξήλατο· καὶ τῆς χήρας ὁ μονογενὴς ἀπεδόθη τῇ μητρὶ, ἐκ τῆς κλίνης καὶ τῆς ἐκφορᾶς πρὸς τοὺς ζῶντας ἀναλυθεὶς, καὶ ἄλλοι μυρίοι οὓς ἀπαριθμεῖσθαι νῦν ὀχληρόν. Τί λέγω περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος, ὁπότε, ἵνα ἐπιπλέον δυσωπηθῶσιν οἱ ἀμφιβάλλοντες, καὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς ἀποστόλοις τὴν τοῦ ἐγείρειν νεκροὺς ἐχαρίσατο δύναμιν; D Ἔστιν οὖν ἡ ἀπόδειξις ἐναργής. Καὶ διὰ τί, οἱ φιλόνεικοι, πράγματα ἡμῖν παρέχετε, ὡς ἀναποδείκτων λόγων ἐξηγηταῖς; Ὡς εἷς ἠγέρθη, οὕτω καὶ δέκα· ὡς οἱ δέκα, καὶ τριακόσιοι· ὡς τριακόσιοι, καὶ πολλοί. Ὁ γὰρ ἑνὸς ἀνδριάντος τεχνίτης, ἔσται ῥᾳδίως καὶ μυρίων δημιουργός. Οὐκ εἴδετε τοὺς μηχανικοὺς, ὅπως τῶν μεγάλων καὶ ἐξαισίων οἰκοδομημάτων ἐν ὀλίγῳ κηρῷ τὰς μορφὰς καὶ τοὺς τύπους προσαναπλάττουσιν; Καὶ ὁ ἐν τῷ μικρῷ λόγος τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ἐν ταῖς πολλαῖς καὶ μεγάλαις κατασκευαῖς. Μέγας ὁ οὐρανὸς, τεχνικὸν τοῦ Θεοῦ δημιούργημα. Ἐπειδὴ δὲ λογικὸν ζῶον ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον

Quocirca candidos, gratos et sanos homines fidem habere decet iis, quæ a Deo dicuntur: modos autem et causas actionum et operum, tanquam nostram intelligentiam excedentes, exquirere non oportet. Dicetur enim cuilibet istorum curiosorum: Ostende mihi ratione atque oratione tua, quomodo hæ res, quas videmus, ad essentiam productæ sint. Dic qua arte multiforme opus hoc creaverit. Nam si hæc excogitaveris et compereris, merito perplexus et implicitus hæsitas, et succenses et indignaris, quod regenerationis transformationem nescis, qui generationis rationem haud ignores. Quod si illa tibi nihil aliud quam somnium et imaginatio sunt atque undique cognitio perplexa, inexplicabilis et investigabilis est, ne indigneris, si cum rationem fabricationis ignores, etiam correctionem atque reparationem corrupti non intelligis. Idem artifex est et primæ creationis et secundæ transformationis. Novit quomodo suum opus dissolutum rursus concinnet, et ad pristinum statum reducat. Si sapientia opus est, fons sapientiæ est apud illum: si potentia et viribus opus est, non indiget socio atque adjutore. Hic est qui juxta vocem sapientissimi prophetæ [7], manu sua dimensus est aquam, et magnum et immensum cœlum palmo, et terram pugno. Contemplare imagines, evidentia signa præbentes ineffabilis potentiæ, cogitationibus nostris desperationem inducentes, nihil dignum Dei natura posse nos imaginari. Omnipotens et est et dicitur. Forsitan enim non adversaberis in hoc, sed dabis tanquam concessum obtinere, atque ita se habere. At ei qui omnia potest, nihil est perplexum, nihil quod explicari aut expediri perficive non possit. Multa fidei pignora habes, quæ necessario te compellant, ut assentiaris iis, quæ a nobis dicuntur: primum quidem universam creaturam variam et multiplicem, cujusvis præconis voce clarius et significantius proclamantem, quod et magnus et sapiens artifex sit is, qui ea quæ videntur, fabricatus est. Cum autem adversus hanc creaturam Deus providus sit, atque etiam procul infidelium animulas intueatur, ipso opere resurrectionem mortuorum confirmavit, multis corporibus mortuorum anima restituta. Hac de causa Lazarus quartum jam diem mortuus exsiluit e sepulcro [7*]. Unicus item ille viduæ filius ex lectica, qua efferebatur, ad vivos revocatus matri suæ redditus est [8]: atque alii sexcenti, quos enumerare nunc molestum fuerit. Quid dico de Deo ac Servatore? quandoquidem, ut magis flectantur et moveantur illi qui ambigunt, etiam servis suis apostolis mortuos excitandi virtutem largitus est. Demonstratio igitur evidens est ac manifesta. Et cur nobis negotium exhibetis, contentiosi, quasi sermonum, qui demonstrari non possint, auctoribus? Quemadmodum unus excitatus est, eodem modo decem, ita et trecenti; ut trecenti, ita etiam plures. Unius enim statuæ arti-

[7] Isa. XL, 12. [7*] Joan. XI, 43. [8] Luc. VII, 15.

fex vel sexcentarum facile opifex erit. Annon videtis mechanicos, quemadmodum magnorum et ingentium ædificiorum formas et figuras in exigua cera speciminis loco effingunt atque designant? Ac ratio quæ in parvo est, eamdem vim habet in multis ac magnis structuris. Magnum cœlum, artificiosum Dei opificium est. Ac quoniam Deus hominem animal rationale fecit, ut comprehensione operum glorificet sapientem et solertem eorum fabricatorem, videas astronomi sphæram parvam quidem, sed in manu scientis ita moveri, quemadmodum a Deo cœlum movetur. Ac minima structura magni illius opificii simulacrum est: et ratio, quæ in parvis est, declarat immensa, quæ nostrum sensum et intellectum exsuperant et excedunt. Sed cur hæc exposui? ut intelligas, quod si me quoque interrogaveris, quomodo corporum, quæ ab sæculo usque fuerunt, resurrectio futura erit, contra statim audies: quomodo Lazarus, qui quartum jam diem sepultus erat, resuscitatus est? Perspicuum enim est, quod eam fidem et probationem quæ in uno fit, etiam in multis similiter homo sanus admiserit. Posito quod Deus sit, qui faciat, nihil dixeris esse, quod fieri non possit: neque tua cogitatione percipi posse putes illius, qui comprehendi non potest, sapientiam. Neque enim illi quidquam infinitum: at tibi ea, quæ pertinent ad infiniti quæstionem, inscrutabilia et investigabilia sunt.

A ἐποίησεν, ἵνα τῇ καταλήψει τῶν ποιημάτων δοξάσῃ τὸν σοφὸν καὶ εὐμήχανον ποιητήν, ὄψει τὸ τοῦ ἀστρονόμου σφαιρίον μικρὸν μὲν, ἐν δὲ τῇ χειρὶ κινούμενον τοῦ ἐπιστήμονος οὕτως ὡς οὐρανὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἐλάχιστον κατασκεύασμα τοῦ μεγάλου δημιουργήματος εἰκὼν γίνεται· καὶ ἐν τοῖς μικροῖς ὁ λόγος ἑρμηνεύει τὰ ὑπέροχα καὶ τὰ τὴν αἴσθησιν ἡμῶν ὑπερβαίνοντα. Ταῦτα δὲ πρὸς τί διῆλθον; ἵνα γινώσκῃς ὅτι κἂν ἐρωτήσῃς με πῶς ἔσται τῶν ἀπ' αἰῶνος σωμάτων ἡ ἀνάστασις, ἀντακούσῃ ταχέως, Πῶς ὁ τετραήμερος ἠγέρθη Λάζαρος; Πρόδηλον γὰρ ὡς τὴν ἐπὶ τῷ ἑνὶ πληροφορίαν, κἂν τοῖς πολλοῖς ὁμοίως σωφρονῶν παραδέξεται. Θεὸν ὑποτιθέμενος τὸν ποιοῦντα, μηδὲν εἴπῃς ἀδύνατον, μηδὲ τῇ σαυτοῦ ἐννοίᾳ καταληπτὴν νομίσῃς τὴν τοῦ ἀκαταλήπτου σοφίαν. B Οὔτε γὰρ ἐκείνῳ τι ἄπειρον, καὶ σοὶ τὰ τοῦ ἀπείρου ἀνεξερεύνητα.

Videbimus autem hanc rationem pulchre, si præter ea quæ dicta sunt, scrutemur et exquiramus modum generationis nostræ, non primum et antiquissimum illum, a Deo proditum et institutum, de quo in superioribus dicta sunt hæc; sed eum qui usque ad hoc tempus consimiliter a natura perficitur. Inexplicabilis enim hic est, et cogitationi humanæ inaccessus. Nam qua ratione, cum res humida, rudis et informis sit, semen in caput concrescit, tibias et costas durescit et consolidatur, cerebrum efficit tenerum rarumque, et os quo continetur, adeo durum ac rigidum, variam denique animalis fabricationem et compositionem, ut breviter dicam, ac nimius ne sim minutatim singula persequendo. Quemadmodum igitur semen, quod initio informe est, dum occulta et ineffabili arte Dei tractatur, in speciem redigitur, et in corpora grandescit et adolescit: ita non modo non est absonum et absurdum, verum etiam admodum consentaneum atque probabile materiam quæ est in sepulcris, quæ quondam erat in forma, rursus in pristinam renovari figuram ac rursus pulverem fieri hominem: quemadmodum nimirum etiam initio nactus est inde generationem. Concedamus Deo, quod tantum possit, quantum valet figulus: et quid hic faciat, consideremus. Rude atque informe lutum acceptum ad formam vasis redigit, idque radiis solis expositum siccat ac durat. Est autem, verbi gratia, id quod fingitur atque formatur urceolus, vel scutella, vel dolium, sed si quid temere inciderit et subverterit, collapsum confringitur, et rudis et informis terra fit, suamque speciem amittit. At artifex, si voluerit, celeriter corrigit ac reficit id quod casu corruptum est, ac rursus

Ὀψόμεθα δὲ τοῦτον τὸν λόγον καλῶς, ἂν πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τὸν τρόπον τῆς γενέσεως ἡμῶν δοκιμάσωμεν, οὐ τὸν πρῶτον καὶ πρεσβύτατον ἐκεῖνον τὸν παρὰ Θεοῦ, περὶ οὗ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται ταῦτα, ἀλλὰ τὸν μέχρι νῦν ἀκολούθως παρὰ τῆς φύσεως ἐκτελούμενον. Ἄπορος γὰρ οὗτος καὶ λογισμῷ C ἀνθρωπίνῳ ἀπρόσιτος. Πῶς γὰρ τὸ σπέρμα οὐσία οὖσα ὑγρὰ καὶ ἄπλαστος καὶ ἀνειδὴς, εἰς κεφαλὴν πήγνυται, καὶ εἰς ἀντικνήμια καὶ πλευρὰς στερεοῦται, καὶ ποιεῖ ἐγκέφαλον ἁπαλὸν καὶ μανὸν, καὶ τὸ περιέχον αὐτὸν ὀστέον οὕτω σκληρὸν καὶ ἀντιτυπὲς, καὶ τὴν ποικίλην τοῦ ζώου κατασκευὴν, ἵνα συντόμως εἴπω, καὶ μὴ παρέλκω λεπτομερῶς ἐπεξιὼν τοῖς καθέκαστα; Ὡς οὖν τὸ σπέρμα ὑπάρχον ἄμορφον ἐν ἀρχαῖς, εἰς σχῆμα τυποῦται, καὶ εἰς ὄγκους ἁδρύνεται, τῇ ἀποῤῥήτῳ τοῦ Θεοῦ κατασκευαζόμενον τέχνῃ· οὕτως οὐδὲν ἀπεικὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀκόλουθον, τὴν ἐν τοῖς τάφοις ὕλην, τήν ποτε οὖσαν ἐν εἴδει, αὖθις εἰς τὴν παλαιὰν ἀνακαινισθῆναι διάπλασιν, καὶ πάλιν γενέσθαι τὸν χοῦν ἄνθρωπον· ὥσπερ δὴ καὶ τὸ D πρῶτον ἐκεῖθεν ἔσχε τὴν γένεσιν. Συγχωρήσωμεν τῷ Θεῷ δύνασθαι τοσοῦτον, ὅσον ὁ κεραμεὺς ἰσχύει· τί γὰρ οὗτος ποιεῖ, λογισώμεθα. Πηλὸν λαβὼν ἄμορφον, εἰς σκεῦος ὁδοποιεῖ, καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἀκτῖνα τὴν ἡλιακὴν προθέμενος ξηραίνει καὶ στερεὸν ἀπεργάζεται. Ἔστι δὲ ἀμφορίσκος, ἢ πίναξ, ἢ πίθος τὸ πλαττόμενον· ἀλλ' ἐμπεσόντος τινὸς ἀτάκτως καὶ ἀνατρέψαντος, συντρίβεται καταπεσὼν, καὶ γίνεται ἀμόρφωτος γῆ. Ὁ δὲ τεχνίτης βουληθεὶς ὀξέως ἐπανορθοῖ τὸ συμβὰν, καὶ πάλιν πηλὸν σχηματίσας τῇ τέχνῃ, οὐδὲν χεῖρον τοῦ ποτε ὄντος ἀπεργάζεται τὸ σκεῦος. Καὶ ὁ μὲν κεραμεὺς οὗτος, μικρὸν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως κτίσμα, ὁ δὲ Θεὸς ἀπιστεῖται ὑπ-

ἰσχνούμενος ἀνακαινίζειν τὸν τεθνηκότα; Πολλῆς ταῦτα τῆς ἀνοίας ἐστί.

Θεωρήσωμεν καὶ τὸ τοῦ σίτου ὑπόδειγμα, ᾧ Παῦλος ὁ πάνσοφος παιδεύει τοὺς ἄφρονας, λέγων, *Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἤ τινος τῶν λοιπῶν σπερμάτων· ὁ δὲ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν.* Ἀκριβῶς προσέχωμεν τῇ γενέσει τοῦ σίτου, καὶ τάχα τὸν ἀναστάσεως λόγον διδαχθησόμεθα. Ὁ σῖτος ῥίπτεται εἰς τὴν γῆν. Διασαπεὶς δὲ ἐν τῇ νοτίδι, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις τελευτήσας, ἀπολήγει εἴς τινα γαλακτώδη οὐσίαν, ἥτις παγεῖσα μικρὸν, ὀξὺ καὶ λευκὸν γίνεται κέντρον, αὐξηθεῖσα δὲ ὅσον προκύψαι τῆς γῆς, ἐκ τοῦ λευκοῦ πρὸς ἠρέμα χλοαινόμενον μεταβάλλεται. Εἶτα, γίνεται πόα καὶ κόμη τῶν βώλων· ἐφαπλωθεῖσα δὲ αὐτοῖς καὶ σκεδασθεῖσα μετρίως, πολυσχιδῆ κάτωθεν ὑποτρέφει τὴν ῥίζαν, τῷ μέλλοντι βάρει τὴν ὑποβάθραν προευτρεπίζουσα. Καὶ ὥσπερ οἱ ἱστοὶ τῶν πλοίων πλείστοις πανταχόθεν διατείνονται κάλοις, ἵνα πάγιοι μένωσιν ἰσοῤῥόποις ταῖς ὁλκαῖς ἀντισπώμενοι, οὕτως αἱ σχοινοειδεῖς ἀποφύσεις τῆς ῥίζης, ἀντιλαβαὶ τῶν ἀσταχύων γίνονται καὶ ἐρείσματα. Ἐπειδὰν εἰς κάλαμον ὁ σῖτος διαναστῇ, καὶ πρὸς τὸ ὕψος ἐπείγηται, γόνασιν αὐτὸν καὶ κόμβοις ὁ Θεὸς ὑπερείδει, οἷον οἰκίαν τινὰ συνδέσμοις ἀσφαλιζόμενος διὰ τὴν προσδοκωμένην τῆς κόμης βαρύτητα. Εἶτα, τῆς ἰσχύος ἑτοιμασθείσης, τὴν κάλυκα σχίσας, προσάγει τὸν ἄσταχυν. Καὶ πάλιν ἐκεῖ θαύματα κρείττονα. Στοιχηδὸν γὰρ ὁ σῖτος αὐτῷ περιφύεται, καὶ τῶν κόκκων ἕκαστος ἐξαίρετον ἔχει τὴν ἀποθήκην· καὶ τελευταῖοι προβέβληνται οἱ ἀνθέρικες ὀξεῖς καὶ λεπτοὶ, ὅπλα, οἶμαι, κατὰ τῶν σπερμολόγων ὀρνίθων, ἵνα ταῖς ἐκείνων ἀκμαῖς νυττόμενοι, τῷ καρπῷ μὴ λυμαίνωνται. Ὁρᾷς ὅσην εἷς κόκκος διασαπεὶς θαυματουργίαν ἔχει, καὶ μόνος πεσὼν μεθ' ὅσων ἐγείρεται; Ἄνθρωπος δὲ οὐδὲν προσλαμβάνει πλέον· ὃ δὲ εἶχεν ἀπολαμβάνει, καὶ διὰ τοῦτο τῆς γεωργίας τοῦ σίτου, ὁ ἡμέτερος ἀνακαινισμὸς εὐκολώτερος ἀναφαίνεται. Ἐντεῦθεν μετάβηθι πρὸς τὴν ἔννοιαν τῶν δένδρων, ὅπως ὁ χειμὼν αὐτοῖς καθ' ἕκαστον ἔτος ἀντὶ θανάτου γίνεται. Ἀποῤῥύεται γὰρ ἡ ὀπώρα, καὶ τὸ φύλλον πίπτει, καὶ ξηρὰ μένει τὰ ξύλα πάσης χάριτος ἐστερημένα. Ἐπειδὰν δὲ τοῦ ἔαρος ὁ καιρὸς ἐπιλάβοι, ἄνθος αὐτοῖς χαριέστατον ὑπερφύεται, καὶ μετὰ τὸ ἄνθος ἐπιγίνεται τῶν φύλλων ἡ σκέπη, καὶ τότε ὡς εὐειδὲς θέαμα ἀνθρώπων τε τὰς ὄψεις ἐφέλκεται, καὶ ὀρνίθων ᾠδικῶν ἐργαστήρια γίνεται, τοῖς πετάλοις ἐγκαθημένων, καὶ θαυμαστή τις περὶ αὐτὰ χάρις ἐκλάμπει· ὥστε πολλοὶ καὶ οἶκον ἀφῆκαν χρυσῷ κεκοσμημένον, καὶ λίθῳ τῷ Θεσσαλῷ καὶ Λάκωνι, τερπνὴν δὲ μᾶλλον ἑαυτοῖς ἔθεντο τὴν ὑπὸ δένδρα διαγωγήν. Διὸ καὶ ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ ὑπὸ δρυῒ τὴν σκηνὴν ἐπήξατο, οὐκ οἰκίας πάντως ἀπορῶν, ἀλλὰ τῆς ἐπὶ τῶν κλάδων ἐπαγαλλόμενος τέρψεως.

A arte lutum fingens nihilo priore deterius vas efficit. Atque hic quidem figulus parva potentiæ Dei creatura est, et Deo non creditur pollicenti se mortuos renovaturum? Multum amentis est ista pronuntiare.

Consideremus item similitudinem tritici, qua sapientissimus Paulus insipientes corripit et instituit, dicens, *Stulte, tu quod seminas, non id quod nascetur corpus seminas, sed nudum granum, exempli gratia, tritici aut alicujus reliquorum seminum: Deus autem dat ei corpus, quemadmodum voluit* [9]. Diligenter attendamus generationi tritici, et celeriter resurrectionis rationem discemus. Triticum in terram projicitur, computrefactum autem humore, et ut ita dicam, mortuum desinit in lacteam quamdam naturam, quæ paulatim concreta atque

B coalita, quasi stimulus quidam fit albus et acutus; aucta deinde in eam magnitudinem, ut terra prominere et exstare possit, ex albo sensim in herbescentem viriditatem mutatur; postea fit herba et coma glebarum: quibus infusa et leviter sparsa compluribus nixam fibris radicem subtus alit, futuro ponderi sustentaculum et adminiculum præparans; ac quemadmodum navium mali plurimis undique funibus distenduntur, ut firmi stabilesque permaneant, æquilibribus tractibus obnixi: ita funium in modum ex radice enatæ fibræ sustentamenta spicarum et retinacula fiunt. Postquam autem in culmum erectum triticum in altum tendere cœperit, geniculis et nodis Deus id firmat, veluti

C domum aliquam conjuncturis muniens, propter eam, quæ speratur comæ gravitatem: post hæc maturis jam viribus, diductis vaginis, quibus includebatur, producit spicam. Atque illic rursus miracula majora. Ordine enim porrecto structam undique videre licet ei frugem adnascendo quasi circumfudi; et singula grana peculiarem et proprium folliculum et quasi cellam habent; postremo prætenduntur aristæ graciles quædam et acutæ, arma, opinor, adversus aviculas seminibus insidiari solitas, ut dum illarum quasi spiculis punguntur, frugem carpere atque vastare desinant. Vides quantum unum granum putrefactum miraculorum effectum in se contineat, ac cum solum ceciderit, quam multiplex resurgat. At homo nihil insuper accipit am-

D plius; sed recipit id quod habebat, ac propterea nostri renovatio videtur esse facilior, quam id quod in agricultura accidit frumento. Transi hinc ad considerationem arborum, ut hiems eis omnibus annis loco mortis sit. Decidunt enim poma, folia defluunt, arida remanent ligna omni decore spoliata. Postquam autem tempus veris appetierit, flos eis gratissimus innascitur: florem foliorum tegumentum excipit: at tunc veluti pulchrum et amœnum spectaculum cum hominum oculos in se convertunt, tum avium cantatricum frondibus insidentium quasi officinæ exsistunt, et admirabilis quædam circa eas amœnitas ac gratia relucet, adeo

[9] I Cor. xv, 36-38.

ut multi ædes auro et lapide tum Thessalico, tum Laconico exornatas deseruerint, et jucundiorem sibi sub arboribus habitationem esse duxerint. Idcirco patriarcha quoque Abraham sub quercu tabernaculum fixit, non prorsus inopia domicilii, sed quia tenebatur ea, quæ ex ramis edebatur, voluptate. Etiam vita serpentium me deducit ad comprobationem propositæ rationis. Illorum enim vivida virtus hiberno tempore mortificatur, ac menses sex in cavernis delitescunt penitus immobiles. Cum autem statutum tempus advenerit, et tonitrua in mundo exaudita fuerint, quasi quoddam signum fragorem (tonitruum) accipientes, celeriter exsiliunt, et longo intervallo consueta agunt. Quænam hujus rei ratio est? Dicat mihi quæsitor arbiter et explorator operum Dei, doceatque me, qua ratione concedat angues quidem fragore tonitrui mortuos resuscitari, homines vero non admittat tuba Dei de cœlo resonante animam recipere et vivificari, quemadmodum divina Scriptura dicit, *Canet enim tuba, et mortui resurgent*[10]. Et alibi apertius, *Et emittet angelos suos cum tubæ voce magna, et congregabit electos suos*[11].

Ὁδηγεῖ με πρὸς συγκατάθεσιν τοῦ προκειμένου λόγου καὶ τῶν ἑρπετῶν ἡ ζωή. Νεκροῦται γὰρ ἐκείνων ὥρᾳ χειμῶνος ἡ ζώπυρος δύναμις, καὶ τὸν χρόνον τῶν ἓξ μηνῶν ἐν τοῖς φωλεοῖς κατάκειται, παντελῶς ἀκίνητα. Ἐπειδὰν δὲ ὁ τεταγμένος ἔλθῃ καιρὸς, καὶ βροντὴ κατηχηθῇ τοῦ κόσμου, ὥσπερ τι σύνθημα τῆς ζωῆς τὸν κτύπον δεχόμενα ὀξέως ἀναπηδᾷ, καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου ἐνεργεῖ τὰ συνήθη. Τίς ὁ λόγος οὗτος; Λεγέτω μοι ὁ τῶν πράξεων τοῦ Θεοῦ βασανιστὴς καὶ ἐπιγνώμων, καὶ διδασκέτω με, πῶς βροντὴ μὲν τοὺς ὄφεις διεγείρεσθαι συγχωρεῖ νεκροὺς ὑπάρχοντας, ἀνθρώπους δὲ οὐ δίδωσι ψυχοῦσθαι, τῆς τοῦ Θεοῦ σάλπιγγος ἐξ οὐρανῶν ἐπηχούσης, καθὼς ὁ θεῖος λόγος φησί· *Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται.* Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν σαφέστερον, *Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ.*

Ne igitur fidem detrahamus mutationibus et renovationibus. Etenim plantarum et animalium diversorum, atque ipsorum adeo hominum vita nos edocet, quod nihil eorum, quæ generationi et corruptioni obnoxia sunt, in eodem statu subsistat, sed in alium subinde vertatur atque mutetur. Ac primum quidem, si placet, eam, quæ in ætatibus nostris fit, mutationem perpendamus et consideremus. Puellum lactentem, qualis sit, haud difficulter agnoscimus. Exiguo spatio temporis præterito, vires ad rependum adipiscitur, ac nihil a parvulis catulis differt, nisu quaterno sese sustentans. Circa annum tertium accidit, ut erectus et arduus ingrediatur, et vocem aliquo modo vel balbutientem vel blæsam, et titubantem impeditamque emittat: deinde articulate atque perfecte verba pronuntiat, et lepidus adolescentulus et pusio fit: ex illa ætate in impuberem adolescentem evadit: lanugine vero maxillas ac mentum vestiente, barbatus et hirsutus paulatim, et alius ex alio: deinde jam plene adultus vir, asper laboriosusque exsistit. Cum autem præterierint anni quadraginta, initium flexionis adest, canitiesque paulatim caput dealbat, et robur ad infirmitatem declinat, et tandem senectus accedit, extrema virium abolitio. Corpus autem flectitur et ad terram curvatur, quemadmodum spicæ, quæ nimium exaruerunt: quod exporrectum ac læve fuerat, rugosum et contractum efficitur, et is qui quondam vigore ætatis ac virium præstabat, infans rursus evadit, balbutiens, ineptiens, delirans, manibus ac pedibus similiter, ut olim, repens. Hæc omnia quid tibi esse videntur? Annon alteratio? Num variæ mutationes? Num diversæ novitates, quæ mortale animal etiam ante mortem transformant? Quin etiam somnus noster et vigilia quomodo sapienti

Μὴ τοίνυν ταῖς ἀλλοιώσεσι καὶ τοῖς ἀνακαινισμοῖς ἀπιστῶμεν. Καὶ γὰρ φυτῶν καὶ ζώων διαφόρων ὁ βίος, καὶ αὐτῶν γε τῶν ἀνθρώπων ἡμᾶς ἐκπαιδεύει, ὡς οὐδὲν ἐν ταὐτότητι τῶν ἐν φθορᾷ, καὶ γενέσει, ἐν ἀλλοιώσει δὲ καὶ τροπῇ. Καὶ πρῶτόν γε, εἰ δοκεῖ, τὴν ἐν ταῖς ἡλικίαις ἡμῶν μεταβολὴν καταμάθωμεν· Τὸ παιδίον τὸ ὑπομάζιον, οἷόν ἐστι γνωρίζομεν. Ὀλίγου χρόνου παρελθόντος, τὴν ἑρπυστικὴν λαμβάνει δύναμιν, καὶ οὐδὲν διαφέρει τῶν μικρῶν σκυλάκων, τέταρσιν ἐρειδόμενον βάσεσιν. Περὶ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν ὄρθιον γίνεται, καὶ φωνὴν ὑποτραυλιζομένην καὶ ψελλιζομένην προΐεται· εἶτα διαρθροῖ τὸν λόγον, καὶ χαρίεν ἀποτελεῖται μειράκιον· ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡλικίας πρὸς τὸν ἔφηβον καὶ νεανίσκον ἐκβαίνει· ἰούλου δὲ τὴν παρειὰν καλύψαντος, γενειὰς λάσιος μετ' ὀλίγον, καὶ ἄλλος ἐξ ἄλλου· εἶτα, ἀνὴρ ἀκμάζων, τραχὺς καὶ τληπαθής. Ἐπειδὰν δὲ παρέλθωσι τέσσαρες δεκάδες ἐνιαυτῶν, ἀρχὴ τῆς ὑποστροφῆς καίνει· τὴν κεφαλὴν, καὶ ἡ ῥώμη πρὸς ἀσθένειαν ἀποκλίνει, καὶ παραγίνεται τελευταῖον τὸ γῆρας, τέλειος ἀφανισμὸς τῆς ἰσχύος. Κλίνεται δὲ τὸ σῶμα καὶ κυρτοῦται πρὸς γῆν, ὡς οἱ λίαν ὑπερξηρανθέντες τῶν ἀσταχύων, καὶ τὸ λεῖον ἀποτελεῖται ῥυσὸν, καὶ πάλιν βρέφος ὅ ποτε νεανίσκος καὶ ἀριστεὺς, ψελλιζόμενος, ἀνοηταίνων, ἐπὶ χειρῶν καὶ ποδῶν ὁμοίως ἕρπων, ὡς πάλαι. Ταῦτα πάντα τί σοι δοκεῖ; Οὐκ ἀλλοίωσις; Οὐ μεταβολαὶ πολύτροποι; Οὐ διάφοροι καινότητες τὸ θνητὸν ζῶον μεταμορφοῦσαι καὶ πρὸ θανάτου; Ὁ δὲ ὕπνος ἡμῶν καὶ ἡ ἐγρήγορσις, πῶς οὐκ ἂν τῷ σοφῷ γένοιτο διδασκάλιον τοῦ ζητουμένου; Ὁ μὲν γὰρ, εἰκών ἐστι τοῦ θανάτου· ἡ δὲ, τῆς ἀναστάσεως μίμημα. Διὸ καί τινες τῶν ἔξωθεν σοφῶν, ἀδελφὸν προσεῖπον τοῦ θανάτου τὸν ὕπνον, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἀφ' ἑκατέρου συμβαινόντων παθῶν. Λήθη γὰρ ὁμοίως ἐπ' ἀμφοτέρων καὶ ἄγνοια τῶν

[10] I Cor. xv, 52. [11] Matth. xxiv, 31.

A παρελθόντων καὶ τῶν μελλόντων, καὶ τὸ σῶμα κεῖται ἀναίσθητον, φίλον οὐκ εἰδὸς, ἐχθρὸν οὐ γινῶσκον, τοὺς περιεστῶτας καὶ θεωροῦντας μὴ βλέπον, παρειμένον, νεκρὸν, πάσης ἀμοιροῦν ἐνεργείας, οὐδὲν διαφέρον τῶν ἀποκειμένων ἐν τάφοις καὶ θήκαις. Οὕτω τοι συλᾷς ὡς νεκρὸν, εἰ θέλοις, τὸν καθεύδοντα, κενοῖς τὴν οἰκίαν, δεσμὰ προσάγεις, καὶ οὐδεμία τῶν πραττομένων αἴσθησις ἐπιγίνεται. Ὀλίγον δὲ ὕστερον, ὅταν ἀνοχή τις καὶ λώφησις γένηται τοῦ πάθους, ὥσπερ ἄρτι ζωοποιηθεὶς ὁ ἄνθρωπος διανίσταται, κατὰ μικρὸν εἰς συναίσθησιν ἑαυτοῦ καὶ τῶν πραγμάτων ἐρχόμενος, καὶ σχολῇ τὰς ἐνεργείας ἀναλαμβάνων, καὶ οἷον ψυχούμενος τῇ ζωπυρήσει τῆς ἐγρηγόρσεως. Εἰ δὲ ὑφεστῶτος ἔτι τοῦ ζώου καὶ περιόντος τοσαῦται νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκστάσεις, B ἀλλοιώσεις, μεταβολαὶ, λῆθαι καὶ μνῆμαι τῷ βίῳ παραπεπήγασι, λίαν ἀνόητον καὶ φιλόνεικον, Θεῷ μὴ πιστεύειν τὸν ἔσχατον ἀνακαινισμὸν ἐπαγγελλομένῳ, τῷ καὶ τὴν πρώτην πλάσιν δημιουργήσαντι. Ὃ δὲ μάλιστα φράττει τοὺς ἀντιλέγοντας, καὶ ἀπιστεῖν παρασκευάζει, τοῦτο πρὸ πάντων, ὡς οἶμαι, τὸ νομίζειν ἀφανισμὸν παντελῆ γίνεσθαι τῶν σωμάτων. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. Οὐ γὰρ τέλεον ἀφανίζεται, ἀλλὰ διαλύεται εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη· καὶ ἔστιν ἐν ὕδατι, καὶ ἀέρι, καὶ γῇ, καὶ πυρί. Τῶν δὲ πρωτοτύπων στοιχείων μενόντων, καὶ τῶν ἀπ' ἐκείνων μετὰ τὴν διάλυσιν ἐκείνοις προσχωρησάντων, ἐν οἷς καθόλου σώζεται καὶ τὰ μέρη· Θεῷ δὲ μάλιστα μὲν εὔπορον ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖν (καὶ γὰρ οὕτως ἐν ἀρχαῖς ἔλαβε τὰ πάντα τὴν γένεσιν)· τὸ δὲ ἐξ ἀρχῶν τῶν C οὐσῶν γενεσιουργεῖν πολλῷ δήπου ῥᾷστον καὶ εὐκολώτατον. Μὴ τοίνυν τὴν καλὴν ἐλπίδα τῶν ἀνθρώπων ἀνέλωμεν, τὴν ἐπανόρθωσιν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν, καὶ τὴν δευτέραν, ὡς ἂν εἴποι τις, γένεσιν τὴν ἐλευθέραν θανάτου, μηδὲ φιληδονίας ὑπερβολῇ τὴν ἀγαθὴν καὶ φιλάνθρωπον τοῦ Θεοῦ ὑπόσχεσιν καθυβρίσωμεν. Ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν οἱ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως ἐναντίοι, ἄνδρες εἶναι κακίας ἑταῖροι καὶ ἀρετῆς ἐχθροὶ, λάγνοι καὶ πλεονέκται, καὶ ἀκρατεῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ἀκοῇ καὶ ὀσφρήσει, καὶ πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν ῥέουσαν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἡδονὴν εἰσδεχόμενοι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος προκειμένην ἔχει τὴν κρίσιν, καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων ἀκούουσι λεγουσῶν διαῤῥήδην, ὡς οὐκ ἀνεύθυνος ἡμῶν ὁ βίος· D ἀλλ' ὅταν πρὸς τὴν δευτέραν ἀνακαινισθῶμεν ζωὴν, πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ὡς ὑπ' ἐκείνῳ κριτῇ τὰς πρὸς ἀξίαν ἀμοιβὰς τῶν βεβιωμένων κομίσασθαι· συνειδότες ἑαυτοῖς πράξεις αἰσχίστας, πολλῶν ἀξίας τιμωριῶν, μίσει τῆς κρίσεως ἀναιροῦσι καὶ τὴν ἀνάστασιν. Ὥσπερ οἱ πονηροὶ τῶν δούλων, οἱ τὴν οὐσίαν τοῦ κυρίου δαπανήσαντες, θανάτου δὲ τοῦ δεσπότου καὶ ἀπωλείας ἑαυτοῖς ὑπογράφοντες, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιθυμίαν διακένους λογισμοὺς ἀναπλάσσοντες.

et acuto homini documentum propositæ quæstionis esse non possunt? Ille enim mortis imago, hæc resurrectionis imitamentum est. Quocirca etiam nonnulli externi sapientes germanum mortis somnum vocarunt, propter similitudinem eorum, qui in utroque accidunt, affectus et perturbationes. Oblivio namque pariter et ignorantia præteritorum et futurorum in utroque contingit, corpus sine sensu jacet, amicum non novit, inimicum ignorat, circumstantes et spectantes non videt, tabidum, fractum, languidum, solutum, remissum, modo non mortuum, omnis expers efficaciæ, nihil differens ab iis, quæ in loculis et sepulcris reposita sunt. Perinde nimirum dormientem, si velis, compilas, ac si mortuus esset, evacuas et exhauris ædes, vincula injicis, ac nullus eorum quæ fiunt sensus intervenit. Paulo post ubi intermissio aliqua aut laxamentum affectus advenerit, quasi modo vitæ redditus homo surgit, paulatim ad sui ipsius rerumque rediens sensum, pedetentim efficacias recipit, tanquam animatus vigiliæ recreatione. Quod si exstante etiam nunc in rerum natura atque superstite animali, tam multæ nocte et interdiu mentis alienationes, alterationes, mutationes, obliviones et memoriæ vitæ conjunctæ sunt: valde stultum et contentiosum est Deo non credere ultimam renovationem promittenti, cum etiam primævæ formationis auctor sit. Quod autem maxime contradicentes armat, et incredulitatis eorum causa efficiens est: hoc, ut opinor, præcipuum est, quod corporum extremam fieri abolitionem et interitum existimant. Sed res ita se non habet. Non enim omnino intereunt et abolentur, sed dissolvuntur in eas res, ex quibus composita sunt: et sunt in aqua, in aere, in terra et in igne. Manentibus autem principalibus elementis, et iis, quæ ex illis constant, post dissolutionem ad ea accedentibus, in quibus prorsus salvæ manent etiam partes: cum Deo maxime quidem facile est vel ex iis, quæ non sunt, creare (etenim sic in principiis rerum universa naturam et originem sumpserunt) tum ex principiis suppetentibus naturam efficere longe certe facillimum et expeditissimum. Ne igitur præclaram spem hominum, correctionem et emendationem videlicet infirmitatis ac fragilitatis nostræ, et secundam, ut ita dicam, generationem a morte liberam tollamus, neque nimio studio voluptatis benignam, studioque et amore hominum factam promissionem Dei sugillemus atque dehonestemus. Mihi enim præsentis argumenti adversarii videntur esse homines vitii atque nequitiæ amici, virtutis inimici, libidinosi, avari, et oculis intemperantes, tum auditu et olfactu, omnibus denique sensibus influentem et obrepentem ipsis voluptatem in sese admittentes. Quoniam autem tractatus resurrectionis judicium propositum habet, et sacros libros audiunt, in quibus expresse ac diserte continetur, quod nostra vita quæstioni et examinationi exempta non sit, sed cum ad alteram vitam renovati fuerimus, futurum, ut omnes ad tribunal Christi sistamur, ut illo judice dignas actæ vitæ retributiones et compensationes recipiamus: quod sibi conscii sunt turpissimarum ac fœdissimarum actionum, quibus multas pœnas meriti sunt, odio judicii tollunt etiam resurrectionem: quem-

admodum servi mali, qui facultates et bona domini consumpserunt, et mortem et interitum (interim) domini sibi proponunt, et pro eo quod cupiunt et optant, vanas cogitationes sibi fingunt.

Verum nemo sanus ita sentiet. Quæ est enim utilitas justitiæ? Quod commodum veritatis, bonitatis et omnis honestatis? Cujus rei gratia homines laborant, et studio sapientiæ dediti sunt? Ventris voluptatem sibi subjugantes, continentiam temperantiamque amplexantes, somno ad exiguum tempus indulgentes, tempestatem et æstum tolerantes, si resurrectio non est? Dicamus juxta verba Pauli: *Edamus et bibamus, cras enim morimur* [12]. Si resurrectio nulla, finis vero vitæ mors est, tolle mihi accusationes atque reprehensiones; permitte homicidæ, ut absque impedimento sua licentia utatur; sine adulterum libere insidiari matrimoniis; insultet adversariis dives avarus et alieni usurpator, nemo conviciatorem coerceat, juret assidue perjurus: manet enim mors etiam justum, religiosum, ac pium, jurisque jurandi observantem. Mentiatur quivis alius quantum velit: nullus enim veritatis fructus, nemo pauperis misereatur; expers enim misericordia mercedis est. Hujusmodi sensus et cogitationes pejorem diluvio inducunt confusionem, et omnem sanam quidem rationem expellunt; furiosorum autem et latronum quaslibet cogitationes et consilia acuunt atque confirmant. Nam si resurrectio non est, ne judicium quidem erit; sublato autem judicio, etiam timor Dei simul ejicitur. Ubi autem timor non cohibet, nec in officio homines continet, ibi cum peccato diabolus tripudiat, atque choreas ducit. Atque admodum convenienter et apte adversus tales David illum psalmum scripsit: *Dixit amens in corde suo: Non est Deus. Corrupti et abominabiles facti sunt in studiis et exercitiis suis* [13]. Quod si resurrectio non est, fabula Lazarus et dives ille est: item formidabilis et horrendus ille hiatus; et ille intolerabilis ardor ignis et inflammatio; lingua item ardens: ad hæc desiderata gutta aquæ, digitusque mendici. Palam enim est, quod hæc omnia nobis futuram significant resurrectionem. Lingua enim ac digitus non incorporeæ membra animæ intelliguntur, sed partes corporis. Ac nemo putet hæc jam contigisse, sed prædictionem esse futuri: evenient autem tunc, cum renovatio animam mortuis reddiderit, et ad reddendam actæ vitæ rationem unumquemque reduxerit, compositum eodem modo quo prius, ex anima et corpore constantem. Porro Ezechiel divino spiritu raptus [14], et magnarum visionum spectator, ad quam utique sententiam et intellectum deducebatur, cum vidit magnum illum, ac longe lateque patentem campum humanis ossibus completum, de quibus jubebatur prophetare? Carnes quidem illis statim obducebantur: quæ autem soluta ac temere nulloque ordine disjecta erant, in aptum convenientemque sibi invicem ordinem et compagem redigebantur atque coalescebant. Annon perspicuum

A Ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω φρονήσει τῶν σωφρονούντων. Τί γὰρ ὄφελος δικαιοσύνης, καὶ ἀληθείας, καὶ χρηστότητος, καὶ παντὸς τοῦ καλοῦ; ὑπὲρ τίνος δὲ μοχθοῦσι καὶ φιλοσοφοῦσιν ἄνθρωποι, γαστρὸς ἡδονὴν δουλαγωγοῦντες, καὶ ἀγαπῶντες ἐγκράτειαν, καὶ ὕπνου πρὸς ὀλίγον μεταλαγχάνοντες, καὶ παραταττόμενοι πρὸς χειμῶνα καὶ πνῖγος, εἰ ἀνάστασις οὐκ ἔστιν; Εἴπωμεν πρὸς αὐτὰ, τὰ ῥήματα Παύλου; *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.* Εἰ ἀνάστασις οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πέρας τοῦ βίου θάνατος, ἄνελέ μοι κατηγορίας καὶ ψόγους· δὸς ἀκώλυτον τῷ ἀνδροφόνῳ τὴν ἐξουσίαν· ἄφες τὸν μοιχὸν μετὰ παῤῥησίας ἐπιβουλεύειν τοῖς γάμοις, τρυφάτω κατὰ τῶν ἐναντίων πλεονέκτης, μηδεὶς ἐπικοπτέτω τὸν λοίδορον, ὀμνύτω συνεχῶς ὁ ἐπίορκος· μένει γὰρ θά-
B νατος καὶ τὸν εὔορκον. Ψευδέσθω ἄλλος ὅσα βούλεται· οὐδεὶς γὰρ τῆς ἀληθείας καρπός. Μηδεὶς ἐλεείτω τὸν πένητα· ἄμισθος γάρ ἐστιν ὁ ἔλεος. Ταῦτα τὰ φρονήματα, χείρονα ποιεῖ τοῦ κατακλυσμοῦ σύγχυσιν· καὶ πάντα μὲν ἐκβάλλει σώφρονα λόγον, πᾶν δὲ νόημα μανικὸν καὶ ληστρικὸν ἐπιθήγει. Εἰ γὰρ ἀνάστασις οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κρίσις· εἰ δὲ κρίσις ἀνῄρηται, καὶ φόβος Θεοῦ συνεκβάλλεται. Ὅπου δὲ φόβος οὐ σωφρονίζει, ἐκεῖ χορεύει μετὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ διάβολος. Καὶ λίαν ἁρμοδίως πρὸς τοιούτους ὁ Δαβὶδ ἐκεῖνον ἀνέγραψε τὸν ψαλμόν· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν.* Εἰ ἀνάστασις οὐκ ἔστι, μῦθος ὁ Λάζαρος, καὶ ὁ πλούσιος, καὶ τὸ φρικῶδες χάσμα, καὶ ἡ τοῦ πυρὸς ἄσχετος φλόγωσις,
C καὶ ἡ διακαὴς γλῶσσα, καὶ ἡ ποθουμένη σταγὼν τοῦ ὕδατος, καὶ ὁ δάκτυλος τοῦ πτωχοῦ. Πρόδηλον γὰρ ὅτι ταῦτα πάντα, τὸ μέλλον ἐξεικονίζει τῆς ἀναστάσεως. Γλῶσσα γὰρ καὶ δάκτυλος, οὐ τῆς ἀσωμάτου μέλη ψυχῆς νοεῖται, ἀλλὰ μέρη τοῦ σώματος. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω ταῦτα ἤδη πεπρᾶχθαι, ἀλλὰ προαναφώνησιν εἶναι τοῦ μέλλοντος· ἔσται δὲ τότε, ὅταν ἡ μετακόσμησις, ψυχώσασα τοὺς νεκροὺς, πρὸς τὰς εὐθύνας ἕκαστον τῶν βεβιωμένων ἀναγάγῃ, σύνθετον ὄντα καθὼς πρότερον, καὶ διὰ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστῶτα. Ὁ δὲ θεοφορούμενος Ἰεζεκιὴλ, καὶ τῶν μεγάλων ὀπτασιῶν θεωρὸς, πρὸς ποίαν ἄρα διάνοιαν ὁδηγούμενος ἔβλεπε τὸ μέγα καὶ ἀνηπλωμένον ἐκεῖνο πεδίον, τὸ γέμον τῶν ἀνθρωπίνων ὀστέων, καθ' ὧν
D ἐκελεύετο προφητεύειν; Καὶ σάρκες μὲν ἐκείνοις εὐθὺς περιεφύοντο, τὰ δὲ λελυμένα καὶ ἀτάκτως διεῤῥιμμένα, εἰς τάξιν καὶ ἁρμονίαν ἀλλήλοις συνεκολλᾶτο. Ἢ πρόδηλον, ὡς διὰ τῶν τοιούτων λόγων τὴν τῆς σαρκὸς ταύτης ἀναβίωσιν ἡμῖν ἱκανῶς ὑποδείκνυσιν; Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἐριστικῶς ἔχοντες, οὐ δυσσεβεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ παραπαίοντες εἶναι. Ἀνάστασις γὰρ καὶ ἀναβίωσις καὶ μετακόσμησις καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα, πρὸς τὸ σῶμα τὸ τῇ φθορᾷ ὑποκείμενον τοῦ ἀκροωμένου φέρει τὴν ἔννοιαν. Ὡς ἥ γε ψυχὴ αὐτὴ καθ'

[12] I Cor. xv, 32. [13] Psal. xiii, 1. [14] Ezech. xxxvii, 1 sqq.

ἑαυτὴν ἐξεταζομένη, οὔποτε ἀναστήσεται, ἐπειδὴ μὴ τελευτᾷ, ἀλλ' ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀνώλεθρος. Ἀθάνατος δὲ ὑπάρχουσα, θνητὸν ἔχει τὸ κοινωνὸν τῶν πραγμάτων· καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ ἐν τῷ καιρῷ τῶν εὐθυνῶν ἐνοικήσει πάλιν τῷ συνεργῷ, ἵνα μετ' ἐκείνου κοινὰς δέξηται τὰς κολάσεις ἢ τὰς τιμάς. Μᾶλλον δὲ ἵνα καὶ πλέον ἡμῖν ὁ λόγος ἀκολουθότερος γένηται, οὕτω σκοπήσωμεν· Τὸν ἄνθρωπον τί φαμεν; τὸ συναμφότερον, ἢ τὸ ἕτερον; Ἀλλὰ πρόδηλον ὡς ἡ συζυγία τῶν δύο χαρακτηρίζει τὸ ζῶον. Οὐ γὰρ προσῆκεν ἐν τοῖς ἀναμφισβητήτοις καὶ γνωρίμοις παρέλκειν. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, κἀκεῖνο προσλογισώμεθα, πότερον, ἃ πράττουσιν ἄνθρωποι, οἷον μοιχείαν, φόνον, κλοπὴν, καὶ πᾶν εἴ τι τούτοις ἑπόμενον, ἢ τοὐναντίον, σωφροσύνην, ἐγκράτειαν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀντίθετον τῆς κακίας ἐνέργειαν, τῶν δύο φαμὲν ὑπάρχειν ἀποτελέσματα, ἢ τῇ ψυχῇ μόνῃ τὰς πράξεις περιορίζομεν;

Ἀλλὰ κἂν οὕτω πρόδηλος ἡ ἀλήθεια. Οὐδαμοῦ γὰρ ἀποσχίζουσα τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, ἢ τὴν κλοπὴν ἐπιτηδεύει, ἢ τὴν τοιχωρυχίαν ἐργάζεται· οὐδ' αὖ μόνη τῷ πεινῶντι τὸν ἄρτον δίδωσιν, ἢ ποτίζει τὸν διψῶντα, ἢ πρὸς τὸ δεσμωτήριον ἀόκνως ἐπείγεται, ἵνα θεραπεύσῃ τὸν δεσμωτηρίῳ κεκακωμένον· ἀλλ' ἐπὶ πάσης πράξεως ἀλλήλοις ἀμφότερα συνεφάπτεται καὶ συναποτελεῖ τὰ γινόμενα. Πῶς τοίνυν τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ κρίσιν τῶν βεβιωμένων ἔσεσθαι συγχωρῶν, ἀποσπᾷς τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον; Καὶ κοινῶν ὄντων τῶν εἰργασμένων, τῇ ψυχῇ μόνῃ περιορίζεις τὸ δικαστήριον; Εἰ δέ τις ἀκριβὴς γένοιτο δικαστὴς τῶν ἀνθρωπίνων πλημμελημάτων, καὶ σκοπήσειεν ἐπιμελῶς, πόθεν φύονται αἱ πρῶται τῆς ἁμαρτίας αἰτίαι, τάχα πρῶτον ἀτακτοῦν ἐν τοῖς ἐγκλήμασιν εὑρήσει τὸ σῶμα. Ἠρεμούσης γὰρ πολλάκις τῆς ψυχῆς, καὶ γαλήνην ἐχούσης ἀτάραχον, εἶδεν ὁ ὀφθαλμὸς ἐμπαθῶς ἃ μὴ θεάσασθαι βέλτιον ἦν, καὶ τῇ ψυχῇ παραπέμψας τὴν νόσον, εἰς χειμῶνα καὶ κλύδωνα τὴν ἡσυχίαν μετέβαλεν. Ὁμοίως αἱ ἀκοαὶ ἀσχημόνων τινῶν ἢ παροξυντικῶν ἐπακούσασαι λόγων, οἷον διά τινων σωλήνων ἑαυτῶν τὸν τῆς ταραχῆς, ἢ τὸν τῆς ἀκοσμίας βόρβορον τοῖς λογισμοῖς ἐπεισρέουσιν. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἡ ῥὶς διὰ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῶν ἀτμῶν μεγάλα τε καὶ ἀνείκαστα κακὰ διατίθησι τὸν ἔσωθεν ἄνθρωπον. Οἴδασι καὶ χεῖρες διὰ τῆς ἐπαφῆς καρτερᾶς ψυχῆς ἐκθηλύνειν στεῤῥότητα. Καί μοι κατὰ μικρὸν οὕτως ἐπιόντι καὶ σκοπουμένῳ ὑπαίτιον εὑρίσκεται τῶν πολλῶν ἁμαρτιῶν τὸ σωμάτιον. Φέρει δὲ καὶ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους, καὶ τοῖς ἀγῶσιν ἐμμοχθεῖ τῶν καλῶν, τεμνόμενον σιδήρῳ, καὶ πυρὶ φλεγόμενον, καὶ ξαινόμενον μάστιξι, καὶ βαρυνόμενον ἀργαλέοις δεσμοῖς, καὶ πᾶσαν ὑπομένον λώβην, ἵνα μὴ προδῷ τὴν ἱερὰν φιλοσοφίαν, ὥσπερ τινὰ πόλιν καλίπυργον κεκυκλωμένην τῷ τῆς κακίας πολέμῳ. Εἰ τοίνυν ἐν κατορθώμασι συμμοχθεῖ τῇ ψυχῇ, καὶ

A est quod per hujusmodi nobis scripta carnis hujus resuscitationem abunde satis demonstrat? Mihi vero qui adversus hunc sermonem pertinaciter contendunt, non impii solum, verumetiam insani esse videntur. Resurrectio enim et reditus ad vitam, et transformatio, et omnia talia vocabula ad corpus corruptioni obnoxium cogitationem audientis ducunt. Nam anima quidem, si ipsa per sese examinetur et excutiatur, nunquam resurget, quando quidem non moritur, sed interitus et corruptionis est expers. Cum autem sit immortalis, mortale corpus socium habet actionum: atque idcirco apud justum judicem, tempore reddendarum rationum, rursus socio suo inhabitabit, ut cum illo communes recipiat vel pœnas vel præmia. Enim vero quo magis nobis oratio consentanea sit, hoc modo rem consideremus. B Hominem quid esse dicimus, utrumque simul, an alterum separatim? At manifestum est, quod conjunctio amborum designat animal. Non enim convenit in rebus notis, ac nihil controversiæ in se continentibus, superfluo uti sermone. Cum hoc ita sit, illud quoque insuper consideremus, utrum ea, quæ committunt ac perpetrant homines, verbi gratia, adulterium, cædem, furtum ac quidquid his affine est: aut ex contrario, sobrietatem, continentiam, et omnem vitio oppositam actionem, utriusque dicimus esse effectus, an animæ solum circumscribimus actiones?

At etiam in hoc manifesta veritas est. Nusquam enim a corpore separata anima vel furtum committit, vel parietes perrumpit; neque contra sola vel panem esurienti dat, vel potum sitienti præbet, vel in carcerem haud gravatim concedit ut officium et ministerium præstet ei qui carcere affligitur; sed in C omni actione ambo sibi invicem conjuncta simul et capessunt et perficiunt ea quæ aguntur. Qua ratione igitur cum hæc ita sint, et ante actorum judicium fore concedas, alterum ab altero divellis? et cum alterum alteri in commissis et perpetratis socium esse des, anima sola judicium determinas atque circumscribis? Quod si quis verus delictorum humanorum judex fuerit, et diligenter perpenderit, unde primæ peccati causæ oriantur, fortasse prius in culpa atque crimine corpus inveniet officii et honestatis fines excedere. Nam quiescente sæpenumero anima, et in tranquillo statu sine ulla perturbatione constituta, oculus commotus videt ea quæ non conspexisse melius fuisset, et in animam morbum transmittens, in tempestatem ac turbinem D quietem ac tranquillitatem convertit. Similiter aures inverecundis quibusdam atque exacerbantibus verbis exceptis, per quasdam quasi sui ipsarum fistulas, perturbationis aut inverecundiæ cœnum cogitationibus inferunt atque inducunt. Nonnunquam etiam nasus olfactu et attractu vaporum magnis et inconcessis vitiis hominem inficit interiorem. Solent item manus contrectatione validæ animæ robur effeminare. Atque ego paulatim ita progrediens atque considerans, magnæ peccatorum partis corpusculum esse causam invenio. Tolerat autem etiam pro virtute labores, et in certaminibus honestarum rerum laborat et affligitur, dum vel ferro secatur, vel igni crematur, vel flagris cæditur, vel gravibus vinculis oneratur, et omnem sus

tinet adversitatem et afflictionem, ne sacram prodat philosophiam, tanquam egregiis turribus ornatam urbem quamdam bello vitiorum atque nequitiæ circumsessam. Si igitur in præclaris factis una cum anima laborat et affligitur, et in peccatis non abest: quibus rationibus et argumentis motus solam incorpoream in judicium adducis? At neque justa neque sanorum hominum oratio est. Si sola et nuda peccavit, solam etiam puniet: sin autem manifestum habet adjutorem, non hunc justus judex dimittet. Ego autem etiam hoc Scripturam audio prodentem, quod condemnati justis afficientur suppliciis, igne, tenebris, verme. Quæ omnia compositorum, ac materialium corporum pœnæ cruciatusque sunt: animam vero per sese separatim ignis nunquam attigerit: nec tenebræ quidem ei molestæ fuerint, utpote quæ oculis caret, et videndi instrumentorum expers est. Quid autem vermis effecerit, qui corporum non spirituum corruptricem vim habet? Atque idcirco consentaneis his considerationibus et ratiocinationibus undique compellimur, ad comprobandam resurrectionem mortuorum, quam convenientibus temporibus Deus perficiet, rebus ipsis suas promissiones confirmans. Credamus igitur dicenti: *Canet enim tuba, et mortui resurgent* [15]; ac rursus, *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus, et prodibunt, hi qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui autem mala faciunt, in resurrectionem judicii* [16]. Non enim promittit solum, verum etiam operibus, quæ quotidie facit, aperte docet quod sit omnipotens. Neque enim in initio dum crearet, laboravit ac defatigatus est, neque in transformando sapientia indigebit. Præsentia consideremus, et rei futuræ fidem non detrahemus. Cum enim omnis efficacia divina comitem habeat stuporem et consternationem: tum magnum et inexplicabile miraculum est, cum patrum et proavorum similitudines plene transire animadvertimus in formas liberorum, ac posteros majorum suorum quasi exprimere atque referre figuras. Tunc nimirum artem præstantissimi opificis ac servatoris Dei omnem solertiam in sese complexam cum ingenti stupore admiror, quomodo eorum, quæ nec exstent, nec appareant, primorum illorum exemplarium imitamenta arcano mysterio creentur et effingantur, quasi alteros quosdam eos, qui mortui sunt, per efficaciam formarum excitantia. Sæpe autem multarum etiam personarum proprietates simul in uno corpore exprimuntur et effinguntur. Patris nasus, avi oculus, patrui incessus, matris sonus vocis et loquelæ. Atque unus homo spectatur tanquam planta quædam, quæ multarum arborum surculis insititiis in se receptis innumera quoque fructuum genera decerpentibus et colligentibus præbet. Hæc omnia admirabilia quidem sunt, sed quo pacto fiant, nobis ignotum est: opifici autem facilia atque expedita, et ab eo nullo negotio, ut scimus, perficiun-

A ἐν ἁμαρτήμασιν οὐκ ἀπολιμπάνεται· πόθεν ὁρμώμενος μόνην τὴν ἀσώματον ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἄγεις; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὔτε δίκαιος οὔτε σωφρονούντων ὁ λόγος. Εἰ μόνη καὶ γυμνὴ διήμαρτε, μόνην καὶ κολάσει· εἰ δὲ φανερὸν ἔχει τὸν συνεργὸν, οὐκ ἀφήσει τοῦτον ὁ κριτὴς δίκαιος ὤν. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο τῆς Γραφῆς ἀκούω λεγούσης, ὅτι τοῖς κατεγνωσμένοις ἐπιτεθήσονται δίκαιαι τιμωρίαι, πῦρ, καὶ σκότος, καὶ σκώληξ. Ἃ πάντα τῶν συνθέτων καὶ ὑλικῶν σωμάτων κολάσεις εἰσίν· ψυχῆς δὲ καθ' ἑαυτὴν οὔποτ' ἂν ἅψαιτο πῦρ· οὐδ' ἂν σκότος αὐτὴν λυπήσειεν ἀμοιροῦσαν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν βλεπτικῶν ὀργάνων. Τί δ' ἂν καὶ σκώληξ πράξειε, σωμάτων ὑπάρχων φθαρτικὸς, οὐ πνευμάτων; Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀκολούθοις λογισμοῖς πανταχόθεν συνελαυνόμεθα πρὸς συγκατά- B θεσιν τῆς ἐγέρσεως τῶν νεκρῶν, ἣν τοῖς καθήκουσι χρόνοις ἐκτελέσει ὁ Θεὸς, ἔργοις βεβαιῶν τὰς ἰδίας ἐπαγγελίας. Πιστεύσωμεν τοίνυν τῷ λέγοντι· *Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται*· καὶ πάλιν· *Ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράσσοντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως*. Οὐ γὰρ ὑπισχνεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις, οἷς ἐκτελεῖ καθ' ἡμέραν, διδάσκει σαφῶς ὡς ἔστι παντοδύναμος. Οὔτε γὰρ ἐν ἀρχῇ δημιουργῶν ἔκαμεν, οὔτε μεταμορφῶν ἀπορήσει σοφίας. Τὰ παρόντα θεωρήσωμεν, καὶ τῷ μέλλοντι οὐκ ἀπιστήσομεν. Πάσης γὰρ ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ ἀκόλουθον ἐχούσης τὴν ἔκπληξιν, καὶ C πολὺ τὸ θαῦμα καὶ ἄφραστον, ὅταν τὰς τῶν πατέρων καὶ προπάππων ὁμοιότητας κατίδωμεν μεταβαινούσας ἀκριβῶς εἰς τὰς τῶν ἀπογόνων μορφὰς, καὶ ἐκμαγεῖα γινομένους τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν προπατόρων. Τότε δὴ τὴν πάνσοφον τέχνην τοῦ ἀριστοτέχνου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ὑπερεκπλήττομαι, πῶς τῶν μήτε ὄντων μήτε φαινομένων ἀρχετύπων αἱ μιμήσεις ἐν ἀπορρήτῳ μυστηρίῳ δημιουργοῦνται καὶ ἀναπλάσσονται, ἄλλους τινὰς τοὺς τεθνεῶτας διὰ τῆς ἐνεργείας τῶν τύπων ἐγείρουσαι. Πολλάκις δὲ καὶ πολλῶν ὁμοῦ προσώπων τὰ ἰδιώματα ἐν ἑνὶ ἐξεικονίζεται σώματι· τοῦ πατρὸς ἡ ῥὶς, τοῦ πάππου ὁ ὀφθαλμὸς, τοῦ θείου τὸ βάδισμα, τῆς μητρὸς τὸ φθέγμα· καὶ εἷς ἄνθρωπος θεωρεῖται καθάπερ τι φυτὸν D πολλῶν δένδρων τὰς ἐπιβολὰς δεξάμενον, καὶ μυρία καρποφοροῦν γένη τοῖς ὀπωρίζουσιν. Ταῦτα πάντα θαυμαστὰ μὲν, καὶ ὅπως γίνεται ἡμῖν ἀγνοούμενα, πρόχειρα δὲ τῷ Δημιουργῷ καὶ μετὰ πολλῆς, ὡς ἴσμεν, τῆς ῥαστώνης ἐπιτελούμενα. Ἄτοπον δὲ λίαν καὶ ἀμαθὲς, τὰ μὲν τῶν σαπέντων καὶ φθαρέντων ἤδη σωμάτων γνωρίσματα ἐν τοῖς νῦν καθ' ἡμέραν φυομένοις ἐγείρεσθαι, καὶ τὰ ἀλλότρια μεταβαίνειν εἰς ἄλλους, τὰ δὲ ἴδια καὶ ἐξαίρετα, περὶ αὐτῶν τῶν ποτε κεκτημένων ἀνανεοῦσθαι καὶ ἀναβιώσκεσθαι μὴ συνομολογεῖν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀκυροῦν καὶ διαμάχεσθαι, καὶ μῦθον, οὐ λόγον τὴν ἐπαγγελίαν νομίζειν, τοῦ πᾶν τόδε τὸ ὁρώμενον συστησαμένου καὶ

[15] I Cor. xv, 52. [16] Joan. v, 28, 29.

κοσμήσαντος ὡς ἠθέλησεν. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν πεπιστεύκαμεν τῇ ἀναστάσει, δόξαν ἀναπέμποντες τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tur. Valde autem absurdum et cum multa imperitia conjunctum fuerit, si quis putrefactorum quidem et corruptorum jam corporum insignia concedat in iis, qui nunc quotidie nascuntur, excitari, et aliena transire in alios; propria autem ac peculiaria in iis qui alias ea habuerunt, renovari ac reviviscere, non etiam simul assentiatur, sed contra improbet atque impugnet, ac fabulam, non verum sermonem existimet esse promissionem ejus, qui hoc omne quod videtur, constituit, et ut voluit, ornavit. Nos vero credimus resurrectioni, gloriam reddentes Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Εἰς τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον Πάσχα.

Ἡ μὲν ἀληθινὴ τοῦ Σαββάτου κατάπαυσις, ἡ τὴν εὐλογίαν τοῦ Θεοῦ δεξαμένη, ἐν ᾗ κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ὁ Κύριος ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας τῇ ἀπραξίᾳ τοῦ θανάτου ἐνσαββατίσας, ἤδη πέρας ἔχει, καὶ τὴν ἰδίαν ἔδειξε χάριν καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ ἀκοαῖς καὶ καρδίᾳ· διὰ πάντων τούτων τῆς ἑορτῆς ἡμῖν τελεσθείσης, οἷς εἴδομεν, οἷς ἠκούσαμεν, οἷς τῇ καρδίᾳ τὴν εὐφροσύνην ὑπεδεξάμεθα. Τὸ μὲν γὰρ ὁρώμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς, φῶς ἦν τῇ τοῦ πυρὸς νεφέλῃ διὰ τῶν λαμπάδων ἡμῖν ἐν τῇ νυκτὶ δᾳδουχούμενον. Ὁ δὲ παννύχιος ταῖς ἀκοαῖς προσηχῶν λόγος ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, οἷόν ῥεῦμα χαρᾶς δι' ἀκοῆς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσρέων, πλήρεις ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐποίησεν. Ἡ δὲ καρδία τοῖς λεγομένοις τε καὶ βλεπομένοις εὐφραινομένη, τὴν ἄφραστον ἐτυποῦτο μακαριότητα, διὰ τῶν φαινομένων χειραγωγουμένη πρὸς τὸ ἀόρατον. Ὥστε τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, εἰκόνα εἶναι τὰ τῆς καταπαύσεως ταύτης ἀγαθὰ, δι' ἑαυτῶν τὴν ἀνεκφώνητον ἐλπίδα τῶν ἀποκειμένων πιστούμενα. Ἐπειδὴ τοίνυν φωτεινὴ νὺξ αὕτη, τὰς ἐκ τῶν λαμπάδων αὐγὰς ὀρθριναῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου συμμίξασα, μίαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἡμέραν ἐποίησε, μὴ διαμερισθεῖσα τῇ παρενθήκῃ τοῦ σκότους, νοήσωμεν, ἀδελφοὶ, τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, ὅτι *Αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος*. Ἐν ᾗ ἔργον ἐστὶν, οὐ βαρύ τι καὶ δυσκατόρθωτον, ἀλλὰ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα· οὕτως εἰπόντος τοῦ λόγου· ὅτι *Ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ*. Ὢ καλῶν πραγμάτων! ὢ γλυκείας νομοθεσίας! Τίς ὑπερτίθεται πρὸς τὸ ὑπακοῦσαι τοιούτοις προστάγμασι; τίς δὲ οὐχὶ ζημίαν ἡγεῖται καὶ τὴν ἐν ὀλίγῳ τῶν πραγμάτων ἀναβολήν; Εὐφροσύνη τὸ ἔργον, καὶ ἀγαλλίαμά ἐστι τὸ ἐπίταγμα· δι' ὧν ἀναλύεται ἡ ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ κατάκρισις, καὶ εἰς χαρὰν τὰ λυπηρὰ μεθαρμόζεται.

Τοῦτό ἐστι τὸ τῆς σοφίας ἀπόφθεγμα, ὅτι ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης, ἀμνηστία κακῶν. Λήθην ἐποίησε τῆς πρώτης καθ' ἡμῶν ἀποφάσεως, ἡ ἡμέρα αὕτη· μᾶλλον δὲ ἀφανισμὸν, οὐχὶ λήθην. Ἐξήλειψε γὰρ καθόλου πᾶν μνημόσυνον τῆς καθ' ἡμῶν κατακρίσεως. Τότε ἐν λύπαις ὁ τοκετός· νῦν χωρὶς ὠδίνων ἡ γέννησις. Τότε ἐκ σαρκὸς ἐγεννήθημεν σάρκες· νῦν τὸ γεννηθὲν πνεῦμά ἐστιν ἐκ πνεύματος. Τότε υἱοὶ ἀνθρώπου· νῦν τέκνα Θεοῦ ἐγεννήθημεν. Τότε εἰς γῆν ἀπ'

ORATIO IV.

De sancto et salutari festo Paschæ.

Vera quidem Sabbati requies, quæ benedictionem Dei accepit, in qua requievit Dominus ab operibus suis, pro salute mundi mortis efficacia fracta feriatus, jam finem habet, et gratiam suam cum oculis, tum auribus, tum cordi demonstravit, per hæc omnia, quæ vidimus, quæ audivimus, per quæ corde lætitiam recepimus, a nobis festo peracto. Nam quod oculis cernitur, lumen nocte nobis per lampades in nube ignis præferebatur. Sermo autem per totam noctem aures nostras circumsonans in psalmis, hymnis cantionibusque spiritualibus tanquam flumen quoddam gaudii per aures in animum influens, nos optima spe replevit. Cor vero, dum et iis quæ dicebantur et videbantur oblectaretur, inexplicabilis beatitudinis figuram accipiebat, dum per ea quæ apparebant, quasi manu duceretur ad eum, qui videri non potest. Itaque hujus requietis bona per sese fidem facientia ineffabili spei eorum, quæ destinata atque reposita sunt, imago sunt illorum bonorum, quæ neque oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt [1]. Quoniam igitur hæc lucida nox commistis lampadum luminibus cum matutinis radiis solis unum continuum nullarum interpositione tenebrarum diremptum diem effecit, consideremus et intelligamus, fratres, prophetiam quæ dicit [1*]: *Hic est dies, quem fecit Dominus.* In quo opus propositum est non grave aliquod et effectu difficile, sed gaudium, sed lætitia, sed exsultatio, ita dicente Scriptura, *Exsultemus et lætemur in eo.* O mandata præclara! O dulcem constitutionem! Quis sine mora atque procrastinatione talibus præceptis non obtemperabit? Imo quis non in damno ponet vel exiguam jussorum dilationem? Lætitia est opus, et exsultatio est id quod præcipitur, per quæ propter peccatum facta condemnatio rescinditur, et in gaudium tristitia convertitur.

Hoc est sapientiæ notabile dictum, in die lætitiæ oblivio atque abolitio malorum. Oblivionem primæ contra nos sententiæ pronuntiatæ dies hic induxit: imo vero abolitionem, non oblivionem. Delevit enim et quasi erasit omnem penitus memoriam contra nos factæ condemnationis. Tunc in doloribus partus edebatur: nunc absque parturitionis cruciatibus nativitas exsistit. Tunc ex carne carnes nati sumus: nunc quod natum est spiritus est ex

[1] I Cor. II, 9. [1*] Psal. CXVII, 24.

spiritu. Tunc filii hominum, nunc filii Dei nati sumus. Tunc in terram de cœlis relegati sumus : nunc is qui cœlestis est, etiam nos cœlestes fecit. Tunc per peccatum mors regnabat : nunc invicem justitia per vitam recipit imperium. Tunc unus morti locum introeundi dedit : per unum etiam nunc contra vita introducitur. Tunc per mortem vita excidimus : nunc a vita mors deletur. Tunc præ pudore sub ficu occultati fuimus : nunc per gloriam ligno vitæ appropinquamus. Tunc propter inobedientiam ex paradiso expulsi sumus : nunc per fidem in paradisum admittimur. Rursus fructus vitæ ad delicias nobis propositus est ad arbitrium. Rursus fons paradisi quadripartito diductus per evangelicos amnes universam Ecclesiæ faciem irrigat, adeo ut etiam sulci animarum nostrarum inebrientur, quos is qui sementem sermonis facit aratro doctrinæ proscidit, ac multiplicentur germina fructusque virtutis. Quid igitur ob hæc facere convenit? Quid aliud, quam imitari montes propheticos et colles exsultationibus? *Montes* enim, inquit, *exsultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium* [2]. Venite igitur, exsultemus Domino, qui fregit vires et potentiam hostis et magnum pro nobis crucis trophæum in ruina adversarii erexit. Ἀλαλάζωμεν, id est, *jubilemus*, ἀλαλαγμός autem, sive *jubilus*, est in victoria fausta ac læta acclamatio, quæ a victoribus adversus victos excitatur. Quoniam igitur prostrata est acies hostis, atque ille ipse, qui imperium nefarii exercitus dæmonum obtinebat, periit, deletus et ad nihilum jam redactus est : dicamus quod Deus sit magnus Dominus, et rex magnus super omnem terram, qui benedixit coronæ anni benignitatis suæ, et conduxit nos in hunc chorum et cœtum spiritualem per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria in sæcula. Amen.

A οὐρανῶν ἀπελύθημεν, νῦν ὁ ἐπουράνιος καὶ ἡμᾶς οὐρανίους ἐποίησε. Τότε διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος ἐβασίλευσε· νῦν ἀντιμεταλαμβάνει διὰ τῆς ζωῆς ἡ δικαιοσύνη τὸ κράτος. Εἷς ἤνοιξε τότε τοῦ θανάτου τὴν εἴσοδον· δι' ἑνὸς καὶ νῦν ἡ ζωὴ ἀντεισάγεται. Τότε διὰ τοῦ θανάτου τῆς ζωῆς ἐξεπέσαμεν· νῦν ὑπὸ τῆς ζωῆς ἀναιρεῖται ὁ θάνατος. Τότε ὑπ' αἰσχύνης τῇ συκῇ ὑπεκρύβημεν· νῦν διὰ δόξης τὸ ξύλον τῆς ζωῆς προσεγγίζομεν. Τότε διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ παραδείσου ἐξῳκίσθημεν· νῦν διὰ πίστεως τοῦ παραδείσου εἴσω γινόμεθα. Πάλιν ὁ καρπὸς τῆς ζωῆς εἰς τρυφὴν ἡμῖν πρόκειται κατ' ἐξουσίαν. Πάλιν ἡ τοῦ παραδείσου πηγὴ, ἡ τετραχῇ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ποταμῶν μεριζομένη, ἅπαν ποτίζει τὸ πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας· ὡς καὶ μεθύσκειν ἡμῶν τὰς αὔλακας τῶν ψυ-
B χῶν, ἃς ὁ σπείρων τὸν λόγον τῷ ἀρότρῳ τῆς διδασκαλίας ἀνέτεμε, καὶ πληθύνειν τῆς ἀρετῆς τὰ γεννήματα. Τί οὖν ἐπὶ τούτοις προσήκει ποιεῖν; Τί ἄλλο, ἢ μιμεῖσθαι τὰ ὄρη τὰ προφητικὰ καὶ τοὺς βουνοὺς τοῖς σκιρτήμασι; *Τὰ ὄρη γὰρ, φησὶν, ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων*. Οὐκοῦν δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, τῷ καθελόντι τοῦ πολεμίου τὴν δύναμιν, καὶ τὸ μέγα τρόπαιον τοῦ σταυροῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστήσαντι ἐν τῷ πτώματι τοῦ ἀντικειμένου. Ἀλαλάζωμεν. Ἀλαλαγμὸς δέ ἐστιν ἐπινίκιος εὐφημία, παρὰ τῶν κεκρατηκότων ἐγειρομένη κατὰ τῶν ἡττημένων. Ἐπεὶ οὖν πέπτωκεν ἡ τοῦ πολεμίου παράταξις, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τὸ κράτος ἔχων τῆς πονηρᾶς τῶν δαιμόνων στρατιᾶς οἴχεται
C καὶ ἠφάνισται, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν ἤδη μετακεχώρηκεν· εἴπωμεν, ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος, καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὁ εὐλογήσας τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ· καὶ συναγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὴν πνευματικὴν ταύτην χοροστασίαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO V.

In illustrem et sanctam Domini Deique nostri resurrectionem.

Benedictus Deus. Dicamus bona verba, et celebremus hodie unigenam Dei Filium, verum cœlestium procreatorem : qui ex occultis terræ sinibus emersit, et clarissimis radiis orbem terrarum operuit. Celebremus hodie sepulturam Unigeniti, resurrectionem victoris, gaudium mundi et vitam gentium mundi. Celebremus hodie eum qui peccatum induerat. Celebremus hodie Dei Verbum, quod mundi sapientiam arguit, prophetarum prædictionem confirmavit, apostolorum vinculum connexuit, Ecclesiæ vocationem, Spiritus gratiam explicavit. Ecce enim nos qui olim alieni a Dei notitia eramus, Deum agnovimus, et olim scriptum perfectum est : *Reminiscentur, et convertentur ad Dominum omnes fines terræ : et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium* [2*]. Cujus rei me-

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Εἰς τὴν φωτοφόρον καὶ ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

Εὐλόγητος ὁ Θεός. Εὐφημήσωμεν τήμερον τὸν Μονογενῆ Θεὸν, τὸν τῶν οὐρανίων γεννήτορα, τὸν τῶν κρυφίων λαγόνων τῆς γῆς ὑπερκύψαντα, καὶ ταῖς
D φαοσφόροις ἀκτῖσι τὴν ὅλην οἰκουμένην ἐπισκιάσαντα. Εὐφημήσωμεν τήμερον τὴν ταφὴν τοῦ Μονογενοῦς, τὴν ἀνάστασιν τοῦ νικητοῦ, τὴν χαρὰν τοῦ κόσμου, τὴν ζωὴν τῶν ἐθνῶν τοῦ κόσμου. Εὐφημήσωμεν τήμερον τὸν τὴν ἁμαρτίαν ἐνδυσάμενον. Εὐφημήσωμεν τήμερον τὸν Θεὸν Λόγον, ὃς τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν ἤλεγξε· τῶν προφητῶν τὴν πρόῤῥησιν ἐκύρωσε· τῶν ἀποστόλων τὸν σύνδεσμον συνήθροισε· τῆς Ἐκκλησίας τὴν κλῆσιν, τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ἐφήπλωσε. Ἰδοὺ γὰρ ἡμεῖς οἵ ποτε ξένοι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιγνώσεως, τὸν Θεὸν ἐπέγνωμεν· καὶ τὸ γεγραμμένον πεπλήρωται· *Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς*,

[2] Psal. CXIII, 4. [2*] Psal. XXI, 28.

καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Τί μνησθήσονται; Τὴν παλαιὰν πτῶσιν, τὴν νέαν ἀνάστασιν, τὴν ἀρχαίαν παράβασιν, καὶ τὴν ὕστερον διόρθωσιν· τὴν θνῆσιν τῆς Εὔας, τῆς Παρθένου τὴν γέννησιν, τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπανόρθωσιν, τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν ἄφεσιν, τῶν προφητῶν τὴν πρόῤῥησιν, τῶν ἀποστόλων τὸ κήρυγμα, τῆς κολυμβήθρας τὴν ἀναγέννησιν, τοῦ παραδείσου τὴν εἰσοίκησιν, τῶν οὐρανῶν τὴν ἐπάνοδον, τὸν Δημιουργὸν ἀνιστάμενον, τὸν τὴν ἀπρέπειαν ἀποδυσάμενον, τὸν τῇ θεϊκῇ μεγαλουργίᾳ τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μεταλλάξαντα. Καὶ ποίαν ἀπρέπειαν ἀπέθετο; Ἣν Ἡσαΐας εἶπε, *Καὶ εἴδομεν αὐτὸν*, φησί, *καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος. Ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε τοῖς ἀλιτηρίοις Ἰουδαίοις προσωμίλει, καὶ Σαμαρείτης, καὶ δαιμόνιον ἔχων ἐκαλεῖτο· ὅτε Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης καὶ τὰ τοῦ σκότους γεννήματα, πρὸς φόνον ἐκράτουν τὸν ἀχώρητον. Οὐκ ἀσκόπως ἔλεγεν αὐτοῖς Ἰωάννης· *Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;* Ὄντως γὰρ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτούς. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε τὸ βλάστημα τῆς ἐπιεικείας ῥάπισμα διελάμβανεν, καὶ μεθ' ὅρκων ἠρώτων τῶν ὅρκων δικαστὴν ὑπάρχοντα. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε ἐδικάζετο ὁ δικαστής, καὶ ἐκρίνετο ὁ κριτὴς τοῦ κόσμου· ὁ οἰκέτης ἠρώτα, δεσπότης ἐσιώπα, καὶ τὸ φῶς ἡσύχαζε, καὶ σκότος ἐγαυρία· τὸ πλάσμα ἐθρασύνετο, καὶ ὁ δημιουργὸς ἐκαρτέρει. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε οἱ ταῦροι ἐκεράτιζον, καὶ ὁ μόσχος παρίστατο· ὅτε ὁ λέων ὠρυᾶτο, καὶ οἱ ταῦροι ἐγαυρύνοντο, καθὼς γέγραπται· *Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος.* Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε οἱ κύνες ὑλάκτουν, καὶ ὁ Δεσπότης ἠνείχετο· ὅτε οἱ λύκοι ἥρπαζον, καὶ τὸ πρόβατον παρίστατο· ὅτε λῃστὴς εἰς ζωὴν ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ ζωὴ τοῦ κόσμου εἰς θάνατον εἵλκετο· ὅτε ἐβόων ἐκείνην τὴν ἄτακτον καὶ ὀλέθριον φωνήν, *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.* Οἱ Κυριοκτόνοι, οἱ προφητοκτόνοι, οἱ θεομάχοι, οἱ μισόθεοι, οἱ τοῦ νόμου ὑβρισταί, οἱ τῆς χάριτος πολέμιοι, οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως τῶν πατέρων, οἱ συνήγοροι τοῦ διαβόλου, τὰ γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν, οἱ ψιθυρισταί, οἱ κατάλαλοι, οἱ ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ἡ ζύμη τῶν Φαρισαίων, τὸ συνέδριον τῶν δαιμόνων, οἱ ἀλάστορες, οἱ πάμφαυλοι, οἱ λιθασταί, οἱ μισόκαλοι. Εἰκότως γὰρ ἔκραζον· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν.* Ἐβάρει γὰρ αὐτοὺς ἡ ἐπιδημία τῆς θεότητος μετὰ σαρκός, καὶ ἐλύπει τῶν ἐλέγχων ὁ τρόπος· ἔθος γὰρ ἁμαρτωλοῖς μισεῖν τὴν τῶν δικαίων συντυχίαν.

Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε αὐτὸν ἐφραγέλλωσαν, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον ἐβασάνιζον, φέροντα ἑκουσίως πάθος, ἵνα τοὺς παλαιοὺς μώλωπας τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων θεραπεύσῃ· ὅτε τὸ ξύλον τοῦ

A mores erunt? Antiqui lapsus, et novæ resurrectionis, et emendationis quæ postea secuta est: Evæ interitus, virginis ortus, gentium restitutionis, delinquentium absolutionis, prophetarum prædictionis; apostolorum prædicationis, piscinæ regenerationis, in paradisum introductionis, reditus in cœlos, rerum Opificis ad vitam redeuntis, cum indecentiam exuisset, ac divina magnificentia quod erat mortale et corruptum, in immortale et incorruptum commutasset. Qualem vero indecentiam deposuit? eam quam dixit Isaias his verbis: *Et vidimus ipsum, et non erat species, nec decor. Sed facies ejus erat ignobilis, inferior forma præ filiis hominum* [3]. Quando ignobilis erat? quando cum sceleratis Judæis conversabatur, et Samaritanus et B dæmonio exagitatus dicebatur. Quando Judas Iscariotes et tenebrarum progenies tenebant ad cædem eum, quem nullus locus capere potest. Non abs re dicebat ipsis Joannes; *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a futura ira* [3*]? Vere enim ira Dei manebit super ipsis. Quando fuit ignobilis? Tum cum nobile germen æquitatis gravi colapho cæsum est, et cum verum jurisjurandi præsidem, cum sacramento juramenti interrogarent. Quando sine honore fuit? Cum judicaretur judex, et arbiter mundi damnaretur; cum servus inquireret, et herus conticesceret; cum lux quiesceret, et caligo exsultaret; cum figmentum audaciam præ se ferret, et rerum opifex perpeteretur. Quando fuit in- C glorius? Cum tauri cornibus impeterent, et juvencus se submitteret; cum rugiret leo, et superbirent tauri: sicut scriptum est: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens* [4]. Quando fuit inhonoratus? Cum canes latrarent; et Dominus patienter ferret; cum lupi diriperent, et ovis consisteret; cum latro vocaretur ad vitam, at vita mundi traheretur ad mortem; cum inconcinna et exitiosa voce clamarent: *Tolle, tolle, crucifige eum* [5]. *Sanguis ipsius super nos et super filios nostros* [6]. Domini cæsores, prophetarum occisores, Dei hostes: Dei osores, in legem injurii, gratiæ adversarii, alieni a fide parentum, patroni diaboli, progenies viperarum, susurrones, blatero- D nes, mente involuta tenebris, fermentum Pharisæorum, consessus dæmonum. Facinorosi, deterrimi, lapidatores, honestatis osores. Atenim merito clamabant: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Gravis enim ipsis erat divinitatis cum carne conversatio; et consuetudo reprehendendi, infesta erat: nam in morte positum est peccatoribus, odisse justorum cœtum et successum.

Quando fuit ignobilis? Cum ipsum flagris insectati sunt, et sanctum ejus corpus torserunt, qui lubenter cruciatum perferebat, ut antiquos vibices nostrorum animi vulnerum sanaret; quando

[3] Isa. LIII, 2, 3. [3*] Luc. III, VII. [4] Psal. XXI, 12, 13. [5] Luc. XXIII, 19. [6] Matth. XXVII, 25.

lignum crucis super humeris gestabat, ut tropæum adversus diabolum; cum coronam e spinis imposuerunt ei, qui corona donat eos qui confidunt in ipso; quando purpura induerunt eum, qui immortalitatem largitur iis, qui regenerantur ex aqua et Spiritu sancto [7]; quando suffixerunt ligno vitæ necisque Dominum [8]. Quando fuit inglorius? Cum milites, cœlestis exercitus imperatorem illudentes triumpharent. Quando fuit ignominiosus? Cum adjuncta arundini spongia, eaque aceto madefacta potum ei dederunt, et fel obtulerunt ei qui manna abunde ipsis infuderat; quando petræ diruptæ sunt, et velum templi scissum est, quasi flagitiosorum audaciam stuperent; quando luxit sol, et caliginem tanquam saccum induit, Judæorum ruinam deplorans: dies enim ipse lamentabatur Judæorum ærumnas; cum in medio latronum vita penderet: altero quidem conviciante, et obloquente, altero vero pœnitentia paradisum deprædante. Quando fuit inglorius? Quando corpus ejus sepulturæ traditum est. Quando fuit ignobilis? Cum milites ipsum custodierunt, et terra eum abscondit, qui super aquis terram fundaverat: et cum apostoli occultarent se, et tentationum magnitudinem ferre non possent. Sed vide, charissime, Dei miracula, et post passionem, lætitiæ successus profectusque. Ignobilis in claritatis decus mutatus est, et mundi gaudium immortale excitatum est cum corpore. Tunc parturiit terra, et dies concepit, et mors regessit omnium vitam. Non enim fieri poterat ut is a morte detineretur, qui verbo tenet omnia. Celebremus igitur resurrectionem tertio die factam, æternæ vitæ conciliatricem. Ut enim Maria Dei parens, virginalibus atque innuptis partubus non solutis, Dei voluntate et sancti Spiritus gratia genuit sæculorum opificem, ex Deo Deum Verbum: sic etiam terra ex propriis penetralibus, fetu mortis edito, herum Judæorum jussa est exserere. Etenim detinere non poterat corpus, quod immortalitatis vehiculum exstiterat. Quocirca cum propheta David decentis status constitutionem, mortis solutionem, et quondam servorum libertatem consideraret, exclamat et enuntiat, *Dominus regnavit, decorem indutus est* [9]. Qualem cedo decorem induit? Perpetuam integritatem, atque immortalitatem, apostolorum cœtum, Ecclesiæ coronam. Non amplius Judas prodit. Non amplius Caiphas minitatur. Non amplius Herodes ad puerorum cædem armatur. Non judicat amplius Pilatus; neque amplius Israelitæ ipso potiuntur. Enimvero quod fragile et caducum erat, factum est incorruptum. Tum qui apud eos censebatur homo nudus, Deus verus est demonstratus. Idcirco nos etiam clamamus: *Ubinam tuus est, o mors, aculeus? Ubi tua est, inferne, victoria* [10]? *Decorem induit: Induit Dominus potentiam, et accinxit se* [11]. Potentiam dicit salutis dispensationem per carnem fac-

A σταυροῦ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐβάσταζε τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον· ὅτε στέφανον ἐξ ἀκανθῶν περιέβαλλον τῷ στεφανοῦντι τοὺς πεποιθότας ἐπ' αὐτόν· ὅτε πορφύραν ἐνέδυσαν τὸν ἀφθαρσίαν τοῖς ἀναγεννωμένοις δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου χαριζόμενον· ὅτε προσήλωσαν τῷ ξύλῳ τὸν ζωῆς καὶ τοῦ θανάτου Κύριον ὑπάρχοντα. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε ἐθριάμβευον ἐμπαίζοντες οἱ στρατιῶται τὸν τῆς στρατιᾶς τῶν οὐρανῶν δεσπότην. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε καλάμῳ περιθέντες σπόγγον, ἐμπλήσαντες ὄξους ἐπότιζον αὐτὸν, καὶ χολὴν ἐδίδουν τὸν τὸ μάννα αὐτοῖς ἐπομβρήσαντα· ὅτε αἱ πέτραι ἐῤῥήγνυντο, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίζετο, τῶν ἀλιτηρίων τὴν τόλμαν ἐκπληττόμενα· ὅτε ὁ ἥλιος ἐπένθει καὶ τὸ σκότος ὡς σάκκον ἐνεδύετο, πενθῶν τὴν τῶν Ἰουδαίων
B ἀπόπτωσιν. Ἐθρήνει γὰρ ἡ ἡμέρα τὰς Ἰουδαίων συμφορὰς, ὅτε ἐν μέσῳ λῃστῶν ἡ ζωὴ ἐκρέματο· τοῦ μὲν ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος, τοῦ δὲ τῇ μετανοίᾳ λῃστεύοντος τὸν παράδεισον. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε τὸ σῶμα πρὸς ταφὴν ἐδίδοτο. Πότε ἦν ἄτιμος; Ὅτε στρατιῶται ἐφύλαττον, καὶ ἡ γῆ κατέκρυπτεν τὸν τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἑδράσαντα· ὅτε οἱ ἀπόστολοι ἐκρύπτοντο, τῶν πειρασμῶν τὸν ὄγκον οὐ δυνάμενοι φέρειν. Ἀλλὰ ὅρα, ἀγαπητὲ, τοῦ Θεοῦ τὰ θαύματα, καὶ μετὰ τὸ πάθος τῆς χαρᾶς τὰ κατορθώματα. Ὁ ἄτιμος εἰς εὐδοξίαν μετεβάλλετο, καὶ ἡ τοῦ κόσμου χαρὰ ἄφθαρτος ἐγήγερται μετὰ τοῦ σώματος. Τότε ὤδινεν ἡ γῆ, καὶ ἐκυοφόρησεν ἡ ἡμέρα, καὶ ἀπέπτυσεν ὁ θάνατος τὴν πάντων ζωήν. Οὐ γὰρ
C ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου τὸν πάντα λόγῳ κρατοῦντα. Ἑορτάσωμεν τοίνυν τριήμερον ἀνάστασιν, ζωῆς αἰωνίου πρόξενον. Ὥσπερ γὰρ Μαρία ἡ Θεοτόκος, παρθενικὰς καὶ ἀνυμφεύτους ὠδῖνας οὐ λύσασα βουλήσει Θεοῦ καὶ Πνεύματος χάριτι ἐγέννησε τὸν τῶν αἰώνων ποιητὴν, τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον· οὕτως καὶ ἡ γῆ, ἐκ τῶν οἰκείων λαγόνων τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου λύσασα, ἀπέπτυσε κελευσθεῖσα τὸν τῶν Ἰουδαίων δεσπότην· οὐ γὰρ ἠδύνατο κατέχειν σῶμα, φορεῖον ἀθανασίας γενόμενον. Σκοπῶν τοίνυν ὁ προφήτης Δαβὶδ τῆς εὐπρεπείας τὴν διόρθωσιν, τοῦ θανάτου τὴν λύσιν, τῶν ποτε δούλων τὴν ἐλευθερίαν, βοᾷ καὶ λέγει· *Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο.* Ποίαν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο; Τὴν ἀφθαρσίαν, τὴν ἀθανασίαν, τῶν ἀποστόλων
D τὴν σύγκλητον, τῆς Ἐκκλησίας τὸν στέφανον. Οὐκέτι Ἰούδας προδίδωσιν· οὐκέτι Καΐφας ἀπειλεῖ· οὐκέτι Πιλάτος δικάζει, οὔτε Ἰσραηλῖται κρατοῦσι. Τὸ γὰρ φθαρτὸν γέγονεν ἄφθαρτον, καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενος ἄνθρωπος ψιλὸς, Θεὸς ἀποδέδεικται ἀληθινός. Διὸ καὶ ἡμεῖς βοῶμεν· *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο.* Δύναμιν λέγει τὴν διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν. Ὅτε γὰρ ἐκείνης δυνατώτερον οὐδὲν, διὰ σώματος ὁ ἀσώματος δαίμονας κατέβαλε· διὰ σταυρὸν τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἐξεπολιόρκησεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πρῶτα ἐκλόνει τὴν

[7] Tit. III, 5. [8] Act. III, 15. [9] Psal. XCII, 1. [10] I Cor. XV, 55. [11] Psal. XCII, 1.

γῆν ἡ ἁμαρτία, ἀναστὰς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καθὼς προεῖπεν, ἐστερέωσεν αὐτὴν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ, μηκέτι πρὸς ὄλισθον ἀπωλείας βαδίζειν, μήτε χειμῶσι τῆς πλάνης ῥιπίζεσθαι. Μάρτυρα δὲ τοῦ λόγου τὸν μακάριον Παῦλον ἀγάγωμεν, λέγοντα ἁπλῶς· *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν*. Διὸ καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς λέγει· *Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε· ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ*· καὶ, *Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία αἰώνιος, ἥτις οὐ διαφθαρήσεται*. Καὶ πάλιν· *Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων*. Καὶ πάλιν· *Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιασθήτω ἡ γῆ, εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί*. Ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος. Ἀμήν.

A tam. Quandoquidem nihil illa potentius. Per corpus enim liber a corpore dæmonas depulit. Per crucem oppositas potestates obsedit. Nam quoniam primum terram concusserat peccatum, resurgens Dominus noster Jesus Christus, ut prædixerat, stabilivit ipsam ligno crucis, ne ullo unquam lapsu præceps in perniciem rueret, neque erroris tempestatibus agitaretur. Testem vero dictorum producamus beatum Paulum aientem: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, et mortale hoc induere immortalitatem* [12]. Ideoque Psalmographus ait, *Parata est sedes tua ex tunc; a sæculo tu es* [13]: et, *Regnum tuum, regnum sempiternum* [14]; *quod non corrumpetur* [15]; et iterum, *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum* [16]; ac rursus; *Dominus regnavit, exsultet terra; lætentur insulæ multæ* [17]; Quia ipsi gloria et fortitudo convenit. Amen.

[12] I Cor. xv, 53. [13] Psal. xcii, 2. [14] Psal. cxliv, 13. [15] Dan. xii, 14. [16] Psal. cxliv, 13. [17] Psal. xcvi, 1.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΑΝΑΛΗΨΙΝ

ΤΗΝ ΛΕΓΟΜΕΝΗΝ ΤΩ ΕΠΙΧΩΡΙΩ ΤΩΝ ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ ΕΘΕΙ

ΤΗΝ ΕΠΙΣΩΖΟΜΕΝΗΝ.

—

EJUSDEM

IN ASCENSIONEM CHRISTI

QUÆ DIES FESTA CAPPADOCIBUS DICTA EST

CONSECRATA.

Francisco Zino interprete.

—

Ὡς γλυκὺς συνέμπορος τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ προφήτης Δαβὶδ, ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς τῆς ζωῆς εὑρισκόμενος, καὶ πάσαις ταῖς πνευματικαῖς ἡλικίαις προσφόρως καταμιγνύμενος, παντὸς τάγματος τῶν προκοπτόντων συνεφαπτόμενος! Τοῖς κατὰ Θεὸν νηπίοις συμπαίζει, τοῖς ἀνδράσι συναγωνίζεται, παιδαγωγεῖ τὴν νεότητα, ὑποστηρίζει τὸ γῆρας, τοῖς πᾶσι πάντα γίνεται, στρατιωτῶν ὅπλον, ἀθλητῶν παιδοτρίβης, γυμναζομένων παλαίστρα, νικώντων στέφανος, ἐπιτραπέζιος εὐφροσύνη, ἐπικήδειος παραμυθία. Οὐκ ἔστι τι τῶν κατὰ τὸν βίον ἡμῶν τῆς χάριτος ταύτης ἀμέτοχον. Τίς προσευχῆς δύναμις, ἧς μὴ Δαβὶδ συνεφάπτεται; τίς ἑορτῆς εὐφροσύνη, μὴ τοῦ Προφήτου ταύτην φαιδρύνοντος; Ὃ δὴ καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν· ὅτι καὶ ἄλλως μεγάλην ἡμῖν οὖσαν τὴν ἑορτὴν, μείζονα δι' ἑαυτοῦ ὁ Προφήτης ἐποίησεν, προσφόρως τῇ ὑποθέσει τὴν ἐκ τῶν ψαλμῶν

C Quam dulcis hominum comes propheta David in omnibus vitæ itineribus! quam aptus spiritualibus cunctis ætatibus! quam omni proficientium ordini conditionique commodus invenitur! Cum illis, qui apud Deum pueri infantesque sunt, colludit. Viris in certamine et pugna se socium præbet, juventutem erudit, senectutem confirmat, omnibus omnia fit, militum arma, magister pugilum, palæstra certantium, corona victorum, in conviviis hilaritas, in funere lugentium consolatio. Nulla denique pars humanæ vitæ illius munere et gratia vacat. Quænam est precationis facultas quam David non subministret? Quæ celebritas lætitiæ, quam non exornet Propheta? id quod in præsentia quoque licet intueri. Hodiernam enim celebritatem, satis D per se magnam, ipse majorem efficit, dum illi gaudium e psalmis apposite adjungit. In uno enim

illorum ovem te jubet esse, quæ a Deo pascaris, et omnibus bonorum copiis affluas, ut cui et herba, et pabulum, et aqua refrigerii suppetat [1]. Tibi et cibum, et tabernaculum, et viam, et ducem, et omnia se præbet pastor egregius, gratiamque suam ad omnem usum apte distribuit. Ex quibus omnibus Ecclesiam instruit, oportere te primum boni pastoris ovem fieri per bonam catechesim et initiationem ad divinæ doctrinæ pascua fontesque deductum, ut cum illo sepeliaris per baptismum in mortem, neque tamen mortem ejusmodi reformidare. Non enim mors est ista, sed mortis umbra et similitudo. *Nam si ambulavero*, inquit, *in medio umbræ mortis, non timebo, ut malum, id quod acciderit, quoniam tu mecum es* [1*]. Deinde spiritus virga consolatur. Spiritus enim consolator est. Tum mensam mysticam proponit ex adverso mensæ dæmonum instructam. Per idololatriam enim hominum vitam afflixerunt dæmones, quibus contraria est Spiritus mensa. Ad hæc oleo spiritus caput ungit, et vinum, quod lætitia cor afficit [2], addens, sobriam illam animo ebrietatem injicit, et e caducis fluxisque rebus mentem trahit ad sempiternas. Etenim qui tali est affectus ebrietate, brevem vitam cum immortalitate commutat, et in longitudine dierum habitat in domo Domini. Hæc nobis in uno Psalmorum elargitus, ad majorem et perfectiorem in altero, qui proxime sequitur, voluptatem animum excitat, cujus sententiam vobis, si videtur, paucis explicabo. *Domini est terra et plenitudo ejus* [3]. Quid igitur novi contingit, homo, si Deus noster in terra visus est, si cum hominibus vixit? Ipse terram creavit et condidit. Quare nec inusitatum nec absurdum est, ut ad propria Dominus veniat. Neque enim in orbe versatur alieno, sed in eo quem ipse constituit et fabricatus est, qui super maria terram fundavit et effecit, ut secus fluminum decursum optime collocata esset. Quam autem ob causam advenit, nisi ut te ex peccati voragine liberatum, et regni currum, id est, virtutis institutum in ipso ascensu adhibentem, in montem adduceret? Neque enim licet in montem illum ascendere, nisi virtutes tibi comites adjunxeris, et innocens manibus fueris, et nullo scelere coinquinatus, sed mundo corde ad nullam vanitatem animum tuum applicueris, nec dolo proximum tuum deceperis. Istius ascensus præmium est benedictio, huic repositam Deus misericordiam largitur. *Hæc est generatio quærentium eum*, per virtutem in sublime conscendentium, *et quærentium faciem Dei Jacob.*

A συνεισενεγκὼν εὐφροσύνην. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ἑνὶ, πρόβατόν σε κελεύει γενέσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ ποιμαινόμενον, καὶ οὐδενὸς τῶν ἀγαθῶν ὑστερούμενον· ᾧ καὶ πόα νομῆς, καὶ ὕδωρ ἀναπαύσεως, καὶ τροφὴ, καὶ σκηνὴ, καὶ τρίβος, καὶ ὁδηγία, καὶ πάντα γίνεται ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, πρὸς πᾶσαν χρείαν τὴν ἑαυτοῦ χάριν προσφόρως καταμερίζων. Δι' ὧν ἁπάντων παιδεύει τὴν Ἐκκλησίαν, ὅτι χρή σε πρόβατον πρῶτον γενέσθαι τοῦ καλοῦ ποιμένος, διὰ τῆς ἀγαθῆς κατηχήσεως πρὸς τὰς θείας τῶν διδαγμάτων νομάς τε καὶ πηγὰς ὁδηγούμενον, εἰς τὸ συνταφῆναι αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτισμοῦ εἰς τὸν θάνατον, καὶ μὴ φοβηθῆναι τὸν τοιοῦτον θάνατον. Οὐ γὰρ θάνατος οὗτός ἐστιν, ἀλλὰ θανάτου σκιὰ καὶ ἐκτύπωμα. *Ἐὰν γὰρ πορευθῶ*, φησὶν, *ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι* B *ὡς κακὸν τὸ γινόμενον· ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* Μετὰ ταῦτα παρακαλέσας τῇ βακτηρίᾳ τοῦ Πνεύματος· ὁ γὰρ παράκλητος τὸ Πνεῦμά ἐστι· τὴν μυστικὴν προτίθησι τράπεζαν, τὴν ἐξ ἐναντίου τῆς τῶν δαιμόνων τραπέζης ἑτοιμασθεῖσαν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ διὰ τῆς εἰδωλολατρείας τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων ἐκθλίβοντες· ὧν ἐξ ἐναντίου ἡ τοῦ Πνεύματος τράπεζα. Εἶτα μυρίζει τὴν κεφαλὴν τῷ ἐλαίῳ τοῦ Πνεύματος, καὶ προσθεὶς αὐτῷ οἶνον τὸν τὴν καρδίαν εὐφραίνοντα, τὴν νήφουσαν ἐκείνην μέθην ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ, στήσας τοὺς λογισμοὺς ἀπὸ τῶν προσκαίρων πρὸς τὸ ἀΐδιον· ὁ γὰρ τῆς τοιαύτης γευσάμενος μέθης, διαμείβεται τοῦ ὠκυμόρου τὸ ἀτελεύτητον, εἰς μακρότητα ἡμερῶν τὴν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ διαγωγὴν C παρατείνων. Τοιαῦτα ἡμῖν ἐν τῷ ἑνὶ τῶν ψαλμῶν χαρισάμενος, πρὸς μείζονα καὶ τελεωτέραν εὐφροσύνην ἐν τῷ ἑξῆς ψαλμῷ τὴν ψυχὴν ἐπεγείρει· καὶ, εἰ δοκεῖ, καὶ τούτου τὴν διάνοιαν ὑμῖν παραθώμεθα, δι' ὀλίγων ἐπιτεμόμενοι. *Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.* Τί οὖν ξενίζῃ, ὦ ἄνθρωπε, εἰ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη; κτίσμα γὰρ ἐκείνου ἡ γῆ, διότι καὶ ποίημα. Οὐκοῦν οὐδὲν καινὸν, οὐδὲ ἔξω τοῦ πρέποντος, τὸ εἰς τὰ ἴδια ἐλθεῖν τὸν Δεσπότην· οὐ γὰρ ἐν ἀλλοτρίῳ γίνεται κόσμῳ, ἀλλ' ὃν αὐτὸς συνεστήσατο, ὁ ἐπὶ θαλασσῶν θεμελιώσας τὴν γῆν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ποταμῶν δίοδον εὔθετον αὐτὴν εἶναι παρασκευάσας. Ὑπὲρ τίνος οὖν ἡ παρουσία; Ἵνα σε τῶν βαράθρων τῆς ἁμαρτίας ἐκβαλὼν, ἐπὶ τὸ ὄρος ἀγάγῃ, βασιλείας D ὀχήματι πρὸς τὴν ἄνοδον τῇ κατ' ἀρετὴν πολιτείᾳ χρησάμενον. Οὐ γὰρ ἔστιν ἀνελθεῖν ἐπὶ τὸ ὄρος ἐκεῖνο, εἰ μὴ ταῖς ἀρεταῖς συνοδεύσειε· ταῖς μὲν χερσὶν ἀθῶος γενόμενος, καὶ μηδεμιᾷ πονηρᾷ πράξει ῥυπούμενος, καθαρὸς δὲ τῇ καρδίᾳ, πρὸς οὐδὲν μάταιον τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ φέρων, μηδέ τινα δόλον τῷ πλησίον ἐξαρτυόμενος. Ταύτης τῆς ἀναβάσεως ἔπαθλόν ἐστιν ἡ εὐλογία· τούτῳ δίδωσι τὴν ἀποκειμένην ἐλεημοσύνην ὁ Κύριος· *Αὕτη ἐστὶν ἡ τῶν ζητούντων αὐτὸν γενεὰ*, τῶν δι' ἀρετῆς πρὸς ὕψος ἀναβαινόντων, *καὶ ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.*

Hujusce psalmi pars reliqua forsitan evangelica etiam voce doctrinaque sublimior est. Nam Evangelium Domini consuetudinem et vitam, quam egit in terra, et ejus reditum in cœlum narrat. Hic

Τὸ δὲ ἐφεξῆς τῆς ψαλμῳδίας, καὶ αὐτῆς τάχα τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἐστὶν ὑψηλότερον. Τὸ μὲν γὰρ Εὐαγγέλιον, τὴν ἐπὶ γῆς τοῦ Κυρίου διαγωγὴν, καὶ τὴν ἀναστροφὴν διηγήσατο. Ὁ δὲ ὑψηλὸς οὗτος

[1] Psal. XXII, 1 sqq. [1*] Psal. XXII, 4. [2] Psal. CIII, 15. [3] Psal. XXIII, 1 sqq.

A προφήτης, ἐκβὰς αὐτὸς ἑαυτὸν, ὡς ἂν μὴ βαρύνοιτο τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσιν ἑαυτὸν καταμίξας, τὰς ἐκείνων ἡμῖν φωνὰς διεξέρχεται, ὅτε προπομπεύουσαι τοῦ Δεσπότου ἐπὶ τὴν κάθοδον, ἐπαρθῆναι κελεύουσι τῶν περιγείων ἀγγέλων, τῶν τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν πεπιστευμένων, τὰς εἰσόδους, λέγουσαι· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης.* Καὶ ἐπειδὴ εἰς ὃ ἂν γένηται ὁ τὸ πᾶν ἐν ἑαυτῷ περιέχων, σύμμετρον ἑαυτὸν τῷ δεχομένῳ ποιεῖ· οὐ γὰρ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἄνθρωπος γίνεται, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀκόλουθον πάντως καὶ ἐν ἀγγέλοις γινόμενος, πρὸς τὴν ἐκείνων φύσιν ἑαυτὸν συγκατάγει· διὰ τοῦτο χρήζουσιν οἱ πυλωροὶ τοῦ δεικνύντος· *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης;* B Οὗ χάριν τὸν κραταιὸν αὐτοῖς καὶ δυνατὸν ἐν πολέμῳ ὑποδεικνύουσι, τὸν μέλλοντα πρὸς τὸν αἰχμαλωτίσαντα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν συμπλέκεσθαι, καὶ καταλύειν τὸν ἔχοντα τοῦ θανάτου τὸ κράτος· ἵνα τοῦ ἐσχάτου ἐχθροῦ ἀφανισθέντος, εἰς ἐλευθερίαν τε καὶ εἰρήνην ἀνακληθῇ τὸ ἀνθρώπινον. Πάλιν διεξέρχεται τὰς ὁμοίας φωνάς· πεπλήρωται γὰρ ἤδη τὸ τοῦ θανάτου μυστήριον, καὶ κατώρθωται κατὰ τῶν πολεμίων ἡ νίκη, καὶ ἐγήγερται τὸ κατ' αὐτῶν τρόπαιον ὁ σταυρός· *Καὶ πάλιν ἀνέβη εἰς ὕψος, αἰχμαλωτεύων τὴν αἰχμαλωσίαν*, ὁ δοὺς τὴν ζωήν τε καὶ τὴν βασιλείαν, τὰ ἀγαθὰ ταῦτα δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ δεῖ πάλιν ἀνοιχθῆναι τὰς ὑπερκειμένας πύλας αὐτῷ. Ἀντιμεταλαμβάνουσι τὴν προπομπὴν οἱ ἡμέτεροι φύλακες, καὶ ἀνοιχθῆναι αὐτῷ τὰς ὑπερ- C κειμένας πύλας παρακελεύονται, ἵνα πάλιν ἐν αὐταῖς δοξασθῇ. Ἀλλ' ἀγνοεῖται ὁ τὴν ῥυπαρὰν στολὴν τοῦ ἡμετέρου βίου περιβαλόμενος, οὗ τὸ ἐρύθημα τῶν ἱματίων ἐκ τῆς ληνοῦ τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. Διὰ τοῦτο παρ' ἐκείνων ἡ ἐρωτηματικὴ αὕτη φωνὴ πρὸς τοὺς προπομπεύοντας γίνεται· *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης;* εἶτα, ἡ τούτων ἀπόκρισις, οὐκέτι, *Ὁ κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ*, ἀλλὰ, Κύριος τῶν δυνάμεων, ὁ τοῦ παντὸς ἐξημμένος τὸ κράτος, ὁ ἀνακεφαλαιώσας τὰ πάντα ἐν ἑαυτῷ, ὁ ἐν πᾶσι πρωτεύων, ὁ εἰς τὴν πρώτην κτίσιν ἀποκαταστήσας τὰ πάντα, αὐτός ἐστιν ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης. Ὁρᾶτε ὅπως ἡμῖν γλυκυτέραν τὴν ἑορτὴν ὁ Δαβὶδ ἀπειργάσατο, τὴν ἰδίαν χάριν τῇ φαιδρότητι τῆς D Ἐκκλησίας ἐγκαταμίξας. Οὐκοῦν μιμησώμεθα καὶ ἡμεῖς τὸν Προφήτην, ἐν οἷς δυνατόν ἐστι κατορθῶσαι τὴν μίμησιν, ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ, ἐν τῇ τοῦ βίου πραότητι, ἐν τῇ πρὸς τοὺς μισοῦντας μακροθυμίᾳ· ἵνα γένηται ἡ τοῦ Προφήτου διδασκαλία τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας χειραγωγία, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A autem excelsus Propheta supra se ipsum egrediens, tanquam corporis onere nihil prematur, infert se cœlestibus potestatibus, et voces earum nobis exponit, cum in cœlum redeuntem Dominum ipsæ comitantes, angelis, qui versantur in terris, quibusque in humanam vitam ingressus commissus est, imperant ad hunc modum: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ.* Et quoniam, ubicunque fuerit ille, qui in seipso omnia continet, pro suscipientium captu se ipsum dimetitur; neque enim solum inter homines homo fit, verumetiam, dum inter angelos versatur, ad illorum naturam sese demittit: idcirco narrantem janitores interrogant: *Quis est iste Rex gloriæ?* Respondent ipsis demonstrant- B que fortem et potentem in prœlio, qui pugnaturus erat contra illum, qui naturam humanam in servitute captivam detinebat, et eversurus eum qui mortis habebat imperium [4], ut gravissimo hoste superato, genus hominum in libertatem et pacem vindicaret. Rursum repetit easdem voces. Completum enim jam est mortis mysterium, et victoria de hostibus reportata, et contra ipsos excitatum crucis tropæum. *Ascendit in altum, captivam ducens captivitatem* [5], qui vitam, et regnum, et præclara hæc dona hominibus tribuit. Impositæ illi rursus patefaciendæ sunt portæ. Occurrunt ei nostri custodes, et portas jubent recludi, ut in ipsis rursum gloriam assequatur. Verum non agnoscunt eum, qui sordidas C vitæ nostræ stolam indutus est, cujus rubra sunt vestimenta ex humanorum malorum torculari [6]. Itaque rursus comites ejus vocibus illis interrogantur. *Quis est iste Rex gloriæ?* Respondetur autem non amplius: *Fortis, et potens in prœlio:* sed Dominus virtutum, qui mundi principatum obtinuit, qui summatim omnia in se collegit, qui in omnibus primas tenet, qui pristinum in statum cuncta restituit, ipse est Rex gloriæ. Cernitis, quomodo dulciorem nobis celebritatem David effecerit, dum Ecclesiæ hilaritati gratiam immiscet suam. Proinde nos item, quantum possumus, imitemur Prophetam in charitate erga Deum, in mansuetudine vitæ, in tolerantia erga illos qui nos odio prosequuntur, ut Prophetæ doctrina nobis ad bene beateque viven- D dum dux magistraque sit, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[4] Heb. II, 14. [5] Psal. LXVII, 19. [6] Isa. LXIII, 2.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΠΝΕΥΜΑ.

EJUSDEM
ORATIO DE SPIRITU SANCTO
SIVE IN PENTECOSTEN (1).

Interprete et scholiaste Laurentio Zacagnio V. .

Quodlibet festivæ celebritatis argumentum per se ipse illustrius efficit David, dum suavissimam illam citharam ad id, quod usui est, apte semper accommodat. Quapropter sapientiæ fidibus Spiritus plectro pulsatis, cantum edens, idem nobis Propheta magnam quoque Pentecostes celebritatem illustret. Dicat proinde ex divina illa modulatione sua psalmum illum hodierno Dei beneficio congruum : *Venite, exsultemus Domino* [1]. Primum autem nosse oportet quodnam sit hoc Dei beneficium, deinde orationis argumento aptanda sunt verba prophetiæ; perque vos mihi liceat, quæ ad hæc pertinent, aliquo ordine pro viribus explicare. Initio aberraverant homines a cognitione Dei, relictoque rerum omnium Domino, alii mundi colebant elementa, alii dæmones venerandos censebant, plerisque vero manufactæ etiam simulacrorum imagines numina esse videbantur, quibus colendis aras, et templa, et sacra, et victimas, et fana, et delubra aliaque id genus dedicaverant. Benignis igitur oculis naturæ Dominus corruptam hominum naturam respexit, et humanam vitam ab errore ad veritatis cognitionem quibusdam quasi gradibus revocavit. Quemadmodum enim qui diuturna fame confectos ex medicæ facultatis præscripto reficiunt, eorumdem imbecillitati prospicientes, haud illico eis ad satietatem cibos suppeditant; sed posteaquam victu moderato vires recuperarunt, tum demum ipsis ad arbitrium sese explendi, potestatem faciunt : sic etiam cum horrenda veluti fame humanum genus absumptum esset, mysteriorum escam divina illis providentia hac ratione dispensavit, ut in dies paulatim, atque

A Πᾶσαν ἑορτῆς ὑπόθεσιν φαιδροτέραν ὁ Δαβὶδ δι' ἑαυτοῦ ἀπεργάζεται, τὴν πολυαρμόνιον ἐκείνην κιθάραν προσφόρως ἀεὶ τῇ χρείᾳ μεθαρμοζόμενος. Οὐκοῦν καὶ τὴν μεγάλην τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτὴν φαιδρυνέτω ἡμῖν ὁ αὐτὸς Προφήτης, τῷ πλήκτρῳ τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς χορδαῖς τῆς σοφίας τὸ μέλος ἀνακρουόμενος. Εἰπάτω τοίνυν ἐκ τῆς ἐνθέου μελῳδίας ἐκείνης, τὸ τῇ παρούσῃ χάριτι πρόσφορον (2), ὅτι Δεῦτε, *ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ*. Πρότερον χρὴ γνῶναι τὴν χάριν, ἥτις ἐστὶν, εἶθ' οὕτως τὴν κατάλληλον ἐκ τῆς προφητείας ἐφαρμόσαι τῇ ὑποθέσει φωνήν· καί μοι δότε, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, διά τινος ἀκολούθου τάξεως διασαφῆσαι τὸν περὶ τούτων λόγον· Πεπλάνητο κατ' ἀρχὰς τὸ ἀνθρώπινον, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν, καὶ καταλιπόντες τὸν τῆς B κτίσεως Κύριον, οἱ μὲν τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις δι' ἀπάτην (3) ὑπέκυπτον, ἄλλοι δὲ τὴν τῶν δαιμόνων φύσιν ἐποιοῦντο σεβάσμιον, πολλοῖς δὲ τὸ Θεῖον ἐδόκει καὶ ἡ χειροποίητος τῶν εἰδώλων μορφὴ, οἷς βωμοί τε, καὶ ναοὶ, καὶ τελεταὶ, καὶ θυσίαι, καὶ τεμένη, καὶ ἀφιδρύματα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα παρ' αὐτῶν ἀνετίθετο εἰς θεραπείαν τῶν ψευδωνύμων θεῶν. Εἶδε τοίνυν τῷ τῆς φιλανθρωπίας ὀφθαλμῷ τὴν τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων διαφθορὰν ὁ Δεσπότης τῆς φύσεως, καὶ διά τινος ἀκολουθίας ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπανάγει τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς ἐν λιμῷ χρονίῳ συντετηκότας, μετά τινος ἰατρικῆς ἐπιστήμης ἀναλαμβάνοντες, οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὸν κόρον προάγουσι (4), φειδοῖ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν· ἀλλὰ διὰ τῆς C συμμέτρου τροφῆς ἀναληφθείσης αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, τότε συγχωροῦσι κατ' ἐξουσίαν ἐμφορεῖσθαι

[1] Psal. XCIV, 1.

(1) GALLAND., VI, 601. — Edita est hæc oratio Latine tantum ex versione Francisci Zini : cum autem Græce haberetur in tribus perantiquis Vaticanæ bibliothecæ codicibus signatis num. 564, 1433 et 1907, in quibus omnia fere Gregorii Nysseni opera continentur, opportunum nobis visum est, eam quoque Græce edere ex codice 1433, ad alios codices collato, addita insuper versione nostra, ut melius eruditi dignoscere possint, an genuinus sit Nysseni fetus.

(2) Alius codex, πρόσφορα.

(3) Alius codex, δι' ἀπάτης.

(4) Alius codex, προσάγουσι.

τοῦ κόρου· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ φοβερῷ λιμῷ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως δαπανηθείσης, τεταμιευμένη γίνεται αὐτοῖς παρὰ τῆς οἰκονομίας ἡ τῆς τῶν μυστηρίων τροφῆς μετουσία· ὥστε διά τινος ἀκολούθου τάξεως ἀεὶ τὸ τέλειον προσλαμβάνοντας, οὕτως ἐπὶ τὸ πέρας φθάσαι τῆς τελειότητος. Τὸ μὲν γὰρ σῶζον ἡμᾶς ἡ ζωοποιός ἐστι δύναμις, ἐν ὀνόματι Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος πιστευομένη. Οἱ δὲ τοῦ παντὸς ἀχώρητοι διὰ τὴν γεγενημένην αὐτοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ τῶν ψυχῶν ἀσθένειαν, πρότερον ἐκ τῆς πολυθεΐας ὑπὸ τῶν προφητῶν τε, καὶ τοῦ νόμου μετατεθέντες, εἰς μίαν θεότητα βλέπειν ἐθίζονται, καὶ ἐν τῇ μιᾷ θεότητι μόνην τὴν τοῦ Πατρὸς δύναμιν κατανοοῦσιν, ἀχώρητοι, καθὼς εἶπον, ὄντες τῆς τελείας τροφῆς. Εἶτα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς (5) τοῖς διὰ τοῦ νόμου προτετελειωμένοις ἀποκαλύπτεται, μετὰ τοῦτο παραγίνεται ἡμῖν ἡ τελεία τῆς φύσεως ἡμῶν τροφὴ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ζωή. Αὕτη τῆς ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις· διὰ ταῦτα καλῶς ἔχει, χορευτὰς ἡμᾶς γενομένους τοῦ Πνεύματος, πείθεσθαι τῷ κορυφαίῳ τῆς πνευματικῆς ταύτης (6) χοροστασίας Δαβὶδ τῷ λέγοντι· *Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ· Ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι*, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος.

Σήμερον γὰρ κατὰ τὴν ἐτήσιον τοῦ ἔτους περίοδον τῆς πεντηκοστῆς συμπληρουμένης, κατὰ τὴν ὥραν ταύτην, εἴγε περὶ τὴν τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας ἐσμὲν, ἐγένετο ἡ ἀνεκδιήγητος χάρις. Κατεμίχθη γὰρ πάλιν τοῖς ἀνθρώποις τὸ Πνεῦμα, ὅπερ (7) πρότερον διὰ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν ἄνθρωπον τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπεφοίτησε· καὶ διὰ τῆς βιαίας ἐκείνης πνοῆς, τῶν πνευματικῶν τῆς πονηρίας δυνάμεων, καὶ πάντων τῶν ῥυπαρῶν δαιμονίων ἀποσκεδασθέντων ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ἐν τῇ καθόδῳ τοῦ Πνεύματος, πλήρεις τῆς θείας δυνάμεως, ἐν εἴδει πυρὸς, οἱ ἐν τῷ ὑπερῴῳ καταλειφθέντες ἐγένοντο· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν ἄλλως μέτοχον Πνεύματος ἁγίου γενέσθαι τινὰ, μὴ τῷ ὑπερῴῳ τῆς ζωῆς ταύτης ἐνδιαιτώμενον. Ὅσοι γὰρ τὰ ἄνω φρονοῦσι, μεταθέντες ἑαυτῶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὸ πολίτευμα, τοῦ ὑπερῴου τῆς ὑψηλῆς πολιτείας ὄντες οἰκήτορες, ἐν μετουσίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γίνονται. Οὕτω γάρ φησιν ἡ ἱστορία τῶν Πράξεων, ὅτι συνηγμένων αὐτῶν ἐν τῷ ὑπερῴῳ, τὸ καθαρὸν ἐκεῖνο καὶ ἄϋλον πῦρ εἰς εἴδη γλωσσῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μαθητῶν, διασχίζεται. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν Πάρθοις, καὶ Μήδοις, καὶ Ἐλαμίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι διελέγοντο, κατ' ἐξουσίαν πρὸς πᾶσαν ἐθνικὴν γλῶσσαν τὰς ἑαυτῶν φωνὰς μεθαρμόζοντες· *Ἐγὼ δὲ*, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, *θέλω πέντε λόγους ἐν Ἐκκλησίᾳ τῷ νοΐ μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους ὠφελήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ*. Τότε μὲν χρήσιμον τὸ ὁμόφωνον γίνεσθαι τοῖς ἀλλογλώσσοις, ὡς ἂν μὴ ἀνενέργητον εἴη τὸ κήρυγμα τοῖς ἀγνοοῦσι, τῇ φωνῇ τῶν κηρυσσόντων ἐμποδιζόμενον· νῦν μέντοι τῆς κατὰ τὴν γλῶσσαν ὁμοφωνίας;

A ordine proficientes, ad perfectionis tandem apicem pervenirent. Quod enim nobis salutem impertit, vitalis est illa virtus, in quam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti credimus. At cum propter animarum imbecillitatem, ex quadam veluti fame contractam, ad percipiendum mysterium illud homines nequaquam essent idonei, a multorum prius deorum cultu per prophetas, et legem sic revocati sunt, ut unam cernere divinitatem, et in una divinitate solam Patris potentiam agnoscere assuescerent, quippe qui solidiori, ut diximus, cibo non essent idonei. Deinde quos ad pleniorem divinitatis cognitionem lex præparaverat, iis revelatus est per Evangelium unigenitus Filius: ac postremo datus est nobis perfectus naturæ nostræ cibus, in quo vita est,
B Spiritus sanctus. Hoc hodiernæ celebritatis est argumentum; quamobrem æquum est, ut cum ad choros in sancti Spiritus festivitate celebrandos convenerimus, spiritualis hujus chori principi Davidi pareamus, dicenti, *Venite, exsultemus Domino; Dominus autem*, ut inquit Apostolus, *Spiritus est* [2].

Hodie enim transactis, juxta annui orbis stata tempora, quinquaginta a Paschatis festivitate diebus, hac ipsa, tertia scilicet diei hora, donum illud hominibus largitus est Deus, quod omnem dicendi vim superat. Rursus enim homini admistus est ille Spiritus, qui antea, propterea quod homo esset caro, a natura nostra recesserat, et spiritualibus
C nequitiæ potestatibus per vehementem illum spiritum disjectis, cunctisque fœdis dæmonibus ejusdem adventu ex aere expulsis, divina virtute, speciem ignis præ se ferente, repleti sunt, qui in superiore domus parte degebant; neque enim fieri potest, ut quis sancti Spiritus particeps fiat, nisi in sublimiori hujus vitæ instituto versetur. Nam qui ea, quæ sursum sunt, sapiunt, et vitæ conversatione e terra in cœlum translata, in cœnaculo sublimis illius vitæ rationis habitant, hi sancti Spiritus participes fiunt. Congregatis enim in cœnaculo discipulis, ut in Actuum apostolorum historia narratur, ignis ille divinus omnisque materiei expers, ad linguarum instar, pro eorumdem discipulo-
D rum numero, divisus est. Illi ergo Parthos, Medos, et Elamitas, ac reliquas gentes alloquebantur, ad quarumlibet earum linguas voces suas pro libitu accommodantes. *At ego*, ut inquit Apostolus, *malo, sensu meo quinque verba loqui in Ecclesia, ut aliis etiam prosim, quam decem millia verborum in lingua* [3]. Verum tunc quidem multum profuit, apostolorum vocem aliarum gentium linguis aptari, ne præconum linguam ignorantibus Evangelii promulgatio incassum fieret; nunc autem quoniam una

[2] II Cor. III, 17. [3] I Cor. XIV, 19.

(5) Zinus legit Θεός, atque ita etiam alter Vatic. codex legit.

(6) Pronomen ταύτης non erat in Zini codice, nec exstat in uno ex Vaticanis, in cujus tamen margine additur manu diversa.

(7) Alius codex, ὅ.

eademque lingua utimur, igneam debemus Spiritus linguam exquirere, qua eos qui per errorem in tenebris versantur, illuminemus. Et hic etiam nobis præeat David, sociumque sibi adjungat Apostolum. In hoc enim psalmo, cujus initium nobis exsultandi in Domino formam suppeditat, inquiens, *Venite, exsultemus Domino*, non solum ad Spiritus sancti laudes celebrandas adducimur; sed potius ex iis, quæ postea sequuntur, de ejusdem divinitate edocemur. Ipsa autem Prophetæ verba vobis proferam, quibus magnus item Apostolus adstipulatur, sunt autem hæc: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri* [4]. Horum quippe mentionem faciens divinus Apostolus, sic ait, *Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus* [5]; atque ita præfatus, hæc Prophetæ verba statim affert, Spiritus sancti personæ illa attribuens. Quis igitur est, quem patres ipsorum tentaverunt in deserto? Quis est, quem irritaverunt? Disce ab eodem Propheta dicente, *Tentaverunt Deum excelsum* [6]. Atqui Apostolus cum Spiritus personæ mentionem injecisset, has easdem illi voces tribuit, inquiens: *Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus: Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.*

Quem igitur Deum excelsum nuncupavit Propheta, hunc divinus Apostolus sanctum esse Spiritum asserit. Quod si autem verum id esse non credis, rursum quæ dicta sunt considera: *Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus, Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.* Si ergo Spiritus sanctus dicit, *Tentaverunt me patres vestri in deserto;* Propheta vero testatur, eum qui tentatus est, excelsum esse Deum; obstructa ergo sunt illorum ora, qui Spiritum sanctum temere oppugnant, et loquuntur iniquitatem adversus Deum, cum perspicue tum Apostolus, tum Propheta, in iis quæ diximus, Spiritus sancti divinitatem prædicent. Propheta quidem dum ait, *Tentaverunt Deum excelsum,* et tanquam Dei personam indutus Israelitas verbis illis alloquitur, *In deserto tentaverunt me patres vestri:* magnus vero Paulus, dum hæc eadem verba Spiritui sancto attribuit; ut ex his evidenter pateat, Spiritum sanctum esse Deum excelsum. Videntne ergo qui gloriæ Spiritus adversantur, igneam sacrorum eloquiorum linguam, quæ obscura erant, illustrantem? An nos, ut musto

A οὔσης, ἐπιζητῆσαι χρὴ τὴν πυρίνην γλῶσσαν τοῦ Πνεύματος εἰς φωτισμὸν τῶν δι' ἀπάτης ἐσκοτισμένων. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁδηγησάτω Δαβὶδ, συγχορεύοντα λαβὼν ἑαυτῷ τὸν Ἀπόστολον. Ἐν γὰρ τῇ ψαλμῳδίᾳ ταύτῃ, ἧς ἡ ἀρχὴ τὸ ἀγαλλίαμα ἡμῖν τὸ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ χαρίζεται, λέγουσα· *Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ*, οὐ διὰ τούτου πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγούμεθα δοξολογίαν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς ὑπολοίποις τὰ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ διδασκόμεθα. Λέξω δὲ ὑμῖν αὐτὰ τοῦ Προφήτου τὰ ῥήματα, οἷς συντίθεται καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος· ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις οὕτως· *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πα-*
B *τέρες ὑμῶν*. Τούτων μεμνημένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, οὕτω φησί· *Διὸ καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*· καὶ τοῦτο εἰπὼν, ταύτας τοῦ Προφήτου τὰς ῥήσεις ἐπήγαγεν, ἐφαρμόζων αὐτὰς τῷ προσώπῳ τοῦ Πνεύματος. Τίς οὖν ἐστιν, ὃν ἐπείρασαν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίς, ὃν παρώργισαν; Μάθε παρ' αὐτοῦ τοῦ Προφήτου, ὅς φησιν, ὅτι· *Ἐπείρασαν τὸν Θεὸν τὸν Ὕψιστον*. Ἀλλὰ μὴν ὁ Ἀπόστολος προτάξας τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐκείνῳ ταύτας τὰς φωνὰς ἀνατίθησι, λέγων· *Διὸ, καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν.*

Οὐκοῦν ὃν ὕψιστον Θεὸν ὁ Προφήτης κατωνόμασε, τοῦτον ὁ θεῖος Ἀπόστολος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι
C λέγει. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, πάλιν τὸ εἰρημένον ἐπίσκεψαι· *Διὸ, καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν.* Εἰ οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι· *Ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ*· ὁ δὲ Προφήτης διαμαρτύρεται, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασθεὶς, ὕψιστός ἐστι Θεός (8)· ἐνεφράγη τὰ στόματα τῶν Πνευματομάχων, τὰ λαλοῦντα (9) κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, σαφῶς τοῦ τε Ἀποστόλου καὶ τοῦ Προφήτου διὰ τῶν εἰρημένων τὴν θεότητα κηρυσσόντων τοῦ Πνεύματος· τοῦ μὲν εἰπόντος, ὅτι, *Ἐπείρασαν τὸν Θεὸν τὸν Ὕψιστον*, καὶ ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς Ἰσραηλίταις προφέροντος τὴν ῥῆσιν ἐκείνην (10), ὅτι, *Ἐν τῇ ἐρήμῳ*
D *ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν*· τοῦ δὲ μεγάλου Παύλου τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ταύτας τὰς φωνὰς ἐφαρμόσαντος, ὡς διὰ τούτων ἐναργῶς ἀποδειχθῆναι, ὅτι Θεὸς ὕψιστος τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ἅγιον. Ἆρα βλέπουσιν οἱ ἐχθροὶ τῆς δόξης τοῦ Πνεύματος (11) τὴν πυρίνην γλῶσσαν τῶν θείων λογίων τὴν τὰ κεχρυμ-

[4] Psal. xciv, 8, 9. [5] Heb. iii, 7. [6] Psal. lxxvii, 56.

(8) Hæc est vera hujus loci lectio, quam Vaticanus codex num. 564 exhibet. In altero Vaticanæ itidem Bibliothecæ codice num. 1097 male legitur, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· ὁ δὲ Προφήτης διαμαρτύρεται, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασθεὶς ὕψιστός ἐστι Θεός. Hæc autem lectio in Zini quoque codice reperiebatur; vertit enim, *Propheta vero testatur, eum qui tentatus est in deserto, esse Deum excelsum.* Male etiam in altero Vaticano codice scribitur, Εἰ οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁ πειρασθεὶς Ὕψιστός ἐστι Θεός.

(9) Alius codex, τῶν λαλούντων.

(10) Zinus aliter legit; nam interpretatus est, *Ipso Deo verbis illis Israelitas alloquente: In deserto*, etc.

(11) Verbum τοῦ Πνεύματος omisit Zinus, nec habetur in alio codice.

μένα φωτίζουσαν, ἢ ὡς πεπληρωμένων τοῦ γλεύκους καταγελάσουσιν; Ἐγὼ δὲ κἂν ταῦτα λέγωσι καθ' ἡμῶν, συμβουλεύω ὑμῖν, ἀδελφοί, μὴ φοβηθῆναι τὸν ὀνειδισμὸν τῶν τοιούτων, μηδὲ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν ἡττηθῆναι. Εἴθε γὰρ γένοιτό (12) ποτε καὶ ἐκείνοις τὸ γλεῦκος τοῦτο, ὁ νεοθλιβὴς οὗτος οἶνος, ὁ ἐκ τῆς ληνοῦ προχεθεὶς, ἣν ἐπάτησε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ὁ Κύριος, ἵνα σοι πότιμον τοῦ ἰδίου βότρυος τὸ αἷμα ποιήσῃ (13). Εἴθε γὰρ ἐπληρώθησαν κἀκεῖνοι τοῦ νέου τούτου οἴνου, ὃν γλεῦκος ὠνόμασαν, ὃς τὴν διὰ τοῦ αἱρετικοῦ (14) ὕδατος ἐπιμιξίαν παρὰ τῶν καπήλων οὐκ ἔπαθε· πάντως γὰρ καὶ τοῦ Πνεύματος πλήρεις ἐγένοντο, δι' οὗ τὸ παχύ τε καὶ ἰλυῶδες τῆς ἀπιστίας οἱ Πνεύματι ζέοντες ἀφ' ἑαυτῶν ἐξαφρίζουσιν (15). Ἀλλ' οὐ δύνανται οἱ τοιοῦτοι ἐν ἑαυτοῖς τὸ γλεῦκος δέξασθαι, ἔτι τὸν παλαιὸν ἀσκὸν περιφέροντες, ὃς περικρατεῖν τὸν τοιοῦτον μὴ δυνάμενος οἶνον, αἱρετικῶς ἀποῤῥήγνυται. Ἀλλ' ἡμεῖς (16), ἀδελφοί, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, *Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ*, πίνοντες, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας γλυκάσματα, καθὼς ὁ Ἔσδρας διακελεύεται, καὶ ταῖς τῶν ἀποστόλων τε καὶ προφητῶν χοροστασίαις ἐμφαιδρυνόμενοι, κατὰ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐπὶ τῇ (17) ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A plenos, irridebunt? Ego vero, quamvis hæc contra nos dicant, nihilominus auctor vobis sum, fratres, ut eorum dicteria nil timeatis, neve eorumdem derisionibus succumbatis. Utinam enim et ipsis aliquando foret hoc mustum, recens, inquam, effusum hoc vinum, ac ex torculari profusum, quod per Evangelium Dominus calcavit[7], ut tibi proprii racemi sanguinem potandum daret. Utinam et ipsi repleti fuerint novo hoc vino, quod mustum appellaverunt, quod hæreticæ aquæ admistione non est a cauponibus adulteratum: prorsus enim Spiritu etiam repleti fuissent, cujus opera, qui eo fervent, crassam perfidiæ fecem ex ipsorum animis despumant. Verum istius generis homines in se ipsis mustum illud capere non possunt, cum adhuc veterem B utrem circumferant, qui cum ejusmodi vinum continere non valeat, hæretica fractura disrumpitur. Nos autem, fratres, ut ait Propheta, *Venite, exsultemus Domino.* Bibamus pietatis dulcedinem, ut Esdras præcipit[8], et in apostolorum et prophetarum choris gaudentes, pro sancti Spiritus dono exsultemus, et lætemur in hac die quam fecit Dominus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

[7] Isa. LXIII, 3. [8] III Esdr. IX, 52.

(12) Zinus videtur legisse, γένοιντο, refragantibus Vaticanis omnibus codicibus; vertit enim, *Atque utinam ipsi quoque degustent hoc mustum.*
(13) Videtur aliam lectionem secutus esse Zinus, qui interpretatur, *Ut nobis tanquam racemi proprii corporis sanguinem propinaret.*
(14) Omisit Zinus vocem, τοῦ αἱρετικοῦ.
(15) Videtur aliter legisse Zinus, vel potius vim Græci textus non esse assecutus; nam vertit, *Quo quidem ferventes, crassam limosamque perfidiæ spumam ex animis suis effunderent, et abjicerent.*
(16) Zinus legit, ὑμεῖς.
(17) Alius codex Vaticanus, ἐν τῇ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΜΑΡΤΥΡΑ.

EJUSDEM

ENCOMIUM

IN SANCTUM STEPHANUM PROTOMARTYREM.

Laurentio Sifano interprete.

Ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία! ὡς γλυκεῖα τῆς εὐφροσύνης ἡ διαδοχή! Ἰδοὺ γὰρ ἑορτὴν ἐξ ἑορτῆς, καὶ χάριν ἀντιλαμβάνομεν χάριτος. Χθὲς ἡμᾶς ὁ τοῦ παντὸς Δεσπότης εἱστίασε, σήμερον, ὁ

C Quam pulchra bonorum consequentia est! Quam jucunda lætitiæ successio! Ecce enim diem festum ex die festo, et gratiam pro gratia accipimus. Heri Dominus universi nos pavit, hodie Domini imitator.

Quomodo hic, aut quomodo ille? Ille hominem pro nobis induens, hic pro illo hominem exuens. Ille vitæ speluncam propter nos subiens, hic propter illum ex spelunca excedens. Ille pro nobis fasciis involutus, hic pro illo lapidatus. Ille mortem interimens, hic morti jacenti insultans. Enimvero, fratres, concurramus etiam nos sermone ad theatrum, quo magnus ille athleta laborat, et adversus improbum humanæ vitæ adversarium ad certamen accingitur in stadio confessionis. Revera enim, juxta vocem Pauli [1], mundo et angelis et hominibus spectaculo fuit magnus ille Stephanus, qui primus Stephano, id est, *corona* confessionis redimitus et ornatus est, martyrum cœtui aditum fecit; qui primus usque ad sanguinem peccato adversatus est. Ac mihi videtur supramundanorum exercitus omnis, et omnes angelorum legiones, tam ministrantium quam assistentium: ac si quid aliud dignitate præditum in supernis partibus audimus, quod in principatibus, et virtutibus et thronis et potestatibus et dominationibus versetur, et omnis cœlestis conventus tunc athletam cum adversario confligentem spectaculo sibi proposuisse. Patebat enim veluti stadium quoddam decertantibus humana vita, tendebant autem uterque alter alteri infesti, hinc quidem improbus humanæ vitæ adversarius, jam inde a lapsu primo conditorum hominum, usque ad tempora Stephani, victoriis de hominibus partis exercitatus: illinc vero magnus ille fidei athleta, nihili faciens adversarii incursum. Arma autem ambobus alteri adversus alterum erant; inventori quidem mortis, mortis terror; discipulo autem vitæ, confessio fidei. Quis enim non admiratus esset novam hanc certaminis formam, cum veritas vita ac morte dijudicabatur, ac documentum veritatis mors fuit? Nam præco fidei absconditæ ac vitæ, quæ ignorabatur, reipsa prædicationem hominibus divulgabat: per hoc enim quod haud gravate neque cunctanter hanc vitam deseruit, recte rem æstimantibus demonstrabatur, quod ea, quæ relinquebatur vita, præstantiori commutaretur. Verum haud incommodum fuerit, tanquam in tabula, oratione exacte quasi depingere concertationem, ut per rerum gestarum seriem commode miraculorum ratio demonstretur. Nuper enim violentus ille ac vehemens flatus superne delatus, dissipatis atque disjectis omnibus aeriis ac fallacibus dæmonum copiis, domicilium apostolorum repleverat; et linguarum in modum ignearum divisus pro numero donum accipientium Spiritus in unoquoque resederat. Ac jam ad inopinatum et inauditum vocis ac linguæ miraculum eos qui ex omni gente profecti, Jerosolymis versabantur, consternatio confusioque invaserat, omnibus qui in varias ac diversas linguarum formas divisi fuerant, repente cum discipulis ejusdem linguæ factis; cum nulla præcedente disciplina atque exercitatione, sed ex

A μιμητὴς τοῦ Δεσπότου. Πῶς οὗτος, ἢ πῶς ἐκεῖνος; Ἐκεῖνος, τὸν ἄνθρωπον ὑπὲρ ἡμῶν ἐνδυσάμενος, οὗτος, τὸν ἄνθρωπον ὑπὲρ ἐκείνου ἀποδυσάμενος. Ἐκεῖνος, τὸ τοῦ βίου σπήλαιον δι' ἡμᾶς ὑπερχόμενος, οὗτος, τοῦ σπηλαίου δι' ἐκεῖνον ὑπεξερχόμενος. Ἐκεῖνος, ὑπὲρ ἡμῶν σπαργανούμενος, οὗτος, ὑπὲρ ἐκείνου καταλιθούμενος. Ἐκεῖνος ἀναιρῶν τὸν θάνατον, οὗτος ἐπεμβαίνων τῷ θανάτῳ κειμένῳ. Ἀλλὰ γὰρ συνδράμωμεν, ἀδελφοί, καὶ ἡμεῖς τῷ λόγῳ πρὸς τὸ θέατρον, ὡς ὁ ἀθλητὴς ὁ μέγας ἐναγωνίζηται, πρὸς τὸν πονηρὸν ἀντίπαλον τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἐν τῷ σταδίῳ τῆς ὁμολογίας ἀποδυόμενος. Ἀληθῶς γὰρ, κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν, θέατρον ἐγενήθη τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις ὁ μέγας Στέφανος, πρῶτος τὸν στέφανον τῆς ὁμολογίας ἀναδησάμενος, πρῶτος B τῷ χορῷ τῶν μαρτύρων ὁδοποιήσας τὴν εἴσοδον, πρῶτος ἀντικαταστὰς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν μέχρις αἵματος. Καί μοι δοκεῖ πᾶσα τῶν ὑπερκοσμίων ἡ στρατιὰ, καὶ πᾶσαι τῶν ἀγγέλων αἱ μυριάδες τῶν τε λειτουργούντων καὶ τῶν παρεστηκότων, καὶ εἴ τι κατὰ τὴν ἄνω λῆξιν τῶν τιμίων ἀκούομεν, ἐν ἀρχαῖς τε καὶ δυνάμεσι καὶ θρόνοις καὶ ἐξουσίαις καὶ κυριότησι, καὶ πᾶσα ἡ οὐρανία πανήγυρις, θέαμα ποιεῖσθαι τότε τὸν ἀθλητὴν, τῷ ἀνταγωνιστῇ συμπλεκόμενον. Ἐφηπλώσατο μὲν γὰρ οἷόν τι στάδιον τοῖς ἀνταγωνιζομένοις ὁ ἀνθρώπινος βίος ἀντεφώρμων δὲ ἀλλήλοις ἀμφότεροι· ὅτε πονηρὸς ἀντίπαλος τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἀπὸ τοῦ πτώματος τῶν πρωτοπλάστων μέχρι τῶν κατὰ Στέφανον χρόνων τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγγυμνασάμενος νίκῃ, καὶ ὁ μέγας τῆς C πίστεως ἀγωνιστὴς, ἀντ' οὐδενὸς κρίνων τοῦ ἀντιπάλου τὴν ἔφοδον. Ὅπλα δὲ κατ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις ἦν, τῷ μὲν εὑρετῇ τοῦ θανάτου ἀπειλὴ, τῷ δὲ μαθητῇ τῆς ζωῆς, ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἠγάσθη τὸ καινὸν τοῦτο τῆς ἀγωνίας εἶδος, ὅτε ζωῇ καὶ θανάτῳ ἡ ἀλήθεια διεκρίνετο, καὶ ἀπόδειξις ἐγίνετο τῆς ἀληθείας ὁ θάνατος; Ὁ γὰρ κῆρυξ τῆς κεκρυμμένης πίστεως καὶ ἀγνοουμένης ζωῆς, ἔργῳ διήγγελλε τοῖς ἀνθρώποις τὸ κήρυγμα· τὸ γὰρ ἑτοίμως τοῦτον καταλιπεῖν τὸν βίον, ἀπόδειξις τοῖς ὀρθῶς κρίνουσιν ἦν, τοῦ τὴν προτιμοτέραν ζωὴν ἀντὶ τῆς καταλειπομένης ἀλλάξασθαι. Ἀλλὰ καλὸν ἂν εἴη καθάπερ ἐπὶ πίνακος ἀκριβῶς τῷ λόγῳ διαζωγραφῆσαι τὴν ἄθλησιν, ὡς ἂν καθ' ὁδὸν ἡμῖν διὰ τῆς τῶν γεγονότων D ἀκολουθίας ἡ τῶν θαυμάτων τάξις ἐπιδεικνύηται. Ἄρτι μὲν γὰρ ἡ ἄνωθεν βιαία πνοὴ, πᾶσαν τὴν ἐναέριον καὶ ἀπατηλὴν τῶν δαιμόνων διασκεδάσασα δύναμιν, ἐπλήρωσε τῶν ἀποστόλων τὸν οἶκον· καὶ πυροειδῶς εἰς γλώσσας διαμερισθὲν τὸ Πνεῦμα, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δεχομένων τὴν χάριν ἐν ἑκάστῳ ἐγίνετο. Ἤδη δὲ, πρὸς τὸ παράδοξον τοῦ κατὰ τὴν φωνὴν καὶ τὴν γλῶσσαν θαύματος, τοὺς ἐκ παντὸς ἔθνους Ἱεροσολύμοις ἐπιδημοῦντας, ἔκπληξίς τε κατειλήφει καὶ σύγχυσις· τῶν εἰς ποικίλας τε καὶ διαφόρους γλωσσῶν ἰδέας διεσχισμένων, πάντων ἀθρόως ὁμογλώσσων τοῖς μαθηταῖς γεγενημένων· ὅτε οὐκ ἐκ προπαιδεύσεως καὶ μελέτης τινὸς, ἀλλ' ἐξ ἐπιπνοίας

[1] I Cor. iv, 9.

τοῦ Πνεύματος, ἀθρόως τοῖς ἀποστόλοις ταύτης ἐνσχεδιασθείσης τῆς χάριτος, ἡ τοῦ φθέγγεσθαι δύναμις προσεγένετο. Ἔδει γὰρ τοὺς ἐπὶ τῇ γηΐνῃ πυργοποιΐᾳ τὴν ὁμοφωνίαν λύσαντας, ἐπὶ τῇ πνευματικῇ πάλιν τῆς Ἐκκλησίας οἰκοδομῇ, εἰς ὁμοφωνίαν ἐλθεῖν· καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ἐντεῦθεν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἰκονομία τῆς χάριτος ἄρχεται· ὥστε τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων εὐεργεσίαν, εἰς πᾶσαν διάνοιαν τῆς ἀνθρωπίνης καταμερίσαι φωνῆς, ἵνα μὴ μιᾷ γλώσσῃ μόνῃ τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας ἐναποκλειόμενον, ἄπρακτον τοῖς ἀλλογλώσσοις μείνῃ καὶ ἀνενέργητον.

Ἤδη τοίνυν τῶν μὲν Φαρισαίων καὶ ταῖς ἰδίαις ἀκοαῖς ἀπιστούντων, καὶ τοὺς ἐκπεπληγμένους τὴν θαυματουργίαν διεσφάλθαι καταχλευαζόντων, ὡς γλεύκους αὐτοῖς τὴν τοιαύτην παραφορὰν ἐμποιήσαντος· τοῦ δὲ Πέτρου μιᾷ τοῦ λόγου περιβολῇ τρισχιλίας ψυχὰς τῷ Χριστῷ σαγηνεύσαντος, καὶ καθεξῆς ἀεὶ τῇ προσθήκῃ τῶν σωζομένων τῆς Ἐκκλησίας εἰς πλῆθος ἐπιδιδούσης· καὶ τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ πάλιν τὴν ὡραίαν τοῦ ἱεροῦ πύλην τοῖς σωζομένοις ἀνοίξαντος, ᾗ προσκαθήμενος τῷ καθ' ἑαυτὸν θαύματι τῆς ἰάσεως, τοὺς κατὰ ψυχὴν χωλεύοντας ἐπὶ τὴν πίστιν ἐχειραγώγησε. Πολλῶν τοίνυν πρὸς τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως συῤῥεόντων, καὶ τῆς χρείας πλείονα τὴν πολυχειρίαν ἐπιζητούσης τῶν διακονούντων τῇ χάριτι· τότε καλεῖται πρὸς ἐπικουρίαν τῶν ἀποστόλων ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ὁ πολὺς τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ χάριτι Στέφανος. Καὶ μηδεὶς τῷ τῆς διακονίας ὀνόματι, δευτερεύειν αὐτὸν παρὰ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν ὑπονοείτω· ἐπεὶ καὶ Παῦλος ἑαυτὸν οἶδε διάκονον μυστηρίων Χριστοῦ, καὶ ὁ τοῦ παντὸς Κύριος, ὁ διὰ σαρκὸς τὴν ἀνθρωπίνην σωτηρίαν οἰκονομῶν, οὐκ ἐπῃσχύνθη τῷ τῆς διακονίας ὀνόματι, εἰπών· ἐν μέσοις εἶναι, ὡς ὁ διακονῶν, ὁ τὰς διαιρέσεις τῶν διακονιῶν ἐνεργῶν, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ τῆς ἐπιτηδείας ὕλης δραξάμενον, εἰς ὕψος αἴρει τὴν φλόγα, καὶ περιφανεστέραν τὴν αὐγὴν ἀπεργάζεται· οὕτω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῇ τοῦ Στεφάνου μεγαλοφυΐᾳ γενόμενον, ἐκδηλοτέρας ἐποίει τὰς ἀκτῖνας τῆς χάριτος. Διὸ πάντες πρὸς αὐτὸν ἀφεώρων, ἐν ὅσοις ἦν γνώσεώς τινος μετουσία καὶ παιδεύσεως· καὶ κατὰ συστάσεις οἱ τῶν λοιπῶν δοκοῦντες πλέον ἔχειν, οἷον εἰς φάλαγγάς τινας δι' ἀλλήλων καταπυκνούμενοι, οὕτως ὑπομένειν ἐπειρῶντο τοῦ Στεφάνου τὴν προσβολήν. Ὁ δὲ πᾶσιν ἐπίσης ἄμαχος ἦν, καὶ πολλοῖς συμμίσγων κατ' αὐτὸν καὶ ἐλάττοσιν. Ἐν τούτῳ τοίνυν, τὸ μὲν φαινόμενον, Ἀλεξανδρεῖς καὶ Λιβερτῖνοι καὶ Κυρηναῖοι καὶ οἱ πανταχόθεν ἦσαν ἄνθρωποι πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴν συμπλεκόμενοι· ὁ δὲ διὰ τοῦ φαινομένου νοούμενος, ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους ἦν, δι' ἀνθρωπίνων προσώπων πρὸς τὴν ἐν τῷ Στεφάνῳ λαλουμένην ἀλήθειαν ἑαυτὸν ἀντεγείρων. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀλήθεια κατὰ τοῦ ψεύδους τροπαιοφόρος ἦν, καλῶς τρεψαμένου τοῦ ἀριστέως πάντας τοὺς προαγωνιστὰς τῆς ἀπάτης· ὁ δὲ διάκονος τῆς ἀληθείας παρὰ τοῦ ἐχθροῦ

A inspiratione Spiritus atque repente ex tempore hoc dono repræsentato, facultas loquendi apostolis accessisset. Oportebat enim eos, qui in terrenæ turris exstructione communionem linguæ, vocisque concordiam solverant, in spirituali Ecclesiæ ædificatione rursus ad commercium linguæ venire, atque idcirco sancti Spiritus dispensatio recte gratiam hinc orditur, ut commune hominum beneficium in omnem intellectum humanæ vocis dispertiretur, ne si in unam linguam solam prædicatio pietatis includeretur, inefficax et inutilis hominibus diversæ linguæ maneret.

Jam igitur cum Pharisæi quidem suis etiam ipsorum auribus non crederent, ac miraculo rei obstupefactos cæteros errare contenderent irridentes, quasi mustum talem vecordiam atque furorem apostolis ingenerasset; Petrus autem uno orationis complexu, animarum millia tria quasi verriculo captas Christo lucrifecisset [2], ac deinceps semper adjectione eorum, qui salvi fierent, Ecclesia numero ac multitudine cresceret: itemque is, qui a nativitate claudus fuerat, speciosam portam templi rursus iis, qui salvi fierent, aperuisset [3], cui assidens suæ sanationis miraculo anima claudicantes ad fidem adduxerat. Cum multi igitur ad prædicationem fidei confluerent, atque majorem manum gratiæ ministrantium res postularet, tunc sapientia ac gratia abundans Stephanus a Spiritu in auxilium apostolorum vocatur [4]. Ac nemo nomine ministerii motus, secundum eum ab apostolica dignitate locum obtinere suspicetur: quoniam etiam Paulus sese ministrum mysteriorum Christi agnoscit [5]: nec universarum rerum Dominum qui per carnem humanam salutem administrabat, ministerii nominis puduit, cum diceret sese in medio esse tanquam ministrum, qui divisiones ministeriorum efficit, ut inquit Apostolus [6]. Quemadmodum enim ignis apta comprehensa materia, flammam in altum tollit, et illustriorem splendorem efficit: ita etiam Spiritus sanctus, cum in magna illa Stephani animi indole versaretur, gratiæ radios clariores efficiebat. Quamobrem omnes, in quibus eruditionis atque scientiæ nonnihil inerat, in sese convertebat: ex iis qui cæteris præstare videbantur, coitione atque conspiratione facta, veluti in phalangas quasdam constipati, sic impetum Stephani sustinere nitebantur. At ille omnibus pariter invictus erat, sive cum multis solus, sive cum paucis congrederetur. Tunc igitur in speciem quidem Alexandrini, Libertinique et Cyrenenses, quique undique convenerant homines, cum veritatis athleta confligebant. Qui autem per id quod apparebat intelligitur, is pater mendacii erat, per figuras humanas adversus eam, quæ a Stephano proferebatur, veritatem insurgens. Sed veritas quidem de mendacio tropæum reportabat, cum vir ille strenuus omnes propugnatores fraudis in fugam egregie vertisset: minister autem veri-

[2] Act. II, 41. [3] Act. III, sqq. [4] Act. VI, 5. [5] I Cor. IV, 1. [6] Ephes. IV, 11; I Cor. XII, 4 sqq.

A tatis ab hoste veritatis insidiis petebatur, quasi non patefaceret eam, quæ revera esset, sed eam, quæ non esset, fingeret veritatem. Quid hæc moliris adversus præconem, ad diabolum dixerim? Si tibi aliquæ sunt vires, incommoda veritati, quæ in Stephano elucet; sin autem illa tuis machinationibus sublimior est, quid circa veritatis vas malignitatem exerces, atque omisso eo quod continetur, tollis e medio id quod continet, non secus ac facere solent canes, qui lapides quibus petuntur rictu invadunt, et eum a quo petuntur, non attingunt? Posteaquam igitur mendacium per ea quæ opponebantur, confutatum atque convictum erat, nec quemquam alium improbus ille postea propugnatorem fraudis invenire poterat, omnibus ad patefactam veritatem respicientibus, non obliviscitur sui certaminis, B atque efficaciam suam tam in accusatores quam in judices partitur, cum utrisque sese insinuasset, hos quidem, ut falsa adversus Stephanum dicerent, impulit, illos vero, ut animo irato calumniam admitterent, induxit. Cumque variis modis etiam Judæis sese inseruisset, omnium adversus Stephanum fungitur officio, accusatoris, judicis, carnificis, et reliqui totius ministerii mortis, ignorans cum quanta ruina post talem adversus Stephanum sententiam, præceps abiturus esset. Quemadmodum enim periti athletæ subeuntes corpus adversariorum per quamdam artificiosam agilitatem atque habilitatem, graviorem lapsum eis struunt: ita magnus quoque Stephanus humi prostratus [7], gravem illam contusionem adversarii confecit. C

Hinc enim in orbem terrarum apostoli currere cœperunt, hoc in omnes partes sermonis divulgationis initium est. Nam nisi ab illius cæde populus Judæorum in apostolos sævisset [8], forsitan solis Jerosolymis Evangelii gratia inclusa esset, nunc vero agitati a Judæis, alius alio gentium per orbem terrarum dispersi sunt, undique per mysteriorum doctrinam diabolum exturbantes. Hoc modo Samaria sermonem recipit; hoc modo obiter in via salus eunuchi a Philippo conficitur [9]: ita magnum illud Ecclesiæ instrumentum Paulus ira minisque a diabolo armatus adversus ipsum armatorem tela vertit [10], ex omni eum exterminans orbe terrarum, ut nullum relinqueret locum fidei Christi inaccessum. D Hinc Ægyptii, Syri, Parthi, et Mesopotamitæ, Itali et Galli, Illyrii, Macedones Christum agnoscunt, et omnes undique gentes sermo percurrens ad fidem adducit. Vides Stephani athleticam scientiam? quam multis ruinis obtritus sit adversarius, cum per calumniam adversario superior fuisse videretur? Verum ad stadium denuo revertamur. Quibus verbis populum concitant calumniatores? *Non desinit*, inquiunt, *verba contumeliosa loqui adversus locum hunc sanctum et legem: audivimus enim ex eo, cum diceret, Jesus Nazarenus hic demolietur locum hunc, et mutabit instituta, quæ nobis tradidit Moyses* [11]. Ac-

τῆς ἀληθείας ἐπεβουλεύετο, ὡς οὐχὶ φανερῶν τὴν οὖσαν, ἀλλὰ ποιῶν τὴν μὴ οὖσαν ἀλήθειαν. Τί ταῦτα συσκευάζῃ κατὰ τοῦ κήρυκος, πρὸς τὸν διάβολον, εἴποιμι ἄν; Εἴ σοί τίς ἐστι δύναμις, τὴν ἐν τῷ Στεφάνῳ βλάψον ἀλήθειαν· εἰ δὲ ἐκείνη τῶν σῶν μηχανημάτων ὑψηλοτέρα, τί περὶ τὸ σκεῦος τῆς ἀληθείας ἀπασχολεῖς τὴν κακόνοιαν, καὶ ἀναιρεῖς τὸ περιέχον, καταλιπὼν τὸ ἐγκείμενον; οἷόν τι ποιοῦσιν οἱ κύνες, τοὺς λίθους οἷς βάλλονται περιχαίνοντες, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἁπτόμενοι; Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπηλέγχθη διὰ τῶν ἀνθισταμένων τὸ ψεῦδος, καὶ οὐκέτι οἷός τε ἦν ὁ Πονηρὸς ἄλλον τινὰ προαγωνιστὴν τῆς ἀπάτης εὑρεῖν, πάντων πρὸς τὴν φανέρωσιν τῆς ἀληθείας ἀποβλεπόντων, ἀναμέμνηται τοῦ ἰδίου παλαίσματος, καὶ καταμερίσας ἑαυτοῦ τὴν ἐνέργειαν εἴς τε τοὺς κατηγόρους καὶ τοὺς δικαστάς· καὶ ἐν ἀμφοτέροις γενόμενος, τοὺς μὲν λέγειν τὰ ψευδῆ κατὰ τοῦ Στεφάνου προήγετο, τοὺς δὲ μετ' ὀργῆς τὴν συκοφαντίαν προσδέχεσθαι. Καὶ ποικίλως ἑαυτὸν τοῖς Ἰουδαίοις ἐγκατασπείρας, πάντα γίνεται τῷ Στεφάνῳ, καὶ κατήγορος καὶ δικαστὴς, καὶ δήμιος, καὶ πᾶσα ἡ λοιπὴ τοῦ θανάτου ὑπηρεσία· οὐκ εἰδὼς οἵῳ πτώματι μετὰ τὴν τοιαύτην ἐπὶ Στεφάνῳ ψῆφον κατενεχθήσεται. Καθάπερ γὰρ οἱ ἔμπειροι τῶν ἀθλητῶν ὑποβάντες τῷ σώματι τῶν προσπαλαιόντων, χαλεπώτερον αὐτοῖς διά τινος τεχνικῆς εὐστροφίας τὸ πτῶμα κατασκευάζουσιν· οὕτω καὶ ὁ μέγας Στέφανος, εἰς γῆν κλιθεὶς, τὸ χαλεπὸν σύντριμμα τοῦ ἀντικειμένου εἰργάσατο.

Ἐντεῦθεν γὰρ γίνεται τοῖς ἀποστόλοις ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ὁ δρόμος· αὕτη τῆς πανταχοῦ τοῦ λόγου διαφοιτήσεως ἡ ἀρχή. Εἰ γὰρ μὴ τῇ κατ' ἐκείνου μιαιφονίᾳ ὁ δῆμος τῶν Ἰουδαίων κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάνη, μόνοις ἂν τάχα Ἱεροσολύμοις ἡ τοῦ Εὐαγγελίου χάρις ἐναπεκλείετο· νυνὶ δὲ διωχθέντες παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἄλλος ἀλλαχῇ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν διεσπάρη, πανταχόθεν τὸν διάβολον διὰ τῆς τῶν μυστηρίων διδασκαλίας ἐξείργοντες. Οὕτω δέχεται τὸν λόγον ἡ Σαμάρεια· οὕτως ὁδοῦ πάρεργον ἡ τοῦ εὐνούχου σωτηρία παρὰ τοῦ Φιλίππου γίνεται· οὕτω τὸ μέγα σκεῦος τῆς Ἐκκλησίας Παῦλος, θυμῷ καὶ ἀπειλῇ παρὰ τοῦ διαβόλου καθοπλισθεὶς, ἐπ' αὐτὸν τρέπει τὸν ὁπλίτην τὰς ἀκίδας, πάσης αὐτὸν ὑπερορίζων τῆς οἰκουμένης, ὡς μηδένα τόπον καταλιπεῖν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ ἀνεπίβατον. Ἐντεῦθεν Αἰγύπτιοι, Σύροι, Πάρθοι καὶ Μεσοποταμῖται, Ἰταλοὶ καὶ Γαλάται, Ἰλλυριοὶ, Μακεδόνες, καὶ τὰ πανταχόθεν ἔθνη προσάγει τῇ πίστει διατρέχων ὁ λόγος. Ὁρᾷς τοῦ Στεφάνου τὴν ἀθλητικὴν ἐπιστήμην; πόσοις συνετρίβη πτώμασιν ὁ ἀντίπαλος, δόξας διὰ τῆς συκοφαντίας ὑπέρτερος τοῦ προσπαλαίοντος γενέσθαι; Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν πάλιν ἐπὶ τὸ στάδιον. Τίσι λόγοις ἀνακινοῦσι τὸν δῆμον οἱ συκοφάνται; *Οὐ παύεται*, φασὶ, *λαλῶν ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου· ἀκηκόαμεν γὰρ*

[7] Act. VII, 59. [8] Ibid. [9] Act. VIII, 27 sqq. [10] Act. VII, 57. [11] Ibid. 11 sqq.

A *αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.* Ἡ μὲν οὖν κατηγορία τῶν τοῦ διαβόλου ῥητόρων τοιαύτη. Ἡ δὲ τῶν ἀκουόντων ἄνοια τίς; Ἐπὶ τίνι χαλεπαίνουσι τῷ κατηγορηθέντι; τίνα κακίαν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐφώρασαν; Τὰ μὲν γὰρ προφερόμενα κατ' αὐτοῦ, τῶν ἐσύστερον ἐκβησομένων ἦν. Ἔφησαν γὰρ αὐτὸν εἰρηκέναι, τὸν τόπον καταλυθήσεσθαι, καὶ τὰ νόμιμα τοῦ Μωϋσέως μετατεθήσεσθαι. Τί οὖν ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ ἀδίκημα, κἂν ἀληθεύῃ, κἂν ψεύδηται; Εἰ μὲν γὰρ ψεύδεται, τὸ λυποῦν οὐκ ἐκβήσεται· εἰ δὲ ἀληθεύει, τί ἀδικεῖ ὁ λόγος προμηνύων τὴν ἔκβασιν; Τὰ γὰρ γινόμενα, πάντως ἐκβήσεται καὶ σιωπώντων, καὶ μή· ὁ δὲ φόνος τοῦ προμηνύσαντος, τίνα φέρει τῶν λυπούντων διόρθωσιν; Εἶτα, κατηγορεῖται μὲν Ἰησοῦς B ὁ Ναζωραῖος· ἡ δὲ τῆς τιμωρίας ψῆφος, ἐπὶ τὸν Στέφανον φέρεται. Καί τοι εἰ ὁ ἀδικῶν κινεῖ τὴν ὀργὴν, ἀδίκημα δέ ἐστιν, ἡ τοῦ τόπου καὶ τῶν ἐθῶν μεταποίησις· ταῦτα δὲ οὐ παρὰ Στεφάνου, ἀλλὰ παρὰ Ἰησοῦ γίνεσθαί φησιν ὁ κατήγορος, ἐπὶ τὸν κατηγορηθέντα πάντως ἔδει συγκινεῖσθαι τὸ δικαστήριον. Ὢ τῆς ἀδίκου τῶν ἀκουόντων ψήφου! Ἐπειδὴ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς μεταποιήσει τοὺς νόμους, καταλευσθήτω ὁ Στέφανος. Πῶς δὲ καταλύσει τὸν νόμον ὁ Ἰησοῦς, ὁ οὕτως ἔχων περὶ τὸν νόμον, ὁ πάντα πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἀρχαίων νομοθετήσας, ὁ εἰπών· *Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι·* ὁ τὸν περὶ τοῦ μὴ φονεῦσαι νόμον, διὰ τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὀργισθῆναι τοῖς μαθηταῖς βεβαιώσας, ὁ τῇ ἐπιθυμίᾳ C συνεκβαλὼν τὴν μοιχείαν, ὁ διὰ τοῦ μὴ ἀμύνασθαι τὸν προλελυπηκότα κελεῦσαι, τὸ μηδὲ ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων νομοθετήσας, ὁ διὰ τῆς τῶν προσόντων μεταδόσεως τὸ κατὰ πλεονεξίαν πάθος ὑπερορίσας;

Πῶς οὖν οὔτε ἐμνημονεύθη ταῦτα, οὔτε συνεξητάσθη τῇ κρίσει; Ἐβουλόμην νῦν παρεῖναί μοι τῶν μιαιφόνων ἐκείνων δικαστῶν τὸ συνέδριον, καὶ μαθεῖν περὶ τῶν τόπων ὑπὲρ ὧν χαλεπαίνουσι, ποῦ ὁ διώνυμος ἐκεῖνος ναὸς, ποῦ τὰ ἀπιστούμενα τῶν λίθων μεγέθη, ποῦ τὸ χρυσίον ἐκεῖνο τὸ τῇ λοιπῇ ὕλῃ περὶ τὸν ναὸν μικροῦ δεῖν ἰσοστάσιον, ποῦ αἱ νόμιμοι ἱερουργίαι, ὁ κριὸς, ὁ μόσχος, ὁ ἀμνὸς, ἡ δάμαλις, ἡ περιστερὰ, ἡ τρυγὼν, ὁ ἀποπομπαῖος χίμαρος; Εἰ διὰ τοῦτο θάνατον τοῦ Στεφάνου καταψηφίζονται, ἵνα μηδὲν τῶν σκυθρωπῶν ἐκείνων εἰς πέρας ἔλθοι, δει- D ξάτωσαν ὅσα διὰ τῆς μιαιφονίας ἑαυτοῖς διεσώσαντο. Εἰ δὲ οὐδὲν τούτων ἐστὶν, ὑπὲρ οὗ τὴν ψῆφον ἐκείνην ἐξήνεγκεν· ἀντὶ τίνος ὁ φόνος; εἰπάτωσαν. Ἀλλ' ἴδωμεν ἐν τοῖς ἐφεξῆς τῶν ἀγώνων, ὅπως ἀμύνεται τοὺς μιαιφόνους, ὁ ταῖς νιφάσι τῶν λίθων καταχωννύμενος· ποίας ἀντιπέμπει βολὰς κατὰ τῶν ἀφιέντων τὰς τῶν λίθων βολίδας. Μαθέτωσαν Ἰουδαίων παῖδες τὰ τῶν Χριστιανῶν ὅπλα, οἷς πρὸς ἄμυναν τῶν λυπούντων χρησάμενος ὁ μέγας Στέφανος, νόμον τῷ βίῳ τὸ ἔργον πεποίηται. Οἱ μὲν γὰρ θηριώδει τινὶ καὶ ἀπηνεῖ τῇ λύσσῃ κύκλῳ περιστάντες τὸν ἅγιον, πρὸς ἕνα σκοπὸν οἱ πάντες ἔβλεπον, πᾶν τι [illegible]

A cusatio quidem diaboli oratorum talis est. Sed quænam est audientium amentia? Cujus criminis nomine in accusatum sæviunt? quam nequitiam in his verbis deprehenderunt? Nam quæ quidem adversus eum proferebantur, in posterum eventura erant. Aiebant enim eum dixisse locum eversum iri, et instituta Mosis commutatum iri. Quod igitur maleficium in his verbis continetur, sive vera, sive falsa loquatur? Nam si quidem mentitur, id quod angit et male habet, non eveniet: sin autem vera dicit, quænam inest injuria sermoni, quo prædicitur id quod eventurum sit? Nam quæ fiunt, prorsus evenient, sive sileamus, sive loquamur: at cædes prædicentis quam affert incommodorum correctionem? Deinde accusatur quidem Jesus Nazarenus: sen- B tentia autem, qua pœna atque supplicium decernitur, adversus Stephanum fertur. Atqui si is, qui delinquit, iram movet et crimini datur loci et institutorum mutatio; atque hæc accusator non a Stephano, sed ab Jesu fieri dicit: adversus accusatum prorsus commoveri judices oportebat. O injustam audientium sententiam! Quoniam, inquit, Jesus mutabit leges, lapidetur Stephanus. Quomodo autem legem Jesus abrogabit, qui ita affectus erat erga legem, qui omnia ad confirmationem antiquarum legum instituit, qui dixit: *Non veni dissoluturus legem, sed impleturus*[12]? qui legem de non interficiendo, per hoc, quod nec prorsus quidem irasci quemquam voluit, discipulis confirmavit? qui adulterium una C cum libidine atque concupiscentia ejecit? qui per id, quod noluit, ut quisquam ulciscatur eum, a quo ante læsus esset, ne lacessendum quidem injuria quemquam esse sanxit? qui per communicationem facultatum, avaritiæ vitium exterminavit?

Qui fit igitur, ut hæc neque commemorata, neque in cognoscendo simul quæsita atque examinata sint? Vellem nunc adesse mihi sanguinariorum illorum judicum consilium, ac de locis, quorum nomine sæviunt infensi, sciscitari, ubi celebre illud templum, ubi incredibiles lapidum magnitudines, ubi aurum illud, quod reliquam templi materiam pretio propemodum æquabat, ubi legitima sacrificia, aries, vitulus, agnus, juvenca, columba, turtur, avertendis malis sacrificari solitus caper? Si D idcirco Stephanum capitis condemnant, ut ne quid tristium illarum rerum eveniat, ostendant quæcunque per cædem illam nefariam sibi conservarint. Quod si nihil horum reliquum est, quorum nomine sententiam illam tulerunt, dicant cujus rei gratia cædes ab ipsis perpetrata sit? Verum videamus in reliquo certamine, qua ratione sanguinarios ulciscatur is, qui veluti nivalibus floccis crebris incidentibus, ita lapidum quasi grandinis imbre obruebatur, quibus contra jaculis petat eos, qui lapidum in eum tela emittebant. Cognoscant Judæi arma Christianorum, quibus injuriam ulciscendo magnus Stephanus usus, sui facti exemplo legem vitæ

[12] Matth. v, 17.

sanxit. Nam illi quidem ferina quadam atque immani rabie undique sanctum circumstantes, in unum illum tanquam scopum omnes intenti erant, quidquid ad manum esset, eo vice teli adversus Stephanum utentes : hic vero tanquam sacerdos quidem, juxta legem spiritualem, puram hostiam immolans, non alienum, sed suum altaribus admovens corpus, et loco libaminis sanguinem spargens, per sese Deum, quem in cœlestibus adytis cernebat, delinquentibus placabat, beneficio nefariam cædem eorum compensans, clamans audientibus homicidis, ac dicens : *Domine, ne imputes eis hoc peccatum* [13]. Atque hic quidem oratione peccatum eorum, quod sceleratis manibus suis sanguinarii quasi exarabant, delebat; illi vero etiam ad orationem exasperabantur : ac non prius eum impetere remiserunt, quam magnus Stephanus veluti teneris floribus vel rore quodam levi circumfusus in dulcem simul ac beatum somnum delatus est. Verum victoria certamen prævenit, et ante certamen athletam corona victoriæ decoratum videmus. Antequam enim certamen spectaverimus, ad finem certaminis oratione provecti sumus. Oportebat enim, opinor, oratione non præterire ea, per quæ maxime martyris virtus ostendebatur, qualis ad cædem propensorum consessus, et quomodo omnibus ex æquo animus ad cædem concitatus, quanta congregatis ad malum conspiratio, qualis cujusque obtutus, qualis habitus, qualis dentium motus et affectus esset, sicut divina Scriptura significat, quod dissecarentur cordibus suis, et frenderent dentibus suis in eum [14] : qui in medio tot ac talium stans, contraque omnem vim adversariam, quæ a sanguinariis illis repræsentabatur, sese contra exsuscitans, per omnia magnitudine animi atque indolis excellebat, iræ quidem lenitatem : minis vero, despicientiam; mortis terrori, vitæ contemptum; odio, dilectionem; malevolentiæ, benevolentiam; calumniæ, veritatis prædicationem opponens. Non enim uno modo victor declarabatur, sed adversus omnem malitiæ speciem, quæ tunc ab Judæis repræsentabatur, sese per varias virtutes distribuens cum omnibus et conflixit et omnes superavit. Ita audio in gymnicis quoque certaminibus eos, qui viribus cæteros antecedunt, adversus totum sæpe stadium gymnicum sese certamini offerentes et accingentes, de omnibus victoriæ præmia reportare. Talis martyrum stadii princeps erat : qui adversus omnes adversarii copias cum se opposuisset, adversus omnes victoria clarus designatur. Nam falsam sapientiam per Libertinos, Cyrenenses, et Alexandrinos sapientes adversus se luctantem, per veram sapientiam devicit; terrorem, per libertatem loquendi, et ingenuam increpandi fiduciam; minas, per despicientiam; sævitiam, per beneficentiam; mendacium, per veritatem. Illi quidem ad cædem spectabant, et jam manus lapidibus armabant,

A γενόμενον, ὅπλον κατὰ τοῦ Στεφάνου ποιούμενοι· ὁ δὲ, καθάπερ τις ἱερεὺς, κατὰ τὸν πνευματικὸν νόμον εὐαγῆ θυσίαν ἱερουργῶν, οὐκ ἀλλότριον, ἀλλὰ τὸ ἴδιον προσάγων σῶμα, καὶ ἀντὶ τῆς σπονδῆς ἀποῤῥαίνων τοῦ αἵματος, δι' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν, ὃν ἐν τοῖς οὐρανίοις ἀδύτοις ἔβλεπεν, ὑπὲρ τῶν πλημμελούντων ἐξιλεοῦτο. Εὐεργεσίᾳ τὴν μιαιφονίαν αὐτῶν ἀμειβόμενος, βοῶν ἐν ταῖς τῶν φονευτῶν ἀκοαῖς, καὶ λέγων· *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.* Καὶ ὁ μὲν, ἐξήλειφεν αὐτῶν δι' εὐχῆς τὴν ἁμαρτίαν, ἣν ταῖς παρανόμοις αὐτῶν χερσὶν οἱ μιαιφόνοι ἐχειρογράφουν· οἱ δὲ καὶ πρὸς τὴν εὐχὴν παρωξύνοντο, καὶ οὐ πρότερον ἀνίεσαν βάλλοντες, ἕως οὗ ὁ μέγας Στέφανος καθάπερ ἄνθεσιν ἁπαλοῖς, ἢ δρόσῳ τινὶ κούφῃ περιῤῥεόμενος εἰς τὸν γλυκὺν καὶ μακάριον B ὕπνον ἐκλίθη. Ἀλλ' ἔφθασεν ἡ νίκη τοὺς ἄθλους, καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων ὁρῶμεν τὸν στεφανίτην. Πρὶν γὰρ θεωρῆσαι τὴν ἀγωνίαν, πρὸς τὸ πέρας τῶν ἄθλων ὑπὸ τοῦ λόγου παρήχθημεν. Ἔδει γὰρ, οἶμαι, μὴ παραδραμεῖν ἐκεῖνα τῷ λόγῳ, δι' ὧν μάλιστα ἡ τοῦ μάρτυρος ἀρετὴ διεδείκνυτο· οἷον ἦν τὸ τῶν φονώντων συνέδριον, καὶ πῶς κατὰ τὸ ἴσον πᾶσι, πρὸς τὸν φόνον ὁ θυμὸς διεγήγερτο· ὅση πρὸς τὸ κακὸν ἦν τοῖς συνειλεγμένοις ἡ σύμπνοια· οἷον ἑκάστου τὸ βλέμμα, οἷον τὸ σχῆμα, οἷον τὸ περὶ τοὺς ὀδόντας πάθος, καθὼς παρασημαίνεται ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐν μέσῳ τοιούτων καὶ τοσούτων ἑστὼς, καὶ πάσῃ τῇ ἀντικειμένῃ δυνάμει τῇ ἐν C τοῖς μιαιφόνοις ἐνεργουμένῃ ἑαυτὸν ἀντεγείρων, διὰ πάντων ὑπερέσχε τῷ μεγαλοφυεῖ τοῦ φρονήματος· ἀντιτιθεὶς τῷ μὲν θυμῷ τὴν μακροθυμίαν, ταῖς δὲ ἀπειλαῖς τὴν ὑπεροψίαν, τῷ δὲ τοῦ θανάτου φόβῳ τὴν τῆς ζωῆς καταφρόνησιν, τῷ δὲ μίσει τὴν ἀγάπην· τῇ δυσμενείᾳ, τὴν εὐμένειαν· τῇ συκοφαντίᾳ, τὴν τῆς ἀληθείας φανέρωσιν. Οὐ γὰρ δι' ἑνὸς τρόπου νικητὴς ὁ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς ἀπεδείκνυτο· ἀλλὰ πρὸς πᾶν εἶδος κακίας τῆς τότε τοῖς Ἰουδαίοις ἐνεργουμένης ἑαυτὸν διὰ τῆς ποικίλης ἀρετῆς καταμερίσας, καὶ πᾶσι συνεπλάκη, καὶ καθυπερέσχε τῶν πάντων. Οὕτως ἀκούω καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι τοὺς πλεονεκτοῦντας κατὰ τὴν δύναμιν, πρὸς ὅλον πολλάκις ἀποδυομένους τὸ γυμνικὸν στάδιον, κατὰ πάντων φέρεσθαι τῶν ἀντιπάλων τὰ νικητήρια. D Τοιοῦτος ὁ τοῦ σταδίου τῶν μαρτύρων καθηγησάμενος· ὃς πρὸς πᾶσαν τοῦ ἀντικειμένου τὴν δύναμιν ἑαυτὸν ἀντιτάξας, λαμπρὸς τῇ κατὰ πάντων ἀναδείκνυται νίκῃ. Τὴν γὰρ ψευδώνυμον σοφίαν, τὴν διὰ Λιβερτίνων καὶ Κυρηναίων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως σοφῶν αὐτῷ προσπαλαίουσαν, διὰ τῆς ἀληθοῦς σοφίας κατηγωνίσατο· τὸν φόβον, διὰ τῆς παῤῥησίας· τὴν ἀπειλὴν, διὰ τῆς ὑπεροψίας· τὴν πικρίαν, διὰ τῆς εὐποιίας· τὸ ψεῦδος, διὰ τῆς ἀληθείας. Οἱ μὲν πρὸς τὸν φόνον ἔβλεπον, καὶ ἤδη τὰς χεῖρας τοῖς λίθοις ἐξώπλιζον, καὶ τῷ βλέμματι καὶ τῷ ἄσθματι καὶ τῇ τῶν ὀδόντων συμπτώσει τὴν πικρίαν ἐπισημαί-

[13] Act. VII, 59. [14] Ibid. 54.

νοντες· ὁ δὲ ὡς ἀδελφοὺς ἑώρα, καὶ ὡς πατέρας ἠσπάζετο.

Ἄνδρες γὰρ, φησὶν, *ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου.* Οἱ μὲν τὴν συκοφαντίαν πιθανῶς συνέπλεκον· τῷ δὲ τὸ τῶν φονώντων συνέδριον, τῆς ἀληθείας φροντιστήριον ἦν. Οὐκ ἀπέκοπτε φόβῳ τὸν λόγον, οὐδὲ πάρετος πρὸς τὴν ἐλπίδα τῶν κινδύνων ἐγίνετο, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἔβλεπεν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὕψος τὴν ψυχὴν ἔχων, καὶ τὰ ἐν ποσὶ πάντα περιορῶν, ὡς παιδία μάτην ἀφραίνοντα, ἐπαιδαγώγει τῷ λόγῳ, τοῖς παρ' αὐτῶν ἐκείνων πιστευομένοις εἰς ἀπόδειξιν τοῦ πεπλανῆσθαι αὐτοὺς περὶ τῶν δογμάτων συγχρώμενος. Ἀβραὰμ τῷ λόγῳ παράγεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία πᾶσα δι' ὀλίγων ὑπ' ὄψιν ἄγεται· εἶτα ἡ τῶν ἐφεξῆς ἁγίων διαδοχή. Μωϋσῆς ἐπὶ τούτοις τικτόμενος, ἀνατρεφόμενος, παιδευόμενος, ἐπὶ τοῦ ὄρους μυσταγωγούμενος· μαστίζων τὴν Αἴγυπτον, τὸν Ἰσραὴλ διασώζων, τὸ κατὰ τὸν Κύριον προμηνύων μυστήριον. Ὃ καὶ μάλιστα συγκινεῖ τὸ συνέδριον, καὶ ἀναθερμαίνει τὴν νόσον, ὅτι καὶ Μωϋσῆς, οὗ δὴ προσεποιοῦντο ὑπερσπουδάζειν, συνήγορος τοῦ δόγματος ἀπεδείκνυτο. Ἐφ' ᾧ καὶ διαναστάντες, τὸ πέρας ἐπάγουσιν ἄξιον καὶ τῆς ἰδίας πικρίας, καὶ τῆς τοῦ Στεφάνου ἐπιθυμίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐκβὰς τὴν φύσιν, καὶ πρὶν ἐκβῆναι τοῦ σώματος βλέπει τοῖς καθαροῖς ὀφθαλμοῖς τὰς οὐρανίας αὐτῷ πύλας διεσταμένας, καὶ τὸ ἐντὸς τῶν ἀδύτων διαφαινόμενον, αὐτήν τε θείαν δόξαν, καὶ τὸ τῆς δόξης ἀπαύγασμα· καὶ τῆς μὲν Πατρικῆς δόξης, οὐδεὶς ὑπογράφεται χαρακτὴρ διὰ τοῦ λόγου· τὸ δὲ ἀπαύγασμα, ἐν τῷ ὀφθέντι τοῖς ἀνθρώποις εἴδει, τῷ ἀθλητῇ καθορᾶται, ὡς ἦν χωρητὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὕτω φαινόμενον. Ὁ μὲν οὖν ἔξω γεγονὼς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ πρὸς τὴν ἀγγελικὴν μεταποιηθεὶς χάριν, ὡς καὶ αὐτοῖς εἶναι τοῖς μιαιφόνοις ἐν θαύματι, πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ἀξίαν τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον εἴδους ἀλλοιωθέντος, καὶ εἶδε τὰ ἀθέατα, καὶ τὴν ὀφθεῖσαν αὐτῷ χάριν ἐξεβόησεν. Οἱ δὲ συνέσχον τὰ ὦτα, καὶ τὸ διήγημα τῆς ὀπτασίας οὐ παρεδέχοντο, καλῶς τοῦτο γοῦν ἐν πᾶσι ποιήσαντες· οὐδὲ γὰρ ἦν ἀξία βεβήλων ἀκοὴ, θείας ἐμφανείας διηγήματα δέξασθαι. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐκοινώνησε τοῖς παροῦσι τῆς χάριτος, εἰς τὸ κοινὸν ἐκεῖνα προτιθεὶς τῷ διηγήματι, ὧν κατὰ μόνας ἠξίωτο, *Θεωρῶ*, λέγων, *τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ.* Οἱ δὲ, κράξαντες φωνῇ μεγάλῃ, καὶ συσχόντες τὰ ὦτα, ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν. Καλῶς προσέθηκεν ἡ περὶ αὐτῶν ἱστορία τὴν κραυγὴν τοῖς ἔργοις, ἵνα δείξῃ τῆς προαιρέσεως αὐτῶν τὴν πρὸς τοὺς Σοδομίτας συγγένειαν. Καὶ γὰρ τὸ ἐκείνων ἀνόμημα κραυγὴ παρὰ τοῦ κρίνοντος ὠνομάσθη. *Κραυγὴ γὰρ*, φησὶ, *Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας ἀνῆλθε πρός με.* Ἔκραξαν τοίνυν καὶ οὗτοι, ἵνα ἀκουσθῇ καὶ αὐτῶν ἡ ἐπὶ Στεφάνου κραυγή. Οὐ μὴν ἠγνόει ὁ ἀθλητὴς διὰ τῆς πικρίας τῶν μιαιφονούντων εὐεργετούμενος. Τῷ γὰρ

obtutu, anhelatione, dentium collisione sævitiam præ se ferentes: hic vero tanquam fratres aspiciebat, et tanquam patres salutabat.

Viri enim fratres, inquit, *et patres, audite* [15]. Illi quidem calumniam probabiliter confingebant: huic vero consilium ad cædem propensiorum pro curia veritatis erat. Non metu præcidebat orationem, non languidus fractusque ac remissus metu periculorum erat, non mors ei ante oculos versabatur; sed erecto animo omnia quæ ante pedes erant contemnens, tanquam puerulos misere insipientes regebat ac moderabatur oratione, ad demonstrandum eos in errore doctrinarum versari, simul etiam iis documentis, quibus ab illis ipsis fides derogari non poterat, utens. Abraham orationi adhibetur, totaque illius historia paucis ante oculos ponitur: deinde cæteri sancti, qui successerunt. Ad hæc Moyses ut natus, ut educatus, ut eruditus et institutus, ut in monte sacris initiatus et instructus sit, ut Ægyptum flagellaret, Israelem servaret, mysterium Domini prædiceret. Quod etiam maxime concitat concilium, et morbum incendit, quod etiam Moyses, cujus se nimirum vehementer studiosos esse videri volebant, patronus doctrinæ hujus demonstratur: quamobrem etiam surgentes finem imponunt, qualem et Stephanus desiderabat, et illorum crudelitatem decebat. Nam ille quidem naturam egressus, etiam antequam corpore excessisset, puris oculis cœlestes sibi portas apertas videt et id quod intra adyta apparebat, cum ipsam divinam gloriam, tum gloriæ splendorem conspicatur, ac paternæ quidem gloriæ nulla describitur oratione figura: splendor vero in ea, qua ab hominibus visus erat, forma ab athleta conspicitur, sic apparens, ut humana capere poterat natura. Atque hic quidem extra naturam humanam constitutus, et in angelicum decorem transformatus, ut ipsis, etiam nefariis homicidis miraculo esset, in angelicam dignitatem forma faciei mutata, cum vidit effugientia aspectum, tum eam, quæ sibi apparebat, gratiam sublato clamore significavit. Illi vero continuerunt aures, et narrationem visionis non admiserunt, hoc saltem ex omnibus recte facientes; neque enim dignæ erant profanorum et impurorum aures, quæ divinæ apparitionis acciperent narrationes, atque ille quidem gratiam præsentibus communicabat narrando, in commune proponens ea quorum contemplatione solus dignus judicatus erat, *Video*, inquiens, *cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei* [16]. Illi vero exclamantes voce magna, et continentes aures suas, impetum unanimiter in eum fecerunt. Recte adjecit eorum factis historia clamorem, ut ostenderet destinatæ voluntatis eorum cum Sodomitis cognationem. Etenim illorum scelus clamor a judicante nominatus est. *Clamor enim*, inquit, *Sodomorum et Gomorrhæ ad me ascendit* [17]. Clamaverunt igitur hi quoque, ut etiam eorum adversus

[15] Act. VII, 2 sqq. [16] ibid. 55. [17] Gen. XVIII, 20.

A Stephanum clamor audiretur. Non ignorabat autem athleta se per crudelitatem cædem nefariam perpetrantium beneficium accipere. Nam orbe lapides undique conjicientium quasi corona cinctus, ita accepit id quod agebatur, quasi corona victoriæ præmium in manibus adversariorum necteretur. Quare etiam benigna precatione sanguinarios compensat, rogans ne in contrarios eventus facinus, quod in ipso perpetrabatur, divideretur, ut sibi quidem vitam, adversariis autem exitium afferret: sed quibus ipse dignus judicatus esset, ab iis ne hostes quidem, quasi bonorum sibi aliqua ex parte auctores, excluderentur. Sic is, qui Christum cernit, adversus hostes sese gerere novit. Quoniam enim patientiæ legislatorem videbat, recordatus est legum ab eo latarum inimicos diligere jubentium, et benefacere odio prosequentibus, et pro hostilia facientibus orare [18]. Verum athleta quidem non humanis laudibus celebratur, neque in certando gloriam ex hominibus conflatam sibi propositam habebat : sed cum magnificentia facinoris egregii totum mundum superaverit, humanarum quoque virium modos simul prætergressus est, omni laudativa facultate post se abjecta.

περὶ αὐτὸν τῶν καταλευόντων κύκλῳ στεφανωθεὶς, οὕτως ἐδέξατο τὸ γινόμενον, ὡς στέφανον νικητήριον ἐν ταῖς χερσὶ τῶν ἐναντίων πλεκόμενον. Διὸ καὶ εὐλογίᾳ τοὺς μιαιφόνους ἀμύνεται, οὐκ ἀξιῶν πρὸς τὰς ἐναντίας ἐκβάσεις τὴν ἐπ' αὐτῷ πρᾶξιν καταμερίζεσθαι, ὡς ἐκείνῳ μὲν τὴν ζωὴν, τοῖς δὲ ἀντικειμένοις φέρειν τὸν ὄλεθρον· ἀλλ' ὧν αὐτὸς ἠξίωτο καὶ τοὺς πολεμίους ὡς ἀγαθῶν αὐτῷ συναιτίους μὴ ἐκπεσεῖν. Οὕτως οἶδεν ὁ Χριστὸν βλέπων τοῖς πολεμοῦσι προσφέρεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τῆς μακροθυμίας τὸν νομοθέτην, ὑπεμνήσθη τῶν νόμων τῶν ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς κελευόντων, καὶ καλῶς ποιεῖν τοῖς μισοῦσι, καὶ ὑπὲρ τῶν πολεμούντων προσεύχεσθαι. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀθλητὴς, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνων ἐπαίνων δοξάζεται. Οὐδὲ γὰρ ὁ
B σκοπὸς αὐτῷ τῆς ἀθλήσεως πρὸς τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἔβλεπε δόξαν· ἀλλ' ὑπερβὰς πάντα τὸν κόσμον τῇ μεγαλοφυΐᾳ τοῦ κατορθώματος, καὶ τὰ μέτρα τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως συμπαρέδραμε, πᾶσαν ἐγκωμιαστικὴν δύναμιν κατόπιν ἑαυτοῦ ῥίψας.

Igitur ille quidem in omni humano sermone victoriæ præmia obtineat; nos autem historia sua adjuvet ad animarum salutem. Quemadmodum enim inter corporeos athletas ii, qui in publicis certaminibus contendere desierunt, juvenes athleticis exercitationibus per artificiosam quamdam agilitatem et habilitatem assuefaciunt, prehensiones adversariorum frustrari atque eludere docentes: ita nos quoque opinor oportere per magnum Stephanum exerceri et assuefieri ad pietatem, ut per eum fugiamus atque evitemus Pneumatomachorum, id est, *Spiritus sancti hostium*, correptiones atque vexationes. Aiunt enim illi qui adversus gloriam sancti Spiritus insaniunt, suæ absurditati et importunitati Stephanum patrocinari, qui cœlum intentis oculis contuitus, vidit gloriam Dei et Jesum stantem a dextris Dei [19]. Ad eversionem igitur pietatis doctrinæ in hunc modum dicunt: Si cum Patre et Filio Spiritum omnino numerari oportet, qui fit ut Stephanus in apparitione una cum Filio Spiritum quoque non viderit? Quomodo igitur iis, qui per hæc ipsa verba supplantantur, manum Stephanus porriget? Quo pacto certandi arte labascentes eriget? Sane ex eodem loco exsistit auxilium quod evertat adversarii incredulitatem. Quæris, o pneumatomache, si gloria Patris apparuit, et Filius a dextris stationem obtinens, ubi Spiritus? Quod si in te Spiritus esset, non propositum de eo verbum te præteriisset: quemadmodum ii, qui capti sunt oculis, aurum ante pedes objectum ignorantes prætereunt. At nunc saltem audi, nisi aures forte contines, sicuti Judæi faciebant: Quomodo Stephanus supercœlestem gloriam vidit? Quis ei portas cœlorum patefecit? Nunquid humanarum virium id opus erat? Num quis ex angelis ad illam subli-

Οὐκοῦν, ὁ μὲν ἐχέτω κατὰ παντὸς ἀνθρωπίνου λόγου τὰ νικητήρια· ἡμῖν δὲ συναγωνιζέσθω τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ πρὸς τὴν τῶν ψυχῶν σωτηρίαν. Καθάπερ γὰρ ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀθληταῖς, οἱ τῶν ἀγώνων παυσάμενοι, παιδοτριβοῦσι τοὺς νέους ταῖς ἀθλητικαῖς γυμνασίαις, διά τινος τεχνικῆς εὐστροφίας ἐκδύνειν τὰς λαβὰς τῶν ἀντιπαλαιόντων διδάσκοντες· οὕτως οἶμαι δεῖν καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦ μεγάλου Στεφάνου
C παιδοτριβηθῆναι τὴν εὐσέβειαν, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ φύγωμεν τὰς τῶν Πνευματομάχων λαβάς. Φασὶ γὰρ οἱ λυσσῶντες κατὰ τῆς δόξης τοῦ Πνεύματος, συνήγορον εἶναι τῆς ἐκείνων ἀτοπίας τὸν Στέφανον, ὃς ἐνατενίσας τῷ οὐρανῷ εἶδε δόξαν Θεοῦ καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Λέγουσι τοίνυν ἐπ' ἀνατροπῇ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων, ὅτι, Εἰ μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δεῖ πάντως ἀριθμεῖσθαι τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐκ εἶδεν ὁ Στέφανος ἐν τῇ ὀπτασίᾳ μετὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα; Πῶς οὖν ὀρέξει τὴν χεῖρα τοῖς διὰ τῶν τοιούτων λόγων ὑποσκελιζομένοις ὁ Στέφανος; πῶς ἀνορθώσει τῇ ἀγωνιστικῇ τέχνῃ τοὺς ὑποκλάζοντας; Ἡ αὐτόθεν ἐστὶν ἡ βοήθεια ἡ ἀνατρέπουσα τὴν ἀπιστίαν τοῦ προσπαλαίοντος. Ζητεῖς, ὦ
D Πνευματομάχε, ὅτι, Εἰ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς ὤφθη, καὶ ὁ Υἱὸς τὴν ἐκ δεξιῶν στάσιν ἔχων, ποῦ τὸ Πνεῦμα; Εἰ ἦν ἐν σοὶ τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἂν προκείμενον τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον παρέδραμες, ὥσπερ οἱ πηροὶ τὰς ὄψεις, τὸ πρὸ τῶν ποδῶν κείμενον χρυσίον ἀγνοοῦντες παρέρχονται. Ἀλλὰ νῦν γοῦν ἄκουσον, εἴ γε μὴ συνέχεις κατὰ τοὺς Ἰουδαίους τὴν ἀκοήν. Πῶς εἶδε τὴν ὑπερουράνιον δόξαν ὁ Στέφανος; τίς αὐτῷ τὰς πύλας τῶν οὐρανῶν διεπέτασεν; Ἆρ' ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἦν τὸ κατόρθωμα; ἆρά τινος τῶν ἀγγέλων πρὸς τὸ ὕψος ἐκεῖνο τὴν κάτω κειμένην φύσιν ἀναβιβάσαντος; Οὐκ ἔστι ταῦτα· οὐ γὰρ οὕτως ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία φησὶν, ὅτι Στέφανος δὲ πολὺς κατὰ τὴν δύ-

[18] Matth. v, 44. [19] Act. vii, 55.

A ναμιν ὤν, ἢ τῆς ἀγγελικῆς βοηθείας πλήρης γενόμενος, εἶδεν ἃ εἶδεν. Ἀλλὰ τί λέγει; *Στέφανος δὲ, πλήρης ὢν Πνεύματος ἁγίου, εἶδε τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱόν.* Οὐ γάρ ἐστι, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, τὸ φῶς ὀφθῆναι, μὴ ἐν τῷ φωτὶ καθορώμενον. *Ἐν γὰρ τῷ φωτί σου*, φησὶν, *ὀψόμεθα φῶς*. Εἰ οὖν οὐκ ἐνδέχεται μὴ ἐν τῷ φωτὶ γενέσθαι τὴν τοῦ φωτὸς θεωρίαν· πῶς γὰρ ἔστιν ἀπιδεῖν εἰς τὸν ἥλιον ἔξω τῶν ἀκτίνων γενόμενον; ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ φωτὶ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ τῷ ἐκεῖθεν ἐκπορευομένῳ, τὸ Μονογενὲς καθορᾶται φῶς· διὰ τοῦτο προκαταυγασθεὶς τῇ δόξῃ τοῦ Πνεύματος, ἐν περινοίᾳ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ δόξης γίνεται. Ἐπεὶ, πῶς τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόφασιν ἀληθεύειν φήσομεν, ὅτι *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε;* Πῶς δὲ τὸν Ἀπόστολον μὴ B ἐναντία τοῖς ἱστορηθεῖσι βοᾷν, ὅταν λέγει· *Οὔτε τις εἶδεν αὐτὸν ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται;* Εἰ γὰρ ἀνθρωπίνῃ φύσει τε καὶ δυνάμει, ἡ τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ δόξα χωρητὴ κατέστη· ψευδὴς πάντως, ὁ ἀχώρητον ἀνθρώποις ἀποφηνάμενος εἶναι τὸ θεῖον θέαμα. Ἀλλὰ μὴν οὔτε ἐκεῖνον ψεύδεσθαι, καὶ τὴν ἱστορίαν ἀληθεύειν ἐπάναγκες. Ἄρα φανερῶς ἡ κακουργία τῶν Πνευματομάχων πεφώραται, ὅτι τῷ ὁμοίῳ καθορᾶσθαι τὰ ὅμοια παρὰ τῆς Γραφῆς μεμαρτύρηται. Ὁ γὰρ Στέφανος οὐκ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τε καὶ δυνάμει μένων τὸ Θεῖον βλέπει· ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν ἀνακραθεὶς, δι' ἐκείνου ὑψώθη πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν. Οὐκοῦν εἰ χωρὶς τοῦ Πνεύματος οὔτε Κύριον Ἰησοῦν C ἔστιν εἰπεῖν, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, οὔτε τὴν Πατρικὴν δόξαν κατανοῆσαι· δέδεικται σαφῶς, ὅτι ὅπου τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ Υἱὸς καθορᾶται, καὶ ἡ Πατρικὴ δόξα καταλαμβάνεται. Ἀλλ' ἕτερον ἡμῖν ἐκ τῶν ἱστορηθέντων ὅπλον ἀσεβείας παρὰ τῶν Χριστομάχων προβάλλεται. Φασὶ γὰρ τὸ καταδεὲς τοῦ Μονογενοῦς διὰ τούτου σημαίνεσθαι. Τὸ γὰρ παρεστᾶναι αὐτὸν τῇ δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἀπόδειξιν ποιοῦνται τοῦ ὑποχείριον εἶναι τῇ τοῦ Πατρὸς ἐξουσίᾳ. Τί οὖν ὁ Παῦλος, πρὸς αὐτοὺς εἴποιμι ἄν; τί δὲ καὶ πρὸ ἐκείνου ὁ προφήτης Δαβὶδ, ἀμφότεροι τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν τοῦ Μονογενοῦς δόξαν ἐκδιηγούμενοι; Ὅ τε γὰρ Δαβίδ φησιν, *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.* Ὁ δὲ Ἀπόστολος ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκαθικέναι D λέγει τὸν Κύριον. Εἰ οὖν ἡ στάσις τῆς ἐλαττώσεως, ἡ καθέδρα πάντως τῆς ὁμοτιμίας ἐστὶ σημεῖον, ἢ τοίνυν παραγραφέσθωσαν τὰς θεοπρεπεῖς μαρτυρίας, δι' ὧν τὸ ὑψηλὸν τῆς δεξιᾶς διασημαίνεται, ἢ καὶ ταύτην εὐσεβῶς ἐκδεχέσθωσαν. Εἷς γὰρ ἐφ' ἑκάστου τῶν εἰρημένων διδάσκαλος, ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις. Ὁ μὲν γὰρ Στέφανος, πλήρης ὢν Πνεύματος ἁγίου, εἶδέ τε ἃ εἶδε· καὶ ἃ εἶδεν, ἐφθέγξατο. Ὁ δὲ Δαβὶδ, ἐν Πνεύματι αὐτὸν καλεῖ Κύριον, καθὼς λέγει τὸ Εὐαγγέλιον. Παῦλος δὲ, καθὼς αὐτὸς ἐκεῖνός φησιν, ἐν Πνεύματι λαλεῖ τὰ μυστήρια. Εἰ οὖν εἷς ὁ διδάσκαλος, οὐδεμίαν πρὸς ἑαυτὸν διαφωνίαν ἔχων

A mitatem infernam naturam evexit? Non hæc ita sunt, non enim ita de eo historia dicit, nempe: Stephanus autem cum viribus polleret, aut cum abunde ei suppeteret angelicum auxilium, vidit ea quæ vidit. Sed quid dicit? *Stephanus autem cum esset plenus Spiritu sancto, vidit gloriam Dei et unigenitum Dei Filium* [20]. Non enim fieri potest, ut inquit Propheta, ut lumen videatur, nisi per lumen conspiciatur. *In lumine* enim, inquit, *tuo videbimus lumen* [21]. Si igitur non nisi per lumen fieri luminis contemplatio potest, quomodo si quis extra radios versetur, solem contueri potest? Quoniam igitur per lumen Patris, hoc est, per Spiritum sanctum illinc procedentem Unigenitum conspicitur lumen: idcirco gloria Spiritus prius illuminatus B plena mentis comprehensione, et Patris et Filii gloriam percipit et animadvertit. Nam quomodo alioqui dictum evangelicum, *Deum nemo vidit unquam* [22], verum esse dicemus? qua ratione item Apostolum non contraria iis quæ memoriæ prodita ac litteris mandata sunt, clamare? cum dicit, *Nec quisquam hominum vidit, neque videre potest* [23]? Nam si ab humana vi atque natura, et Patris et Filii gloria percipi posset, mendax et vanus prorsus esset is, qui dixit, homines divini spectaculi capaces non esse. Atqui neque illum mentiri et historiam veram esse necesse est. Ergo malitia Spiritus sancti hostium manifesto deprehensa apparet, quia testimonio Scripturæ probatum est a simili similia cerni. Nam non in humana natura ac vi C manens Stephanus numen divinum cernit: sed cum gratia sancti Spiritus permistus et contemperatus, per illum sublatus et evectus est ad Dei contemplationem. Quocirca si absque Spiritu neque Dominum Jesum dicere licet, ut inquit Apostolus [24], neque paternam gloriam contemplari: demonstratum est aperte, quod ubi Spiritus sit, illic etiam Filius cernitur, et paterna gloria comprehenditur. Verum aliud nobis ex iis, quæ in historia continentur, impietatis telum a Christomachis, id est *Christi hostibus*, objicitur. Aiunt enim inferiorem Unigeniti dignitatem per hæc significari. Nam per hoc, quod assistat ad dexteram Patris, demonstrare conantur, eum subditum esse Patris potestati. Quid igitur Paulus? Dicam ad eos: Quid D item ante illum etiam propheta David, ambo per doctrinam sancti Spiritus Unigeniti gloriam exponentes? Nam et David ait: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis* [25]: et Apostolus in dextera solii Dei sedere Dominum dicit [26]. Si igitur statio diminutionis, sessio prorsus ejusdem sortis, conditionis et honoris signum est. Aut igitur augusta ac divina rejiciant testimonia, per quæ sublimitas dextræ significatur: aut etiam hoc pie recipiant. Una enim cujusque dicti magistra ac doctrix gratia sancti Spiritus est. Nam Stephanus [27] quidem cum plenus esset Spiritu sancto, et vidit ea, quæ vidit,

[20] Act. vii, 55. [21] Psal. xxxv, 10. [22] Joan. i, 8. [23] I Timoth. vi, 16. [24] I Cor. xii, 3. [25] Psal. cix, 1. [26] Coloss. iii, 1; Hebr. i, 3. [27] Act. vi, 8 seqq.

et quæ vidit, locutus est: David autem in spiritu Dominum eum vocat, ut inquit Evangelium[28], Paulus vero, sicut ille ipse dicit, per spiritum loquitur mysteria[29]. Si igitur unus magister est, qui nullam secum discrepantiam habet (magister enim spiritus veritatis est, qui fuit in iis qui numine afflati atque divinitate rapti fuerunt), qua ratione quis diversitatem et discrepantiam doctrinarum suspicari possit? At aliam sessio, inquit, et aliam statio, prout in promptu ac facile est intelligere, sententiam indicat. Nec ego nego. Verum non id quod in corporibus verborum significatio ostendit, hoc etiam in incorporea natura fas est existimare. Nam in homine quidem sessio, in natibus corporis positionem designat, ne semper contentio genuum ac poplitum in sese corporis pondus sustinens laboret: et contra statio, arduum et erectum super genua hominem significat, non in natibus sedendo quiescentem. In superna autem et excellente natura ab hujusmodi intellectibus et sessio et statio vacua atque aliena est, utraque pariter ab ea, quam expedite atque in promptu est, intelligere, significatione separata. Neque enim in poplitibus stationem ejus, quod incorporeum est neque in natibus sessionem ejus, quod expers figuræ est, accipiemus: sed per utramque vocem id quod in omni bono stabile, et in omni bono immutabile est, pie intelligemus. Nam tam is qui stare, quam qui sedere numen divinum dicunt, nihil, quod ad sententiam attinet, diversitate verborum inter se differunt: ille quidem firmiter stare, hic vero immutabiliter constitutum et in bono fundatum esse numen divinum censentes. Quemadmodum autem propheta David[30] et apostolus Paulus[31] in suis uterque scriptis Unigeniti sessionem memorantes, non indicarunt, quod Patre stante Filius in sede sit, licet solius sessionis Filii mentionem fecissent: eodem modo cum etiam in Stephani historia filii stationem audiveris[32], nulla de causa nec recte de Patris sessione suspicatus fueris. Quemadmodum enim in Paulo atque Davide sedere Patrem ex eo quod Filius sedeat a dextris simul constat: tametsi sermo nihil ante de Patre docuisset: ad eumdem modum etiam in historia Stephani, Filii statio idem etiam in gloria Patris simul indicat. Sic enim imaginis ratio conservari possit, ut quidquid in hac tam intelligitur quam conspicitur, idem etiam in originali ac principali forma esse credatur, et ut in bono bonum, et in lumine lumen, et in omnibus primitiva ac principalis pulchritudo per proprias notas in imagine designatur: ita etiam in sessione Filii, quemcunque tandem hoc nomen intellectum præbet, Patris quoque sessio comprehenditur, similiter et in statione statio, ne ratio imaginis per abolitionem proprietatum ab originali ac primitivo alienata intercidat atque dilabatur. Hæc a nobis, fratres, ad propositam quæstionem, cum visio Stephani talem speculationem in orationem intu-

A (ὁ γὰρ διδάσκαλός ἐστι τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἐν τοῖς θεοφορουμένοις γενόμενον)· πῶς ἄν τις διαφωνίαν τινὰ τῶν δογμάτων καθυποπτεύσειεν; Ἀλλ' ἕτερον ἡ καθέδρα, φησὶ, καὶ ἕτερον ἡ στάσις ἐνδείκνυται νοῦν, κατὰ τὸ προχείρως νοούμενον. Φημὶ κἀγώ· ἀλλ' οὐχ ὅπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἡ τῶν ῥημάτων ἔμφασις δείκνυσι, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἀσωμάτου φύσεως εὐαγές ἐστι λογίζεσθαι. Ἐπ' ἀνθρώπου μὲν γὰρ ἡ καθέδρα, τὴν ἐπὶ τῷ ἰσχίῳ τοῦ σώματος ὑπογράφει θέσιν· ὡς ἂν μὴ διὰ παντὸς κάμνοι τῆς ἀγκύλης ὁ τόνος, ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ βάρος ἀνέχων τοῦ σώματος. Καὶ τὸ ἔμπαλιν ἡ στάσις, ὄρθιον ἐπὶ γονάτων ἑρμηνεύει τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἐπ' ἰσχίῳ διὰ καθέδρας ἀναπαυόμενον. Ἐπὶ δὲ ὑπερ-
B εχούσης φύσεως, καθαρεύει τῶν τοιούτων νοημάτων ἡ καθέδρα τε καὶ ἡ στάσις, ἐπίσης ἑκατέρα τῆς κατὰ τὸ πρόχειρον νοουμένης ἐμφάσεως κεχωρισμένη. Οὔτε γὰρ τὴν ἐπ' ἀγκύλῃ στάσιν τοῦ ἀσωμάτου, οὔτε τὴν ἐπὶ ἰσχίῳ καθίδρυσιν τοῦ ἀσχηματίστου παραληψόμεθα. Ἀλλὰ δι' ἑκατέρας φωνῆς τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ στάσιμον, καὶ ἐν παντὶ ἀμετάθετον, εὐσεβῶς νοήσομεν. Ὅ τε γὰρ ἑστάναι καὶ ὁ καθῆσθαι τὸ Θεῖον λέγων, οὐδὲν πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν ῥημάτων ἑτερότητι περὶ τὸν νοῦν διαφέρονται· ὁ μὲν βεβηκέναι παγίως, ὁ δὲ καθιδρύσθαι ἀμεταθέτως τὸ Θεῖον ἐν τῷ ἀγαθῷ δογματίζοντες. Ὥσπερ δὲ ὁ προφήτης Δαβὶδ, καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, τὴν τοῦ Μονογενοῦς καθέδραν ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερος λόγοις διηγούμενοι, οὐκ ἔδωκαν νοεῖν, ὅτι τοῦ Πατρὸς ἑστῶτος,
C ὁ Υἱὸς ἐν καθέδρᾳ ἐστὶ, καίτοι γε μόνης μνησθέντες τῆς τοῦ Υἱοῦ καθιζήσεως· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Στεφάνου, τοῦ Υἱοῦ τὴν στάσιν ἀκούσας, οὐκέτ' ἂν εὐλόγως περὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καθέδρας ὑπονοήσειας. Ὡς γὰρ ἐπὶ τοῦ Παύλου καὶ τοῦ Δαβὶδ τὸ καθῆσθαι τὸν Πατέρα, διὰ τοῦ καθίσαι τὸν Υἱὸν ἐκ δεξιῶν συνωμολόγηται, καίτοι τοῦ λόγου μηδὲν περὶ τοῦ Πατρὸς προδιδάξαντος· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Στεφάνου, ἡ τοῦ Υἱοῦ στάσις τὸ ἴσον καὶ ἐπὶ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς συνενδείκνυται. Οὕτω γὰρ ἂν ὁ τῆς εἰκόνος διασωθείη λόγος, εἰ πᾶν ὅ τί πέρ ἐστιν ἐν τούτῳ νοούμενόν τε καὶ καθορώμενον, τὸ αὐτὸ καὶ ἐν τῷ ἀρχετύπῳ πιστεύοιτο. Καὶ ὡς ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐν τῷ φωτὶ τὸ φῶς, καὶ ἐν πᾶσι τὸ πρωτότυπον κάλλος διὰ τῶν οἰκείων ἐν
D τῇ εἰκόνι χαρακτηρίζεται· οὕτω καὶ ἐν τῇ καθέδρᾳ τοῦ Υἱοῦ, ὅ τί ποτε νοεῖν τοῦτο τὸ ὄνομα δίδωσι, καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς καθέδρα καταλαμβάνεται, ὁμοίως καὶ ἐν τῇ στάσει ἡ στάσις· ὡς ἂν μὴ διαπέσοι τῆς εἰκόνος ὁ λόγος, ἐν τῇ ἀπαλλάξει τῶν ἰδιωμάτων τοῦ ἀρχετύπου ἀλλοτριούμενος. Ταῦτα ἡμῖν, ἀδελφοὶ, κατὰ πάροδον πρὸς τὸ προκείμενον ζήτημα τεθεωρήσθω, τῆς τοῦ Στεφάνου ὀπτασίας τὴν τοιαύτην θεωρίαν ἐπεισενεγκούσης τῷ λόγῳ. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, μὴ θεατὰς μόνον γενέσθαι τῆς τοῦ Στεφάνου ἀθλήσεως, ἀλλὰ καὶ μετόχους τῆς χάριτος, πληρωθέντας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς καθαίρεσιν τῶν ἀντιδίκων, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα

[28] Matth. xxii, 44 seqq. [29] I Cor. xiv, 2. [30] Psal. cix, 1. [31] Hebr. i, 13. [32] Act. vii, 55.

καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

lisset, obiter considerata, discussa atque explicata sit. Contingat autem nobis, ut non solum spectatores Stephani certaminis, verumetiam repleti Spiritu sancto gratiæ participes simus, ad eversionem adversariorum, ad gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria, potentia atque imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΤΕΡΟΝ ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΜΑΡΤΥΡΑ.

—

EJUSDEM

LAUDATIO ALTERA

S. STEPHANI PROTOMARTYRIS [(1)].

Interprete et scholiaste Laurentio Zacagnio V. C.

—

Ἐπεδήμησε Χριστὸς τῷ κόσμῳ εἰς σωτηρίαν, καὶ A μετ' αὐτὸν ἐβλάστησαν οἱ καρποὶ τῆς Ἐκκλησίας. Ἔλαμψεν ὁ μάρτυς τῆς ἀληθείας, καὶ συνέλαμψαν οἱ μάρτυρες τῆς μεγάλης οἰκονομίας. Ἠκολούθησαν οἱ μαθηταὶ τῷ Διδασκάλῳ, τοῖς Κυριακοῖς ἴχνεσιν ὁδεύοντες· μετὰ Χριστὸν οἱ Χριστοφόροι· μετὰ τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης οἱ φωστῆρες τῆς οἰκουμένης· καὶ πρῶτος μὲν ἡμῖν ὁ Στέφανος ἤνθησεν, οὐκ ἐκ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀκανθῶν πλακεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐθηνίας πρῶτος καρπὸς τῷ Κυρίῳ προσενεχθείς. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ στέφανον ἐξ ἀκανθῶν πλέξαντες, τῇ κεφαλῇ τοῦ Σωτῆρος ἐπέθηκαν, ἀξίους τῆς κακῆς γεωργίας αὐτῶν τοὺς καρποὺς ἐπιδειξάμενοι τῷ Δεσπότῃ τοῦ ἀμπελῶνος, ὡς διὰ τῆς προφητείας προανεφώνει, λέγων· *Ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστι, καὶ ὁ ἄνθρωπος Ἰούδα, νεόφυτον ἠγαπημένον. Ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας.* Οἱ δὲ τῆς εὐαγγε- B λικῆς ἀληθείας ἐργάται πρῶτον προοίμιον εὐσεβείας, καὶ πρώτην ἀπαρχὴν τῆς γεωργίας, Στέφανον τὸν ἅγιον ἄνδρα προσφέρουσι τῷ Δεσπότῃ, οἷα δή τινα στέφανον ἀληθῶς ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀρετῶν συνηρμοσμένον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ τὴν τῶν χηρῶν ἐπιμέλειαν ἐπιστεύετο, μαρτυ-

Christus in mundi salutem advenit, et illico Ecclesiæ fructus prodierunt. Refulsit testis veritatis, simulque magnæ dispensationis testes coruscarunt. Secuti sunt Magistrum discipuli, Domini vestigiis insistentes; post Christum, Christiferi; post solem justitiæ, terræ lumina: et primus quidem nobis Stephanus, *corona* scilicet, floruit, non ex Judaicis spinis contexta, sed primus Ecclesiæ fertilitatis fructus Deo oblatus. Quippe Judæi spineam coronam Salvatoris capiti imposuerunt, mala sua dignos agricultura fructus Domino vineæ ostentantes, quemadmodum per prophetas olim locutus est, dicens: *Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est, et homo Juda, novella plantatio dilecta. Exspectavi ut faceret uvas, fecit autem spinas* [1]. At evangelicæ veritatis operarii, primum pietatis exordium et agriculturæ suæ primitias, Stephanum virum sanctum Domino offerunt, veluti coronam quamdam ex multis diversisque virtutibus vere contextam. Primum siquidem huic admirabili viro viduarum cura demandata est, cum ipse tanquam fidelis vir, ac Spiritu sancto plenus, et apostolorum judicio atque delectu, et postea spiritalis sapientiæ virtute, comprobatus fuisset. Et sane tanti studii atque conatus

[1] Isa. v, 7.

(1) Galland, *Vet. Patrum Biblioth.*, tom. VI, p. 595. Hæc oratio bis eadem manu describitur in Vaticano codice, num. 446, semel quidem in calce ejusdem codicis, iterum vero inter alias Gregorii Nysseni orationes, post celebre ejusdem encomium sancti Stephani, typis jam editum, et quod in festo sancti Stephani publice in Ecclesia Græca recitari testatur *Typicum monasterii S. Sabæ*. Hinc itaque factum est ut Ἕτερον ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον in eo codice inscribatur, licet sequenti die festo habitum a Nysseno fuisse ex ejus lectione liquido constet, quia, nempe, a S. Stephani laudibus incipiens, mox ad celebrandum SS. Petrum, Jacobum, et Joannem, apostolos transitum facit. Nos autem utramque orationis hujus editionem, in Vaticano codice repræsentatam, difficilioribus in locis consuluimus, et ex ea nostram expressimus, locis tamen, ubi utraque inter se discrepat, indicatis. Cæterum hanc orationem genuinum Nysseni fetum esse, tum stylus ipse, tum nonnulli antiqui mores in ea memorati, satis superque demonstrant.

specimen in propugnando promulgandoque Evangelio præbuerat, ut et magna divinæ virtutis miracula ejus prædicationem comitarentur. *Stephanus enim*, inquit, *plenus fide et fortitudine faciebat signa magna* [2]. Neque enim viduarum curam ullo sibi impedimento fore putavit, sed et hoc onere alacriter suscepto, a verbi ministerio nunquam cessavit; et hoc ipsum in eo magnæ admirationi erat, quod animi ad subeundos labores propensi singularem plane abundantiam ostenderet. Viduarum curam gerebat, et animarum negotiationi incumbebat, illas quidem pane nutriens, has vero sermonibus instruens; illis quidem corporalem mensam apponens, his vero spirituale epulum parans. Erat enim vir probus, et plenus Spiritu sancto, animi quidem probitate pauperes alendi munus sustinens, loquendi vero libertate, et Spiritus sancti virtute, veritatis hostibus ora præcludens. Omnibus itaque resistebat, et adversus omnes veritatis prædicatione decertabat, adversariorum consilia destruens, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei [3]. Tanta autem dicendi vi atque efficacia præditus erat, ut sacra pagina testante, nemo potuerit resistere sapientiæ et spiritui, quo loquebatur [4]. Sed ad concilium impietatis ductus fuit præco veritatis; oportet enim nos ita in transcursu, debitas Protomartyri laudes reddere, quas heri (2) adimplere propter corporis infirmitatem non licuit, et hodie debitam sanctis apostolis commemorationem peragere. Primum siquidem neque diebus, neque temporibus sanctorum laudes circumscribendæ sunt; nam *In memoria*, ait, *æterna erit justus* [5]. Deinde vero quibus una eademque fuit mens atque sententia (3), ii utique laudum quoque debent esse consortes. Non itaque laudandi sunt sine apostolis martyres, nec sine istis apostoli. Magistri enim martyrum apostoli, imagines vero apostolorum sunt martyres. Illorum itaque imaginem atque insigne, crucem videlicet, beatus præ se ferens Stephanus, primus quoque per mortem martyrii corona redimitus fuit. Quin et martyrii tolerantia magistris gloriam decoremque comparavit; et factus est vere Stephanus, hoc est, *corona*; nam magistrorum egregiorum corona, non ex celebritate nominis ortus honor, sed Ecclesiæ incrementum erat, quemadmodum etiam ad Corinthios (4) scribens divinus Apostolus inquit: *Fratres mei charissimi, gaudium meum, et corona mea, sic state* [6]. Sed ad propositum redeamus.

Ingressus est in Christi occisorum concilium vir Christum ferens, ovis in luporum synagogam

A ῥηθεὶς κρίσει καὶ ἐκλογῇ τῶν ἀποστόλων ἀνὴρ εἶναι πιστὸς, καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἔπειτα δυνάμει πνευματικῆς σοφίας. Καὶ γὰρ τῷ θείῳ λόγῳ τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος συνηγορίαν ἐπεδείκνυτο, ὡς καὶ μεγάλα τὰ θαύματα τῆς θείας ἐνεργείας συντρέχειν αὐτοῦ ταῖς διδασκαλίαις. *Στέφανος γὰρ*, φησὶ, *πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως, ἐποίει σημεῖα μεγάλα*. Οὐ γὰρ ἐδικαίωσεν ἐμπόδιον αὐτῷ τι γενέσθαι τῇ περὶ τὰς χήρας σπουδῇ, ἀλλὰ καὶ ταύτης εἴχετο προθύμως, κἀκείνης οὐκ ἀπελιμπάνετο· καὶ ἦν ἐπ' αὐτῷ μέγα τὸ θαῦμα, καὶ φιλοπόνου διανοίας πλεονέκτημα. Χήρας ἐπιστεύετο, καὶ ψυχὰς ἐνεπορεύετο, τὰς μὲν ἄρτῳ τρέφων, τὰς δὲ λόγῳ παιδεύων, καὶ ταῖς μὲν σωματικὴν τράπεζαν προτιθεὶς, ταῖς δὲ πνευματικὴν ἑστίαν προβαλλόμενος. Ἦν γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς,
B καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου· ἀγαθότητι μὲν τῆς γνώμης, τῶν πενήτων τὴν λειτουργίαν ὑφιστάμενος· παῤῥησίᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀληθείας ἐπιστομίζων. Πᾶσι γοῦν ἀντέκρουε, καὶ πάντας τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας κατηγωνίζετο, λογισμοὺς καθαιρῶν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Τοσαύτη δὲ αὐτῷ ἰσχὺς τοῦ λόγου παρῆν, ὡς κατὰ τὴν μαρτυρίαν τῆς ἁγίας Γραφῆς, μηδένα δύνασθαι ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ συνέδριον ἤγετο τῆς ἀπιστίας, ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας· δεῖ γὰρ ἡμᾶς οὕτω παραδραμόντας τῷ Πρωτομάρτυρι τὴν ὀφειλομένην ἀποδοῦναι, ἣν χθὲς ἀποπληρῶσαι τὸ ἀσθενὲς τοῦ σώματος οὐκ ἐπέτρεψε, καὶ σήμερον τοῖς ἁγίοις ἀποστό-
C λοις τὴν οἰκείαν μνήμην ἀποπληρῶσαι. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ἡμέραις, οὐδὲ χρόνοις, τὰ τῶν ἁγίων ἐγκώμια περιορίζεται· *Εἰς μνημόσυνον* γὰρ, φησὶν, *αἰώνιον ἔσται δίκαιος*· ἔπειτα δὲ, οἷς οὐ διαιρεῖται τὰ τῆς γνώμης. Οὔτε τοίνυν μάρτυρες ἄνευ ἀποστόλων, οὔτε πάλιν ἀπόστολοι χωρὶς ἐκείνων. Διδάσκαλοι μὲν γὰρ μαρτύρων, ἀπόστολοι· εἰκόνες δὲ τῶν ἀποστόλων, οἱ μάρτυρες. Εἰκόνα γοῦν τὴν ἐκείνων καὶ τὸν χαρακτῆρα φέρων ὁ μακάριος Στέφανος, σταυρὸν (5), καὶ διὰ τοῦ θανάτου πρῶτος τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδήσατο. Ἀλλ' ὅμως διὰ τῆς ὑπομονῆς τοῦ μαρτυρίου τοὺς διδασκάλους ἀπεσέμνυνε, καὶ γέγονεν ἀληθῶς στέφανος· στέφανος γὰρ τῶν καλῶν διδασκάλων οὐκ ἦν τιμὴ τῆς εὐφημίας, ἀλλ' ἦν προκοπὴ τῆς Ἐκκλησίας, ὥσπερ γοῦν Κορινθίοις γράφων ὁ θεῖος Ἀπόστο-
D λός φησιν· *Ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε*. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

Εἰσῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον τῶν Χριστοφόνων ὁ Χριστοφόρος· εἰσεπήδησεν εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν λύκων

[2] Act. VI, 8 sqq. [3] II Cor. X, 15. [4] Act. VI, 10. [5] Psal. CXI, 7. [6] Philipp. IV, 1.

(2) Habita est igitur hæc oratio postridie festi S. Stephani.

(3) Hic nonnulla deesse videntur in textu Græco, quæ ad antecedentium et subsequentium verborum sensum in versione nostra supplevimus.

(4) Memoria labitur Nyssenus, nisi veteris librarii error sit; nam hæc verba non in Epistolis ad Corinthios, sed in Epistola ad Philippenses leguntur.

(5) Vide an verbum σταυρόν supervacaneum sit; certe sine illo sensus constare potest.

τὸ πρόβατον· ἀλλ' ἦν οὐχ ὡς ἁπλῶς πρόβατον θηριάλωτον, ἀλλὰ πρόβατον ὑπὸ Χριστοῦ ποιμαινόμενον, καὶ πρὸς τοὺς λύκους ἀγωνιζόμενον. Οἱ μὲν γὰρ ἐλύσσων καὶ διεπρίοντο, ταῖς κατηγορίαις καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τὸ ποίμνιον καταδάκνοντες· ὁ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς τοῖς ἐλέγχοις διεσπάραττεν, ἢ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ ταῖς κατηγορίαις, ὡς ἐκεῖνοι. Μὴ ψιλῶς, μηδ' ἐπιπολαίως παραδράμωμεν τὰ λεγόμενα. Οὗτος γὰρ πρὸς τοσαύτην συναγωγὴν πονηρευομένων, καὶ πρὸς τοσαύτην λύκων ἔφοδον κατὰ τῆς ἀδικίας ἐθάρσησε παρρησιάσασθαι, καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην διδασκαλίαν· *Σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, καθὼς οἱ πατέρες ὑμῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτως ὁ ἐπὶ μὲν γῆς φαινόμενος, τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ κατοπτριζόμενος· καὶ ἀνθρώπου μὲν φύσιν ἐνδεδυμένος, ἀγγέλου δὲ ὄψιν καὶ σχῆμα μεταμορφωσάμενος (καὶ τούτων οὐδὲν ἀπεικός· ἔπρεπε γὰρ ἀληθῶς ἐν τῷ Πρωτομάρτυρι δειχθῆναι τῶν μαρτύρων τὸ ἀξίωμα, καὶ γνῶναι λοιπὸν ἅπαντας τῆς καινῆς χάριτος τὰ ἔργα)· ὁ τοῦ μαρτυρίου πόθος οὐ μόνον ἀγγελικὴν ἀξίαν χαρίζεται, ἀλλὰ καὶ οὐρανῶν ἀνοίγει πύλας· οὐκέτι θανάτῳ τὰς ψυχὰς παραπέμπων, ἀλλ' εἰς χεῖρας Χριστοῦ τὸ πνεῦμα παρατιθέμενος. Ὁ μὲν γὰρ Κυριακὸς ἄνθρωπος τοῦ Σωτῆρος τῷ ἑαυτῷ Πατρὶ ἐν τῷ σταυρῷ προσεφώνει, λέγων· *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου*· ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Στέφανος, ἀνατείνας εἰς τὸν Δεσπότην, *Κύριε*, φησὶν, *Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου*· ταύτῃ τῇ φωνῇ τὴν ψυχὴν ἀποθέμενος. Ἄγγελοι τὸν ἑαυτῶν χορευτὴν ἀπελάμβανον, μᾶλλον αὐτὸν ἄνωθεν βάλλοντες ταῖς εὐφημίαις, ἢ ἐν τοῖς λίθοις κάτωθεν Ἰουδαῖοι. Ἀλλ' ὁ μὲν Στέφανος οὕτω τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος ἀγῶνα, τὸν ἐν οὐρανοῖς κλῆρον ἐδέξατο. Τῷ Στεφάνῳ δὲ τούτῳ πάντες ἐξαίφνης οἱ τίμιοι λίθοι συνεπλάκησαν, οἱ θειότατοι τῶν Εὐαγγελίων κήρυκες, μεθ' οὓς οἱ μάρτυρες, καὶ μετ' αὐτοὺς πάλιν οἱ σωτηρίῳ ἀρετῇ διαλάμψαντες· προηγουμένως δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ παρόντος μνημονευόμενοι, πολὺ καὶ λαμπρὸν ἀπαστράπτοντες τὸ κάλλος τῆς εὐσεβείας, λέγω δὴ Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἁρμονίας ἔξαρχοι, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐδοξίας στέφανοι. Οὐκ ἀφίσταμαι γὰρ τῆς τοῦ Στεφάνου προσηγορίας· ἀλλὰ πολλάκις καὶ μυριάκις λέγων, ἔτι διψῶν ἐπαναλαμβάνω· Στεφάνου γὰρ κόρος οὐκ ἔστι τοῖς τὸ μακάριον τέλος τῶν στεφάνων ἐκδεχομένοις. Οὐκοῦν, εἰ δεῖ φιλαλήθως εἰπεῖν, ἀπὸ Στεφάνου πάλιν στεφάνοις εὐωχοῦμεν, καὶ κοινωνοῦμεν αὐτῶν ταῖς μνήμαις, ἐπειδήπερ ἐλπίζομεν κοινωνεῖν, καὶ μένειν, καὶ συνδοξάσομεν (6)· βεβαιούσης

insiluit, non tanquam omnino ovis a lupo rapta, sed tanquam ovis e Christi grege cum lupis dimicans. Nam illi furebant atque dissecabantur, accusationum atque minarum morsibus gregem dilacerantes; at hic diverso prorsus more eos argumentationibus potius suis, quam minis et accusationibus discerpebat. At non leviter atque summatim, quæ de ipso narrantur, percurramus. Hic enim in tanto malignantium concilio et tot luporum incursu audacter adversus impietatem loqui, et post egregiam illam fidei prædicationem dicere non timuit: *Dura cervice, et incircumcisis cordibus, et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri*[7], et quæ sequuntur. Hæc ille, qui in terra quidem esse videbatur, cœlestia vero speculabatur, non exuta hominis natura, in angeli faciem, speciemque transformatus; idque non immerito: decebat enim, ut in Protomartyre, martyrum dignitas vere appareret, omnesque deinceps novæ gratiæ opera in eo dignoscerent. Martyrii quippe desiderium non angelicam modo dignitatem impertit, sed et cœlorum aperit portas; non tradens animas morti, sed in Christi manus spiritum commendans. Nam Dominicus quidem homo Salvator noster ad Patrem suum in cruce clamabat, dicens: *In manus tuas commendo spiritum meum*[8]. Stephanus vero Christi servus extensis ad Dominum manibus ait, *Domine Jesu, suscipe spiritum meum*[9]. Et hæc verba proferens, animam exhalavit. Angeli autem cœlestis chori socium susceperunt, pluribus e cœlo laudibus ipsum cumulantes, quam quibus in terra eum Judæi lapidibus obruerint. Sed Stephanus quidem bonum hoc pacto certans certamen, cœlestis gloriæ consors est factus. Huic autem Stephano, hoc est, *coronæ*, illico pretiosi lapides agglutinati sunt, divini videlicet Evangeliorum præcones, quos subsecuti sunt martyres, et rursus, qui salutari deinceps virtute coruscarunt; præ cæteris vero omnibus ii, quorum in præsenti memoriam agimus, qui longe lateque pietatis splendore effulserunt, Petrum aio, Jacobum, et Joannem apostolici ordinis principes, et ecclesiasticæ gloriæ coronas (7). Nequeo enim mihi temperare, quominus Stephani (8) nomen usurpem, sed quamvis frequentius ac millies Stephani mentionem fecerim, attamen propter inexhaustam hujus vocis proferendæ aviditatem, Stephani nomen rursus adhuc repeto; Stephano enim commemorando satiari nequaquam possunt, qui virorum Stephano similium felicem exitum exspectant. Igitur si vera lo-

[7] Act. VII, 51. [8] Luc. XXIII, 46. [9] Act. VII, 59.

(6) In alia editione hujus orationis quæ in uno eodemque Vaticano codice, num. 446 habetur, legitur καὶ μένειν συνδοξάζεσθαι.

(7) Nyssenæ Ecclesiæ et totius fortasse Cappadocum gentis instituto, una eademque die post S. Stephani solemnitatem, apostolorum Petri, Jacobi, et Joannis festum celebrabatur. Meminit enim hujus moris non modo hoc in loco Nyssenus noster; sed et initio alterius orationis funebris in D. Basilium fratrem.

(8) Nyssenus pluries per hanc orationem in voce Græca, στέφανος ludit, quæ Stephanum *protomartyrem*, et *coronam* æque significat, nos autem Ste-

qui oportet, Stephano initium faciente, aliis rursus, ut ita dicam, Stephanis lætamur, eorumque memoriæ communicamus, quia scilicet, et eorum nos gloriæ participes fieri, cumque ipsis manere speramus, et revera cum ipsis aliquando glorificabimur; quandoquidem premissione confirmata, fidei communio multiplicatur.

A γὰρ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ κοινωνία τῆς πίστεως πολυπλασιάζεται.

Sed et rursus nobis, fratres, spiritalibus bonis fruendi datur occasio, dum una cum martyrum commemoratione Dominicus quoque resurrectionis dies refulget (9). In hac enim die illuminatio gloriæ Evangelii Jesu Christi mentes nostras potissimum illustravit, in qua lux illa, salutaribus justitiæ radiis vigens, impietatis tenebras dispulit, et animas cognitione veritatis illuminavit. Et vide quam admirabile eximiumque sit istud beneficii genus. Sol enim iste sensibilis, mane exoriens, et radiorum fulgoribus adventus sui prænuntiis diem exordiens, operit quidem, circumdatque suo lumine terram; cæterorum vero astrorum omnium choros obscurat atque obruit, ita ut ipsum solum per cœli apsides vagari conspiciamus. At Dominus noster Jesus Christus oriens nobis ex alto, juxta Prophetam de ipso dicentem, *In quibus visitavit nos Oriens ex alto* [10]; sanctos illos sui præcursores, et qui ante adventum ejus stellarum instar refulserunt, non solum non obscuravit, sed illos potius splendidiores reddidit, ac præterea ut nova alia luminaria secum orirentur, effecit. Quippe prophetæ post ejus adventum coruscarunt; et quidem majore quam antea fulgore. Nam cum obscuræ adhuc essent prophetiæ ob ineptas Scribarum digressiones in iis exponendis, quæ ad Evangelium, Christique adventum pertinebant, Salvator veniens in mundum, cunctas, per eos qui in Evangeliis narratur, eventus, illustravit, clarasque reddidit, complementum legis et prophetarum factus.

Πάλιν δὲ ἡμῖν, ἀδελφοὶ, τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις, τῷ τὴν Κυριακὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν συλλάμψαι τῇ μνήμῃ τῶν μαρτύρων. Ἐν ταύτῃ γὰρ προηγουμένως ἡμῶν τὰς διανοίας κατηύγασεν ὁ φωτισμὸς τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ τὰς σωτηρίους ἀκτῖνας τῆς δικαιοσύνης ἀνθήσας, τὸ μὲν σκότος τῆς ἀσεβείας ἠφάνισε, τὰς δὲ ψυχὰς τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας ἐλάμπρυνε. Καὶ ὅρα μοι τὸ θαυμαστὸν τῆς εὐεργεσίας καὶ μέγιστον. Ὁ μὲν γὰρ αἰσθη-
B τὸς οὗτος ἥλιος ἀνίσχων ἕωθεν, καὶ ταῖς προδρόμοις τῶν ἀκτίνων αὐγαῖς τὴν ἡμέραν προοιμιαζόμενος, καλύπτει μὲν καὶ περιβάλλει ταῖς μαρμαρυγαῖς τὴν ὑπ' οὐρανόν (10)· ἀποκρύπτει δὲ καὶ ἀμαυροῖ πάντας ὁμοῦ τοὺς τῶν ἀστέρων χοροὺς, ὡς μόνον αὐτὸν ὁρᾶσθαι περιπολοῦντα ταῖς οὐρανίαις ἀψῖσιν. Ὁ δέ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀνατείλας ἡμῖν ἐξ ὕψους, κατὰ τὴν λέγουσαν περὶ αὐτοῦ προφητείαν, *Ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς Ἀνατολὴ ἐξ ὕψους*, οὐ μόνον οὐκ ἀπέκρυψε τοὺς πρὸ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ δίκην ἀστέρων ἀναλάμψαντας ἁγίους, καὶ προδρόμους αὐτοῦ γενομένους, ἀλλὰ κἀκείνους λαμπροτέρους ἐποίησε, καὶ ἑτέρους ἑαυτῷ φωστῆρας συνανέλαμψε. Προφῆται μὲν γὰρ διέλαμψαν μετὰ τὴν ἐκείνου παρ-
C ουσίαν· μᾶλλον δὲ ἢ (11) πρὸ ἐκείνης. Ἀμυδρᾶς γὰρ οὔσης ἔτι τῆς προφητείας ταῖς εὐαγγελικαῖς τῶν Γραμματέων ἐκβάσεσιν (12), ὁ Σωτὴρ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον, πάντας ἐλάμπρυνε, καὶ διεσάφησε, πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν γενόμενος. Οὐ γὰρ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι. Ἐπὶ δὲ τῆς νέας χάριτος περὶ ἑαυτοῦ λέγων ὁ Σωτὴρ,

[10] Luc. I, 79.

phani vocem hic retinuimus, cum ejus allusionis, et æquivocationis leporem in interpretatione retineri Latinæ linguæ indoles non patiatur.

(9) Hinc colligitur Dominica die accidisse festum Joannis apostoli eo anno, quo hanc orationem habuit Nyssenus.

(10) Ἡ ὑπ' οὐρανόν, phrasis est S. Scripturæ, quæ terram, vel sublunares regiones significat, ut videre est in libro Job, cap. I, 7: Περιελθὼν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανὸν, πάρειμι. Idem cap. II, 2: Διαπορευθεὶς τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν σύμπασαν, πάρειμι. Nobilius utrobique vertit, *Eam, quæ sub cœlo est*, sed in veteri editione Latina secundum LXX Interpretes a doctissimis Benedictini apud Gallos ordinis alumnis nuper vulgata in primo S. Hieronymi operum tomo, vertitur, *Ea quæ sub cœlo sunt*.

(11) Particulam ἢ, sensu postulante, nos addidimus, licet in Vaticano codice non habeatur.

(12) Locus obscurus, et corruptionis fortasse suspectus; nos tamen nihil mutare ausi, commodum aliquem sensum ex his Nysseni verbis eruere conati sumus. Vult enim Nyssenus Christum adventu suo prophetias adhuc obscuras illustrasse. Earum autem obscuritatis causam in Judæorum Scribas conjicit. Scribæ autem primum quidem Scripturas in eum, quem videmus, ordinem redegerunt; deinde vero easdem publice in synagogis interpretari consueverunt. Porro censere potuit Nyssenus, tenebras aliquas in prophetarum scripta a Scribis inductas fuisse, vel cum diffusis et interdum nugacibus explicationibus ea in synagogis publice explicabant, vel cum eadem in unum corpus digesserant nonnulla, scilicet, partim addendo, partim tollendo, ut in historicis sacræ Scripturæ libris ab eisdem Scribis factum fuisse putant. Sane antiquos Judæorum Scribas nonnulla,
D quæ emendatione aliqua aut majore claritate indigebant, in sacris paginis, præsertim prophetarum libris, mutasse, atque interpolasse, constat ex paucis illis Scripturæ locis in quibus Scribarum correctiones continentur, quique ex rabbinorum scriptis late præter alios enumerantur a Raymundo Martini in *Pugione fidei adversus Judæos*, par. II, cap. 3, num. 9, et par. III, dist. 3, cap. 4, num. 11, et cap. 16, num. 26; et a Voisino in Notis ad ejusdem operis Prooemium pag. 88, et ad caput tertium partis secundæ. Sed nihilominus cum non satis constet, an correctiones istæ Nysseni ætate antiquiores sint, licet Judæi in magna Synagoga Esdræ temporibus habita, illas factas fuisse asserant; et alioqui cum Nyssenus non correctionis, aut lectionis, sed ἐκβάσεως nomine utatur; verosimilius mihi visum est, eum ad prolixas potius, longeque petitas Scribarum interpretationes, quam ad eorumdem correctiones biblicas respexisse.

Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου, οὐκ ἀπηξίωσεν ἡ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος ἐξ ἀγαθοῦ Πατρὸς προελθὼν, τοῖς αὐτῷ δουλεύουσι μεταδοῦναι τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας· ἀλλά φησι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου*· καὶ, *Λαμψάτω τὰ ἔργα ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων.* Ὃ δὲ μεῖζον παραγαγεῖν ἔχομεν εἰς ὑπόμνησιν τῶν εἰρημένων, τοῦτο, χάριτι Θεοῦ, πάλιν ἐκθησόμεθα· Ἰωάννης Βαπτιστὴς, λύχνος ὀνομασθεὶς, καὶ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς προαναπεφωνημένος, καὶ ὑπὸ Κυρίου μεμαρτυρημένος. Ὁ μὲν γὰρ Προφήτης, ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς, φησὶ περὶ αὐτοῦ διὰ τῆς ὑμνῳδίας· *Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου*, τουτέστιν, Ὑπηρέτην καὶ πρόδρομον ἡτοίμασα τοῦ φωτός· ὁ δὲ Κύριος τὴν Πατρικὴν βεβαιῶν φωνὴν, *Ἐκεῖνος ἦν*, φησὶν, *ὁ λύχνος ὁ καιόμενος.* Ἀλλ' ὅμως ὁ λύχνος ὢν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ ἀμαυρωθῆναι τῇ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ, ὃς ἦν ἥλιος δικαιοσύνης, ὥστε καὶ μᾶλλον διέλαμψε, κήρυξ ὁμοῦ καὶ θεολόγος αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ὁ Βαπτιστὴς γενόμενος. Ἰωάννης μὲν οὖν διὰ τὸ ἕνα μόνον φωτίζειν οἶκον τὸν τοῦ Ἰσραὴλ, λύχνος (13) ὠνομάσθη. Οἱ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἀπόστολοι, οὐ λύχνοι, οὐδὲ ἀστέρες, ἀλλὰ φωστῆρες ἀνηγορεύθησαν, οὐκ ἐν ἑνὶ κλίματι, οὐδὲ μιᾷ γωνίᾳ λάμποντες, ἀλλ' ἅπασαν τὴν ὑπὸ οὐρανὸν καταυγάζοντες. Ἔξαρχοι δὲ τούτων καὶ κορυφαῖοι ὁ Πέτρος, καὶ ὁ Ἰάκωβος, καὶ ὁ Ἰωάννης, οἱ σήμερον ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις σεμνυνόμενοι, συμφώνως μὲν πρὸς τὸ τέλος τοῦ βίου δραμόντες, διαφόροις δὲ τοῦ μαρτυρίου τρόποις ἐναθλήσαντες. Ὁ μὲν γὰρ πρωτοστάτης καὶ κορυφαῖος τῆς ἀποστολικῆς χορείας ἀναδειχθεὶς, οἰκείαν τῷ ἀξιώματι τὴν δόξαν ἀπηνέγκατο, τῇ τοῦ Σωτῆρος ὁμοιοπαθείᾳ τετιμημένος· ὁ σταυρῷ (14) γὰρ προσηλωθεὶς, τὴν Δεσποτικὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ἐξετύπωσεν (εἰκόνα δὲ λέγω βασιλικὴν τὸν σταυρόν)· οὐκ αἰσχυνόμενος ἐπὶ τῷ πάθει, ἀλλὰ σεμνυνόμενος ἐπὶ τῷ μεγάλῳ τροπαίῳ. Μήτε γὰρ αὐτοῖς, μήτε ἡμῖν, μήτε τοῖς μεθ' ἡμᾶς, μήτε τινὶ ἑτέρῳ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν (15)... οὕτω γὰρ καὶ Πέτρος φαίνεται διὰ τιμῆς ἔχων τὴν σεβάσμιον (16)... Ἠξίου γὰρ κατὰ κεφαλῆς κρεμασθῆναι ὑπὸ τῶν σταυρούντων διὰ πολλὴν εὐλάβειαν, ἵνα μὴ ἴσος εἶναι τῷ Σωτῆρι δόξῃ, τῷ ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος σταυρωθέντι, καὶ πλατείαις, ὥσπερ ταῖς διὰ τοῦ σταυροῦ, χερσὶ τὴν οἰκουμένην περιβαλόντι. Ἰάκωβος δὲ τὴν κεφαλὴν ἀπετέμνετο, τὴν ὄντως αὐτοῦ κεφαλὴν, τὸν Χριστὸν, ἀπολαβεῖν ἐπειγόμενος. Κεφαλὴ γὰρ ἀνδρὸς ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πάσης ὁμοῦ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης ἐν πολλαῖς καὶ διαφόροις κατὰ τὸν βίον ἀθλήσας ἀγῶσι, καὶ ἐν πᾶσι διαπρέψας τοῖς κατορθώμασι τῆς εὐσεβείας, κενὸν μὲν εἰς ὕδωρ τοῦτο

Neque enim venit solvere legem aut prophetas, sed adimplere [11]. At vero novæ legis tempore, cum de se ipso Salvator dicat: *Ego sum lux mundi* hujus [12], non dedignatus est fons ille bonitatis, e bono Patre emanans, servos suos nominis hujus sui participes facere. Sed ad discipulos suos inquit: *Vos estis lux mundi*; et, *Luceant opera vestra coram hominibus* [13]. Sed quod ad ea quæ diximus, confirmanda adduci potest, id, juvante Deo, rursus proferamus: Joanni Baptistæ impositum fuit lucernæ nomen, juxta id quod in Psalmis de eo antea prænuntiatum, et Christi deinceps testimonio comprobatum fuit. Propheta enim, Patris personam sustinens, de ipso inter canendum ait, *Paravi lucernam Christo meo* [14], hoc est, lucis ministrum et præcursorem. At Dominus paternæ voci robur addens, *Ille*, inquit, *lucerna erat ardens* [15]. Sed quantumvis lucerna solummodo esset, tantum abfuit, ut in Domini adventu, qui sol erat justitiæ, obscuraretur, ut clariori potius lumine refulserit, ipsius Salvatoris, ejusdemque divinitatis præco simul, ac testis effectus. Joannes igitur propterea quod unam solam Israelis domum illuminavit, lucernæ nomen accepit. At nostri Salvatoris apostoli, non lucerna, non lampades, nec sidera, sed luminaria nuncupati fuere, utpote qui non in una regione, nec in uno terrarum angulo fulsere, sed quidquid sub cœlo est illuminarunt. Horum vero duces ac principes sunt Petrus, Jacobus, et Joannes, ob toleratum pro Christi fide martyrium hodiernæ festivitatis honorem consecuti, qui uno quidem eodemque proposito ad mortem properarunt, diverso autem martyrii genere decertarunt. Nam ille, quem Dominus apostolici chori principem et coryphæum designavit, convenientem dignitati suæ gloriam obtinuit, martyrii genere, Dominicæ passioni haud absimili, decoratus, quippe qui cruci suffixus regiam Domini nostri imaginem expressit. Regiam autem imaginem crucem voco, non quod passionem erubescam, sed quia de magno, quod ab ipsa pependit, trophæo potius glorier. Nam nec ipsis, nec nobis, nec posteris nostris, nec alii cuipiam Domini nostri Jesu Christi, quemadmodum Paulus ait... ita enim et Petrum in honore habuisse apparet venerandam.... siquidem propter summam venerationem rogavit, ut a crucifigentibus inverso capite suspenderetur in cruce, ne Salvatori pro universo hominum genere crucifixo, et expansis, ut erat in cruce manibus, totum terrarum orbem complectenti æqualis esse videretur. Jacobus vero capite truncatus fuit, Christo, qui vere caput ejus erat, potiendi cupidus. Caput enim viri Christus secundum Apostolum [16],

[11] Matth. v, 18. [12] Joan. VIII, 12. [13] Matth. v, 15. [14] Psal. CXXXI, 17. [15] Joan. v, 34. [16] I Cor. XI, 3.

(13) Vox λύχνος in Vaticano codice deerat; sed nos eam, sensu palam poscente, supplevimus.
(14) Fortasse legendum, τῷ σταυρῷ.
(15) Hic lacuna est in codice Vaticano. Fortasse deest, δόξα συνέβη, *Gloria contigit*, vel quid simile.
(16) Et hic in Vaticano codice lacuna est, quæ fortasse impleri posset his verbis, τὴν σεβάσμιον ἐκείνην σταύρωσιν, *Venerandum illud crucifixionis genus*.

atque itidem, totius Ecclesiæ caput[17]. Beatus denique A Joannes multa atque diversa per totam vitam certans certamina, et in omnibus pietatis officiis emicans, ferventi quidem in aqua hunc finem.... judicatus, in martyrum choris annumeratur (apud æquos enim rerum æstimatores non ex passionis eventu, sed ex desiderio libere eligentis voluntatis de martyrio existimatur); et quidem hujusmodi fuit illorum mortis genus, qui per mortem apud Ecclesias quoque immortalem sui memoriam reliquerunt. Enimvero maxime decebat uno eodemque tempore istorum virorum memoriam celebrari, non ea tantum de causa, quod in profitenda pietate una et mente, et voce consenserint, verum etiam quod æquali in honore a Christo habiti fuerint. Hi etenim soli cum Christo ubique versati sunt, ac præterea tum agendi loquendique libertatem, tum eminentiorem quodammodo præ cæteris apostolis locum obtinuere, non humanæ amicitiæ ratione, sed divino judicio ad id dignitatis evecti.

πέρας... κεχριμένος (17), τῷ χορῷ τῶν μαρτύρων συνηρίθμηται· ([18] παρὰ γὰρ δικάζουσιν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως (19) τοῦ πάθους, ἀλλὰ παρ' αἱρέσεως τοῦ πόθου κρίνεται τὸ μαρτύριον)· Ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ θανάτου τρόπος τοιοῦτος ἦν, τοῖς διὰ θανάτου τὴν ἀθάνατον μνήμην καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις χαρισαμένοις. Ἔπρεπε δὲ ὡς ἀληθῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τὰς μνήμας ἐπιτελεῖσθαι, οὐ μόνον διὰ τὸ σύμφωνον τῆς εὐσεβείας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας. Οὗτοι γὰρ μόνοι τῷ Κυρίῳ πάντοτε συσχολάζοντες, καὶ ἐξαίρετον ὥσπερ παρὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀποστόλων χώραν ἔχοντες, καὶ παῤῥησίαν, οὐ κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φιλίας πρόσληψιν, ἀλλὰ κατὰ θεϊκὴν ἀληθείας ἐπίκρισιν.

Ipsos itaque solos a Domino, dum præcipua mi- B racula patravit, tanquam fidelissimos et veracissimos gestorum testes secum assumptos fuisse comperimus. Hoc sane factum fuit in visione montis[18]. Soli enim ibi Petrus, Jacobus, et Joannes aderant, cum corpus suum transformans Dominus, in gloriosam ac splendidiorem divinitatem transmutavit, et Moyse, atque Elia sibi adstantibus, lucisque nebula obumbrante, eximiam illam æterni regni imaginem ostendit. Hoc etiam factum est, dum Jairi filiam a mortuis suscitavit[19]; tunc enim hos tantum miraculi illius spectatores habuit. Quin et sub ipsum passionis tempus, ne in singulis quibusque narrandis diutius morer, eosdem viros secum assumpsit, eisque tanquam fidelibus constantissimisque discipulis non est veritus C dicere, *Nunc anima mea turbata est*[20]. Hæc autem a nobis dicta sunt, non ut cæteris apostolis detrahamus, sed in eorum virtutis testimonium, quorum hodie memoriam celebramus; et ut verius dicam in communem quoque apostolorum omnium laudem: nam de sanctorum excellentia, deque eorum sanctimoniæ gradibus quidpiam statuere, humanæ cognitionis non est, sed judicii divini. Nos autem qui digni facti sumus, ut tot tantorumque virorum memoriæ communicemus, gratias ipsis agere necesse est, non quantas debemus, hoc enim fieri nequit, sed quantas possumus; nam et hoc acceptum est. Siquidem sancti hos a nobis honores exposcunt, non ut quid commodi nostris e D laudibus sibi accedat, sed ut nos ex hac commu-

Ἔστι γοῦν εὑρεῖν ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν θαυμάτων μόνους αὐτοὺς παρὰ τοῦ Κυρίου παραληφθέντας, ὡς πιστοτάτους καὶ ἀληθεστάτους τῶν γιγνομένων μάρτυρας· τοῦτο μὲν ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει θεωρίας (μόνος γὰρ ἦν ἐκεῖ Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, ὅτε τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ μεταμορφώσας ὁ Κύριος, εἰς ἔνδοξον καὶ λαμπροτέραν θεότητα μετέβαλε, Μωϋσέα καὶ Ἠλίαν ἐν ἑαυτῷ (20) παραστησάμενος, καὶ τῇ νεφέλῃ τοῦ φωτὸς ἐπισκιάσας, τὴν μεγάλην ἐκείνην εἰκόνα τῆς βασιλείας ὑπέδειξε)· τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς Ἰαείρου θυγατρὸς, ἣν θανοῦσαν διήγειρε· καὶ γὰρ ἐκεῖ τούτους εἶχεν ἐπόπτας τῆς γενομένης θαυματουργίας. Ἔτι γε μὴν, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγων διατρίβω, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας παραλαβὼν, ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν, ὡς πιστοῖς ἀνδράσι καὶ βεβαιοτάτοις· *Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται.* Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται, οὐχ εἰς καθαίρεσιν τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, ἀλλ' εἰς μαρτύριον τῆς τῶν μνημονευομένων ἀρετῆς· εἰ δὲ δεῖ φιλαλήθως εἰπεῖν, καὶ εἰς κοινὸν τῶν ἀποστόλων ἐγκώμιον· τὸ γὰρ ὑπεροχὰς καὶ ἐπιβάσεις ἐν τοῖς ἁγίοις ὁρίζεσθαι, οὐκ ἀνθρωπίνης ἂν ᾖ δοκιμασίας, ἀλλ' ἐπικρίσεως καὶ ἀληθείας Θεοῦ. Ἡμᾶς δὲ μνήμαις τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν κοινωνεῖν ἀξιωθέντας, εὐχαριστεῖν ἀναγκαῖον, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον, ἀλλ' ὅσον ἰσχύομεν, τοῦτο γὰρ εὐαπόδεκτον. Ἀπαιτοῦσι δὲ ταύτας οἱ ἅγιοι παρ' ἡμῶν τὰς τιμὰς, οὐχ ἵνα τι κερδάνωσιν εὐφημούμενοι, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς κοινωνήσωμεν εὐεργετούμενοι. Ἐκεῖνο δὲ πάλιν οὐδένα τῶν εὐσεβῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, ὡς οὐ μόνον Πέτρου, καὶ Ἰακώβου,

[17] Ephes. v, 23. [18] Matth. xvii, 1 sqq. [19] Marc. v, 37. [20] Joan. xii, 27.

(17) Etsi nullum scriptorem legerim, qui Joannem apostolum in ferventis aquæ dolium immissum fuisse narraverit; nihilominus id aperte, ni fallor, colligitur ex corrupto isto Vaticani codicis loco, qui commodiorem nullum sensum recipere posse videtur, et fortasse ita restituendus est, ut legamus, ζεόμενον, vel καιόμενον εἰς ὕδωρ τούτου πέρας βίου ἔχειν· vel λαβεῖν, κεχριμένος, hoc est, *Et ferventi in aqua, ut mortalem hanc vitam terminaret, tyranni decreto jussus, in martyrum choris annumeratur*. Sed de hac conjectura nostra eruditorum judicium esto.

(18) Quæ semicirculis comprehenduntur, desunt in posteriori hujus orationis editione, quam unus idemque Vaticanus codex exhibet.

(19) Ita corrigendum censeo Vaticanum codicem, in quo, manifesto librarii errore, perperam scribitur, οὐκ ἀποτίσει ἐκ βάσεως.

(20) Alia hujus orationis editio, quæ in fine Vaticani codicis exstat, habet ἐν αὐτῷ.

καὶ Ἰωάννου, ἀλλὰ καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς ἀποστολικῆς ἁρμονίας τὰς μνείας ἐπιτελοῦμεν. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν, μελῶν τάξιν ἐπέχοντες, ἑνὸς σώματος ἀποπληροῦσι σχῆμα, δηλονότι δοξαζομένου μου (21) μέρους ἑνὸς, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, *Συνδοξάζεται πάντα τὰ μέλη*, καὶ μάλιστα ἐπ' ἐκείνων τῶν μακαρίων καὶ τελειοτάτων ἀνδρῶν, οἷς πάντα συμφωνεῖ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὁ τρόπος ὁμόγνωμος, καὶ ἡ πίστις ὁμόδοξος, καὶ ὡς κοινὰ τὰ τῆς εὐσεβείας πλεονεκτήματα τούτων, κοινὰ καὶ τὰ παρὰ τῆς ἀληθείας σεμνολογήματα. Τίς δὲ οὐκ ἂν εὐλόγως ἡσθείη, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πληρωθείη, ἀποστολικῷ χορῷ κοινωνεῖν ἠξιωμένος, τῷ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὁδηγήσαντι, τῷ κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἁπλώσαντι τὰ τῆς εὐσεβείας δίκτυα, καὶ πανταχοῦ πήξαντι τὰ τῆς ἀληθείας θήρατρα, ἵνα συλλαβόμενοι πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀνθρωπότητα, τὴν ὑπὸ τῆς κακίας ἠγριωμένην προσαγάγωσι τῷ ἐξημεροῦντι καὶ σώζοντι; *Εἰς πᾶσαν γοῦν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν.* Οἱ θεμέλιοι τῆς Ἐκκλησίας, οἱ στύλοι καὶ τὰ ἑδραιώματα τῆς ἀληθείας, οὗτοί εἰσιν αἱ ἀέναοι πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, αἳ πολὺ, καὶ πλούσιον, καὶ θεοειδὲς νᾶμα τὸ τῆς διδασκαλίας προχέουσιν. Ἐπὶ τούτους ἡμᾶς καὶ ἡ προφητικὴ παραπέμπει φωνὴ, λέγουσα· *Ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Σωτηρίου.*

A nione beneficiis prosequantur. Porro neminem pium ignorare arbitror, nos hac die non solum Petri, Jacobi et Joannis, sed et omnium simul apostolorum memoriam celebrare. Si enim quod ad dogmatum veritatem attinet, membrorum instar dispositi, unius corporis formam exprimunt, et, *si unum membrum gloriatur*, ut ait Apostolus [21], *omnia simul membra gloriantur*, id utique in beatis quoque illis atque sanctissimis viris præcipue locum habet, in quibus cuncta cum veritate concordant, morum nempe similitudo, et in una eademque fide mira consensio; et quemadmodum communia sunt eorum egregia pro pietate gesta, ita et communes sunt, qui ipsis ob veræ fidei prædicationem impertiuntur honores. Ecquis lætitia non merito per-B fundetur et Spiritus sancti gaudio plenus non exsultabit, dum se dignatum cogitat apostolorum choro communicare, qui orbem totum ad veritatis cognitionem perduxere, qui per totum terrarum orbem pietatis retia explicarunt, et ubicunque locorum veritatis fixere venabula, ut omne simul humanum genus malitia efferatum, ad eum qui mansuefacit illud atque salvat, adducerent: *In omnem* itaque *terram exivit sonus eorum* [22]. Hi sunt Ecclesiæ fundamenta, et veritatis columnæ atque fulcimenta. Hi sunt perennes salutis fontes, e quibus abundantissimi divinæ doctrinæ latices profluunt. Ad hosce nos ire jubet propheta cum inquit, *Haurietis aquam cum gaudio de fontibus Salvatoris* [23].

Μνημονεύεται Πέτρος ἡ κεφαλὴ τῶν ἀποστόλων, καὶ συνδοξάζεται μὲν αὐτῷ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς Ἐκκλησίας· ἐπιστηρίζεται δὲ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. Οὗτος γάρ ἐστι κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Κυρίου δωρεὰν ἡ ἀῤῥαγὴς καὶ ὀχυρωτάτη πέτρα, ἐφ' ἣν τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Σωτὴρ ᾠκοδόμησε. Μνημονεύεται πάλιν Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, καὶ ὡς υἱοὶ βροντῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος προσαγορευόμενοι, πάσας ἑαυτοῖς τὰς ὀμβροτόκους νεφέλας συνεπιφέρονται· ῥηγνυμένης γὰρ τῆς βροντῆς, ἀνάγκη καὶ τὰς νεφέλας συναθροίζεσθαι. Νεφέλας μὲν οὖν τοὺς ἀποστολικοὺς καὶ προφητικοὺς λόγους ὑποληπτέον, ὧν εἰ καὶ διάφοροι τοῦ κηρύγματος οἱ χρόνοι, ἀλλὰ σύμφωνοι τῆς εὐσεβείας οἱ νόμοι· ἐξ ἑνὸς γὰρ αὐτοῖς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ὥρμηται τὰ χαρίσματα. Ἀλλὰ τί τοῖς ἀδυνάτοις ἐπεξιέναι τολμᾶν, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀρετῆς ἐπαξίως πειρᾶσθαι μνημονεύειν; Οὐ πρὸς Σίμωνα ἡμῖν, τὸν ἀπὸ τῆς ἁλιείας γνωριζόμενον, ἡ τῶν ἐπαίνων φιλοτιμία, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνου πίστιν τὴν στερεὰν, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὸ στήριγμα. Οὐδὲ πάλιν πρὸς τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου τὸν λόγον ἔχομεν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς Βοανεργεῖς, τοὺς ἑρμηνευομένους, *υἱοὺς βροντῆς*. Ποῦ νῦν φανήσεται ἡ βραχυτάτη τοῦ λόγου φωνὴ, τοσαύτης καὶ τηλικαύτης βροντῆς τὰς πάντων ἀκοὰς περιηχούσης; Οὐκοῦν αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους εὐγνωμοσύνην ἀποπληρῶσαι σπεύσαντες, ἐπὶ

C Celebratur Petri memoria, qui apostolorum est caput, et una quidem cum ipso cætera Ecclesiæ membra glorificantur; Dei vero Ecclesia in ipso solidatur. Hic enim, juxta prærogativam sibi a Domino concessam, firma et solidissima petra est, super quam Salvator Ecclesiam ædificavit. Memoria denique celebratur Jacobi, et Joannis, et ut filii tonitrui, quemadmodum eos Dominus appellavit, omnes secum imbriferas nubes trahunt; tonitru enim aerem rumpente, necesse est nubes congregari. Nubes itaque apostolicos, et propheticos sermones significare censendum est, quorum etsi præconii diversa sunt tempora, concordes tamen, ac plane similes pietatis sunt leges, cum ex uno eodemque spiritu ipsis charismata promana-D rint. Sed quid opus nobis est ea, quæ explicari nequeunt, audacter prosequi, atque eniti ut dignam apostolica virtute commemorationem faciamus? Non ad Simonem piscatione notum nostrarum laudum studia pertinent; sed ad firmam ejusdem fidem, et totius simul Ecclesiæ firmamentum. Nec rursus Zebedæi filios alloquimur; sed Boanerges, quod interpretatum sonat, *tonitrui filios.* Qualem nam exilis noster sermo sonum edet, dum tale tantumque tonitru omnium aures circumsonat? Quapropter quantumvis nostrum erga sanctos studium ac bonam nostram erga illos vo-

[21] I Cor. XII, 26. [22] Psal. XVIII, 5. [23] Isa. XII, 3.

(21) Delendum hic videtur pronomen μου.

lantatem explere, ea saltem ratione magnopere cuperemus, ad silentium tamen periculi expers confugimus, quippe qui optime novimus, nos tum demum dignos fore, qui sanctorum memoriæ communicemus, si eorum virtutes imitemur atque æmulemur; non ipsorum gesta sermonibus celebrantes, sed eorum mores ita animo complectentes, ut eos elabi nunquam, ac excidere patiamur. Nos enim veros eorum discipulos esse non festa inconsiderate et pro consuetudine celebrata; sed religiosa pietas, eademque vivendi ratio, et morum similitudo demonstrabit. Veneraris martyrum memorias, eorumdem quoque propositum venerare: tunc namque sanctorum memoriis vere communicamus, cum eorum vitæ instituta sectamur. Non enim illis solis illuminatio scientiæ claritatis Evangelii Jesu Christi refulsit [24]. Non illis tantummodo gratiam largitus est Deus: præcepta communia sunt, communis quoque lex morum; unus est, qui certantibus laborum præmia distribuit, unum veritatis præmium, cujus faxit Deus, ut nos omnes digni efficiamur, precibus et intercessionibus sanctorum, quorum memoriam celebramus, et gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

A τὴν ἀκίνδυνον σιωπὴν καταφεύγομεν, ἐκεῖνο καλῶς εἰδότες, ὡς ἐνὶ τούτῳ (22) ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνεῖν ἀξιούμεθα, ἐν τῷ τὰς ἐκείνων ἀρετὰς μιμεῖσθαι καὶ ζηλοῦν· οὐκ ἐν τῷ λόγῳ περιφέροντες αὐτῶν τὸν βίον, ἀλλ' ἐν τῇ γνώμῃ διασώζοντες αὐτῶν τὸν τρόπον. Ἀποδείξει γὰρ ἡμᾶς ἐκείνων γνησίους μαθητὰς, οὐ συνήθεια μετὰ ἀλογίας, ἀλλ' εὐσέβεια μετὰ εὐλαβείας, καὶ ὁ βίος ὁμόδοξος, καὶ ὁ τρόπος ὁμόζηλος. Τιμᾷς μαρτύρων τὴν μνήμην; τίμησαι καὶ τὴν γνώμην· κοινωνία γὰρ τῆς μνήμης ἡ συμφωνία τῆς γνώμης. Μὴ γὰρ ἐκείνοις μόνοις ἐπέλαμψεν ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ; μὴ γὰρ ἐκείνοις μόνοις ἡ χάρις ἐξαπεστάλη; Αἱ ἐντολαὶ κοιναὶ, ὁ τρόπος κοινὸς, εἷς ὁ τῶν πόνων ἀγωνοθέτης, ἓν τὸ βραβεῖον τῆς ἀλη-
B θείας, οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῶν μνημονευθέντων ἁγίων, χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[24] II Cor. IV, 4, 6

(22) In alia hujus orationis editione, quæ habetur in fine Vaticani codicis legitur, ὡς ἐνὶ τούτων.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΜΑΡΤΥΡΑ ΘΕΟΔΩΡΟΝ.

—

EJUSDEM

ORATIO LAUDATORIA

SANCTI AC MAGNI MARTYRIS THEODORI.

Eodem Sifano interprete.

—

Vos, qui populus Christi, qui grex sanctus ac regale estis sacerdotium, qui undique et ex urbibus et ex agris catervatim confluxistis, unde signo itineris accepto ad hunc sacrum locum venistis? Quis vobis huc veniendi adeo seriam ac quasi præstitutam necessitatem imposuit? Hocque tempore hiemis, quo et a bello quies est, et miles armaturam amovet, et nauta gubernaculum supra fumum ponit, et agricola aratores boves in præsepio curans quiescit? An palam est, quod sanctus martyr ex militaribus ordinibus tuba cecinit, et multos ex diversis regionibus excitatos ad suæ requietis locum ac sedem vocavit, non ad bellicum instruens apparatum,

C Ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς, ἡ ἁγία ποίμνη, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, οἱ πανταχόθεν ἀστικοί τε καὶ χωριτικοὶ συῤῥεύσαντες δῆμοι, πόθεν λαβόντες τὸ σύνθημα τῆς ὁδοῦ, πρὸς τὸν ἱερὸν τοῦτον ἐδημαγωγήθητε τόπον; Τίς ὑμῖν τῆς ἐνθάδε σπουδαίαν οὕτω καὶ ἐμπρόθεσμον ἀνάγκην ἐπέθηκεν; καὶ ταῦτα ὥρᾳ χειμῶνος, ἡνίκα καὶ πόλεμος ἠρεμεῖ, καὶ στρατιώτης τὴν πανοπλίαν ἀποσκευάζεται, καὶ πλωτὴρ ὑπὲρ καπνοῦ τίθησι τὸ πηδάλιον, καὶ γεωργὸς ἡσυχάζει τοὺς ἀροτῆρας βοῦς θεραπεύων ἐπὶ τῆς φάτνης; Ἢ πρόδηλον, ὡς ἐσάλπισε μὲν ἐκ τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων ὁ ἅγιος μάρτυς· κινήσας δὲ πολλοὺς ἐκ διαφόρων πατρίδων πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνάπαυσιν καὶ

ἑστίαν ἐκάλεσεν, οὐκ εἰς πολεμικὴν εὐτρεπίζων παρασκευὴν, ἀλλὰ πρὸς τὴν γλυκεῖαν καὶ μάλιστα δὴ Χριστιανοῖς πρέπουσαν συνάγων εἰρήνην; Οὗτος γὰρ, ὡς πιστεύομεν, καὶ τοῦ παρελθόντος ἐνιαυτοῦ τὴν βαρβαρικὴν ζάλην ἐκοίμισε, καὶ τὸν φρικώδη τῶν ἀγρίων Σκυθῶν ἔστησε πόλεμον, δεινὸν αὐτοῖς ἐπισείσας καὶ φοβερὸν ἤδη βλεπομένοις καὶ πλησιάσασιν, οὐ κράνος τρίλοφον, οὐδὲ ξίφος εὖ τεθηγμένον, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀποστίλβον, ἀλλὰ τὸν ἀλεξίκακον καὶ παντοδύναμον σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ οὗ καὶ αὐτὸς παθὼν, τὴν δόξαν ταύτην ἐκτήσατο. Καί μοι λοιπὸν τὸν νοῦν ἐπιστήσαντες διασκέψασθε, οἱ τῆς καθαρᾶς ταύτης θρησκείας ὑπηρέται καὶ φιλομάρτυρες, ἡλίκον χρῆμα δίκαιος, καὶ ὅσων ἀξιοῦται τῶν ἀμοιβῶν (τῶν ἐγκοσμίων τε, λέγω, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν· τῶν γὰρ ἀοράτων οὐδεὶς ἱκανὸς λογίσασθαι τὴν μεγαλοπρέπειαν)· καὶ διορίσαντες τὸν τῆς εὐσεβείας καρπὸν, ζηλώσατε τῶν οὕτω προτιμωμένων τὴν γνώμην. Ἐπιθυμήσατε δὲ τῶν γερῶν ἃ Χριστὸς πρὸς ἀξίαν διανέμει τοῖς ἀθληταῖς. Καὶ τέως, εἰ δοκεῖ, τῆς ἀπολαύσεως τῶν μελλόντων ἀγαθῶν σχολαζούσης, ἣν ἐλπὶς ἀγαθὴ ταμιεύεται τοῖς δικαίοις, ἡνίκα ἂν ὁ τῶν ἡμετέρων βίων δικαστὴς ἐπιφοιτήσῃ, τὴν παροῦσαν ἴδωμεν τῶν ἁγίων κατάστασιν, ὅπως καλλίστη ἐστὶ καὶ μεγαλοπρεπής. Ψυχὴ μὲν γὰρ ἀνελθοῦσα περὶ τὸν ἴδιον κλῆρον ἐμφιλοχωρεῖ, καὶ ἀσωμάτως τοῖς ὁμοίοις συνδιαιτᾶται· σῶμα δὲ τὸ σεμνὸν καὶ ἀκηλίδωτον ἐκείνης ὄργανον, οὐδαμοῦ τοῖς ἰδίοις πάθεσι βλάψαν τῆς ἐνοικησάσης τὴν ἀφθαρσίαν, μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ θεραπείας περισταλὲν, σεμνῶς ἐν ἱερῷ τόπῳ κατάκειται, ὥσπερ τι κειμήλιον πολυτίμητον τῷ καιρῷ τῆς παλιγγενεσίας τηρούμενον, πολὺ τὸ ἀσύγκριτον ἔχον πρὸς τὰ ἄλλα τῶν σωμάτων, ἃ κοινῷ καὶ τῷ τυχόντι διελύθη θανάτῳ, καὶ ταῦτα ἐν ὁμοίᾳ ὕλῃ τῆς φύσεως. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν λειψάνων, καὶ βδελυκτὰ τοῖς πολλοῖς ἐστι, καὶ οὐδεὶς ἡδέως παρέρχεται τάφον, ἢ καὶ ἀνεῳγότι τυχὼν ἐκ τοῦ παραδόξου, ἐπιβαλὼν δὲ τὴν ὄψιν τῇ ἀμορφίᾳ τῶν ἐγκειμένων, πάσης ἀηδίας πληρωθεὶς, καὶ βαρέα καταστενάξας τῆς ἀνθρωπότητος παρατρέχει. Ἐλθὼν δὲ εἴς τι χωρίον ὅμοιον τούτῳ, ἔνθα σήμερον ὁ ἡμέτερος σύλλογος, ὅπου μνήμη δικαίου καὶ ἅγιον λείψανον· πρῶτον μὲν τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῶν ὁρωμένων ψυχαγωγεῖται, οἶκον βλέπων ὡς Θεοῦ ναὸν, ἐξησκημένον λαμπρῶς τῷ μεγέθει τῆς οἰκοδομῆς, καὶ τῷ τῆς ἐπικοσμήσεως κάλλει, ἔνθα καὶ τέκτων εἰς ζώων φαντασίαν τὸ ξύλον ἐμόρφωσε, καὶ λιθοξόος εἰς ἀργύρου λειότητα τὰς πλάκας ἀπέξεσεν. Ἐπέχρωσε δὲ καὶ ζωγράφος τὰ ἄνθη τῆς τέχνης ἐν εἰκόνι διαγραψάμενος, τὰς ἀριστείας τοῦ μάρτυρος, τὰς ἐνστάσεις, τὰς ἀλγηδόνας, τὰς θηριώδεις τῶν τυράννων μορφὰς, τὰς ἐπηρείας, τὴν φλογοτρόφον ἐκείνην κάμινον, τὴν μακαριωτάτην τελείωσιν τοῦ ἀθλητοῦ, τοῦ ἀγωνοθέτου Χριστοῦ τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς τὸ ἐκτύπωμα, πάντα ἡμῖν ὡς ἐν βιβλίῳ τινὶ γλωττοφόρῳ διὰ χρωμάτων τεχνουργησάμενος, σαφῶς διηγόρευσε τοὺς ἀγῶνας τοῦ μάρτυρος, καὶ ὡς λειμῶνα λαμπρὸν τὸν νεὼν κατηγλάϊσεν· οἶδε γὰρ καὶ γραφὴ σιωπῶσα ἐν τοίχῳ λαλεῖν, καὶ τὰ μέγιστα ὠφελεῖν·

A sed ad dulcem ac maxime Christianos utique decentem pacem cogens? Hic enim, ut credimus, etiam anno præterito barbaricam tempestatem sedavit, et horrendum ferorum et immanium Scytharum bellum inhibuit atque repressit, terribilem atque formidabilem illis jam visis et appropinquantibus obvibrans non galeam trinis cristis et conis insignem, neque gladium bene acutum et ad solem resplendentem, sed malorum propulsatricem et omnipotentem crucem Christi, pro qua et ipse mortem perpessus hanc gloriam acquisivit. Ac mihi deinceps animum attendentes considerate, qui hujus puri cultus ministri ac martyrum studiosi estis, quanta res sit justus, quamque multas consequatur remunerationes (de iis loquor remunera- B tionibus, quæ in mundo, et apud nos præstantur: nam earum, quæ visum effugiunt, magnificentiæ nemo satis idoneus æstimator est), et cognito pietatis fructu, imitamini consilium, et aspirate ad animum et voluntatem eorum, qui ita præ cæteris honorantur, atque concupiscite et affectate ea præmia, quæ Christus athletis pro merito cujusque distribuit. Atque in præsentia si placet, cessante futurorum bonorum fructu, quem bona spes justis in illud rejicit tempus, quo rerum in vita nostra actarum judex advenerit: præsentem sanctorum statum inspiciamus, quam præclarus magnificusque sit. Nam anima quidem ex quo sublimis abiit, in suo loco acquiescit, et corpore soluta cum sui similibus una vivit; corpus vero venerandum et C immaculatum illius instrumentum, quod suis vitiis et affectibus illius inhabitantis incorruptibilitatem non læsit, cum multo honore et cultu compositum atque ornatum in augusto sacroque loco situm est: quod veluti res chara magnique æstimata atque recondita in tempus regenerationis reservatur, multis singularibus et eximiis rebus præditum, propter quas ad alia corpora, quæ communi ac vulgari morte dissoluta sunt, ne comparandum quidem est, idque in simili materia naturæ. Nam cæteræ quidem reliquiæ etiam abominabiles plerisque sunt; ac nemo lubenter sepulcrum præterit, aut si ex inopinato apertum ostendit, deformitate nimirum earum rerum quæ inibi jacent, faciem operiens omni injucunditate repletus, et humanæ naturæ D conditioni graviter ingemiscens prætercurrit. Quod si venerit ad aliquem locum similem huic, ubi hodie noster conventus habetur, ubi memoria justi, sanctæque reliquiæ sunt: primum quidem earum rerum magnificentia, quas videt, oblectatur, dum ædem ut templum Dei et magnitudine structuræ, et adjecti ornatus decore splendide elaboratum intuetur, ubi et faber in animalium figuram lignum formavit, et latomus ad argenti levitatem crustas lapideas expolivit. Induxit autem etiam pictor flores artis in imagine depictos, fortia facta martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas et immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammeum illum fornacem, beatissimam consumma-

tionem athletæ, certaminum præsidis Christi humanæ formæ effigiem, omnia nobis tanquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificiose depingens, certamina atque labores martyris nobis expressit, ac tanquam pratum amœnum et floridum templum exornavit; solet enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximeque prodesse; lapillorum item concinnator historiæ par opus in pavimento, quod pedibus calcatur, effecit.

καὶ ὁ τῶν ψηφίδων συνθέτης, ἱστορίας ἄξιον ἐποίησε τὸ πατούμενον ἔδαφος.

His igitur arte elaboratis operibus quæ sensui exposita sunt, ubi oculos oblectavit, cupit deinceps etiam ipsi conditorio appropinquare, sanctificationem ac benedictionem, contrectationem ejus esse credens. Quod si quis etiam pulverem, quo conditorium, ubi martyris corpus quiescit, obsitum est, auferre permittat, pro munere pulvis accipitur, ac tanquam res magni pretii condenda terra colligitur. Nam ipsas attingere reliquias, si quando aliqua ejusmodi prospera fortuna contingat, ut id facere liceat, quam id sit multum desiderandum et optandum, ac summarum precum donum, sciunt experti, et ejus desiderii compotes facti. Quasi corpus enim per se vivens et florens, qui intuentur, amplectuntur, oculis, ori, auribus, omnibus sensuum instrumentis adhibentes, deinde officii et affectionis lacrymas martyri, quasi integer esset et appareret, superfundentes, ut pro ipsis deprecator intercedat, supplices preces offerunt tanquam satellitem Dei orantes, quasi accipientem dona cum velit, invocantes. Ex his omnibus, o popule pie, discite, quod *pretiosa* ac honorata *coram Domino sit mors sanctorum ejus*. Nam unum quidem et idem corpus omnium hominum est, ex una massa conflatum: verum id, quod simplici morte dissolutum est, ut res quælibet vilis projicitur. At quod martyrii affectione gratiosum effectum est, ita est amabile, jucundum, et a multis desideratum et expetitum, ut superior oratio demonstravit. Quocirca propter ea, quæ apparent, iis, quæ visum effugiunt, propter experimentum earum rerum, quæ in mundo visuntur, futurarum rerum promissioni credamus. Nam multi qui ventrem et vanam gloriam, et has mundanas paleas omnibus rebus anteferunt, nihil putant esse futurum: sed cum vitæ fine terminari omnia arbitrantur. Verum qui ita sentis, ex parvis magna disce: ex umbris principales formas, quales eæ sint intellige. Cui regum talis honor habetur? Quis ex iis, qui supra modum inter homines excellere visi sunt, tali memoria celebratur? Quis imperatorum qui urbes munitas ceperunt, nationes innumeras subegerunt, adeo decantatus et fama celebratus est, ut hic miles pauper, modo conscriptus et tyro: quem Paulus armavit, quem angeli ad certamen unxerunt, quem victorem Christus coronavit? Enimvero quoniam oratione prope ad certamina atque labores martyris accessi, age communibus relictis peculiarem sancti sermonem instituamus; est enim suum cuique gratum et acceptum.

Καὶ τοῖς αἰσθητοῖς οὕτω φιλοτεχνήμασιν ἐνευπαθήσας τὴν ὄψιν, ἐπιθυμεῖ λοιπὸν καὶ αὐτῇ πλησιάσαι τῇ θήκῃ· ἁγιασμὸν καὶ εὐλογίαν τὴν ἐπαφὴν εἶναι πιστεύων. Εἰ δὲ καὶ κόνιν τις δοίη φέρειν τὴν ἐπικειμένην τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς ἀναπαύσεως, δῶρον ὁ χοῦς λαμβάνεται, καὶ ὡς κειμήλιον ἡ γῆ θησαυρίζεται. Τὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦ λειψάνου προσάψασθαι, εἴ ποτέ τις ἐπιτυχία τοιαύτη παράσχοι τὴν ἐξουσίαν, ὅπως ἐστὶ πολυπόθητον, καὶ εὐχῆς τῆς ἀνωτάτω τὸ δῶρον, ἴσασιν οἱ πεπειραμένοι, καὶ τῆς τοιαύτης ἐπιθυμίας ἐμφορηθέντες. Ὡς σῶμα γὰρ αὐτὸ ζῶν καὶ ἀνθοῦν οἱ βλέποντες κατασπάζονται, τοῖς ὀφθαλμοῖς, τῷ στόματι, ταῖς ἀκοαῖς, πάσαις προσάγοντες ταῖς αἰσθήσεσιν, εἶτα τὸ τῆς εὐλαβείας καὶ τὸ τοῦ πάθους ἐπιχέοντες δάκρυον, ὡς ὁλοκλήρῳ καὶ φαινομένῳ τῷ μάρτυρι τὴν τοῦ πρεσβεύειν ἱκεσίαν προσάγουσιν, ὡς δορυφόρον τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντες, ὡς λαμβάνοντα τὰς δωρεὰς ὅταν ἐθέλῃ ἐπικαλούμενοι. Ἐκ τούτων πάντων, ὁ εὐσεβὴς λαὸς, καταμάθετε, ὅτι *Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ*. Ἓν μὲν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ σῶμα πάντων ἀνθρώπων, ἐξ ἑνὸς φυράματος ἔχον τὴν σύστασιν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἁπλῶς ἀποθανὸν, ῥίπτεται ὡς τὸ τυχόν· τὸ δὲ τῷ πάθει τοῦ μαρτυρίου χαριτωθὲν, οὕτως ἐστὶν ἐράσμιον καὶ ἀμφισβητήσιμον, ὡς ὁ προλαβὼν λόγος ἐδίδαξεν. Διὰ τοῦτο πιστεύσωμεν ἐκ τῶν φαινομένων τοῖς ἀοράτοις, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ κόσμῳ πείρας τῇ τῶν μελλόντων ἐπαγγελίᾳ. Πολλοὶ γὰρ οἱ τὴν γαστέρα, καὶ τὴν κενοδοξίαν, καὶ τὸν ἐνθάδε συρφετὸν πάντων ἐπίπροσθεν ἄγοντες, οὐδὲν ἡγοῦνται τὸ μέλλον· τῷ τέλει δὲ τοῦ βίου συμπεραιοῦσθαι τὰ πάντα νομίζουσιν. Ἀλλ' ὁ φρονῶν οὕτως, ἐκ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα κατάμαθε, ἐκ τῶν σκιῶν τὰ ἀρχέτυπα νόησον. Τίς τῶν βασιλέων τοιαύτην τιμᾶται τιμήν; τίς τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἐν ἀνθρώποις φανέντων τοιαύτῃ μνήμῃ δοξάζεται; τίς τῶν στρατηγῶν τῶν πόλεις τειχήρεις ἑλόντων, καὶ ἔθνη δουλωσαμένων μυρία, οὕτως ἐστὶν ἀοίδιμος, ὡς ὁ στρατιώτης οὗτος, ὁ πένης, ὁ νεόλεκτος, ὃν Παῦλος ὥπλισεν, ὃν ἄγγελοι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἤλειψαν, καὶ νικήσαντα Χριστὸς ἐστεφάνωσεν; Μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἐγενόμην τῷ λόγῳ τῶν ἀγώνων τοῦ μάρτυρος, φέρε, τὰ κοινὰ καταλιπόντες, τὸν ἐξαίρετον τοῦ ἁγίου λόγον ποιήσωμεν· φίλον γὰρ ἑκάστῳ τὸ ἴδιον.

Patria igitur præclaro ac strenuo huic viro est ea regio, quæ ad solem spectat orientem: nam etiam hic, sicuti Job, ex partibus orientalibus nobilis est, cumque patriam cum illo communem haberet, ejusdem imitatio morum ingeniique ei non defuit. Nunc vero quilibet martyr totius soli sub-

Πατρὶς τοίνυν τῷ γενναίῳ, ἡ πρὸς ἥλιον ἀνίσχουσα χώρα· εὐγενὴς γὰρ καὶ οὗτος κατὰ τὸν Ἰὼβ τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ τῆς πατρίδος ἐκείνῳ κοινωνῶν, οὐκ ἀπελείφθη τῆς τοῦ ἤθους μιμήσεως. Νῦν δὲ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ἐστὶ μάρτυς κοινὸς τῆς ὑφ' ἡλίῳ πολίτης· ληφθεὶς δὲ ἐκεῖθεν πρὸς ὁπλιτικοὺς κατα-

λόγους, οὕτω μετὰ τοῦ ἰδίου τάγματος πρὸς τὴν ἡμετέραν διέβη χώραν, τῆς χειμερινῆς ἀναπαύσεως τοῖς στρατιώταις ἐνθάδε παρὰ τῶν κρατούντων διαταχθείσης. Πολέμου δὲ κινηθέντος ἀθρόον, οὐκ ἐξ ἐφόδου βαρβαρικῆς, ἀλλ' ἐκ νόμου Σατανικοῦ, καὶ δόγματος θεομάχου (πᾶς γὰρ Χριστιανὸς ἠλαύνετο τῷ δυσσεβεῖ γράμματι, καὶ πρὸς θάνατον ἤγετο)· τότε δὴ, τότε ὁ τρισμακάριος οὗτος, γνώριμος ὢν ἐπ' εὐσεβείᾳ, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν πανταχοῦ περιφέρων, μόνον οὐκ ἐπὶ τοῦ μετώπου τὴν ὁμολογίαν γραψάμενος, οὐκέτι νεόλεκτος ἦν τὴν ἀνδρείαν, οὐδὲ ἄπειρος πολέμου καὶ μάχης· ἀλλὰ γενναῖος τὴν ψυχὴν, ἰσχυρὰν ποιησάμενος πρὸς τοὺς κινδύνους τὴν ἔνστασιν, οὐχ ὑφειμένος, οὐ δειλιῶν, οὐ λόγον ἀπαρρησίαστον προβαλλόμενος. Ὡς γὰρ ἐκάθισε τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο δικαστήριον, ὅ τε ἡγεμὼν καὶ ὁ ταξίαρχος εἰς ταὐτὸ συνελθόντες, ὡς Ἡρώδης ποτὲ καὶ Πιλάτος, τὸν δοῦλον τοῦ σταυρωθέντος, εἰς κρίσιν ὁμοίαν τοῦ Δεσπότου κατέστησαν. « Καὶ λέγε, » φησὶ, « πόθεν σοι θρασύτητος καὶ τόλμης ἐγγινομένης, εἰς τὸν βασιλικὸν ἐξυβρίζεις νόμον, οὐχ ὑποκύπτεις δὲ τρέμων τοῖς τοῦ Δεσπότου προστάγμασιν, οὐδὲ προσκυνεῖς κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς κρατοῦσιν; » Οἱ γὰρ ἀμφὶ Μαξιμιανὸν τότε τῆς βασιλείας ἡγοῦντο. Ὃς στεῤῥῷ τῷ προσώπῳ καὶ ἀκατα[π]λήκτῳ τῇ γνώμῃ, εὔστοχον τὴν ἀπόκρισιν τοῖς λεχθεῖσιν ἐπέθηκεν· « Θεοὺς μὲν οὐκ οἶδα (οὐδὲ γὰρ εἰσὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν)· δαίμονας δὲ ὑμεῖς ἀπατεῶνας πλανᾶσθε τῇ τοῦ Θεοῦ τιμῶντες προσηγορίᾳ· ἐμοὶ δὲ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱός. Ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τοίνυν καὶ τῆς ὁμολογίας τῆς εἰς ἐκεῖνον, καὶ ὁ τιτρώσκων τεμνέτω, καὶ ὁ μαστίζων ξαινέτω, καὶ ὁ καίων προσαγέτω τὴν φλόγα, καὶ ὁ ταῖς φωναῖς μου ταύταις ἀχθόμενος ἐξαιρέτω τὴν γλῶσσαν· καθ' ἕκαστον γὰρ μέλος, τὸ σῶμα τῷ κτίσαντι χρεωστεῖ τὴν ὑπομονήν. » Ἡττήθησαν τῶν λόγων οἱ τύραννοι· καὶ τὴν πρώτην προσβολὴν τοῦ ἀριστέως οὐκ ἤνεγκαν, νεανίσκον βλέποντες πρὸς τὸ πάθος σφριγῶντα, καὶ ὡς ἡδύ τι πόμα τὴν τελευτὴν ἐφελκόμενον. Ὡς δὲ ἐκεῖνοι μικρὸν ἐπεῖχον ἠπορημένοι, καὶ βουλευόμενοι τὸ πρακτέον· εἷς τις τῶν ἐν τέλει στρατιώτης κομψὸς εἶναι οἰόμενος, ἐπιχλευάζων ὁμοῦ τὴν ἀπόκρισιν τὴν τοῦ μάρτυρος, « Ἔστι γὰρ, » ἔφη, « Υἱὸς, ὦ Θεόδωρε, τῷ σῷ Θεῷ; καὶ γεννᾷ ἐκεῖνος, ὡς ἄνθρωπος ἐμπαθῶς; » — « Ἐμπαθῶς μὲν ὁ ἐμὸς, » ἔφη, « Θεὸς οὐκ ἐγέννησεν· ἀλλὰ καὶ Υἱὸν ὁμολογῶ, καὶ θεοπρεπῆ λέγω τὴν γέννησιν· σὺ, ὦ νηπιώδη τὸν λογισμὸν καὶ ἄθλιε, οὐκ ἐρυθριᾷς οὐδὲ ἐγκαλύπτῃ καὶ θήλειαν ὁμολογῶν θεὰν, καὶ ὡς μητέρα δώδεκα παίδων τὴν αὐτὴν προσκυνῶν, πολυτοκόν τινα δαίμονα κατὰ τοὺς λαγωοὺς ἢ τὰς ὗας εὐκόλως καὶ ἐγκυϊσκομένην καὶ ἀποτίκτουσαν; »

Οὕτως δὲ τοῦ ἁγίου διπλοῦν ἀντιστρέψαντος τῷ εἰδωλολάτρῃ τὸν καταγέλωτα, σχῆμα πλασάμενοι φιλανθρωπίας οἱ τύραννοι, « Ὀλίγος, » φασὶ, » πρὸς διάσκεψιν ἐνδοθήτω τῷ μαινομένῳ καιρός· ἴσως κατὰ

A jectæ regionis civis universo terrarum orbi communis est; sumptus autem illinc ad armatos ordines militares, cum duces militum eos hic in hibernis collocassent, ita cum ea legione, in quam conscriptus erat, ad nostram regionem transivit. Bello autem repente moto non ex incursione barbarorum, sed ex lege Satanica decretoque, quo Deus oppugnaretur (quicunque enim Christianus esset, impio scripto exagitabatur, et ad mortem ducebatur), tunc nimirum, tunc hic ter quaterque beatus Theodorus, quod insigni pietate præditus esset, fidemque in Christum ubique circumferret, propemodum in fronte confessionem inscriptam gerens, non jam amplius virtute tyro modo conscriptus erat, neque rei bellicæ et pugnæ rudis, sed animo strenuus, B fortiter sese periculis objiciens, non remissus et languidus, non trepidans, non formidans et metu fractus, non verbum minus liberum proferens. Ut enim præses et tribunus in unum convenerunt, sicut olim Herodes et Pilatus, atque consedit scelestum et improbum illud concilium servum crucifixi simili ratione, atque Domino ejus acciderat, ad judicium sistunt, « Ac dic, » inquiunt, « unde tibi innata audacia atque temeritate, adversus legem imperatoris contumax es? Nec te tremens domini jussis submittis? Nec quemadmodum placet iis, qui rerum potiuntur, adoras? » Maximianus enim cum consorte tunc imperium tenebat. Ille vultu confirmato atque imperterrito animo, scitum et acutum C dictis adjecit responsum : Deos quidem nescio (neque enim revera sunt). Vos autem erratis, qui dæmonas fallaces et impostores Dei appellatione honoratis, mihi vero Deus est Christus, Dei unigenitus Filius, pro pietate igitur atque confessione istius, et qui vulnerat, incidat : et qui verberat, laceret : et qui cremat, flammam admoveat; et qui his vocibus meis offenditur, linguam eximat : per singula enim membra corpus Creatori patientiam debet. Fracti sunt his verbis tyranni : ac primum impetum viri fortis non sustinuerunt, adolescentem videntes ad passionem exsultantem, ac velut suavem potum mortem appetentem. Ut autem illi paulisper cunctabantur hæsitantes ac deliberantes quid facto opus esset : unus quidam ex iis qui ordines D ducebant, miles, qui sibi lepidus et urbanus esse videbatur, simul responsum martyris irridens : « Estne, » inquit, « o Theodore, Filius tuo Deo? et generat ille carnis affectibus, ut homo, obnoxius? » — « Humano quidem more affectibus carnis obnoxius meus, » inquit, « Deus non generavit : verum et Filium confiteor, et nativitatem talem esse dico, quæ Deum deceat : tu vero, o miser et imperite, quod ad sensum et rationem attinet, an non erubescis, ac pudore vultum demittis, qui etiam feminam Deum confiteris, et ut matrem duodecim liberorum eamdem adoras fecundam quamdam leporum suumve modo dæmona, quæ facile et concipiat et partum edat?

Cum autem hoc modo duplicem sanctus irrisionem simulacrorum cultori reposuisset, humanitatis et clementiæ specie facta tyranni, « Exiguum, » inquiunt, « ad considerandum insanienti tempus

concedatur, fortasse per otium re secum perpensa atque deliberata mutabitur in melius. Insaniam enim dementes sanitatem mentis vocabant : alienationem vero mentis et vecordiam, pietatem : quemadmodum fit, cum ebrii suam affectionem sobriis objiciunt. At homo pius Christique miles dato sibi spatio ad forte ac virile facinus abutitur. Quodnam autem id fuerit, tempus est vobis cum lætitia narrationem accipiendi : Ei quæ fabulis celebratur, matri deorum templum erat in metropoli Amasea, quod illi, qui tunc errabant, inibi alicubi circa ripas amnis vanitate adducti exstruxerant : hoc iste vir strenuus in tempore datæ sibi securitatis capta occasione, et aura secunda incensum concremavit, reipsa responsum, quod post deliberationem prorsus exspectabant, impiis atque scelestis dans. Cum ea res celeriter omnibus pateficeret (quippe in urbe media clarissimus ignis accensus erat), non occultabat audax incœptum, neque laborabat, ut hoc a se factum lateret, sed palam ac vehementer quidem significabat sese propter præclarum facinus et rem bene gestam exsultare et efferri, atque tumultu impiorum, quo templi atque statuæ nomine dolentes perturbabantur, supra modum gaudere; quin etiam magistratibus indicatum est, quod ipse suis manibus incendium fecisset : ac rursus judicium priori terribilius, ut nimirum etiam par erat, cum tanta res, quæ exacerbaret et irritaret eos, incidisset. Atque illi quidem in judiciale tribunal ascenderunt : Theodorus vero in medio eorum (erat) magna loquendi libertate utens, in statu causam dicentis magistratus confidentia præditus cum interrogaretur, celeritate confessionis interrogationem antevertens. Posteaquam autem et imperterritus erat, et ad nihil eorum quæ gravia atque aspera cum minis ei ostentabantur supplicia, se submitteret, nec confidentius loqui desineret, in contrariam rationem mutati sunt, ac benigne cum eo sermocinantes promissis justum subtrahere tentabant. « Et scito, » inquiunt, « quod si consilium nostrum obedienter admittere volueris, protinus te ex obscuro nobilem, ex humili despectoque et inglorio honoratum efficiemus : ac tibi pontificatus dignitatem promittimus. » Ut autem pontificiam dignitatem nominari audivit, ter quaterque beatus ille, cum diu multumque irrisisset (tandem) dixit : « Ego etiam sacerdotes simulacrorum ærumnosos esse judico, et ut vanæ actionis ministros miseror ; pontificum vero multo magis me et miseret, et abominor eosdem : inter malos enim qui major est, ac primum locum tenet, miserior est ; ut inter injustos, injustior ; ut inter homicidas, qui crudelitate cæteros præcedit ; ut inter lascivos et libidinosos, qui petulantior atque protervior est : propterea perniciosa promittendi dehinc finem facite ; non enim, heus vos animadvertitis, neque sentitis caput et summum malorum mihi promittentes : at ei, qui pie ac recte vivere statuit, præstat in domo Domini abjectum esse, quam habitare in

A σχολὴν δοὺς ἑαυτῷ γνώμην, μετάθηται πρὸς τὸ βέλτιον. » Μανίαν γὰρ οἱ ἔκφρονες τὴν σωφροσύνην ἐκάλουν· ἔκστασιν δὲ καὶ παραφορὰν, τὴν εὐλάβειαν· ὥσπερ ὅταν οἱ μεθύοντες, τὸ ἴδιον πάθος τοῖς νήφουσιν ὀνειδίζωσιν. Ἀλλ' ὁ εὐσεβὴς ἄνθρωπος καὶ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, εἰς ἀνδρικὴν πρᾶξιν τῇ δοθείσῃ σχολῇ κατεχρήσατο. Ποίᾳ ταύτῃ; Καιρὸς ὑμῖν μετ' εὐφροσύνης ὑποδέξασθαι τὸ διήγημα· Τῇ μυθευομένῃ μητρὶ τῶν θεῶν, ναὸς ἦν ἐπὶ τῆς μετροπόλεως Ἀμασείας, ὃν οἱ τότε πλανώμενοι, αὐτοῦ που περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ τῇ ματαιότητι κατεσκεύασαν. Τοῦτον ὁ γενναῖος, ἐν τῷ τῆς δοθείσης ἀδείας καιρῷ ἐπιτηρήσας εὔκαιρον ὥραν, καὶ αὔραν ἐπίφορον, ἐμπρήσας κατέφλεξεν, ἔργῳ τοῖς ἀλιτηρίοις δοὺς τὴν ἀπόκρισιν, ἣν πάντως ἀνέμενον μετὰ τὴν διάσκεψιν. B Ἐπιδήλου δὲ τοῦ πράγματος ταχέως ἅπασι γενομένου (καὶ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ τῆς πόλεως φανερώτατον ἐξήφθη τὸ πῦρ), οὐκ ἐπεκρύψατο τὴν ἐγχείρησιν, οὐδὲ ἐσπούδασε τὸ λαθεῖν· ἀλλ' ἔνδηλος ἦν, καὶ σφόδρα γε τῷ κατορθώματι γαυριῶν, καὶ ὑπερχαίρων τῇ ταραχῇ τῶν ἀθέων, ἣν ἐταράττοντο, τῷ ναῷ περιαλγοῦντες καὶ τῷ ξοάνῳ. Καὶ μέντοι κατεμηνύθη τοῖς ἄρχουσιν, ὡς αὐτουργήσας τὸν ἐμπρησμόν· καὶ πάλιν κριτήριον φοβερώτερον τοῦ προτέρου· ὥσπερ οὖν καὶ εἰκὸς, ἐπισυμβάντος τηλικούτου τοῦ παροξύναντος. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὸν δικαστικὸν ἀνέβησαν θρόνον. Θεόδωρος δὲ εὐπαῤῥησίαστος ἐν τοῖς μέσοις ἄρχοντος θάρσος ἔχων ἐν τῇ στάσει τοῦ κρινομένου ἐρωτώμενος, καὶ τῷ τάχει τῆς ὁμολογίας τὴν ἐρώτησιν ἐπικόπτων. C Ἐπειδὴ δὲ ἀκατάπληκτος ἦν, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐφείδετο τῶν ἀπειλουμένων δεινῶν, εἰς τοὐναντίον μετεβλήθησαν τρόπον· καὶ φιλανθρώπως διαλεγόμενοι, ἐπαγγελίαις ὑποσύρειν ἐπειρῶντο τὸν δίκαιον. « Καὶ γίνωσκε, » φασὶν, « ὡς εἰ βουληθείης εὐπειθῶς τὴν συμβουλὴν τὴν ἡμετέραν προσδέξασθαι, εὐθύς σε καταστήσομεν ἐξ ἀφανῶν γνώριμον, ἐξ ἀδόξων ἔντιμον· καί σοι τῆς ἀρχιερωσύνης ἐπαγγελλόμεθα τὴν ἀξίαν. » Ὡς δὲ τοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιώματος ἤκουσεν, ἐγγελάσας μακρὸν ὁ τρισμακάριος εἶπεν· « Ἐγὼ καὶ τοὺς ἱερέας τῶν εἰδώλων ἀθλίους κρίνων, καὶ ὡς ματαίας πράξεως ὑπηρέτας, οἰκτείρω· τοὺς δὲ ἀρχιερέας ἐπὶ πλεῖον ἐλεῶ καὶ βδελύσσομαι· ἐπὶ γὰρ τῶν χειρόνων, ὁ μείζων καὶ πρωτοτακτῶν ἀθλιώτερος· ὡς ἐν τοῖς ἀδίκοις, ὁ ἀδικώτερος· ὡς ἐν τοῖς D φονεῦσιν, ὁ μᾶλλον ὠμός· ὡς ἐν τοῖς ἀκολάστοις, ὁ ἀσελγέστερος· καὶ διὰ τοῦτο ἐντεῦθεν ἤδη διὰ τῶν ὀλεθρίων ἐπαγγελιῶν καταβάλετε· λελήθατε γάρ μοι, ὦ οὗτοι, τὴν κορυφὴν τῶν κακῶν ὑποσχόμενοι· τῷ δὲ εὐσεβῶς καὶ ὀρθῶς ζῇν προαιρουμένῳ, παραῤῥιπτεῖσθαι καλὸν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον, ἢ οἰκεῖν ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. Ἐγὼ καὶ τοὺς βασιλέας τούτους, ὧν τὸν ἄνομον συνεχῶς ὑπαναγινώσκετε νόμον, ἐλεῶ, ὅτι αὔταρκες ἐν ἀνθρώποις ἀξίωμα τὸ κράτος τῆς βασιλείας ἔχοντες, τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἑαυτοῖς προσηγορίαν ἀνέθεσαν, καὶ τὴν πενθήρη καὶ σκοτεινὴν πορφύραν ἐκεῖθεν ἀμπίσχονται, κατὰ μίμησιν τῶν κακοδαιμόνων ἀρχιερέων, ἀξιώματι φαιδρῷ σκυθρωπὸν περιφέροντες ἔνδυμα· ἔστι δὲ ὅτε καὶ μιαρῷ βωμῷ πλησιάζοντες, ἀντὶ βασιλέων γίνονται

μάγειροι ὄρνεις θύοντες, καὶ βοσκημάτων ἀθλίων σπλάγχνα διερευνώμενοι, καὶ τῷ λύθρῳ τοῦ αἵματος, ὡς κρεωπῶλαί τινες τὴν ἐσθῆτα μολύνοντες. »

tabernaculis peccatorum. Me etiam imperatorum horum, quorum legem iniquam continenter recitatis, miseret, quod cum per se satis magna inter homines dignitate ob regium imperium præditi sint, pontificis appellationem sibi sumpserunt, et lugubri obscuraque purpura hujus indignitatis nomine induuntur, ad imitationem infelicium pontificum, in dignitate splendida atque illustri, triste et inamœnum gestantes indumentum, nonnunquam autem impuro altari appropinquantes pro imperatoribus coqui fiunt, aves occidentes, et miserorum pecorum viscera rimantes ac perscrutantes, et sparcitie sanguinis tanquam macellarii quidam lanii carnium venditores vestem fœdantes. »

Μετὰ ταύτας τὰς φωνὰς τοῦ δικαίου, οὐκέτι οὐδὲ τὴν πλαστὴν φιλανθρωπίαν καὶ ἐσχηματισμένην οἱ ἄρχοντες ἐπεδείκνυντο· ἀλλὰ καὶ ἀσεβέστατον πρὸς τοὺς Θεοὺς καλοῦντες, καὶ ἔτι τῶν [illegible] ὑβριστὴν καὶ βλάσφημον, πρῶτον μὲν ἐπὶ τοῦ βασανιστηρίου B ξύλου κρεμάσαντες, τὸ σῶμα κατέξαινον· ὁ δὲ, τῶν δημίων σφοδρῶς ἐνεργούντων, καρτερὸς ἦν καὶ ἀνένδοτος, καὶ στίχον ἐκ τῆς Ψαλμῳδίας ταῖς βασάνοις ἐπῇδεν· *Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου.* Καὶ οἱ μὲν τῶν σαρκῶν ἀπέξεον· ὁ δὲ ἔψαλλεν, ὡς ἄλλου τινὸς ὑφισταμένου τὴν τιμωρίαν. Διεδέξατο τὴν κόλασιν ταύτην τὸ δεσμωτήριον, καὶ πάλιν ἐκεῖ θαῦμα ἐτελεῖτο περὶ τὸν ἅγιον, καὶ νύκτωρ φωνὴ πλήθους ψαλλόντων ἠκούετο, καὶ λαμπάδων ἐπιφαινουσῶν, ὡς ἐν παννυχίδι αὐγὴ ἑωρᾶτο τοῖς ἔξωθεν, ὡς καὶ τὸν δεσμοφύλακα πρὸς τὴν παράδοξον ὄψιν καὶ ἀκοὴν ταραχθέντα, εἰσπηδῆσαι εἰς τὸν οἰκίσκον, καὶ μηδένα εὑρεῖν πλὴν τοῦ μάρτυρος ἡσυχάζοντος, καὶ τῶν ἄλλων δεσμωτῶν καθευδόντων. Ἐπειδὴ δὲ C πολλῶν γινομένων ἤκμαζε πρὸς τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν εὐσέβειαν, ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν ἡ κατακρίνουσα ψῆφος, καὶ πυρὶ τελειωθῆναι κελευσθεὶς, αὐτὸς μὲν ἀπῆλθε τὴν καλὴν καὶ μακαρίαν πρὸς Θεὸν πορείαν· ἡμῖν δὲ τὴν μνήμην τοῦ ἀγῶνος διδασκάλιον κατέλιπε, λαοὺς ἀθροίζων, ἐκκλησίαν παιδεύων, δαίμονας ἀπελαύνων, ἀγγέλους εἰρηνικοὺς κατάγων, ζητῶν ὑπὲρ ἡμῶν παρὰ Θεοῦ τὰ συμφέροντα, ἰατρεῖον νόσων ποικίλων τὸν τόπον τοῦτον ἀπεργασάμενος, λιμένα τῶν χειμαζομένων ταῖς θλίψεσι, πενήτων εὐθηνουμένων ταμιεῖον, ὁδοιπόρων ἀνεκτὸν καταγώγιον, πανήγυριν τῶν ἑορταζόντων ἄληκτον. Εἰ γὰρ καὶ ἐνιαυσιαίοις ἑορταῖς τὴν ἡμέραν ταύτην τελοῦμεν, ἀλλ' οὐδέποτε λήγει τῶν κατὰ σπουδὴν ἀφικνουμένων τὸ πλῆθος, τῶν μυρμήκων δὲ σώζει τὴν ὁμοιότητα D ἡ ἐπὶ τάδε φέρουσα λεωφόρος, τῶν μὲν ἀνιόντων, τῶν δὲ ὑποχωρούντων τοῖς ἐρχομένοις.

Post has justi istius voces, ne fictam quidem et assimulatam jam amplius benignitatem magistratus præ se ferebant, sed et impiissimum adversus deos vocantes, præterea in imperatores quoque contumeliosum et maledicum, primum quidem in ligno ad torquendos homines parato suspensum corpus lacerabant: ille vero lictoribus vehementer in opere occupatis, constans erat, nihilque de pristina animi magnitudine remittebat, ac versum ex libro Psalmorum tormentis accinebat: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo*[1]. Atque illi quidem carnes cædendo diminuebant; hic vero, quasi alius quis pœnam subiret, psallebat: hoc modo punitum carcer excepit, ac rursus illic miracula circa sanctum edebantur, ac noctu vox multitudinis psallentium audiebatur et facum allucentium, ut in nocturna pervigilatione, splendor ab iis qui foris erant conspiciebatur, adeo ut etiam carceris custos insolita atque admirabili visione et auditione turbatus insiliret in domunculam, et neminem inveniret præter martyrem quiescentem et cæteros vinctos dormientes. Posteaquam autem, cum multa fierent ac tentarentur in eo, ad confessionem et pietatem obfirmatus erat, prolata est in eum sententia condemnatoria, et igni confici et consummari jussus, ipse quidem præclaro ac beato itinere abiit ad Deum: nobis vero memoriam certaminis pro doctrina reliquit, populos congregans, Ecclesiam erudiens, dæmonas arcens et fugans, angelos pacificos reducens, rogans a Deo pro nobis utilia, variorum morborum medicinæ officinam hunc locum efficiens, portum eorum qui afflictionum tempestatibus jactantur, pauperum abundans et copiosum ærarium, viatorum quietum diversorium, locum celebrem conventus ac dies festos continenter agentium. Etsi enim anniversariis feriis hunc diem celebramus; at nunquam cessat studiose advenientium multitudo, ac formicarum similitudinem servat ea quæ huc pertinet via publica, cum alii quidem ascendant, alii vero venientibus cedant.

Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ μακάριε, τὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ κύκλον καταλαβόντες φιλανθρωπίᾳ τοῦ κτίσαντος, ἠθροίσαμέν σοι τὴν πανήγυριν, τὸν ἱερὸν τῶν φιλομαρτύρων σύλλογον [illegible] Δεσπότην, καὶ τὴν [illegible] ἀγώνων ὑπόμνησιν· σὺ [illegible] εἴτε τινὰ ἐπουράνιον ἀψῖδα [illegible]

Ac nos quidem, o beate, benignitate Creatoris anniversariam circuli vicissitudinem assecuti coegimus tibi publicum conventum, sacrum, inquam, [illegible] ad Deum, et communem Dominum adorantes, et tuorum certaminum victoriæ commemorationem peragentes: tu vero, huc jam ades ad nos, ubicunque tandem fueris, ut diei festo præsis; vocantem enim te contra vocamus: ac sive in sublimi æthere habitas, sive per cœlestem aliquem cir-

[1] Psal. XXXIII, 1.

culum versaris, aut in choros angelorum cooptatus Domino assistis, aut cum virtutibus et potestatibus ut servus fidelis adorationis officio fungeris : parumper ab iis officiis vacationem deprecatus, veni ad hos qui te honorant, invisibilis amicus : cognosce ac vise ferias quæ celebrantur, ut gratiarum adversus Deum conduplices actionem, qui pro una passione, et una pia confessione tot tibi remunerationes largitus est : ac læteris ob sanguinem effusum, et ignis cruciatus toleratos. Quot enim tunc supplicii spectatores populos habebas, tot nunc habes honoris ministros. Multorum beneficiorum indigemus ; intercede ac deprecare pro patria apud communem regem et Dominum : nam patria martyris est etiam locus passionis, cives item et fratres et cognati, qui et habent eum et tuentur et ornant atque honorant; timemus afflictiones, exspectamus pericula; non longe absunt scelesti Scythæ bellum adversum nos parturientes; ut miles propugna (pro nobis), ut martyr pro conservis utere libertate loquendi. Etiamsi superasti sæculum, at nosti affectus et usus necessitatesque humanæ conditionis : pete pacem, ut hi publici conventus non desinant : ne debacchetur atque grassetur adversus templa altariave rabiosus et sceleratus barbarus : ne conculcet sancta profanus et impius. Nos enim etiam, quod incolumes et integri conservati sumus, tibi beneficium acceptum referimus. Petimus autem etiam futuri temporis præsidium atque securitatem. Quod si majori etiam opus fuerit advocatione ac deprecatione, fratrum tuorum martyrum coge chorum, et cum omnibus una deprecare : multorum justorum preces multitudinis ac populorum peccata luant; admone Petrum, excita Paulum, Joannem item Theologum ac discipulum dilectum, ut pro Ecclesiis quas constituerunt solliciti sint, pro quibus catenas gestaverunt, pro quibus pericula ac mortes tulerunt, ne simulacrorum cultus adversum nos caput tollat ; ne hæreses sicut spinæ vineæ succrescant, ne zizanium editum suffocet triticum. Ne qua petra veri roris pinguedine carens adversum nos exsistat, et sermonis ac verbi fertilitatis vim radicis expertem efficiat, sed virtute tuæ sociorumque tuorum deprecationis, o vir admirande atque inter martyres eminens et excellens, Christianorum respublica campus segetum reddatur, qui campus ad finem usque maneat in pingui fertilique arvo fidei in Christum, semper fructum edens æternæ vitæ, quæ contigit per Christum Jesum Dominum nostrum. Cum quo Patri simul et Spiritui sancto gloria, imperium et honor nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἀγγέλων συντεταγμένος τῷ Δεσπότῃ παρέστηκας, ἢ μετὰ δυνάμεων καὶ ἐξουσιῶν, ὡς δοῦλος πιστὸς προσκυνεῖς· μικρὸν τὰ αὐτόθι παραιτησάμενος, ἧκε πρὸς τοὺς τιμῶντάς σε ἀόρατος φίλος· ἱστόρησον τὰ τελούμενα, ἵνα τὴν εἰς Θεὸν εὐχαριστίαν διπλασιάσῃς, τὸν ἀντὶ πάθους ἑνὸς, καὶ μιᾶς εὐσεβοῦς ὁμολογίας, τοσαύτας σοι τὰς ἀμοιβὰς χαρισάμενον· εὐφρανθείης δὲ τῷ αἵματι καὶ τῇ τοῦ πυρὸς ἀλγηδόνι. Ὅσους γὰρ εἶχες τότε λαοὺς τῆς τιμωρίας θεατὰς, τοσούτους νῦν τῆς τιμῆς ἔχεις ὑπηρέτας. Χρῄζομεν πολλῶν εὐεργεσιῶν· πρέσβευσον ὑπὲρ τῆς πατρίδος πρὸς τὸν κοινὸν βασιλέα· πατρὶς γὰρ μάρτυρος, τοῦ πάθους ἡ χώρα· πολῖται δὲ καὶ συγγενεῖς, οἱ περιστείλαντες καὶ ἔχοντες καὶ τιμῶντες. Ὑφορώμεθα θλίψεις, προσδοκῶμεν κινδύνους, οὐ μακρὰν οἱ ἀλιτήριοι Σκῦθαι B τὸν καθ' ἡμῶν ὠδίνοντες πόλεμον· ὡς στρατιώτης ὑπερμάχησον· ὡς μάρτυς ὑπὲρ τῶν ὁμοδούλων χρῆσαι τῇ παῤῥησίᾳ. Εἰ καὶ ὑπερέβης τὸν βίον, ἀλλ' οἶδας τὰ πάθη καὶ τὰς χρείας τῆς ἀνθρωπότητος· αἴτησον εἰρήνην, ἵνα αἱ πανηγύρεις αὗται μὴ λήξωσιν, ἵνα μὴ κωμάσῃ κατὰ ναῶν ἢ θυσιαστηρίων λυσσῶν καὶ ἄθεσμος βάρβαρος, ἵνα μὴ πατήσῃ τὰ ἅγια βέβηλος. Ἡμεῖς γὰρ καὶ ὑπὲρ ὧν ἀπαθεῖς ἐφυλάχθημεν, σοὶ λογιζόμεθα τὴν εὐεργεσίαν· αἰτοῦμεν δὲ καὶ τοῦ μέλλοντος τὴν ἀσφάλειαν. Ἂν χρεία γένηται καὶ πλείονος δυσωπίας, ἄθροισον τὸν χορὸν τῶν σῶν ἀδελφῶν τῶν μαρτύρων, καὶ μετὰ πάντων δεήθητι· πολλῶν δικαίων εὐχαὶ, λαῶν καὶ δήμων ἁμαρτίας λυσάτωσαν· ὑπόμνησον Πέτρον, διέγειρον Παῦλον, Ἰωάννην ὁμοίως τὸν Θεολόγον καὶ φιλούμε- C νον μαθητήν· ἵν' ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν ἃς συνεστήσαντο μεριμνήσωσιν, ὑπὲρ ὧν τὰς ἁλύσεις ἐφόρεσαν, ὑπὲρ ὧν τοὺς κινδύνους καὶ τοὺς θανάτους ἤνεγκαν· μὴ εἰδωλολατρεία ἄρῃ καθ' ἡμῶν κεφαλὴν, μὴ αἱρέσεις ὡς ἄκανθαι τῷ ἀμπελῶνι ὑποβλαστήσωσι, μὴ ζιζάνιον ἐγερθὲν πνίξῃ τὸν σῖτον· μή τις πέτρα γένηται καθ' ἡμῶν λειπομένη τῆς πιότητος τῆς ἀληθινῆς δρόσου, καὶ ἄριζον ἀποδείξῃ τῆς εὐκαρπίας τοῦ λόγου τὴν δύναμιν· ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς σῆς πρεσβείας καὶ τῶν σὺν σοὶ, θαυμαστὲ, καὶ ὑπερλάμπον ἐν τοῖς μάρτυσι λήϊον ἀποδειχθείη τὸ τῶν Χριστιανῶν πολίτευμα μέχρι τέλους μένον, ἐν τῇ λιπαρᾷ καὶ εὐκάρπῳ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως ἀρούρᾳ ἀεὶ καρποφοροῦν τὴν αἰώνιον ζωὴν, τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ D Κυρίῳ ἡμῶν. Μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΜΑΡΤΥΡΑΣ.

EJUSDEM

IN LAUDEM

SS. QUADRAGINTA MARTYRUM.

Eodem interprete.

ΛΟΓΟΣ Α΄. [A]

Οἷς ἀνιᾶσθαι τοὺς πολλοὺς στοχάζομαι, τούτοις αὐτὸς ἀγάλλομαι τὴν διάνοιαν. Ἀηδὲς γὰρ, ὡς εἰκὸς, τοῖς πολλοῖς τὸ ἐν ἀλλήλοις συνθλίβεσθαι, ἐμοὶ δὲ τοῦτο κεφάλαιον εὐφροσύνης ἐστίν. Εὐφραίνεται γὰρ ὀφθαλμὸς τοῦ ποιμένος, τὸ ποίμνιον βλέπων ὑπὸ πλήθους στενοχωρούμενον, καὶ τῆς μάνδρας ὑπερχεόμενον· καίτοι γε οὐ μικρὰ τῶν προβάτων ἡ ἔπαυλις, ἀλλὰ στενὴν ποιεῖ τὴν εὐρυχωρίαν εὐθηνούμενον τῷ πλήθει τὸ ποίμνιον. Τοιοῦτόν τι καὶ περὶ τὸν Κύριον ὁ Πέτρος ἰδὼν ἀπεκρίνατο λέγων, ὅτι, *Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσιν.* Ὄντως, καθώς φησί που ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τὸ θλίβεσθαι καὶ μὴ στενοχωρεῖσθαι τοῦτό ἐστι. Παντὶ γὰρ, φησὶ, θλιβόμενοι, ἀλλ᾽ οὐ στενοχωρούμενοι. Ἐγὼ [B] δὲ τίνα προχειρίσομαι λόγον ἐπὶ τοῦ τοιούτου συλλόγου; Τίς δώσει μοι φωνὴν σάλπιγγος ὑψηλοτέραν, ὥστε ὑπερηχῆσαι τὸ πλῆθος, καὶ ταῖς ἀκοαῖς τῶν συνειλεγμένων ἐναποθέσθαι τὰ ῥήματα; Πρὸς τί τῶν ἀνεγνωσμένων τρέψας ἐμαυτοῦ τὴν διάνοιαν, πρόσφορον ἐξεύρω τοῖς παροῦσι τὸν λόγον; Πολὺς ὁ Ἰὼβ παιδεύων εἰς ἀνδρείαν τὸν βίον τοῖς καθ᾽ ἑαυτὸν ὑποδείγμασι, πολὺς ὁ Παροιμιαστὴς τοῖς αἰνίγμασι. Τί δ᾽ ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου, ὃς ἐκ τῶν ἀῤῥήτων ῥημάτων ἐκείνων ἃ ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην εἶναί φησι κατανόησιν, τάχα διὰ τῆς πρὸς Ἐφεσίους διδασκαλίας καὶ ἡμῖν ὑπελάλησε τὸν ἀπόῤῥητον ἐν τῷ σταυρῷ λόγον, δι᾽ αἰνιγμάτων ἀνακαλύπτων. Τοιαῦτα δὲ ἕτερα καὶ τὰ ἐκ τῆς ψαλμῳδίας μυστήρια, ἀνάμνησις, καὶ στηλογραφία, καὶ ἐπιλήνιος. Ταῦτα [C] γὰρ ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν ὑπαναγνωσθέντων ἡμῖν ψαλμῶν κατανοήσαντες, οὐ μικρὰν ὁρῶμεν ἀφορμὴν τῷ λόγῳ διὰ τῶν αἰνιγμάτων διδομένην. Ἀλλ᾽ ἐμοὶ τὸ μὲν τοῖς εἰρημένοις ἐπεξελθεῖν, εὔκαιρον εἶναι δοκεῖ δευτέρῳ ταμιεύσασθαι χρόνῳ· ἐπιθυμῶ δὲ τῆς παρούσης χάριτος πρόσφορόν τινα καὶ κατάλληλον ἐξευρεῖν τὴν φωνήν. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; Οἶδά τινα

ORATIO I (a).

Quas res existimo plerisque graves ac molestas esse, his ipse animo lætor. Molestum enim nimirum plerisque est comprimi inter sese et constipari : hoc vero mihi summæ lætitiæ est. Lætatur enim oculus pastoris, cum gregem præ multitudine coarctari, et ovile superfundi videt ; quanquam non exiguum ovium stabulum est, sed laxitatem angustam efficit multitudine grex abundans. Hujusmodi quid etiam circa Dominum Petrus conspicatus respondit his verbis : *Præceptor, turbæ te comprimunt et coarctant*[1]. Hoc plane est, ut alicubi inquit divinus Apostolus, premi, et non in angustias redigi. Dum in omni re, inquit, urgemini, et non in angustias redigimini. Ego vero quam promam orationem in ejusmodi conventu ? quis dabit mihi vocem tuba clariorem et magis sonoram , ut resonantia strepitum multitudinis superet, et in auribus congregatorum verba recondat ? ad quidnam eorum quæ (publice) lecta sunt, mente mea conversa rebus præsentibus convenientem et accommodatum excogitabo sermonem ? Multum valet Job in instituenda vita ad fortitudinem suis exemplis , multus in ænigmatis et verborum involucris scriptor Proverbiorum. Quid item de sacro Apostolo dixerit aliquis ? Qui ex arcanis illis verbis quæ supra captum et intellectum humanum esse ait , fortasse per doctrinam, qua instituit Ephesios, etiam nobis suggerit arcanum in cruce per ænigmata atque involucra verborum detegens sermonem. Hujusmodi item alia psalmodiæ quoque mysteria, recordatio , et tituli inscriptio, et ad torcularia celebrata cantio. His enim in inscriptionibus psalmorum , qui nobis prælecti sunt , animadversis , haud parvam videmus per ipsa ænigmata atque involucra verborum materiem dari orationi. Sed mihi quidem commodum vi-

[1] Luc. VIII, 45.

(a) Est autem principium potius orationis : nam cum tumultu ac strepitu certatim confluentis et sese constipantis in templo multitudinis exaudiri præterquam a proxime adstantibus non posset, in posterum diem rem distulit , et proxima oratione absolvit.

detur, ut explicationem eorum quæ dicta sunt in alterum tempus rejiciamus : cupio autem præsenti festivitati convenientem et accommodatam aliquam vocem excogitare. Quæ igitur est hæc? Novi quamdam legem naturæ propriam, ipsis divinis tabulis insculptam a conditore legis naturæ, quæ jubet ut omnibus bonis et officiis, quæcunque præstari possint, beneficia parentum suorum quisque compenset. *Honora*, inquit, *patrem tuum et matrem tuam : quod est mandatum primum in promissionibus, ut tibi bene sit*[2]. Quod si primum locum, quod attinet ad promissionem, obtinet hæc lex, et exsecutio hujus proprium lucrum servantis eam exsistit (honor enim parentibus habitus revertitur ad eum qui legem impleverit), haud alienum fuerit, quemque cordatum quidem certe ad hanc legem, cujus finis beneficium et gratia ejus qui eam exsecutus fuerit, exsistit, respicere, eamque observare. Ac carnis quidem nostræ parentes ætati suæ juxta destinatum sibi ab initio tempus ministerio præstito, honoris nostri debito officio non amplius opus habent, cum jampridem excesserint e vita, adeo ut non exstantibus iis qui beneficium accipiant, ejusmodi lex impleri non possit. Lex vero jubet nos in opere versantes consequi promissionem. Neque enim fieri potest ut cessantes in opere versantium præmia obtineant. Quid igitur agere oportet, parentibus non exstantibus, eum qui et promissionem assequi cupiat, et rationem excogitare non possit, qua ratione id quod expetit, obtineat? Profecto solvunt nobis prorsus hanc perplexitatem ea quæ oculis exposita sunt. Vos enim cum video, nullos alios opus habeo inquirere parentes. Vos enim estis patres mei, qui etiam ipsorum mihi patrum patres. Patria enim parentum, in se continet etiam parentum dignitatem. Quo igitur facto legem honoris vobis implebimus? Gratus enim quilibet et pius filius senilem patris ætatem suis officiis recreans et refocillans, sustentat atque confirmat vitium imbecillitatis, ipse patri omnium vicem præstans. Unde rejuvenescentem in filio patrem videri licet. Ac nonnunquam etiam manus senilis ac tremula juventutis vigore ac robore se reficiens et refocillans, fructus ex viribus juvenis quodammodo capit, et motus pedum, incurvatis jam membris labascens, filii studio suffulcientis sublevatus suam recipit efficaciam et vigorem. Quod si tempore visus obscuratus sit, per filium senex, dum manu ducitur ad res vitæ necessarias, visus acumen recipit, et perspicax evadit. Vos autem, qui mihi pro patria estis, non ii estis qui aliqua harum rerum indigeatis.

A νόμον τῆς φύσεως ἴδιον, αὐταῖς ταῖς θείαις πλαξὶν ἐντετυπωμένον παρὰ τοῦ νομοθέτου τῆς φύσεως· ὃς πᾶσαν ἀγαθὴν ἀμοιβὴν τοῖς ἰδίοις γονεῦσιν ἐκτιννύναι κελεύει, ὅσην ἂν ἡ δύναμις φέρει. *Τίμα γὰρ*, φησὶ, *τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίαις, ἵνα εὖ σοι γένηται.* Εἰ δὲ πρωτεύει κατ' ἐπαγγελίαν οὗτος ὁ νόμος, καὶ τὸ κατόρθωμα τούτου ἴδιον κέρδος τοῦ φυλάσσοντος γίνεται (ἐπαναστρέφει γὰρ ἡ εἰς τοὺς γονέας τιμὴ εἰς τὸν πεπληρωκότα τὸν νόμον)· καλῶς ἂν ἔχοι πάντα τόν γε νοῦν ἔχοντα πρὸς ταύτην βλέπειν τὴν ἐντολὴν, ἧς τὸ πέρας εὐεργεσία καὶ χάρις τοῦ ποιήσαντος γίνεται. Οἱ μὲν οὖν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρες, τῇ καθ' ἑαυτοὺς γενεᾷ κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ἀφορισθέντα χρόνον ὑπηρετήσαντες, ἀπροσ-
B δεεῖς εἰσι τῆς ἡμετέρας τιμῆς, ἔξω τοῦ βίου πάλαι γενόμενοι, ὡς μὴ δυνατὸν εἶναι τὸν τοιοῦτον πληρῶσαι νόμον, τῶν ὑποδεχομένων τὴν εὐποιίαν οὐκ ὄντων. Ὁ δὲ νόμος ἐνεργοῦντας ἡμᾶς ἐπιτυγχάνειν τῆς ἐπαγγελίας κελεύει. Οὐδὲ γάρ δυνατὸν τοὺς ἀργοῦντας ἔχειν τῶν ἐνεργούντων τὰ ἔπαθλα. Τί οὖν χρὴ πράττειν, τῶν γονέων οὐκ ὄντων, τὸν καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἐρῶντα, καὶ ὅπως ἂν τύχῃ τῆς σπουδῆς ταύτης ἀδυνατοῦντα; Ναὶ λύει πάντως τὴν ἀμηχανίαν ταύτην ἡμῖν τὰ ὁρώμενα. Ὑμᾶς γὰρ βλέπων, οὐδὲν δέομαι πατέρας ἄλλους περιεργάζεσθαι. Ὑμεῖς γὰρ ἐστέ μου πατέρες, οἱ καὶ αὐτῶν μοι τῶν πατέρων πατέρες. Ἡ γὰρ πατρὶς τῶν γεννησαμένων ἐν ἑαυτῇ περιέχει καὶ τὸ τῶν γεγεννηκότων ἀξίωμα. Τί οὖν ποιήσαντες τὸν
C τῆς τιμῆς ὑμῖν νόμον ἀποπληρώσομεν; Εὐγνώμων μὲν γάρ τις παῖς καὶ φιλόστοργος, τὸ γηραιὸν τῆς τοῦ πατρὸς ἡλικίας διὰ τῆς παρ' ἑαυτοῦ θεραπείας ἀνανεούμενος, ὑπερείδει τὸ σαθρὸν τῆς ἀσθενείας, αὐτὸς τῷ πατρὶ τὰ πάντα γενόμενος. Ὅθεν ἔστιν ἰδεῖν ἀνηβάσκοντα ἐν τῷ παιδὶ τὸν πατέρα. Καί που καὶ χεὶρ πρεσβυτικὴ καὶ ὑπότρομος, τῷ σθεναρῷ τῆς νεότητος ἑαυτὴν ἀναπαύουσα, ἐκκαρποῦται τοῦ νέου τὴν δύναμιν, καὶ ἡ τῶν ποδῶν κίνησις ἤδη τῇ ῥικνότητι τῶν μελῶν ἐποκλάζουσα, ἐνεργὸς διὰ τῆς τοῦ τέκνου σπουδῆς γίνεται, ὑπορθουμένη τῷ ὑπερείδοντι. Κἂν ἀμαυρωθῇ διὰ τὸν χρόνον ἡ ὄψις, πάλιν διὰ τοῦ παιδὸς ὁ πρεσβύτης ὀξυδερκὴς γίνεται, πρὸς τὰ τῆς ζωῆς ἀναγκαῖα χειραγωγούμενος. Ὑμεῖς δὲ ἡ πατρὶς,
D οὐχ οὕτως ἔχετε ὡς τούτων ἐπιδεῖσθαί τινος.

Quid igitur faciendo benedictionis mandati fructum percipiemus? Quod donum vobis gratum offeremus, cum nullum bonum vobis desit? An etiam ipsa narratio bonorum quæ vobis adsunt, pertineat ad debitum vobis honorem? Proinde tempus fuerit commemorandi quot et qualibus bonis vita vestra exornetur. Imo vero non commemorare (modo), verum etiam ostendere licet. Nunquid autem putatis hæc communia, quæque in promptu sunt, di-

Τί οὖν πράττοντες τὴν εὐλογίαν τῆς ἐντολῆς καρπωσόμεθα; Τί τῶν κεχαρισμένων ὑμῖν δωροφορήσομεν, μηδενὸς τῶν ἀγαθῶν ὑμῖν λείποντος; Ἢ καὶ αὐτὸ τὸ διηγήσασθαι τὰ προσόντα καλὰ, τιμῆς ἂν εἴη τῆς χρεωστουμένης ὑμῖν; Οὐκοῦν καιρὸς ἂν εἴη ταῦτα λέγειν, οἵοις καὶ ὅσοις ὁ ὑμέτερος βίος ἐγκαλλωπίζεται. Μᾶλλον δὲ οὐχὶ λέγειν, ἀλλὰ καὶ δεικνύειν πάρεστιν. Ἢ που δὲ οἴεσθε τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ πρόχειρα λέγειν; Γῆς εὐφορίαν, καὶ καρπῶν ἀφθονίαν,

[2] Ephes. VI, 2.

A καὶ ποταμὸν διαιροῦντα τὴν οἴκησιν; Τουτονὶ λέγω τὸν τῷ κύκλῳ τοῦ πεδίου τὸ ῥεῖθρον ἑαυτοῦ κατακλείοντα, καὶ λίμνην γινόμενον, ὃς καὶ πρὸ τοῦ λιμνάζειν καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἑκάστου χρείαν τῶν ἐνοικούντων τεμνόμενος, ἄλση τε καὶ λειμῶνας φιλοτεχνῶν διεξέρχεται, καὶ μυρίας παρέχει τοῖς οἰκοῦσι τὰς χάριτας, πρὸς πᾶσαν ἐπιθυμίαν τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως ἑαυτὸν διασχίζων. Ἄλλοι ταῦτα λεγέτωσαν, οἷς καὶ ὁ λόγος ὑπηρετεῖ πρὸς τὸν ὄγκον, καί τινα φέρει φιλοτιμίαν τοῖς γεγυμνασμένοις, ἐκ τῶν τοιούτων αὔξων τῇ πατρίδι τὸν ἔπαινον. Κοσμικὸς δέ τις ἀνὴρ, καὶ τῇ ζωῇ ταύτῃ τὰ καλὰ κρίνειν εἰδὼς, προστιθέτω τοῖς ἐπαίνοις, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ποταμῶν. Τοῦτον λέγω τὸν γείτονα, ὃς διὰ τὸ μέγεθος τοῖς ὀνομαστοῖς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμῶν ἐναρίθμιος ὢν, B ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρχόμενος ἐν χρόνῳ παραμείβει τὴν πόλιν, οὐ μικρὰν τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν εἰς προσθήκην κάλλους τε καὶ τῆς συνεργίας τοῦ βίου δι' ἑαυτοῦ συνεισφέρων. Κἂν οἰκιστὰς καταλέγειν δέῃ, κἂν ἐξ ἀποικίας τὰ γένη τῶν οἰκητόρων ἀποσεμνύνειν, κἄν τινα χειρὸς πολεμικῆς κατορθώματα τοῖς καθ' ἡμᾶς προσδιηγήμασι· τρόπαια, καὶ μάχαι, καὶ τὰ ἐξ ἀριστείας θαύματα, ὅσα συγγραφέων παῖδες βίβλοις ἐναπεθήκαντο, πόῤῥω ταῦτα τοῦ ἡμετέρου χοροῦ. Αἰσχύνεται γὰρ χριστιανὸς λόγος ἀπὸ τῶν ἔξω τῆς πίστεως τοῖς φιλοχρίστοις τὰς εὐφημίας χαρίζεσθαι, ὥσπερ οἱ τὴν σκιὰν τοῦ ἀριστέως πρὸ τῶν τροπαίων σεμνύνοντες. Οὐκοῦν τετράφθω πρὸς τὰ παρόντα ὁ λόγος, καὶ ὑπ' ὄψιν ἡμῖν ἀγαγέτω τὸν καρπὸν τὸν ὑμέτερον. C Σιγάσθω δὲ τὰ τοῦ κόσμου καλὰ, κἂν ἐκ περιουσίας πλεονάζῃ τῷ λόγῳ καὶ ἡ τοιαύτη τῶν ἐγκωμίων ὑπόθεσις. Οὐδὲ γὰρ ὁ οὐρανὸς ὅλος, ὃ δὴ κάλλιστόν τε καὶ μέγιστον τῶν ἐν τῇ κτίσει πάντων ἐστὶν, οὔτε αἱ τῶν φωστήρων αὐγαὶ, οὔτε τῆς γῆς τὸ πλάτος, οὔτε ἄλλο τι τῶν στοιχειωδῶς τῷ παντὶ ὑποκειμένων μέγα τι καὶ θαύματος ἄξιον οἶδεν ὁ θεόπνευστος λόγος. Πεπαίδευμαι τῷ θείῳ προστάγματι πρὸς μηδὲν τῶν παρερχομένων θαυμαστικῶς διατίθεσθαι.

cenda esse? Terræ fertilitatem, et fructuum copiam et abundantiam? Item amnem, qui dividit sedes vestras? Hunc dico, qui circulo atque ambitu campi fluentum suum includit, et lacus evadit: qui et ante et postquam restagnet, ad cujusque incolentium usum divisus et nemora et prata quasi de industria efficiens, cursum suum peragit atque erumpit, innumeraque habitantibus munera præbet et amœnitates, ad omnem cupiditatem et desiderium urbis incolarum sese dividens et scindens. Alii hæc commemorent, quorum etiam oratio ad gravitatem et amplitudinem accommodata est, atque exercitatis quamdam affert opinionem magnificentiæ atque splendoris, ab ejusmodi rebus patriæ laudem exaggerans et augens. Mundanus autem aliquis vir, quique ad hanc vitam accommodate bona judicare novit, laudibus, si videtur, adjiciat etiam alterum amnem, hunc dico vicinum, qui propter magnitudinem annumeratus iis qui per orbem terrarum clari amnes habentur, a nostra (regione) exoriens urbem proxime præterlabitur, haud parum gratiæ suæ atque commoditatis ad augendam pulchritudinem et vitæ adjumenta per sese conferens. Sive conditores urbis enumerare oportet, sive genera coloniæ incolarum celebrare, sive bellicæ manus res bene gestas nostris narrationibus adjicere: tropæa, prælia, fortiumque facinorum miracula, quæ scriptores libris inserere solent, procul hæc absint a nostro cœtu. Erubescit enim Christianus sermo ab iis rebus, quæ a fide alienæ sunt, Christi fidelibus amicis famæ tribuere commendationem, quemadmodum qui umbram viri fortis celebrant ante tropæa. Proinde ad præsentia sermo convertatur, et fructum vestrum nobis ante oculos ponat. Mundana vero bona, et ejusmodi argumentum laudandi, etiamsi magna dicenti copia suppeditari ex his possit, silentio prætereantur. Neque enim totum cœlum, quæ utique cum pulcherrima, tum maxima pars est in creatura rerum universarum, neque luminarium fulgores, neque terræ latitudinem, neque quidquam eorum quæ per elementa universitati subjecta sunt, magnum quiddam et admiratione dignum novit divinus sermo. Divino enim præcepto eruditus sum, nihil earum rerum quæ prætereunt, admirans.

D Εἰ οὖν πᾶς οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, καὶ ἅπαν τοῦ κόσμου παράγει τὸ σχῆμα, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· πῶς ἄν τις εὐπρεπὲς εἶναι νομίσειε, γῆς ἡμῖν καὶ ὕδατος εὐφορίαν εἰς ἀφορμὴν ἐπαίνων προβάλλεσθαι; Εἰ γὰρ καὶ πρόσεστι τῷ καθ' ὑμᾶς τόπῳ πλέον, ἢ καὶ ἐν ἄλλοις, τὰ τοιαῦτα τῆς γῆς προτερήματα, ἀλλὰ συγκρίσει τῶν ὑμετέρων καλῶν ἀντ' οὐδενὸς οἶδεν ἐκεῖνα παρατρέχειν ὁ λόγος. Οὐκοῦν πρὸς τὰ προτιμότερα τῇ φύσει ταῖς εὐφημίαις τρεπώμεθα. Ταῦτα δὲ οὐκέτι διὰ λόγων ἡμῖν δειχθήσεται, ἀλλ' εἰς αὐτὸ πάρεστι βλέπειν τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν καρπὸν τὸν ὑμέτερον, ὅτι ὑμεῖς τὸν τῶν μαρτύρων ἐβλαστήσατε στάχυν, τὸν πολύχουν τοῦτον, καὶ ὑπὲρ τοὺς τριάκοντα τῷ πλήθει τῶν καρπῶν πλατυνόμενον;

Si igitur totum cœlum et terra præteribunt, et omnis mundi species et habitus transit, ut inquit Apostolus [3]: qui possit aliquis decorum existimare, si terræ vobis et aquæ fertilitatem laudandi causa afferam in medium? Nam etiam locus vester plura habet ejusmodi commoda terræ quam alibi reperiantur: attamen comparatione vestrorum bonorum, tanquam res nullius pretii præterire illa novit oratio. Quare ad res natura præstantiores laudationem convertamus. Hæ autem vobis non amplius per verba ostendentur, sed licet in ipsum caput intueri vestrorum bonorum. Quis enim ignorat vestrum fructum, quod vos martyrum produxeritis spicam, fecundam hanc et copiosam, quæ ultra trigenarium numerum multitudine et copia frugum

[3] I Cor. vii, 31.

d lætatur? Videte sacrum hoc arvum, hinc martyrum manipuli collecti sunt. Quod si scire desideras de quo arvo dicam, ne procul ab eo, quod adest, circumspicias. Quis est iste locus qui amplectitur conventum? Quid tibi dicit anniversarius circuli ambitus? Quales hujus diei recordatio atque commemoratio refert tibi narrationes? Annon loquelæ quædam sunt, ut inquit Propheta [a], et sermones, quorum tantum non audiuntur voces eorum quovis sermone clarius miracula enarrantes? Si locum intuearis, ipse martyrum stadium esse ait: si diem consideraveris, tanquam præco quidam magnæ vocis et sonorus martyrum coronam pronuntiat. Hæc mihi videor ex die (ipsa) clamante audire; alius quidem dies luminarium creatione gloriatur; alius vero, cœlo; item alius lætatur et sibi placet propter fabricationem terræ. Mihi autem ad ornatum miracula martyrum sufficiunt; sufficit coronarum decore atque pulchritudine exornari; sufficit tropæis adversus diabolum erectis honestari atque decorari. Quales in me fuerunt narrationes? Qualis angelis per me facta est accessio? Qualem dedit terra fructum Deo? qualem Dominus in me consitionem consevit? Unde omnis etiam propemodum orbis terrarum hinc enatorum palmitum et surculorum propaginibus consitus est: tanquam vitis quædam copiosa, atque abundans, cum alias per sese vites efficit, tum ipsa non deficiens in suo permanet vigore. Hæc et ejusmodi nimirum cum diei festivitas, tum locus in quem convenistis, altera talia læta annuntiare videtur. Sed quid agam ad tantum populum, cum exili sim voce, linguaque tarda, qui superante sonitu ac fremitu sermonem vix astantibus in loco ita commodo loquar, ut exaudiri possit? Nam alioquin immoratus essem atque perseverassem in bonis narrationibus, quo pacto præclari contubernales quadraginta cum commune certamen, tum communem ubique coloniam inhabitationemque fecerunt, et quoquo versus dispertiuntur, et in variis locis conjuncti hospitio recipiuntur. Quocirca nemo qui particularem reliquiarum gratiam suscepit, non ex toto martyrum apparitionem recepit. Unus enim in Christo cum fuerint universi, per unum cum toto suo grege recipiuntur. Sed qui fieri potest ut oratio non injuriam faciat, quæ initium narrandi res ab iis gestas silentio prætermiserit? Quod est igitur initium? Adolescentia egregia, atque spectata, fides optima, cujus gratia electi omnes, decore ac pulchritudine insignes, ad ramos magnitudine proxime accedentes, in flore ætatis constituti. Videtisne vocem tumultu turbari, et strepitu sermonem interrumpi, ut nobis veluti pelago quodam æstuante, vocibus populi, inquam, jactatis necessario ad tranquillum silentii portum confugiendum sit? Quod si per gratiam Dei nobis etiam ad alteram partem orationis otium contigerit, cum silentio auscultantibus reliqua, quæ nunc prætermissa sunt ad narrationem pertinentia, auxilio Dei supplebuntur. Ei gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A Ὁρᾶτε τὴν ἱερὰν ταύτην ἄρουραν· ἐντεῦθεν τῶν μαρτύρων τὰ δράγματα. Εἰ ζητεῖς μαθεῖν τίνα λέγω τὴν ἄρουραν, μὴ πόῤῥω τοῦ παρόντος περισκοπήσῃς. Τίς ὁ τόπος ὁ περιέχων τὸν σύλλογον; Τί σοι λέγει ἡ ἐνιαύσιος τοῦ κύκλου περίοδος; Ποῖά σοι διηγήματα ἡ τῆς ἡμέρας ταύτης ὑπόμνησις ἥκει κομίζουσα; Ἆρ' οὐ λαλιαί τινές εἰσι, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, καὶ λόγοι, ὧν οὐχὶ μόνον ἀκούονται αἱ φωναὶ, αὐτῶν παντὸς λόγου εὐτονώτερον διηγούμεναι τὰ θαύματα; Ἂν εἰς τὸν τόπον ἀπίδῃς, αὐτὸς εἶναί φησι τῶν μαρτύρων τὸ στάδιον· ἂν τὴν ἡμέραν λογίσῃ, οἷόν τις κῆρυξ μεγαλόφωνος ἀνακηρύττει τῶν μαρτύρων τὸν στέφανον. Ταῦτά μοι δοκῶ τῆς ἡμέρας ἐμβοώσης ἀκούειν· ὅτι ἄλλη μὲν τῇ δημιουργίᾳ τῶν φωστήρων B σεμνύνεται, ἄλλη δὲ τῷ οὐρανῷ, καὶ ἑτέρα τῇ κατασκευῇ τῆς γῆς ἐπαγάλλεται. Ἐμοὶ δὲ ἀρκεῖ πρὸς κόσμον τὰ τῶν μαρτύρων θαύματα· ἀρκεῖ τῷ κάλλει τῶν στεφάνων ἐγκαλλωπίζεσθαι· ἀρκεῖ τοῖς κατὰ τοῦ διαβόλου τροπαίοις ἐπισεμνύνεσθαι. Οἷα γέγονεν ἐν ἐμοὶ διηγήματα! Οἷα γέγονε δι' ἐμοῦ τοῖς ἀγγέλοις προσθήκη! Οἷον ἔδωκεν ἡ γῆ τῷ Θεῷ τὸν καρπόν! Οἵαν ἐφύτευσε φυτείαν ἐν ἐμοὶ ὁ Κύριος! Ὅθεν καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ οἰκουμένη ταῖς παραφυάσι τῶν ἐντεῦθεν κλημάτων καταπεφύτευται, καθάπερ τις ἄμπελος εὐθηνοῦσα, καὶ ἄλλας δι' ἑαυτῆς ἀμπέλους ἐργάζεται, καὶ αὕτη διαμένει ἀνέκλειπτος. Ταῦτά τοι καὶ τὰ τοιαῦτα δοκεῖ τῆς ἡμέρας ἡ χάρις εὐαγγελίζεσθαι, καὶ ὁ τοῦ συλλόγου τόπος τοιαῦτα ἕτερα. Ἀλλὰ τί πάθω πρὸς λαὸν τοσοῦτον, ἰσχνόφωνός τις ὢν ἐγὼ C καὶ βραδύγλωσσος, καὶ μόγις τοῖς παρεστῶσιν ἐν ἐπηκόῳ φθεγγόμενος, ὑπερηχοῦντος τοῦ ἤχου τὸν λόγον; Ἢ γὰρ ἂν ἐνδιέτριψα τοῖς ἀγαθοῖς διηγήμασιν, ὅπως ἡ καλὴ συσκηνία τῶν τεσσαράκοντα, κοινὴν μὲν τὴν ἄθλησιν, κοινὴν δὲ πανταχοῦ τὴν ἀποικίαν πεποίηνται, καὶ πανταχοῦ καταμερίζονται, καὶ μετ' ἀλλήλων ἐπιξενοῦνται τοῖς τόποις. Οὐκοῦν οὐδεὶς μερικὴν τῶν λειψάνων χάριν ὑποδεξάμενος, οὐκ ἐκ τοῦ παντὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῶν μαρτύρων ἐδέξατο. Εἷς γὰρ ἐν Κυρίῳ γεγονότες οἱ πάντες, δι' ἑνὸς μετὰ παντὸς τοῦ πληρώματος ἑαυτῶν εἰσοικίζονται. Ἀλλὰ πῶς ἔστι μὴ ἀδικῆσαι τὸν λόγον, τὴν ἀρχὴν τῶν κατ' αὐτοὺς διηγημάτων σιγήσαντα; Τίς οὖν ἐστιν ἡ ἀρχή; Νεότης ἀγαθὴ καὶ περίβλεπτος, πίστις ἀρίστη, δι' D ἣν οἱ πάντες ἐξειλεγμένοι, κάλλει διαπρεπεῖς, ἔρνεσι τὸ μέγεθος παραπλήσιοι ἐν ἄνθει τῆς ὥρας. Ὁρᾶτε τὴν φωνὴν τῷ θορύβῳ ταρασσομένην, καὶ τὸν λόγον τῷ ἤχῳ διακοπτόμενον, ὥστε ἡμᾶς οἷόν τινι πελάγει κυμαινομένῳ ταῖς φωναῖς τοῦ λαοῦ χειμασθέντας, ἀναγκαίως ἐπὶ τὸν ἀκύμαντον τῆς σιωπῆς καταφεύγειν λιμένα; Εἰ δὲ γένοιτο ἡμῖν κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ τὰ δεύτερα τοῦ λόγου σχολὴ ἐν ἡσυχίᾳ τῆς ἀκροάσεως, τὰ νῦν ἐλλειφθέντα συνεργίᾳ τοῦ Θεοῦ πληρωθήσεται. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Psal. XVIII, 5.

ΛΟΓΟΣ Β'.

A

Χθὲς οἱ μάρτυρες πρὸς ἑαυτοὺς τὸν λαὸν ἐκάλουν· νῦν τῷ καταγωγίῳ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιξενοῦνται αὐτόκλητοι. Νόμος δέ τίς ἐστι συμποτικὸς, τὰς ἐγκυκλίους ταύτας ἑστιάσεις παρὰ τῶν δαιτυμόνων ἀλλήλοις ἐκ περιτροπῆς ἐπιδίδοσθαι. Οὐκοῦν ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς τὸν αὐτὸν ἀντιπληρῶσαι τοῦ δείπνου τοῖς μάρτυσιν ἔρανον. Ἀλλ' ἐπειδὴ πένεται ἡμῖν ἡ χορηγία τοῦ λόγου, καλῶς ἔχει τοῖς παρ' αὐτῶν ἐκείνων λειψάνοις ἡμᾶς δεξιοῦσθαι, τοὺς χθὲς μὲν ἑστιάτορας, σήμερον δὲ δαιτυμόνας. Ἀρκεῖ γὰρ καὶ βραχύ τι μέρος ἐκ πλουσίας τραπέζης, μεγάλης εὐωχίας γενέσθαι παρασκευὴν, ὅταν τοιοῦτον λείψανον ᾖ. Τί οὖν τοῦτο τὸ λείψανον; Μέμνησθε πάντως ἐν τίνι ἦμεν τοῦ λόγου, ὅτε ὁ εὐκταῖος ἐκεῖνος καὶ ἡδὺς ἡμῖν ἐκ τοῦ πλήθους τῶν συνειλεγμένων θόρυβος συνέχεε τὴν **B** τῶν λεγομένων ἀκρόασιν, ὅτε ἡ ἔμψυχος ἐκείνη τῆς ἐκκλησίας θάλασσα τῷ πλήθει τῶν ἐπεισρεόντων πλημμυροῦσα, πρὸς τὴν ῥοπὴν τῶν ἀεὶ βιαζομένων ἐκύμαινε, μιμουμένη καὶ τῷ ἤχῳ τὴν ὄντως θάλασσαν, οἷον αὐταῖς ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν προσρηγνῦσα τῶν κυμάτων τὸν ψόφον. Ἐν τίσι τοίνυν κατελίπομεν χειμασθέντα τῷ θορύβῳ τὸν λόγον, μέμνησθε πάντως οἷς μεμελέτηται διὰ μνήμης ἔχειν τοὺς μάρτυρας. Ἦν δὲ, ὡς οἶμαι, ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου αὕτη, ὅτι οὐ τῶν τυχόντων ἦσάν τινες οἱ εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐξειλεγμένοι, οὐδέ τις σύμμικτος καὶ ἀνώνυμος ὄχλος, ἐκ ταπεινῶν ἐπιτηδευμάτων ὁρμηθέντες, πρὸς τὸ ἀξίωμα τοῦτο ἐπήρθησαν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν δι' εὐφυΐαν σώματος, κάλλει καὶ δυνάμει καὶ ῥώμης πε- **C** ριουσίᾳ τῶν λοιπῶν διενεγκόντες, τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐνηριθμήθησαν· μετὰ ταῦτα δὲ τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ καὶ πολιτείᾳ σώφρονι διαπρέψαντες, ὥσπερ τι γέρας καὶ ἀριστεῖον τὴν χάριν τῆς μαρτυρίας τελειωθέντες ἐδέξαντο. Καὶ εἰ δοκεῖ ὡς ἂν ἡδίους γενοίμεθα, πάντα τὰ τῶν μαρτύρων ἐφεξῆς ἀναλάβωμεν, οἷον ὑπ' ὄψιν ἄγοντες τῷ παρόντι θεάτρῳ τὴν ἄθλησιν.

ORATIO II.

Heri martyres ad sese populum vocabant; nunc hospitio Ecclesiæ ipsi sese offerentes excipiuntur. Lex autem quædam convivialis est, ut circulares et vulgares istas epulas alii aliis convivis certa vicissitudine præbeant in orbem. Igitur necesse est, ut etiam nos contra martyribus parem cœnæ gratiam referamus, et idem officium præstemus. Sed quoniam nostra facultas orationis inops et exigua est, haud incommodum fuerit, si ab illis ipsis sumptis reliquiis excipiamus eos qui heri quidem convivatores et epuli præbitores erant, hodie vero convivæ sunt. Sufficit enim vel exigua quædam de divite mensa pars, cum tales reliquiæ fuerint, ad magni epuli apparatum. Quæ sunt igitur hæ reliquiæ? Meministis prorsus in qua parte orationis hærebamus, cum optatus ille et jucundus nobis ex multitudine congregatorum tumultus confundebat eorum quæ dicebantur auscultationem: cum animatum illud Ecclesiæ mare multitudine aliorum super alios confluentium et ingruentium inundans, ad impetum et impulsionem eorum qui semper vi irrumperent, fluctuaret et æstuaret, sonitu quoque ipso verum imitans mare, veluti rupibus littoralibus auribus nostris undarum strepitum infringens et illidens. In quibus igitur tumultu quasi tempestate jactatam reliquerimus orationem, meministis prorsus, quibus recordatio martyrum curæ est. Erat autem continuatio, opinor, et contextus orationis hic, quod non ex gregariis et vilibus quidam essent, qui ad hoc certamen electi sunt, neque promiscuum quoddam et obscurum vulgus ex humilibus exercitiis et studiis profecti ad hanc dignitatem evecti essent; sed primum quidem propter bona atque commoda corporis decore et viribus et robore superante reliquos præcedentes militaribus numeris ascripti essent: deinde vero sobrio atque cum virtute conjuncto vitæ instituto cum excelluissent, tanquam præmium quoddam decorandæ et honestandæ virtutis ergo gratiam martyrii consummati accepissent. Ac si videtur, quo oratio nostra magis jucunda efficiatur, omnem rem gestam a martyribus deinceps ordine repetamus, tanquam in conspectu huic theatro ipsam certationem adducentes.

Ἦν τι τάγμα στρατιωτικὸν παλαιὸν κατὰ τὴν γείτονα πόλιν παντὸς τοῦ ἔθνους πρὸς τὰς τῶν βαρβάρων ὁρμὰς προκαθήμενον· ἐκείνοις ἔκ τινος προϋπαρ- **D** χούσης θεόθεν ἐπιφανείας, πλεῖον ἡ πίστις τῶν τακτικῶν ἐσπουδάζετο. Καὶ ἴσως οὐκ ἄκαιρον ἕν τι κατόρθωμα τῆς πίστεως τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐν παραδρομῇ διηγήσασθαι. Συστάντος γὰρ αὐτοῖς ποτε τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου, καὶ τῶν ἐπικαίρων πάντων προκαταληφθέντων ὑπὸ τῆς τῶν ἐναντίων στρατιᾶς, καὶ τῶν ὑδάτων ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ἐξουσίᾳ γεγενημένων, εἰς ἔσχατον ἐλθόντες κίνδυνον, εἴτε δι' ἀπειρίαν τῶν τὰ ἡμέτερα στρατηγούντων, εἴτε διά τινα κρείττονα καὶ θειοτέραν οἰκονομίαν, ὡς ἂν μάλιστα καὶ διὰ τούτου φανείη τῶν Χριστιανῶν τὸ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους διάφορον· ἐπειδὴ οὐκ εἶχον ὅ τι χρήσονται τοῖς παροῦσι, καὶ πολλή τις ἦν ἡ ἀμηχανία, οὐδεμιᾶς αὐτοῖς πίδακος ἢ ἀποῤῥοίας ὑδάτων ἐμφαινομένης τῷ τόπῳ, καὶ κίνδυνος ἦν ὑποκύψαι τοῖς

Erat vetus quædam circa vicinam urbem militum manus, præsidium totius gentis adversus impetus barbarorum. Illis ex quadam ante oblata divinitus apparitione, majori studio fides erat, quam res ac disciplina militaris. Ac forsitan non intempestivum fuerit unum quoddam fidei virorum illorum facinus egregium obiter commemorare. Bello enim eis adversus barbaros aliquando conflato, cum omnibus locis opportunis ab exercitu hostium præoccupatis, aquæ quoque in eorum potestate essent, ad extremum periculum redacti, sive imperitia nostrorum ducum, sive meliore et divino magis consilio atque dispositione, ut vel per hoc maxime appareret quid interesset inter Christianos atque externos et a fide alienos: cum nulla ratione rebus præsentibus mederi possent, magnaque trepidatio atque desperatio esset, cum nullus fons in eo loco, aut aliunde provenientis aquæ facultas eis appa-

reret, periculumque esset ne siti expugnati ab adversariis subigerentur: tunc præclari illi atque egregii, omisso armorum præsidio, invictum cuive resisti non posset auxilium in formidabilibus ejusmodi implorandum sibi statuerunt. Relictis enim in castris iis qui nondum fidem receperant, ac per se separati, imitantur id quod tempore Eliæ prophetæ factum est miraculum, communi atque conjuncta voce precibus petentes, ut ex rebus desperatis in quas incidissent, eriperentur. Atque illi quidem precabantur; preces vero extemplo in opus convertebantur. Cum enim adhuc ipsi in oratione genibus flexis perseverarent, flatu violento nubes alicunde coacta sublimis in aere castris hostium imminebat: deinde fragoribus ingentibus superintonans, et fulgurum in subjectos incendia immittens, aquam fluminibus abundantiorem præcipitabat, adeo ut adversariis quidem tum continentia fulmina, tum continuationis imbrium vis extremi exitii causa exsisteret; his vero, qui precum aciem opposuerant, ad utraque sufficeret, tam ad vincendos hostes quam ad sitis levamen, quippe defluentibus torrentibus abunde potum ipsis suppeditantibus. His igitur adjunctus est etiam noster cœtus eorum, qui de exercitu narrationibus illis etiam ipsi circa fidem confirmati, et in iisdem studiis et exercitiis innutriti in tantam animi indolem ac magnitudinem evecti sunt, ut excellentia virtutis adversus sese invidiam excitaverint. Quemadmodum enim didicimus ex iis quæ nunc nobis ex historia Jobi prælecta sunt, quod adversarius humanæ vitæ injuriam sibi fieri putaret quod Job virtutis nomine clareret ac bene audiret, et idcirco eum deposceret ad tormentum, quod offenderet ac molestia afficeret eum Job, qui verax, justus et inculpatus esset: eodem modo hostis et invasor bonorum, improbo oculo vidit magnos hos pugiles, et non tulit canitiem morum, quam in juvenili ætate animadvertebat. Vidit corporum florem continentia atque sobrietate ornari: vidit armatum quemdam chorum, per exercitum eos Deo choreas ducentes, pulchros aspectu, oculis torvos et terribiles, excelsum animum, et spiritus contumaces, pedum velocitatem, vires excellentes, convenientem, aptam et commodam membrorum compactionem, in omnibus, quæ ipsis adessent, commodis animi virtutem suo splendore corporis bona superantem. Inambulat etiam per illos in invidia, qui per orbem terrarum obambulat. Vidit non unum hominem veracem, sed catervam divinam tot virorum, qui omnes veraces, justi, Dei cultores erant, deposcit etiam illos ad suum arbitrium. Ac primum quidem duci copiarum insano simulacrorum cultui dedito persuadere conatur, non aliter eum de barbaris victoria potiturum esse, nisi prius mactaret eos qui Christi nomen adorarent.

A ἐναντίοις ἐκπολιορκηθέντας τῷ δίψει· τότε καταλιπόντες οἱ γενναῖοι τὴν ἐκ τῶν ὅπλων βοήθειαν, ἔγνωσαν τὴν ἄμαχον καὶ ἀκαταγώνιστον ἐν τοῖς φοβεροῖς ἐπικαλέσασθαι συμμαχίαν. Ἀφέντες γὰρ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τοὺς μήπω παραδεδεγμένους τὴν πίστιν, καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἰδιάσαντες, μιμοῦνται τὴν ἐπὶ Ἠλίου τοῦ προφήτου γενομένην θαυματουργίαν, κοινῇ τῇ φωνῇ καὶ συντεταγμένῃ λύσιν αὐτοῖς ἐξ ἀμηχάνων γενέσθαι τῆς συμφορᾶς αἰτησάμενοι. Καὶ οἱ μὲν ηὔχοντο· ἡ δὲ εὐχὴ παραχρῆμα ἔργον ἐγίνετο. Ἔτι γὰρ αὐτῶν τῇ γονυκλισίᾳ προσκαρτερούντων, πνεύματι βιαίῳ νεφέλη ποθὲν ἀποληφθεῖσα, μετέωρος ὑπὲρ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον ἵστατο· εἶτα βροντὰς ἐξαισίους ἐπικτυπήσασα, καὶ ἀστραπὰς φλογώδεις κατὰ τῶν ὑποκειμένων ἐξάψασα, κατεῤῥήγνυεν B ὕδωρ ποταμῶν ἀφθονώτερον· ὥστε τοῖς μὲν ὑπεναντίοις, καὶ τῶν σκηπτῶν τὴν συνέχειαν, καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπομβρίας αἴτιον γενέσθαι παντελοῦς καταφθορᾶς· τούτοις δὲ τοῖς διὰ τῶν εὐχῶν παραταξαμένοις, ἱκανὸν πρὸς ἀμφότερα γενέσθαι, πρός τε τὴν νίκην τῶν ἀντιτεταγμένων, καὶ πρὸς τὴν παραμυθίαν τῆς δίψης, τῆς τῶν χειμάῤῥων ἀποῤῥοῆς ἀφθόνως αὐτοῖς τὸν πότον χορηγούσης. Τούτοις τοίνυν συνετάχθη ὁ ἡμέτερος τῆς στρατιᾶς χορὸς, ἀπ' ἐκείνων τῶν διηγημάτων καὶ αὐτοὶ περὶ τὴν πίστιν κυρωθέντες, καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐντραφέντες ἐπιτηδεύμασιν, εἰς τοσοῦτον μεγαλοφυΐας ἐπήρθησαν, ὥστε τῷ περιόντι τῆς ἀρετῆς καθ' ἑαυτῶν ἀναστῆσαι τὸν φθόνον. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν νῦν ὑπαναγνωσθέντων ἡμῖν ἐκ τῆς τοῦ Ἰὼβ ἱστορίας ἐμάθομεν, ὅτι ἀδίκημα ἑαυτοῦ ἐποίει ὁ ἀντίπαλος τῆς C ἀνθρωπίνης ζωῆς τὴν τοῦ Ἰὼβ εὐδοκίμησιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξῃτεῖτο πρὸς αἰκισμὸν, ὅτι ἐλύπει αὐτὸν ὁ Ἰὼβ, ἀληθινὸς καὶ δίκαιος καὶ ἄμεμπτος ὤν· τὸν αὐτὸν τρόπον εἶδε πονηρῷ τῷ ὀφθαλμῷ ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιφυόμενος τοὺς μεγάλους τούτους ἀγωνιστὰς, καὶ οὐκ ἤνεγκε πολιὰν ἠθῶν ἐν ἡλικίας νεότητι βλέπων. Εἶδε σωμάτων ἄνθος, ἐν σωφροσύνῃ κοσμούμενον· εἶδεν ἐνόπλιόν τινα χοροστασίαν, διὰ τῆς στρατιᾶς αὐτοὺς τῷ Θεῷ χορεύοντας, καλοὺς προσιδεῖν, βλοσυροὺς τὸ ὄμμα, γαύρους τὸ φρόνημα, τάχος ποδῶν, περιουσίαν δυνάμεως, συμμετρίαν μελῶν, ἐν πᾶσι τοῖς προσοῦσιν αὐτοῖς προτερήμασι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν τῆς σωματικῆς εὐκληρίας ὑπεραστράπτουσαν. Ἐμπεριπατεῖ καὶ δι' ἐκείνων τῷ φθόνῳ, ὁ D ἐμπεριπατῶν τὴν οἰκουμένην. Εἶδεν οὐχ ἕνα ἄνθρωπον ἀληθινὸν, ἀλλὰ σύστημα θεῖον τοσούτων ἀνθρώπων, πάντων ἀληθινῶν, δικαίων, θεοσεβῶν· ἐξαιτεῖται κἀκείνους εἰς τὸ ἴδιον βούλημα. Καὶ πρῶτον μὲν εἰδωλομανοῦντι τῷ τῆς στρατιᾶς ἄρχοντι σύμβουλος γίνεται, μὴ ἂν ἄλλως ὑπερσχεῖν τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων νίκης, εἰ μὴ τοὺς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ προσκυνοῦντας προθύσαιτο.

His autem propter egregiam confessionem quamprimum designatis, et ultro ad consummationem passionis confugientibus, statim eos gladio interficere (quasi mite quoddam ac benignum genus mortis id esset) inimicus recusavit, sed vinculis

Ἀναδειχθέντων δὲ τούτων ὡς τάχιστα διὰ τῆς ἀγαθῆς ὁμολογίας, καὶ αὐτομολούντων πρὸς τὴν διὰ τοῦ πάθους τελείωσιν, τὸ μὲν εὐθὺς ἐπαγαγεῖν τὸν διὰ τοῦ ξίφους θάνατον (ὥς τι φιλάνθρωπον) ὁ Ἐχθρὸς παρῃτήσατο, δεσμοῖς δὲ τοῖς ἐκ σιδήρου καταπιέσας,

ταύτην ἐποιεῖτο τὴν τῆς τιμωρίας ἀρχήν. Τοῖς δὲ ἦν ἄρα καὶ ὁ δεσμὸς ἐγκαλλώπισμα, καὶ θέαμα γλαφυρὸν καὶ ἡδὺ Χριστιανῶν ὀφθαλμοῖς, νεότης ἐξειλεγμένη ἀριθμῷ τοσούτῳ, κάλλει διαπρεπὴς, ἡλικίᾳ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, πάντες κατὰ ταὐτὸν μετ' ἀλλήλων τῷ δεσμῷ συνηρμόζοντο, ὥσπερ τις στέφανος ἢ ὅρμος περιαυχένιος ἰσομεγέθεις μαργαρίτας ἐν κύκλῳ διειλημμένους ἔχων· τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἅγιοι, καὶ διὰ πίστεως ἡνωμένοι, καὶ διὰ τῶν δεσμῶν πρὸς ἀλλήλους σφιγγόμενοι. Ὄντες γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος καλοὶ, προσθήκη τοῦ κάλλους ἀλλήλοις ἐγίνοντο. Οἷον ἐπὶ τῶν οὐρανίων συμβαίνει θαυμάτων, ὅταν δι' αἰθρίας καὶ καθαρᾶς ἡ τῶν ἀστέρων χάρις δι' ἀλλήλων ποικίλληται, ἑκάστου τὴν οἰκείαν αἴγλην εἰς τὸν κοινὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ συνεισφέροντος. Τοιοῦτον ἦν τῶν ἁγίων τὸ θέαμα, ὄντως, καθώς φησί που Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης, ὅρασις λαμπάδων συστρεφομένων. Ἐμφιλοχωρεῖ ὁ λόγος τῷ κάλλει τῆς ὥρας. Οἶδεν γὰρ, καθὼς ἡ Σοφία φησὶν, ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων καὶ τὸ ἐν κρυπτῷ κάλλος ἀναλογίζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης διὰ τοῦ φαινομένου διέλαμπε, καὶ ὁ φαινόμενος ἄνθρωπος ἄξιον ἦν τοῦ ἀφανοῦς οἰκητήριον. Ὡς καλὸν τοίνυν ἦν τότε τοῖς ὁρῶσι τὸ θέαμα! καλὸν λέγω τοῖς τὰ καλὰ βλέπειν ἐθέλουσι, καλὸν ἀγγέλοις, καλὸν ταῖς ὑπερκοσμίαις δυνάμεσι· πικρὸν δὲ τοῖς δαίμοσι, καὶ ὅσοι τὰ τῶν δαιμόνων ἠσπάζοντο, ἄνθρωποι (εἴπερ ἄνθρωποι, οἱ τοσοῦτον ἀνεστηκότες τῷ μεγαλείῳ τῆς φύσεως) στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁπλῖται, τῆς πίστεως πρόμαχοι, πύργοι τῆς θείας πόλεως· οἳ πᾶσαν αἰκισμῶν τιμωρίαν, πᾶσαν φόβων ἐπανάστασιν, πᾶσαν ἀπειλῆς προσβολὴν, ὥς τινα παιδίων ἄνοιαν κατεχλεύαζον· καθάπερ οὐχὶ τὰ σώματα ταῖς αἰκίαις ἐκδόντες, ἀλλὰ τὰς τῶν σωμάτων σκιάς· οἳ σαρκὶ τὴν σάρκα καταπαλαίσαντες, καὶ τῇ πρὸς τὸν θάνατον ὑπεροψίᾳ πάντων τῶν τυραννικῶν φόβων ὑπερφρονήσαντες, ὑψηλότεροι τῶν ἀνθρωπίνων μέτρων ἐδείχθησαν. Ὢ καλῶς τοῖς σωματικοῖς τροπαίοις ἐμμελετήσαντες! Ὢ καλῶς μετενεγκόντες τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν εἰς τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου παράταξιν· οὐ ξίφει τὰς χεῖρας ὁπλίσαντες, οὐδὲ τὸν ἐκ τοῦ ξύλου θυρεὸν προβαλλόμενοι, οὐδὲ χαλκῇ περικεφαλαίᾳ, καὶ κνήμισι περιφραξάμενοι, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν ἀναλαβόντες, ἣν διαγράφει ὁ στρατηγὸς τῆς Ἐκκλησίας, ὁ θεῖος Ἀπόστολος, θυρεὸν, καὶ θώρακα, καὶ περικεφαλαίαν, καὶ μάχαιραν· οὕτως ἐχώρουν κατὰ τῆς ἐναντίας δυνάμεως. Ἐστρατήγει δὲ τούτων μὲν ἡ οὐρανία χάρις· τῆς δὲ τοῦ διαβόλου παρατάξεως, ὁ ἔχων τοῦ θανάτου τὸ κράτος. Τόπος δὲ τῆς παρατάξεως αὐτοῖς, τὸ τῶν μιαιφόνων δικαστήριον ἦν· ἐν ἐκείνῳ συστάντες διηγωνίζοντο, οἱ μὲν ἀπειλαῖς ἀκροβολιζόμενοι, οἱ δὲ διὰ τῆς ὑπομονῆς ἀμυνόμενοι.

A ferreis alligens, hinc supplicii initium fecit. At illis sane etiam vincula ornamento erant, et elegans atque jucundum Christianorum oculis spectaculum juventus electa in tanto numero, pulchritudine insignis, ætate cæteris præstans, omnes simul eodem inter se nexu copulabantur, veluti corona quædam aut torques et monile circum collum magnitudine paribus undique margaritis digestis atque distinctis insigne: tales erant sancti, qui et per fidem uniti, et per vincula inter se constricti erant. Cum enim unusquisque per se pulchri essent, accessio atque incrementum pulchritudinis alter alteri erant. Quale in cœlestibus accidit miraculis, cum serena ac pura nocte stellarum decor alius per alium distinguitur et ornatur, unaquaque earum B suum splendorem ad communem ornatum cœli simul contribuente: tale erat sanctorum spectaculum, vere, ut alicubi inquit Ezechiel propheta [5], visio lampadum discurrentium. Lubenter pulchritudini formæ et ætatis oratio immoratur. Solet enim, ut inquit Sapientia [6], ex magnitudine pulchritudinis creaturarum etiam ea quæ est in occulto, pulchritudo æstimari, quoniam et animi puritas per id quod apparebat, elucescebat: et is qui apparebat homo, dignum domicilium erat ejus qui latebat, et visum effugiebat. Quam pulchrum igitur tunc intuentibus erat spectaculum? pulchrum, inquam, iis qui pulchra atque præclara contueri volunt, pulchrum angelis, pulchrum supramundanis virtutibus; acerbum vero dæmonibus, et quot- C quot dæmonum cultum amplectebantur, homines (si modo homines dicendi, qui tanta magnitudine indolis excelluerunt), milites Christi, sancti Spiritus armigeri, fidei antesignani, turres divinæ civitatis, qui omnem tormentorum pœnam atque contumeliam, omnes terrores ingruentes, omnem minarum vim, tanquam puerilem quamdam amentiam deridebant. Perinde ac si non corpora verberibus præberent, sed corporum umbras: qui cum carne carnem devicissent, et contemptu mortis, omnes tyrannorum terrores magnitudine animi superassent, humana conditione superiores visi sunt. O qui præclare exercitati sunt, qui peritiam bellandi in aciem adversus diabolum instructam D translulerunt! non gladio manus armantes, neque clypeum ligneum objicientes, neque ærea galea, ocreisque muniti, sed armaturam Dei sumentes: quam prætor et dux Ecclesiæ, divinus ille Apostolus describit [7], scutum et loricam, et galeam, et gladium, ita tendebant adversus copias adversariorum. Dux autem erat horum quidem cœlestis gratia, diaboli autem aciei, is qui mortis imperium tenet. Locus eis aciei, nefariorum et sanguinariorum tribunal erat: illic congressi decertabant, illi quidem minis pugnam lacessentes: hi vero per patientiam propulsantes et resistentes.

Πρότασις ἦν παρὰ τῶν ὑπεναντίων, ἐξόμνυσθαι τὴν εἰς τὸν Κύριον πίστιν, ἢ ζημιοῦσθαι θανάτῳ.

Proponebatur ab adversariis, ut vel fidem in Dominum abjurarent, vel morte multarentur; et

[5] Ezech. I, 13. [6] Sap. XIII, 5. [7] Ephes. VI, 11 sqq.

respondebatur a viris fortibus, se velle usque ad mortem permanere in sermone. Ignis sub hæc intendebatur, et gladius et barathrum, et quæcunque sunt alia nomina suppliciorum. Una vox ad hæc omnia audiebatur, Christus, quem ore sancti illi confitebantur. Hoc erat adversariorum vulnus, hanc cuspidem adversariis objiciebant, per hanc vocem in medio corde vulnus adversarius accepit, hic est lapis, qui per manum Davidis funda emittebatur, qui a galea adversarii, quo destinatus erat, non aberravit. Nam Christi confessio, boni militis funda exsistit: cadit inimicus, et caput amittit [8]. Verum quasi habenis excussis oratio præterlapsa est, et terminos transiliit, et ad audendum non dicenda proferre provehitur, quasi spectatrix fuerit earum rerum quæ visum effugiunt, quod ob ejusmodi vocem, quæ Christum libere confitebatur, supra plausus erat et laus a sanctis angelis, item acclamatio fausta cœlestis urbis civium applaudentium rei bene gestæ, ad hæc gaudium universi cœlestis conventus. Quale enim angelis in mundo hominum conflatum est spectaculum? qualem conflictum diaboli et hominum viderunt nostræ vitæ spectatores? Quam contrarium priori pugnæ congressum habuit, cum serpens Adamum devicit? Ne unum quidem homo tunc sustinuit impetum mali, quo per quemdam speciosum prætextum et escam petitus erat: sed simul atque ille irruit, etiam hic ruina eversus est. In his vero omnibus vani et inefficaces erant inimici conatus. Spem ostendebat, hi vero respuebant: terrores intendebat, hi vero deridebant. Unus eis metus solus erat, ne a Christo sejungerentur; unum bonum, esse cum Christo solo; cætera vero omnia, risus et umbra, nugæque et somniorum visis similia. Propterea oratio de iis quæ aspectum effugiunt, loqui sustinet, et ait quod omnis supramundanus exercitus ob rem quæ egregie ab athletis istis gerebatur, lætaretur. Adhuc oratio in rebus non tentandis sese effert et audet: adhuc supramundana sustinet narrare, quod cum hæ res nimirum hic prospere gererentur in conflictu contra adversarios, justus certaminis institutor ac præses coronas victoribus destinatas proferebat, et imperator divini exercitus præmia victoribus præparabat, et Spiritus sanctus variis donis eos excipiebat. Quoniam enim fidem in Trinitatem profitebantur, idcirco gratia quoque eis a Trinitate referebatur. Quænam autem ea gratia erat? Hoc ipsum ut præstantiores primis athletis, Adamo, inquam, et Eva demonstrarentur. Illi stantem humanam naturam per peccatum dejecerunt, hi oppressam ruina superiorum per patientiam rursus erexerunt. Illi ex paradiso in terram ejecti sunt; isti hinc ad paradisum emigrarunt. Illi mortem adversus seipsos armarunt (arma enim mortis, inquit, est peccatum); hi mortem peccato armatam sua virtute atque fortitudine tolerandis in-

[8] I Reg. XVII, 23 sqq.

A Ἀπόκρισις παρὰ τῶν ἀριστέων, μέχρι θανάτου παραμένειν τῷ λόγῳ. Πῦρ ἐπὶ τούτοις ἠπείλητο, καὶ ξίφος, καὶ βάραθρον, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν κολαστηρίων ὀνόματα. Μία φωνὴ πρὸς ταῦτα πάντα ἠκούετο, Χριστὸς ἐν τοῖς στόμασι τῶν ἁγίων ὁμολογούμενος. Αὕτη ἦν ἡ τῶν ἐναντίων πληγή. Ταύτην προέτεινον κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τὴν αἰχμήν. Διὰ ταύτης τῆς φωνῆς μέσην ἐτρώθη τὴν καρδίαν ὁ Ἀντικείμενος. Οὗτος ὁ λίθος ἐστὶν ὁ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Δαβὶδ σφενδονούμενος, ὁ τυχὼν τῆς περικεφαλαίας τοῦ Ἀντικειμένου. Ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογία, σφενδόνη γίνεται τοῦ καλοῦ στρατιώτου. Πίπτει ὁ Ἐχθρὸς, καὶ ἀκέφαλος γίνεται. Ἀλλὰ παρηνέχθη ἀφηνιάσας ὁ λόγος, καὶ ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἐξάλλεται, καὶ τῶν ἀῤῥήτων κατατολμᾷ, καὶ λέγειν προάγεται, ὡς παρεῖθεα τῆς τῶν ἀοράτων γενόμενος,
B ὅτι ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ φωνῇ τῇ τὸν Χριστὸν ἐν παῤῥησίᾳ ὁμολογούσῃ, κρότος μὲν ἦν ἄνω καὶ ἔπαινος παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, εὐφημία δὲ τῶν πολιτῶν τῆς οὐρανίας πόλεως ἐπικροτούντων τῷ κατορθώματι, χαρὰ δὲ πάσης τῆς ἐν οὐρανῷ πανηγύρεως. Οἷον γὰρ συνέστη τότε τοῖς ἀγγέλοις ἐν τῷ κόσμῳ τῶν ἀνθρώπων τὸ θέατρον! οἵαν εἶδον συμπλοκὴν τοῦ διαβόλου καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ θεαταὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς! Ὡς ἀπεναντίον τῇ πρώτῃ πάλῃ τὴν σύστασιν ἔσχεν, ὅτε ὁ ὄφις τὸν Ἀδὰμ κατεπάλαισεν! Οὐχ ἤνεγκε τότε ἄνθρωπος μίαν τοῦ Πονηροῦ προσβολὴν, διά τινος εὐχροίας καὶ δελεάσματος αὐτῷ προσαχθεῖσαν· ἀλλ' ὁμοῦ τε προσέπεσε, καὶ ἀνετράπη τῷ πτώματι. Ἐπὶ τούτων δὲ πάντων ἦν ἀργὰ καὶ ἄπρακτα τοῦ
C Ἐχθροῦ τὰ παλαίσματα. Ἐλπίδας προέτεινεν, οἱ δὲ κατεπάτουν· φόβους ἠπείλει, οἱ δὲ κατεγέλων. Ἓν φοβερὸν ἦν μόνον αὐτοῖς, τὸ τοῦ Χριστοῦ χωρισθῆναι· ἓν ἀγαθὸν, τὸ μετὰ Χριστοῦ εἶναι μόνου· τὰ δὲ ἄλλα πάντα, γέλως καὶ σκιὰ, καὶ φλυαρία καὶ ὀνειρώδη φαντάσματα. Διὰ ταῦτα κατατολμᾷ τῶν ἀθεάτων ὁ λόγος, καί φησιν ἐπαγάλλεσθαι πᾶσαν τὴν ὑπερκόσμιον δύναμιν τῷ τῶν ἀθλητῶν κατορθώματι. Ἔτι ὁ λόγος κατὰ τῶν ἀτολμήτων θρασύνεται· ἔτι τολμᾷ διηγεῖσθαι τὰ ὑπερκόσμια, ὅτι τούτων ἐνταῦθα κατορθουμένων, ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους συμπλοκῇ ὁ δίκαιος ἀγωνοθέτης τοὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ στεφάνους προέτεινεν, καὶ ὁ ἀρχιστράτηγος τῆς θείας δυνάμεως τὰ ἀριστεῖα τοῖς νικηταῖς παρεσκεύαζεν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς παντοδαποῖς ἐδεξιοῦτο χα-
D ρίσμασιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν Τριάδα ἡ πίστις ὡμολογεῖτο, διὰ τοῦτο καὶ ἡ χάρις αὐτοῖς παρὰ τῆς Τριάδος ἀντεμετρεῖτο. Τίς δὲ ἡ χάρις ἦν; Αὐτὸ τοῦτο τὸ ὑψηλοτέρους ἐπιδειχθῆναι τῶν πρώτων ἀγωνιστῶν, τοῦ Ἀδὰμ λέγω, καὶ τῆς Εὔας. Ἐκεῖνοι ἑστῶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν διὰ τῆς ἁμαρτίας κατήνεγκαν· οὗτοι κειμένην ἐν τῷ πτώματι τῶν προλαβόντων διὰ τῆς ὑπομονῆς πάλιν ἀνώρθωσαν. Ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ παραδείσου ἐπὶ τὴν γῆν ἀπώσθησαν· οὗτοι ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν παράδεισον ἀνῳκίσθησαν· ἐκεῖνοι καθ' ἑαυτῶν τὸν θάνατον ὥπλισαν (ὅπλον γὰρ θανάτου ἡ ἁμαρτία, φησίν)· οὗτοι καθωπλισμένον τῇ ἁμαρτίᾳ τὸν θάνατον διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀνδρείας ἠχρείωσαν, τῇ ὑπομονῇ τῶν

παθημάτων τοῦ κέντρου τὴν ἀκμὴν ἀπαμβλύναντες· A ὥστε εἰπεῖν καλῶς, *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;* Καρποῦ ξύλου τί ἀθλιώτερον; Τί εὐτελέστερον ξύλου; Καρπὸς εὐχροίᾳ τινὶ καὶ ἡδονῇ γεύσεως ἐπικεχρωσμένος, ἀτιμασθῆναι τοῦ παραδείσου τὴν χάριν ἐποίησεν.

commodis, stimuli aciem obtundentes, frustrati sunt atque fregerunt: adeo ut recte dici possit, *Ubi est, mors, victoria tua? Ubi stimulus tuus, inferne*[9]? Fructu ligni quid miserius? Ligno quid vilius? Fructus coloris quadam bonitate et suavitate saporis commendatus, effecit ut amœnitas atque commoditas paradisi parvifieret et negligeretur.

Τοῖς δὲ μεγάλοις τούτοις ἀγωνισταῖς οὐδὲ αὐτὸς ὁ ἥλιος ἐφάνη γλυκύς· ἀλλὰ καὶ τούτου ἑκουσίως ἠλλοτριοῦντο, ἵνα μὴ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀποπέσωσι. Τί λέγει περὶ τῆς Εὔας ὁ λόγος (προάγομαι γὰρ καὶ πέρα τοῦ δέοντος καταδραμεῖν τῶν πρωτογόνων); *Εἶδεν*, φησὶν, *ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ὡραῖον εἰς γεῦσιν.* Εἶτα τὴν ἐν τούτοις χάριν ἀντὶ τοῦ παραδείσου ἠλλάξαντο. Τούτοις δὲ ἄρα καταγεύσεως ἡδονὴν τὰ ὁρώμενα ἦν· οὐρανὸς, ἥλιος, γῆ, ἄνθρωποι· πατρὶς, μητέρες, ἀδελφοὶ, φίλοι, συγγενεῖς, ἡλικιῶται· ὧν τί μὲν ὀφθῆναι γλυκύτερον; τί δὲ εἰς γεῦσιν ἐλθεῖν τιμιώτερον; Οἴδατε, οἱ παῖδες, τὴν εἰς τοὺς γονέας στοργήν. Οἴδατε, οἱ πατέρες, τὴν πρὸς τὰ τέκνα διάθεσιν. Οἶδας, ὁ βλέπων τὸ ἐν ἡλίῳ γλυκύ· οὐκ ἀγνοεῖς, ὁ φιλάδελφος, τὴν φυσικὴν πρὸς τὴν ἀδελφότητα σχέσιν· ἐπίστασαι, ὁ νέος, τὴν ἐκ τῶν ἡλικιωτῶν χάριν, ὅσον σοι τὸν βίον ἡδύνουσιν. Ἀλλ' ἐκείνοις πάντα ἐχθρὰ, πάντα ἀλλότρια ἦν. Ἓν μόνον ἀγαθὸν, ὁ Χριστός. Πάντα ἠρνήσαντο, ἵνα τοῦτον κερδήσωσιν. Χρόνος ἦν τῶν δεσμῶν οὐκ ὀλίγος, καὶ τοῖς ἁγίοις τῇ παρατάσει τῆς τιμωρίας ἡ πρὸς τὴν τελείωσιν ἐπιθυμία συνήκμαζεν. Καὶ ὥσπερ οἱ τὴν σωματικὴν εὐεξίαν μελετῶντες, ἐπειδὰν ἱκανὴν ἐν παιδοτρίβου τὴν δύναμιν κτήσωνται, οὕτω θαρβοῦντες ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας χωροῦσιν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι διὰ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς φυλακῆς ἱκανῶς παιδοτριβηθέντες πρὸς τὴν εὐσέβειαν, οὕτως ἐπὶ τὸν στέφανον τῶν ἀγώνων προήχθησαν. Ἦλθεν ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου ἐπὶ τὴν τελευτὴν, μᾶλλον δὲ ἐπὶ τὴν κορυφὴν ὅλου τοῦ κατορθώματος. Οὗτος ἦν ὁ καιρός· αὗται τοῦ ἀγῶνος αἱ ἡμέραι· τοῦτο τὸ τοῦ Πάσχα προοίμιον, τὸ τῆς ἁγίας τεσσαρακοντάδος μυστήριον. Τεσσαράκοντα ἐξιλασμοῦ ἡμῖν αἱ ἡμέραι, ἰσάριθμοι καὶ τῶν ἁγίων οἱ στέφανοι. Ἦ που περιττὸς ὑμῖν εἶναι δοκῶ καὶ ἀδόλεσχος, τὰ ὑμέτερα θαύματα ἐν ὑμῖν διηγούμενος, καὶ τοῖς ὑμετέροις τὴν ἀκοὴν δεξιούμενος; Πλὴν ὡς ἂν μὴ ἀτελεῖς ὑμᾶς παραδράμοι ὁ λόγος, πρὸς τὸ πέρας τῶν ἀγώνων τοῖς ἁγίοις καὶ ἡμεῖς συνδραμούμεθα. Κρυμὸς ἦν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Πάντως δὲ οὐδὲν δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς οἷος ὁ κρυμὸς, ἐκ τῆς παρούσης ἡμέρας στοχαζομένους, κρυμὸς καὶ αὐτῶν τῶν τριχῶν διαδυόμενος. Ἴστε τὴν ὑπερβολὴν, οἵ τε ἐπήλυδες τῶν τόπων καὶ οἱ αὐτόχθονες, καὶ οὐδὲν δεῖσθε λόγῳ μαθεῖν· ἀλλὰ κἂν ἕτερος εἴποι τὴν θαυματοποιίαν τῶν ὑμετέρων χειμώνων· ὅπως ποταμοὶ μὲν ἀέναα ῥέοντες ἵστανται, ἀντιβαινούσης τῷ ῥείθρῳ τῆς πήξεως, καὶ ἀπολιθοποιούσης τὰ κύματα· ἡ δὲ γείτων λίμνη σημείων τινῶν πρὸς τὸ ἐπιγνωσθῆναι λίμνη οὖσα προσδέεται, χερσω-

At magnis istis certatoribus ne sol quidem ipse dulcis visus est, sed ab hoc etiam sponte sua abalienati sunt, ne vero lumine exciderent atque privarentur. Quid dicit Scriptura de Eva (provehor enim longius etiam quam res postulat percurrere facta primorum parentum)? *Vidit*, inquit, *quod esset gratum oculis, et maturum ad gustum*[10]; deinde istorum gratiam et illecebram cum paradiso B commutavit. At his pro degustationis voluptate erant ea quæ sub visum cadunt, cœlum, sol, terra, homines, patria, mater, fratres, amici, cognati, æquales, quibus rebus quid visu quidem dulcius? Quid vero magis expetendum, quam ad gustum et fructum istarum rerum pervenire? Nostis, liberi, amorem adversus parentes; nostis, patres, erga filios affectionem; nosti, qui intueris dulce lumen solis; non ignoras, qui fratrum studiosus es, naturalem erga fraternam necessitudinem, affectionem; scis, juvenis, quam grata atque jucunda consuetudo æqualium sit, quantopere vitam tuam delectent. At illis omnia inimica, omnia aliena erant. Unum illis bonum videbatur, Christus; omnia repudiarunt, C ut hunc lucrifacerent. Tempus erat vinculorum haud exiguum, et quo diutius supplicium prorogabatur, eo sancti vehementius et ardentius consummationem desiderabant. Ac quemadmodum illi qui corporis bonam habitudinem curant, posteaquam apud pædotribam satis virium acquisiverunt, tum demum audacter ad certamina procedunt: eodem modo etiam hi vinculis et carcere satis ad pietatem exercitati, ita tandem ad coronam certaminum producti sunt. Pervenit ad exitum, imo vero ad verticem totius rei bene gestæ continuatio orationis. Hoc erat tempus: hi certaminis dies: hoc Paschæ procemium, sanctæ quadragesimæ mysterium. Quadraginta placationis nobis sunt dies, totidem etiam sanctorum coronæ. Nunquid supervacuus D vobis et nugator esse videor, qui vestra inter vos miracula exponam, vestrisque bonis aures vestras demulceam? Verumtamen ne imperfecta vos prætervehatur oratio, ad finem certaminum cum sanctis etiam nos una curremus. Frigus erat in illo die. Prorsus autem nihil opus est vos doceri, quale frigus esset, cum ex præsenti die conjecturam facere possitis, frigus quod vel ipsos pilos pervadit. Nostis nimiam intensionem et asperitatem tam advenæ locorum, quam indigenæ: ac nihil opus habetis oratione doceri, sed vel quivis alius exponere possit, quam mirificæ apud vos hiemes esse so-

[9] I Cor. xv, 55. [10] Gen. III, 6.

leant, quemadmodum congelatione flumini adversante, et quasi in lapidem undas durante, perennes quidem amnes fluere supersedeant atque consistant. Lacus vero vicinus signis quibusdam etiam opus habet, quibus lacus esse agnoscatur, quasi terra inculta per congelationem effectus: in quo qui volunt super undas ejus equos alii in alios concitando certamina ludicra edere consueverunt. Novi etiam sæpe locorum incolas ex igni aquam solertia quadam conficere, cum frusto quodam aquæ gelu concretæ tanquam ære quodam vel ferro defracto et igni colliquefacto aquam redigunt ex eo quod in lapidem quasi duratum est. Is status temporis erat, quo tempore certamen peragebatur, malo præter naturam flatibus borealibus incrementum nacto: quemadmodum audire licet ex iis qui miracula exponunt.

A θεῖσα διὰ τῆς πήξεως, ἐφ' ἧς σύνηθές ἐστι τοῖς βουλομένοις ἄνω τῶν κυμάτων αὐτῆς καθιππάζεσθαι. Οἶδα πολλάκις καὶ ἐκ πυρὸς ὕδωρ τοῖς ἐγχωρίοις ἐπινοούμενον, ὅταν τι τρύφος τοῦ ὕδατος ἀποκλάσαντες ὥσπερ τινὰ χαλκὸν ἢ σίδηρον τῷ πυρὶ διατήξαντες, ὕδωρ τὸν λίθον ποιήσωσιν. Τοιοῦτος ἦν ὁ καιρὸς κατὰ τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον, ἐπίτασιν τοῦ κακοῦ παρὰ φύσιν ἐκ βορείων πνευματικῶν λαβόντος, καθὼς ἔστιν ἀκούειν τῶν διηγουμένων τὰ θαύματα.

Posteaquam igitur clare nomen Christi publice prædicassent, et per ejusmodi præconium sese jam (victoriæ nomine) coronatos esse declarassent, et tenderent ad mortis consummationem, hic modus certaminis eis excogitatus est. Imperat tyrannus ut gelu athletæ excruciati exstinguerentur. O infirmitatem verborum et sententiarum! quantum abest a dignitate oratio! Sententia mortis pœnam irrogans et gelu, et supplicium, et exspectatio talis pœnæ: et beata juventus per risum et jocum et hilaritatem ad locum supplicii contendebat; cursus erat athletarum ad passionem; cursus et sacer et incitatus, et contentio præripiendi coronam confessionis: par eis studium ad victoriam erat, nemo animi promptitudine posterior visus est; sed unanimiter universi hoc occupato loco, publicis perinde quasi balneis vacaret, et quasi tum ipsi lavacro corpora curaturi et abluturi essent, haud cunctanter tunicarum amictum deponebant, dictum illud Jobi omnes adjicientes: Nudi introivimus in mundum, nudi ad eum, qui (huc nos) introduxit, abibimus [11]; nihil importavimus in mundum, ne exportare quidem quidquam debemus [12]: imo vero nudi ingressi, thesaurorum ex bona confessione collectorum pleni abibimus. Hæc dicentes, et ejusmodi verbis sese animantes et confirmantes, corpus frigori constringendum dabant, ac elementorum quidem natura congelationi succumbebat: martyrum vero natura, quasi indomita atque invicta erat; imo vero naturæ quidem id, quod par et consentaneum erat, accidebat: quippe cruciatus capiebat: athletarum vero magnitudo animi etiam adversus ipsam naturam decertabat. Nam vires quidem corporis constringente gelu contabescentes paulatim solvebantur et consumebantur; animi vero vigor major evadebat; nigrescebat quidem decor corporis, ac pulchritudo deflorescebat, et carnis bonus color evanescebat; defluebant digiti gelu paulatim carpti atque accisi, membraque omnia ac sensuum instrumenta sævitia frigoris passim frangebantur, ac dilabebantur. Livescens enim caro paulatim et intumescens cum circa membra scinderetur, ab ossibus defluebat, ac mortiferi cruciatus sentie-

Ἐπειδὴ τοίνυν λαμπρῶς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου δη-
B μοσίᾳ κηρύξαντες, καὶ ἤδη στεφανίτας ἑαυτοὺς διὰ τῆς τοιαύτης ἀναῤῥήσεως δείξαντες, ἐχώρουν ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ θανάτου τελείωσιν, οὗτος αὐτοῖς ἐπενοήθη τῆς ἀθλήσεως ὁ τρόπος· Πρόσταγμα γίνεται τοῦ τυράννου, κρυμῷ τοὺς ἀθλητὰς τιμωρήσασθαι. Ὦ τῆς ἀσθενείας καὶ τῶν ῥημάτων καὶ τῶν νοημάτων! Ὅσον ἀπολείπεται τῆς ἀξίας ὁ λόγος! Θανάτου πρόσταγμα, καὶ κρυμὸς, καὶ τιμωρία, καὶ προσδοκία τῆς τοιαύτης κολάσεως· καὶ ἡ μακαρία νεότης ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ καὶ φαιδρότητι τὸν τῆς τιμωρίας κατελάμβανε τόπον· δρόμος ἦν ἀθλητῶν ἐπὶ τὸ πάθος, δρόμος ἱερός τε καὶ σύντονος· καὶ φιλονεικία τοῦ προαρπάσαι τῆς ὁμολογίας τὸν στέφανον· ἴση πρὸς τὴν νίκην ἦν αὐτοῖς ἡ σπουδή· οὐδεὶς ὕστερος ὤφθη τῇ προθυμίᾳ· ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες τουτονὶ κατα-
C λαβόντες τὸν τόπον, ὡσεὶ δημοσίοις τότε λουτροῖς σχολάζοντα, ὡς καὶ αὐτοὶ μέλλοντες τῷ λουτρῷ καταφαιδρύνειν τὰ σώματα, ἑτοίμως τὴν τῶν χιτώνων περιβολὴν ἀπετίθεντο, τὸ τοῦ Ἰὼβ πάντες ἐπιφθεγγόμενοι, ὅτι Γυμνοὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, γυμνοὶ πρὸς τὸν εἰσαγαγόντα ἀπελευσόμεθα· οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, οὐδὲν ἐξενεγκεῖν τι ὀφείλομεν· μᾶλλον δὲ γυμνοὶ εἰσελθόντες, πλήρεις θησαυρῶν τῶν ἐκ τῆς ἀγαθῆς ὁμολογίας ἀπελευσόμεθα. Ταῦτα λέγοντες, καὶ τοιούτοις ἑαυτοὺς λόγοις παραθαρσύνοντες, ἐδίδοσαν τῇ πήξει τὸ σῶμα· καὶ ἡ μὲν τῶν στοιχείων φύσις κατεκρατεῖτο τῇ πήξει· ἡ δὲ τῶν μαρτύρων φύσις, ὡς ἀδούλωτος ἦν· μᾶλλον δὲ ἡ μὲν φύσις τὸ οἰκεῖον ἔπασχε, καὶ τὰ ἀλγεινὰ παρ-
D εδέχετο· ἡ δὲ μεγαλοφυΐα τῶν ἀθλητῶν, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν φύσιν διηγωνίζετο. Ἡ μὲν γὰρ δύναμις κατὰ μικρὸν διελύετο, μαραινομένη καὶ δαπανωμένη διὰ τῆς πήξεως· ὁ δὲ τῆς ψυχῆς τόνος, μείζων ἐγίνετο· ἐμελαίνετο μὲν ἡ ὥρα τοῦ σώματος, καὶ ἀπήνθει τὸ κάλλος, καὶ τὸ τῆς σαρκὸς εὔχρουν κατεμαραίνετο· ἀπέῤῥεον δάκτυλοι, τῷ κρυμῷ κατ' ὀλίγον περικοπτόμενοι, μέλη τε πάντα καὶ αἰσθητήρια τῇ πικρίᾳ τοῦ κρύους περιεθρύφετο. Πελιδνουμένη γὰρ κατ' ὀλίγον ἡ σὰρξ, καὶ διοιδοῦσα καὶ περιλακιζομένη τοῖς μέλεσι, τῶν ὀστέων ἀπέῤῥεε, καὶ τὰ τῆς νεκρότητος πάθη ἐν αἰσθήσει ἐδέχετο. Καὶ οὕτως αὐτοῖς κατὰ μικρὸν ὁ θάνατος προϊὼν ἐμηκύνετο τρισὶν ἡμέραις παρατεινόμενος. Μέχρι γὰρ τοσούτου τῆς

αἰσθήσεως αὐτοῖς διαρκούσης, ἔμειναν ἐφ' ἧς ἐξ ἀρχῆς ἐτάχθησαν τάξεως, διὰ πάντων νικηταὶ κατὰ τοῦ ἐναντίου γινόμενοι. Ἀλλὰ τίς ἄν μοι τὰ ἐπὶ τούτοις πρὸς ἀξίαν ἐκδιηγήσαιτο; Τίς ὑπογράψει λόγος τὴν θείαν ἐκείνην πομπὴν, ὅτε τὰ ἅγια σώματα δι' ἁμαξῶν ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπομπεύετο; Πῶς ἀντὶ τοῦ κλαπέντος ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἀντεισήχθη τῷ ἀριθμῷ ὁ δεσμοφύλαξ ὑπὸ τῆς χάριτος; Τίς μοι διηγήσεται τὴν μητέρα ἐκείνην τὴν ἀξίαν τοῦ μάρτυρος ῥίζαν, ἣ καταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ δημίου τὸν ἐξ αὐτῆς, διότι ἔμπνους ἦν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἀναληφθέντα μετὰ τῶν ἄλλων ἐπὶ τὴν ἅμαξαν, ἐπειδὴ εἶδε τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δημίου ἐπὶ τὸν ἀριστέα, τὴν ὕβριν οὐκ ἤνεγκεν· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἐλοιδόρει, ὅτι τῶν συναγωνιστῶν τὸν ἀθλητὴν ἀπεσχοίνισεν· αὕτη δὲ παραστᾶσα τῷ μάρτυρι, ἤδη νεναρκηκότι καὶ ἀκινήτως ὑπὸ τῆς πήξεως ἔχοντι, καὶ ἰδοῦσα ψυχρῷ καὶ ἀσθενεῖ τῷ ἄσθματι συνεχόμενον, τοσοῦτον ζῶντα μόνον, ὅσον τῶν ἀλγεινῶν ἐπαισθάνεσθαι, ἀμυδρῷ καὶ μεμαρασμένῳ τῷ βλέμματι τὴν μητέρα ἑαυτοῦ ὑποβλέποντα, νεκρᾷ καὶ ἀτονούσῃ τῇ χειρὶ διανεύοντά τε καὶ παραμυθούμενον, ὑποφέρειν γενναίως παρεγγυῶντα; Ἐπειδὴ ταῦτα εἶδεν ἡ μήτηρ, ἆρά τι ἔπαθε μητρικόν; Ἆρα συνεκινήθη τὰ σπλάγχνα, ἢ τὸν χιτῶνα περιεῤῥήξατο, ἢ περιεχύθη τῷ τέκνῳ, θερμαῖς ταῖς ὠλέναις τὸν μαρασμὸν ἐπιθάλπουσα; Ἄπαγε. Καὶ τὸ εἰπεῖν τι τοιοῦτον, τῶν ἀτόπων ἐστίν. Ὄντως ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐπιγινώσκομεν· οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιῆσαι.

A bantur. Atque ita mors eis paulatim ac sensim progrediens protrahebatur, tribus diebus durans. Nam ad id usque spatium sensu eorum durante, manserunt in eo loco in quo ab initio collocati erant, per omnia adversarii victores evalentes. Sed quis mihi ea, quæ consecuta sunt, pro dignitate exponere possit? Quænam oratio divinam illam pompam describet cum sancta illa corpora plaustris ad ignem veherentur? Qua ratione pro eo qui ab diabolo subductus erat, ad supplendum numerum custos carceris a gratia introductus et reliquis adjunctus sit? Quis mihi exponet de matre illa, digna quæ martyrem produxerit radice, quæ ex sese nato a carnifice relicto, propterea quod etiam nunc spiraret, et idcirco cum cæ- B teris in plaustrum sublatus non esset, ut vidit humanitatem carnificis erga virum fortem, contumeliam non tulit: sed illum quidem increpabat, quod a commilitonibus et collegis athletam segregasset; ipsa vero martyri assistens torpenti jam et præ congelatione immobili, ac conspicata cum frigido atque infirmo anhelitu coarctari, tantum duntaxat viventem, ut cruciatus sentiret, obscuro ac languido obtutu matrem suam aspicientem, emortua ac languida manu innuentem et consolantem, et ut fortiter ferret hortantem? Ut hæc mater vidit, nunquid ejusmodi aliquid, quale matribus accidere solet, admisit? Nunquid viscera ejus commota sunt, aut tunicam circumscidit, aut filio circumfusa est, calidis ulnis torporem ac defectionem refovens et refocillans? Remove isthæc. Etiam dicere aliquid ejusmodi absurdum est. Ex fructu revera arborem cognoscimus: non potest arbor putris et vitiosa bonos fructus producere.

Ἐπεὶ οὖν ὁ καρπὸς τῆς μαρτυρίας καλὸς, ἐπαίνεσον τὴν ἀριστοτόκον μητέρα, τὴν διὰ τῆς τεκνογονίας σωζομένην, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Ἐπειδὴ γὰρ τοιοῦτον παρέστησε τῷ Θεῷ τὸν καρπὸν, ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν γυναικῶν ἀπελογήσατο φύσεως. Οὐκ ἐμὸν, φησὶ, τέκνον σύ· οὐ τῆς ἐμῆς [illegible] βλάστημα· τὸν Θεὸν δεξάμενος, κατὰ Θεὸν ἐ[illegible]. Ἔλαβες ἐξουσίαν τέκνον Θεοῦ γενέσθαι. [illegible] πρὸς τὸν σὸν Πατέρα, μὴ καταλειφθῇς παρὰ τῶν ὁμηλίκων, μὴ δεύτερος ἐπὶ τὸν στέφανον ἔλθῃς, μὴ ἀτελῆ ποιήσῃς μητρῴαν εὐχήν· οὐ λυπήσεις μητέρα, στεφανίτης καὶ νικητὴς καὶ τροπαιοφόρος γενόμενος. Ταῦτα λέγουσα, καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἑαυτὴν τονώσασα, μᾶλλον δὲ τονωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, αὐτὴ τὸν ἐξ αὐτῆς μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπὶ τὴν ἀπήνην ἀπέθετο, φαιδρῷ τῷ προσώπῳ τοῦ ἀθλητοῦ προπομπεύουσα. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις οἷα; Ἐνήθλησαν τῷ ἀέρι οἱ ἅγιοι, ἡγίασαν καὶ τὸ πῦρ τῇ ἑαυτῶν προσθήκῃ, ὕλη τῇ φλογὶ γενόμενοι. Ἤνεγκαν καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὴν εὐλογίαν. Διὰ πάντων ἐπληροῦτο τὰ θεῖα λόγια. Οἱ τρεῖς π[illegible] συμπαραλαμβάνουσιν εἰς τὴ[illegible] [illegible]χος καὶ καῦμα· τὸ ψῦχος, [illegible] πήξεως· τὸ καῦμα, διὰ τῆς καύσεως· εἶτα [illegible]λθον διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. Ἀλλ' ἐπιθυμεῖ ταῦτα ὡς γνωσμένα παραδραμεῖν ὁ λόγος, καὶ περί τινος τῶν πρώην ζητουμένων ἐν καιρῷ

C Quoniam igitur fructus martyrii bonus est, lauda optimæ prolis matrem, quæ per filii procreationem servatur, ut inquit Apostolus [13]. Quoniam enim talem Deo fructum produxit, communem feminei sexus causam defendit. Non meus, inquit, filius es tu: non mei partus germen: quoniam Deum recepisti, secundum Deum natus es. Accepisti potestatem ut filius Dei fias. Curre ad Patrem tuum, ne relinquaris ab tuis coævis, ne secundus ad coronam venias, ne irritum facias votum maternum; non offendes, non molestia afficies matrem, si victor coronatus, si victor et triumphator evaseris. Hæc dicens et ultra (sexus) naturam sese obfirmans, imo vero roborata a Spiritu, ipsa ex se natum ad reliquos in vehiculum imponit, alacri D vultu prosequens ac deducens athletam. Quæ consecuta sunt qualia? Certaverunt in aere sancti, sanctificaverunt etiam ignem sui adjectione, materia flammæ facti. Tulerunt etiam ad aquam benedictionem; per omnia implebantur divina oracula. Tres illi pueri ad communem laudum decantationem una assumunt frigus et æstum: frigus per congelationem, æstum per combustionem: deinde transierunt per ignem et aquam. Verum hæc tanquam nota prætervehi cupit oratio, ac de aliqua

[13] I Tim. II, 15.

earum quæstionum quæ nuper motæ sunt, nunc in tempore disserere atque tractare. Posteaquam homo ejectus esset a paradiso, gladius flammeus, qui verteretur, destinatus et collocatus est ad custodiendum aditum. Et causa talis providentiæ Dei est, ne homo irrumperet ad lignum vitæ, ac degustaret, et permaneret immortalis. Meministis prorsus eorum quæ quæsita fuerunt : recordamini item, ut par est, etiam eorum quæ a nobis ad id quod quærebatur inventa sunt : sed si omnia ab initio denuo persequi, totamque de integro quæstionem tractare et explicare velimus, ultra quam præsens ratio temporis patiatur, res protrahetur. Ac quæstio quidem hæc erat : an etiam sanctis propter gladium, qui vertitur, paradisus inaccessus sit? Et an athletæ paradiso excludantur? Quænam promissio deinceps sit, cujus respectu pro pietate certamina suscipiunt? Item, an deteriore conditione futuri sint, quam latro, ad quem Dominus dixit, *Hodie mecum eris in paradiso* [14]? Quanquam non sponte sua latro ad crucem accessit; sed posteaquam prope salutem fuit, animadvertit acutus et ingeniosus fur thesaurum, et nactus occasionem vitam rapuit arte furandi pulchre atque solerter abusus. *Domine, memento mei*, inquit, *in regno tuo* [15]. Tunc ille quidem paradisum consequitur : quod autem ad sanctos attinet, flammeus ensis aditum impeditum reddit? Sane a seipsa quæstio solutionem habet. Nam propterea non semper ingredientibus ex adverso stantem gladium Scriptura demonstrat, verum etiam verti fingit ; ut indignis quidem adversus appareat : dignis vero versus a tergo exsistat, expeditum eis aditum patefaciens ad vitam, intra quam illi fiducia certaminum illæsi flammam transgressi penetrarunt : qua etiam nos intrepide superata, intra paradisum perveniamus, per illorum intercessionem confirmati ad bonam confessionem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A νῦν ἐξετάσαι· Ὅτε ἐξωρίσθη τοῦ παραδείσου ὁ ἄνθρωπος, ἐτάχθη φρουρεῖν τὴν εἴσοδον φλογίνη ῥομφαία ἡ στρεφομένη. Καὶ ἡ αἰτία τῆς τοιαύτης τοῦ Θεοῦ προμηθείας, τὸ μὴ παρελθεῖν ἐπὶ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἅψασθαι, καὶ διαμεῖναι ἀθάνατον. Μέμνησθε πάντως τῶν ἐζητημένων· μέμνησθε δὲ, ὡς εἰκὸς καὶ τῶν πρὸς τὸ ζητούμενον ἡμῖν εὑρημένων· ἀλλ' εἰ μέλλοιμεν πάλιν ἀπ' ἀρχῆς ἐπεξιέναι, καὶ ὅλον διαλαμβάνειν τὸν λόγον, ὑπὲρ τὸν παρόντα ἔσται καιρὸν ἡ παράτασις. Τὸ μὲν οὖν ζητούμενον τοῦτο ἦν· Εἰ καὶ τοῖς ἁγίοις ἄβατός ἐστιν ὁ παράδεισος διὰ τῆς στρεφομένης ῥομφαίας· καὶ εἰ τοῦ παραδείσου οἱ ἀθληταὶ ἀποκλείονται· τίς ἡ ἐπαγγελία λοιπὸν ὑπὲρ ἧς ἀναδέχονται τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας, καὶ εἰ τοῦ λῃστοῦ ἔλαττον ἕξουσι, πρὸς ὃν B εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*; Καίτοι γε οὐχ ἑκουσίως ὁ λῃστὴς τῷ σταυρῷ προσῆλθεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐγγὺς τῆς σωτηρίας ἐγένετο, εἶδεν ὁ ὀξὺς καὶ εὐφυὴς κλέπτης τὸν θησαυρὸν, καὶ ἐπιτυχὼν καιροῦ τὴν ζωὴν ἐλῄσατο, καλῶς τῇ κλεπτικῇ καὶ εὐστόχως ἀποχρησάμενος, *Κύριε μνήσθητί μου*, εἰπὼν, *ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*. Εἶτα ἐκεῖνος μὲν ἀξιοῦται τοῦ παραδείσου· ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων ἡ φλογίνη ῥομφαία διακωλύει τὴν εἴσοδον; Ἢ αὐτόθεν ἔχει τὴν λύσιν τὸ ζήτημα. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ ἀεὶ ἑστῶσαν ἀντιπρόσωπον τοῖς εἰσιοῦσι τὴν ῥομφαίαν ὁ λόγος ἔδειξεν, ἀλλὰ καὶ στρεφομένην ἐποίησεν, ἵνα τοῖς μὲν ἀναξίοις κατὰ στόμα προφαίνηται, τοῖς δὲ ἀξίοις στρεφομένη κατὰ νώτου γίνηται, ἀκώλυτον C αὐτοῖς τὴν εἴσοδον ἐπὶ τὴν ζωὴν ὑπανοίγουσα· ἧς ἐντὸς ἐκεῖνοι γεγόνασι, τῇ παῤῥησίᾳ τῶν ἀγώνων ἀπαθῶς τὴν φλόγα περάσαντες· ἣν καὶ ἡμεῖς ἀδεῶς περάσαντες, τοῦ παραδείσου ἐντὸς γενοίμεθα, διὰ τῆς πρεσβείας αὐτῶν δυναμωθέντες πρὸς τὴν ἀγαθὴν ὁμολογίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[14] Luc. XXIII, 43. [15] ibid. 42.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΜΑΡΤΥΡΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΣ

ΡΗΘΕΙΣ ΕΝ ΤΩ ΜΑΡΤΥΡΙΩ.

—

EJUSDEM
IN QUADRAGINTA MARTYRES

ORATIO LAUDATORIA

DICTA IN EORUM MARTYRIO.

Jacobo Gretsero Soc. Jesu Theol. interprete.

—

A Οἱ μὲν ὁπλῖται Ῥωμαίων κατὰ νόμον πάτριον, καὶ συνήθειαν παλαιὰν, ἣν παῖδες παρὰ προγόνων διαδεξάμενοι, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος φυλάττουσιν, ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς τὴν πανοπλίαν ἐνσκευαζόμενοι, καὶ χωροῦντες ἐπί τι πεδίον ἡπλωμένον ἱκανῶς καὶ ὕπτιον, ἔνθαπερ ἔξεστι καὶ δρόμον ἵππων ἐκτεῖναι, καὶ μελετῆσαι τὰ τακτικὰ, καὶ πᾶσαν γυμνασθῆναι τὴν ἐνόπλιον ἄσκησιν, ἀνάμνησίν τε τοῦ ἔτους ποιοῦνται, καὶ τὴν ἡμέραν ἐπίσημον ἄγουσιν. Ἐγὼ δὲ μνήμην μαρτύρων τελῶν, καὶ ταύτην τῇ προτεραίᾳ κηρύξας ὑμῖν, τοὺς τοῦ Χριστοῦ στρατιώτας τοὺς μ', τοὺς πᾶσαν προθυμίαν ὑπερβαλομένους, ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁπλίσας διὰ τῆς μνήμης σήμερον θαυμαστοὺς τοῖς δυναμένοις βλέπειν προΐστημι· κόσμον τῆς Ἐκκλησίας, καὶ λαῶν εὐφροσύνην, καὶ Θεοῦ δόξαν τοῦ ἐνισχύσαντος. Ἄριστον δὲ πάντως, καὶ B ἄγαν λυσιτελὲς τοῖς τῆς ἀρετῆς διηγήμασι, τούς τε νέους ἐντρέφεσθαι, καὶ συνακμάζειν τοὺς ἄνδρας. Ἡ ἀκοὴ, μέρος καιριώτατόν ἐστι τῶν αἰσθήσεων, καὶ τῆς ὄψεως οὐχ ἧττον διδακτικόν. Διὰ γὰρ τῶν ὤτων ἐναργῶς ἐπεισάγει τὴν μάθησιν ταῖς ψυχαῖς· καὶ κίνδυνος οὐ μικρὸς καλὰ τυγχάνειν, ἢ φαῦλα τὰ διηγήματα. Οἷα γὰρ ἐκεῖνα λέγεται, τοιαύτην ἐπάναγκες τοῖς λογισμοῖς φαντασίαν ἐγγίνεσθαι· ἔννοια δὲ, καὶ θεωρία τοῦ νοῦ συνεχὴς, εἰς ἐπιθυμίαν ἄγει τὸν ἄνθρωπον τοῦ ποιεῖν ἃ λογίζεται. Διό μοι τὴν ἀκρόασιν γαληνῶσαν καὶ ἀμετεώριστον εὐτρεπίσατε· ἵνα καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες τιμηθῶσι τὰ πρέποντα, καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς μνήμης παιδευθῆτε τὸ εὐσεβὲς καὶ φιλόθεον.

Romanorum milites more patrio, et antiqua consuetudine, quam a majoribus acceperunt, et usque ad hoc tempus conservant, initio instantis mensis, armis induti ad campum satis planum et æquabilem se conferunt, ubi et equorum cursum extendere, et res militares instruere, et omnia pugnæ genera obire illis licet: simul etiam anni commemorationem faciunt, totumque illum diem splendide agunt. Ego vero memoriam martyrum celebrans, quam pridie etiam vobis indixi, quadraginta Christi milites, omni animi alacritate superiores, ad certamen armare, et quam admirabiles sint, per memoriam iis qui cernere queunt repræsentare constitui, qui vere sunt ornamentum Ecclesiæ, lætitia populorum, et gloria Dei, qui illis robur suppeditavit. Optimum autem est et fructuosissimum narrationibus virtutis et rerum præclare gestarum juvenes innutriri, et ad virilem ætatem educari. Nam auditus opportunissima pars est inter sensus, nec minus ad discendum quam visus confert: auditus enim doctrinam in animos per aures perspicue introduxit, nec parum interest quales sint narrationes, bonæ an malæ, probæ an improbæ: nam quales illæ sunt, tales in phantasia quoque imagines produci necessarium est: cogitatio autem et continua mentis contemplatio, hominem desiderio incendunt ad agendum ea quæ cogitatione apprehendit. Quocirca cupio ut quiete et absque strepitu me dicentem audiatis, ut et beati martyres, prout decet, honorentur, vosque C per martyrum recordationem ad pietatem Deique cultum informemini.

Ἐμοὶ δὲ πρόκειται διπλοῦς ἀγὼν, καὶ δέος μὴ καθυβρίσω μὲν τὴν ὑπόθεσιν τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἐξηγήσεως. Εἴτε γὰρ ἐννοήσειέ τις αὐτοῦ τοῦ ἐν χερσὶ πράγματος τὴν μεγαλοπρέπειαν, κατὰ παντὸς λόγου

Me vero duplex lucta et metus manet, ne dicendi tenuitate argumentum deteram: sive enim quis rei, quæ præ manibus versatur, magnitudinem et majestatem perpendat, ea tanta est, ut

omnium sermonibus prædicetur; sive quis virum illum intueatur, qui ante nos beatos ipsos laudibus extulit, et quasi coronavit: vir is commune universitatis miraculum est, eruditionis Christianæ, et quæ ab externis tradita est, accurata norma, philosophiæ imago, episcoporum forma et libra, rector consonus operum simul et verborum (a), cui apud omnes mortales gloria indelebilis constat, exceptis tamen illis qui neque Christum blasphemiis incessere horrent. Quemadmodum enim nullus reperitur qui solem illuminare et calefacere abnuat: sic nemo inficiabitur magnum Basilium omnium virtutum pulchritudine decoratum esse: sublimis igitur ille sublimium laudator, sanctusque sanctorum cultor, pro facultate qua pollebat, inclytis victoribus debitum munus dependit. Cæterum me non ideo tacere oportet, quia ille prius magnifice martyrum admiranda facta deprædicavit, non enim in præsenti cum illo certare instituimus, sed in id incumbimus, ut vobis auditoribus aliquid utilitatis afferamus: capit autem qualibet omnino prout potest, ex rebus melioribus utilitatem, quando ab opulentioribus subministratur.

A φέρει τὰ νικητήρια· εἴτε τὸν πρὸ ἡμῶν διὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας στεφανώσαντα τοὺς ἁγίους· ἀνὴρ οὗ τὸ θαῦμα τῆς οἰκουμένης κοινόν· παιδείας τῆς τε παρὰ Χριστιανοῖς, καὶ τῆς ἔξωθεν, κανὼν ἀκριβής, φιλοσοφίας ἄγαλμα, ἐπισκόπων τύπος καὶ κίνδυνος, διδάσκαλος ἔργων καὶ λόγων σύμφωνος· παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνανταγώνιστον ἔχων τὴν εὐδοκίμησιν, πλὴν εἰ μὴ παρ' οἷς οὐδὲ Χριστός ἐστιν ἀβλασφήμητος. Ὡς γὰρ οὐδεὶς ἀντιλέγει φωτίζειν καὶ θερμαίνειν τὸν ἥλιον, οὕτως οὐδὲ τὸν μέγαν Βασίλειον ἀντερεῖ τις, μὴ παντὶ τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς κεκοσμῆσθαι. Ὑψηλὸς μὲν οὖν τῶν ὑψηλῶν ἐπαινέτης, ἅγιος τῶν ἁγίων θεραπευτής· κατὰ τὴν προσοῦσαν δύναμιν ἀποπληρώσας τοῖς ἀριστεῦσι τὸ γέρας. Ἐμοὶ δὲ οὐ διὰ τοῦτο σιωπητέον· ἐπειδήπερ τὰ θαυμαστὰ
B μεγάλως ὁ προλαβὼν διεκήρυξεν. Οὐ γάρ ἐστι νῦν ὁ σκοπὸς ἅμιλλα πρὸς τὸν εἰρηκότα, ἀλλ' ὑμῶν τῆς τῶν ἀκουόντων ὠφελείας ἐπιμέλεια· ὠφελεῖ δὲ ἕκαστος πάντως ὡς δύναται, τῆς ἀπολαύσεως τῶν μειζόνων παρὰ τῶν πλουσιωτέρων χορηγουμένης.

Igitur quadraginta isti officio vitæque instituto milites erant, Romano imperatori auctorati, fide Christiani, et religione pii. Postquam vero is qui illis temporibus imperium tenebat, unus ex eorum numero qui plures deos colebant, dæmonibus acerbum ei consilium et decretum suggerentibus, nova lege et novo edicto Christianos exagitabat, mandans ut omnes subditi, aut dæmonibus thura adolerent, aut hoc facere detrectantes, neci dederentur, et ante mortem toto corpore omni cruciatus genere excarnificarentur; tunc tyrannicam truculentiam Deoque invisam legem pro fortitudinis ostendendæ ansa beati isti arripientes, et seorsim ab aliis militibus eximiam et Christo deditam cohortem constituentes, quæ virtute spiritus militaret, aperte sese detestandis litteris opposuerunt, et concorditer omnes, velut ex uno ore, fidem nostram professi sunt, dicentes, mortalem hanc et caducam vitam parum sibi curæ esse, seque libenter corpora sua variis tormentorum generibus expposituros. Quapropter crudelis legis crudelior exsecutor et administer, intellecta sanctorum mente, illud contendit, ut alacritati et promptitudini paria supplicia adhiberet, et animos intrepidos et imperterritos novo et inusitato formidinis incutiendæ modo terrefaceret. Si gladium, inquit, illis comminer, parum commovebuntur, neque manus dabunt, sunt enim viri ab ineunte ætate in armis educati et arma ferre assueti. Si alia tormentorum genera illis inferam, generose tolerabunt, utpote qui plagarum et vulnerum diuturnam experientiam habeant. Neque ignis formidini est illis, qui ita, ut isti, obdurato sunt pectore. Eam ob causam excogitandum est supplicium, quod et molestissimum cruciatum pariat,

Στρατιῶται μὲν οὖν οἱ τεσσαράκοντα, τοῦ βίου τὴν τάξιν βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁπλιτεύειν λαχόντες, Χριστιανοὶ δὲ τὴν πίστιν, καὶ εὐσεβεῖς τὴν θρησκείαν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ τηνικαῦτα κρατῶν, εἷς ὢν τῶν πολυθέων, δαιμόνων αὐτῷ τὸ πικρὸν ὑποθεμένων ἐκεῖνο βούλευμα, καινῷ νόμῳ καὶ γράμματι Χριστιανοὺς
C ἤλαυνε, κελεύσας πάντας τοὺς ὑπηκόους, ἢ τὸ λιβανωτὸν ἐναγίζειν τοῖς δαίμοσιν, ἢ τοῦτο μὴ ποιοῦντας θανάτῳ καταδικάζεσθαι, καὶ πρό γε τῆς τελευτῆς, παντὶ τῷ σώματι πολλὰς ὑπομένειν τὰς λώβας· τότε δὴ τότε, τὴν τυραννικὴν ὠμότητα, καὶ τὸν μισόθεον νόμον, ἀνδραγαθίας ἑαυτῶν οἱ μακάριοι ποιησάμενοι, καὶ τῶν ἄλλων μὲν ἀποῤῥαγέντες στρατιωτῶν, φάλαγγα ἐξαίρετον καὶ φιλόχριστον συγκροτήσαντες τῇ δυνάμει στρατηγουμένην τοῦ Πνεύματος, φανερῶς ἑαυτοὺς τοῖς μιαροῖς ἀντικατέστησαν γράμμασι· καὶ σύμφωνον πάντες, ὡς ἐκ μιᾶς γλώττης, τὴν πίστιν ἡμῶν ἐξεβόησαν, μικρὸν φροντίζειν λέγοντες τῆς προσκαίρου ταύτης ζωῆς, καὶ παρέχειν ἔκδοτα τὰ σώματα ποικίλαις κολάσεων ἰδέαις. Ὁ τοίνυν τοῦ βιαίου νόμου τυραννικώτερος ὑπηρέτης, καταμαθὼν
D τῶν ἁγίων τὴν ἔνστασιν, ἰσόῤῥοπον ἔσπευσε μηχανήσασθαι τῆς προθυμίας τὴν τιμωρίαν, καὶ ψυχαῖς ἀνενδότοις καινὴν καὶ παράδοξον ἐπινοήσας δειλίαν. Ἂν τὸ ξίφος αὐτοῖς ἀπειλήσω, φησὶ, μικρὸς εἰς κατάπληξιν ὁ φόβος, καὶ οὐδαμῶς ὑποκύψουσιν· ἄνδρες γάρ εἰσιν ἐν ὅπλοις ἐκ παίδων ζήσαντες, καὶ σίδηρον φέρειν εἰθισμένοι. Ἐὰν ἄλλας αὐτοῖς προσαγάγω κολάσεις, γενναίως ἐγκαρτερήσουσιν, οὐκ ἀπείρως ἔχοντες πληγῶν, καὶ τραυμάτων· οὐδὲ τὸ πῦρ ἐστι φοβερὸν τοῖς ἐνστατικῶς, ὡς οὗτοι, διακειμένοις. Δεῖ προσῆκον ἐξευρεθῆναι τιμωρίαν, ἣ καὶ τὴν ἐνέργειαν ἕξει τῆς ἀλγηδόνος ὀδυνηράν, καὶ τὸν χρόνον μακρὸν, καὶ παρέλκοντα. Τί οὖν ἐπιμελῶς ἐβουλεύσατο κατὰ τῶν ἁγίων ὁ τῶν κακῶν σοφιστής; Καὶ μεριμνήσας,

(a) Loquitur de S. Basilio, cujus etiam exstat Oratio in XL Martyres.

εὗρεν ἐναέριον κίνδυνον, ὃν πρόχειρον αὐτῷ παρεῖχεν ὁ καιρὸς, καὶ ἡ χώρα. Ὁ μὲν γὰρ καιρὸς, ἦν χειμών· ὁ δὲ τόπος, Ἀρμενία, ἡ πρόσοικος χώρα, ὡς ἴστε, δυσχείμερος· οὐδὲ τὴν τοῦ θέρους ὥραν ἀλεεινὴν τοῖς ἐνοικοῦσι παρέχουσα, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀγαπητῶς θαλπομένη, ὅσον ἐκθρέψαι τὸν ἄσταχυν· ἀμπέλου δὲ τὸ φυτὸν παρ' αὐτοῖς καὶ ἠγνόηται· καὶ ὁ μὴ μακρὰν ἐκδημήσας, βότρυν οὐκ οἶδεν· ἐρωτᾷ δὲ περὶ σταφυλῆς οὗτος, ὡς ἡμεῖς περὶ τῶν παρ' Ἰνδοῖς γινομένων. Ἐκεῖ χιόνος οὔσης ἀνατέμνει τὴν γῆν ὁ σπείρων, καὶ τὸν ἄμητον καταλαμβάνει νιφάς· καὶ τὸν θεριστὴν ἀποδύουσιν ἄνεμοι, ἂν μὴ σφόδρα καταδήσας ἑαυτὸν τοῖς ἱματίοις, πρὸς τὴν βίαν τῶν πνευμάτων διαγωνίσηται. Μετόπωρον δὲ καὶ ἔαρ σχεδὸν οὐκ εἰσὶν, ὡς παρὰ κακοῦ γείτονος τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν ἐκείνου δυναστείαν παρασυρόμενα.

A et tempore satis longo duret. Quid igitur consilii contra sanctos cepit malorum iste repertor et artifex? Sollicite circumspiciens invenit quasi aerium supplicium, quod ei suppeditabat tempus et regio. Tempus, hiems erat; locus, Armenia, finitima nobis provincia, quæ neque æstatem incolis sine frigoris afflictione præbet, sed eo calore fovetur, qui ad frumentum progenerandum sufficit: at vitis apud illos incognita est, et qui non longius peregrinatus est, botrum seu uvam nunquam vidit: de uva autem talis non aliter quærit, ac nos de illis quæ nascuntur apud Indos. Ibi nive nondum liquefacta terram proscindit agricola: et messem bruma excipit, ventorumque violentia messorem vestibus exuit, nisi contra ventorum B vehementiam fortiter vestimenta colligando sese muniat. Autumnus et ver propemodum ibi nulla sunt, utpote a malo vicino, hiemis scilicet inclementia, profligata.

Ἐπ' ἐκείνης τοίνυν τῆς χώρας καὶ τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς ἀποδύσας τοὺς ἁγίους, ὑπαιθρίους ἔστησεν ἐν ὁλογύμνοις τοῖς σώμασιν ἐξ ἐναντίας τοῦ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων καὶ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου, τοὺς τῆς εὐσεβείας μαθητὰς ἀμυνόμενος. Οὐδὲν δὲ παραπλήσιον εἰς ἀλγηδόνα, πῦρ φλέγον, καὶ κρυμὸς συμπηγνὺς καὶ μαραίνων· τὸ μὲν γὰρ τῷ σιδήρῳ προσῆκεν, ὀξέως ἄγον ἐπὶ τὸν θάνατον· τὸ δὲ τὴν ὀδύνην ἔχον ἰσόῤῥοπον, παρατείνει τὴν τελευτήν. Ἀργότερα γὰρ καθόλου τὰ ὑπὸ ψυχροῦ γινόμενα πάθη, οἷον τεταρταῖοι, καὶ καρκῖνοι, καὶ ἄνθρακες, καὶ ὅσα φιλοσοφοῦντες ἰατρικοὶ τὴν ψυχρὰν ὕλην ἀπεφήναντο τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖν. Οὕτως οἱ ψυχρότεροι καὶ πιμελώδεις, νωθρότεροι καὶ δύσχρηστον ἔχοντες τὸ σωμάτιον· καὶ τὰ ἄλογα δὲ τῶν ζώων ὁμοίως. Τὰ μὲν θερμότερα, ταχέα καὶ πρὸς τὴν ἐπείγουσαν χρείαν εὐκίνητα· τὰ δὲ ἐναντίως ἔχοντα, βραδέα, καὶ νάρκῃ πεπεδημένα. Οὕτως ἵππος ταχὺς, συριγμῷ πρὸ τῆς μάστιγος διεγειρόμενος πρὸς τὸν δρόμον· βραδὺς ὁ ὄνος, καὶ μόλις διὰ τῶν ῥοπάλων τὴν ὁδοιπορίαν ἀνύων. Ὀξεῖα ἡ πάρδαλις, ξηρῷ καὶ θερμῷ τῷ σώματι διιπταμένη τὰς νάπας· ἡ ἄρκτος, τὸ ἀνάπαλιν παχυτέροις τοῖς μέλεσιν ἐμβραδύνουσα. Ταῦτα δὲ ὑμῖν οὐκ ἀπὸ καιροῦ ἐφυσιολόγησα, ἀλλ' ἵνα τὴν καρτερίαν τῶν ἀνδρῶν καταμάθητε, τὸν τρόπον τῆς τιμωρίας ἐπισκεψάμενοι. Χειμὼν ποιεῖ ποταμοὺς ναυσιπόρους πεζεύεσθαι, καὶ ὕδωρ τὸ ῥέον εἰς τὴν τῶν λίθων μεταβάλλει σκληρότητα· καὶ πέτρας διαλύει, ὅταν τοῦ βάθους καθίκηται· καὶ τοῖς ἐναντίοις σώμασιν ἐξίσης λυμαίνεται, τὰ μὲν ἁπαλὰ λιθοποιῶν, τὰ δὲ σκληρὰ διαλύων. Οὕτως ὁ οἶνος ὅταν παγῇ μορφοῦται πρὸς τὸν περιέχοντα πίθον, καὶ τὸ ἁπαλὸν ἔλαιον ἵσταται στερεὸν πρὸς τὸν τόπον τοῦ ἀγγείου σχηματισθέν· ἡ ὕελος δὲ καὶ ὄστρακον περιῤῥαγέντα τοῖς ὑγροῖς διαθρύπτεται. Ζῶα δὲ τὰ τὴν ὄρειον ζωὴν λαχόντα καὶ ὕπαιθρον, τὰ μὲν διόλλυται, τὰ δὲ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ κακοῦ ἐπιλανθάνεται καὶ τῆς ἀγριότητος. Ἔλαφοι γὰρ καὶ δορκάδες ἐν μάνδραις αὐλίζονται· οὔτε κύνας τότε δειλιῶσαι, οὔτε τοὺς ἐγγίζοντας ἀποφεύγουσαι. Τὸ γὰρ μεῖζον ἀεὶ δεινὸν τῶν ὑποδεεστέρων φόβων τὴν δειλίαν

In hac igitur regione, instante mense, sanctos omnibus indumentis spolians, sub dio nudos toto corpore constituit, contrario supplicio, quam rex Assyriorum cum sua Babylonica fornace discipulos pietatis afficiens. Nihil vero simile ad cruciatum inferendum habet, ignis ardens, frigusque compingens et tabefaciens; nam ignis ferro competit, celeremque mortem parit, frigus vero cum dolori procreando parem vim habeat, mortem tamen protelat. Nam durabiliores sunt generatim omnes illæ affectiones, quæ a frigore efficiuntur, C ut sunt febres quartanæ, cancer, carbunculi, et id genus alia, quæ a frigida materia in corporibus nasci medicorum filii tradunt. Quo fit ut qui frigidiore et obesiore constitutione sunt, sint quoque tardiores et pigriores, corpore ad usum non usque adeo habili. Quod etiam in animalibus rationis expertibus cernere licet: nam calidiora, celeriora et ad urgentem necessitatem expeditiora sunt; quæ vero contraria complexione constant, tarda sunt et torpore quasi vincta. Ita equus celer est solo flagelli sonitu ad cursum incitari solitus; tardus autem est asinus, et vix fustibus adigi potest, ut cœptum iter teneat: pernix est pardalis, sicco et calido corpore saltus pervolitans; ursus e contrario densioribus membris constans, D tardus est. Hæc autem ex naturæ adytis petita non abs re vobis proposui, sed ut intelligatis, quodnam supplicii genus generosi isti pugiles subierint. Hiems facit, ut flumina navigabilia pedibus pertranseantur, utque aqua alioqui fluere solita in lapidum duritiem concrescat: quin et petras dissolvit, quando ad profundum usque penetraverit: et contrariis corporibus similiter officit; nam tenera in lapides vertit, dura autem dissolvit. Sic vinum, quando congelascit, formam dolii in quo continetur, induit, oleumque liquidum firmiter consistit ad figuram vasis conformatum; vitrum porro et testa humore confringuntur. Animalia, quæ in montibus et sub dio degunt, partim quidem intereunt, partim magnitudine mali, feritatis naturalis oblivviscun-

tur. Cervi enim et capreæ in mandris seu ovilibus stabulantur, neque canes tunc metuunt; neque accedentium formidine aufugiunt: semper enim gravius malum minorum malorum timorem expellit. Aves autem cum hominibus habitant, et sub eodem tecto manent. At homines mare fodiunt, et instrumentis quibus alioqui lapides cædunt, aquam percutiunt: et vicinis quoque sedibus dissiti, se mutuo adire nequeunt. Ejusmodi tempus tyranno arma adversus martyres suppeditavit. Oportebat enim, ut apparet, beatam istam cohortem cum novo supplicii genere depugnare, ut præ multis aliis martyribus singularem et eximiam gloriam adipiscerentur. Stabant igitur trementes, et membra congelabantur, at mente immota et imperturbata angelis, hominibus et dæmonibus spectaculum exhibebant. Angeli enim separationem animarum a corporibus exspectabant, ut illas in propriam sortem et stationem deducerent. Homines autem præstolabantur finem, communis naturæ robur et potentiam probantes; quæ propter timorem et spem futuri tot ac tantis cruciatibus superior esse posset. At dæmones, curiose ad ea, quæ gerebantur, intendebant, cum magno desiderio videndi ruinam athletarum et periculorum detrectationem. Sed spes illorum confusa est, propter illum, qui martyres intus confirmabat. Intuebatur enim mutilationes quilibet proprias, et aliorum, omnes. Et hic quidem jacebat pede aut digitis diffluentibus; alius jacebat insito calore jam penitus refrigerato et exstincto. Quemadmodum autem violentissimi venti cum locum sibi idoneum perflant, postea arborum culmina concutientes, radicitus exstirpant et in terram prosternunt: sic ab hac hieme nobilis ista beatorum pugilum cohors dejecta est, nobiles videlicet paradisi plantæ, societatis humanæ decus, radices nostræ germinationis, Pauli milites, Christi satellites, eversores altarium (ethnicorum), Ecclesiarum ædificatores, qui conscripti, ut contra barbaros militarent, certamen adversus communem humani generis hostem confecerunt.

A ἐκβάλλει. Ὄρνιθες δὲ παρ' ἀνθρώποις εἰσοικίζονται, καὶ μένουσιν ὑπωρόφιοι. Ἄνθρωποι δὲ πόντον ὀρύττουσι, καὶ λιθουργοῖς ὀργάνοις τὸ ὕδωρ κόπτουσι· καὶ οἱ πλησίον ἀλλήλοις οὐκ ἐπιμίγνυνται. Ὁ τοιοῦτος καιρὸς ὅπλον τῷ τυράννῳ κατὰ τῶν μαρτύρων ἐγένετο. Ἔδει γὰρ, ὡς ἔοικε, τὴν μεγάλην καὶ σύμφωνον τῶν μακαρίων φάλαγγα καινῷ τρόπῳ τιμωρίας ἐναγωνίσασθαι, ἵνα πρὸς τοὺς πολλοὺς τῶν μαρτύρων ἀσύγκριτον κτήσωνται τῆς εὐσεβείας τὴν δόξαν. Ἔστησαν οὖν, καὶ ἐπήγνυντο τὰ μέλη τρέμοντες, καὶ τὴν γνώμην ἀκλόνητον ἔχοντες, θέαν παρέχοντες ἐναγώνιον, ἀγγέλοις, ἀνθρώποις καὶ δαίμοσι... Ἄγγελοι μὲν τὸν χωρισμὸν τῶν ψυχῶν ἀνέμενον, ἵνα παραλαβόντες αὐτὰς πρὸς τὸν ἴδιον ἀναγάγωσι κλῆρον. Ἄνθρωποι δὲ τὸ τέλος ἐκαραδόκουν, τῆς κοινῆς φύσεως B τὴν δύναμιν δοκιμάζοντες· εἰ διὰ φόβον καὶ ἐλπίδα τοῦ μέλλοντος τηλικούτων κατευμεγεθεῖν ἀλγηδόνων ἰσχύοιμεν. Δαίμονες δὲ σφόδρα προσεῖχον τοῖς γινομένοις, ἐπιθυμοῦντες ἰδεῖν τὴν πτῶσιν τῶν ἀθλητῶν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς κινδύνους ἄνανδρον ἀπαγόρευσιν. Ἡ δὲ ἐλπὶς αὐτῶν κατῃσχύνθη, διὰ τὸν ἐνδυναμοῦντα Θεόν. Ἔβλεπον γὰρ τοὺς ἀκρωτηριασμοὺς, καὶ τοὺς ἰδίους ἕκαστος, καὶ τοὺς ἀλλήλων οἱ πάντες. Ὁ μὲν ἔκειτο ποδὸς ἢ δακτύλων περιῤῥυέντων· ἄλλος ἔκειτο τῆς ἐμφύτου θερμότητος καταψυχθείσης εἰς τέλος. Ὥσπερ δὲ οἱ σφοδρότατοι τῶν ἀνέμων, τόπον ἐπιπνεύσαντες σύμφυτον, εἶτα τὰ ὑψηλὰ τῶν δένδρων κατασείσαντες, εἰς γῆν καταφέρουσι πρόῤῥιζα· οὕτως ἐστορέ[σ]θη παρὰ τοῦ χειμῶνος ἡ τῶν μακαρίων παράταξις· τὰ εὐγενῆ φυτὰ τοῦ παραδείσου, τοῦ γένους C τὸ ἐγκαλλώπισμα, αἱ ῥίζαι τῆς ἡμετέρας βλαστήσεως, οἱ Παύλου ὁπλῖται, οἱ Χριστοῦ δορυφόροι, οἱ τῶν βωμῶν καταλυταὶ, οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν οἰκοδόμοι, οἱ κατὰ βαρβάρων ὁπλιτεύειν ἀπογραψάμενοι, καὶ πρὸς τὸν κοινὸν ἐχθρὸν τῆς ἀνθρωπότητος τὸν ἀγῶνα τελέσαντες.

Nequaquam porro inevitabili mortis necessitate constringebantur, sed in eorum potestate salus erat, si se emolliri permisissent. Balneum enim non procul distabat, quod dedita opera loco supplicii vicinum erat; janua patebat, et circumstantes invitabant: nam tyrannus, persecutionis et variæ improbitatis sator et auctor, prope transgressionis escam frigore jam compactis apposuerat, suadens, ut sponte sua ad curationem et medelam properarent, imitatus nimirum patrem suum, qui ad ligni vetiti gustum primos parentes fraudulenter induxit [1]. Verum illi fortitudinem magis exacuerunt, non ignari tolerantiam tunc probationem operari, quando quis abstinet ab ejus rei usu et commodo, quæ in sua potestate sita est: quod superioribus annis divinum Danielem egisse proditum est. Nam cum moneretur ut opipara lautaque esculenta et poculenta sumeret, odio et detestatione

Ἐγίνετο δὲ αὐτοῖς οὐ πρὸς βίαν καὶ ἀπαραίτητον ἀνάγκην ὁ θάνατος, ἀλλὰ καὶ μάλα πρόχειρος ἦν καὶ ἐπ' ἐξουσίας ἡ σωτηρία, εἰ καὶ μαλακισθῆναι πρὸς τὴν ἔνστασιν ἠβουλήθησαν. Λουτρὸν γὰρ ἦν ἐκ τοῦ σύνεγγυς, ὅπερ ἐγειτνία κατ' ἐπίνοιαν τῷ τόπῳ D τῆς τιμωρίας· καὶ ἡ θύρα ἠνέῳκτο, καὶ παρεστῶτες ἐκάλουν. Σοφιστὴς γὰρ ὢν διωγμοῦ καὶ ποικίλης ῥᾳδιουργίας ὁ τύραννος, ἐγγὺς τὸ δέλεαρ τῆς παραβάσεως τοῖς πηγνυμένοις παρέθηκε, καὶ συνεβούλευε πρὸς τὴν θεραπείαν αὐτομολῆσαι, ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ τοὺς πρωτοπλάστους εἰς τὴν γεῦσιν τοῦ ξύλου. Οἱ δὲ τότε καὶ μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν ἐπέτεινον, εἰδότες ὡς καρτερία τηνικαῦτα παρέχει τὴν βάσανον, ἡνίκα ἂν προκειμένης ἐν ἐξουσίᾳ τῆς ἀπολαύσεως φείσηται· ὅπερ ἐν τοῖς ἀνωτέροις χρόνοις Δανιὴλ ὁ θεσπέσιος πεποιηκὼς ἐπιδέδεικται. Παρακαλούμενος γὰρ ἄφθονα καὶ ἡδέα σῖτα καὶ ποτὰ προσφέρεσθαι, μίσει καὶ ἀποστροφῇ τῶν εἰδωλοθύτων, τὴν σπερμοφαγίαν ἠγά-

[1] Gen. III, 1 sqq.

πησε· καὶ νηστεύων ἤνθει, καὶ ἀσιτῶν ὑπὲρ τοὺς τρυφῶντας εὔσαρκος ἦν· Θεοῦ γὰρ τοῦτο δῶρον ἐξαίρετον, τοῖς πιστοῖς δούλοις ἐν ταῖς ἀπορίαις τὰ παρ' ἐλπίδα χαρίζεσθαι.

Πλὴν ἐπειδὴ τοῖς ὑψηλοῖς τῶν πραγμάτων οἱ φθόνοι παραπεπήγασιν, ἐκινδύνευσε λωβηθῆναι τὸ μακάριον σύνταγμα, καὶ μικροῦ δέοντος, ἀπωλέσαμεν τῆς τετάρτης δεκάδος τὸ πλήρωμα. Εἷς γὰρ ἀπαγορεύσας διὰ τὸν κρυμὸν, πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τῆς νίκης, οἴμοι! τοὺς μὲν συστρατιώτας ἀφῆκε, τῇ τέχνῃ δὲ τοῦ τυράννου προσεχώρησε τῷ λουτρῷ, ἤδη τῆς σαρκὸς μαρανθείσης φεισάμενος ὁ φιλόζωος· τῆς τε γὰρ ἐλπίδος ἐξέπεσε, καὶ τῆς προσκαίρου ζωῆς οὐκ ἐπέτυχεν, εὐθὺς ἐπιτελευτήσας τῇ παραβάσει· Ἰούδας ἄθλιος ἐν τοῖς μάρτυσιν, οὔτε μαθητὴς, οὔτε πλούσιος, καὶ πρός γε τὸν βρόχον ἐφελκυσάμενος· καὶ μὴ θαυμάσῃ μηδείς. Σύνηθες γὰρ τῷ διαβόλῳ κατὰ τῶν ὑποκυπτόντων αὐτῷ τὸ τοιουτότροπον ῥᾳδιούργημα· ἀπατᾷ καὶ κολακεύει ποικίλως, ἵνα ῥίψῃ· ῥίψας δὲ, εὐθὺς ἐπεμβαίνει, καὶ τοῦ κειμένου καταγελᾷ. Ἐπικωμάζει δὲ τῇ συμφορᾷ τὴν αἰσχύνην, καὶ τῇ αἰσχύνῃ τοῦ δελεασθέντος εὐφραίνεται. Διὸ καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν προσηγόρευσε, τὸ τοῦ τρόπου παλίμβολον ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων σημαίνων ἐναντιότητος. Ἀνθρώπων γὰρ ἐκεῖνος οὐδέποτε γίνεται ἔνσπονδός τε καὶ φίλιος· ὑποκρίνεται δὲ τότε τὸ φίλιον, ὅταν αὐτῷ θελήσῃ προσωπεῖον ἀπάτης ἐνδύσασθαι. Ἀλλ' ὁ τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας ἐπίκουρος, καὶ τῶν ἀγαθῶν, καὶ λόγων, καὶ πράξεων γεωργὸς, εὗρε κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ἑαυτῷ πρόβατον εἰς θυσίαν ἐκ τῶν πολεμούντων οἰκεῖον, ἐκ τῶν βλασφημούντων ὁμολογητὴν, καὶ ἐκ τοῦ συντάγματος τῶν διωκόντων μάρτυρα. Εἷς γὰρ τῶν τῆς τυραννίδος δημίων, ὀπτασίας ἀγγέλων ἀξιωθεὶς τῶν ἐλθόντων ἐπὶ τοὺς μάρτυρας, καὶ περιλαμφθεὶς τῇ ἐπιφανείᾳ τῶν ἁγίων πνευμάτων, ὥς ποτε Παῦλος τῇ δόξῃ Χριστοῦ, ἡνίκα τὴν ἐπὶ Δαμασκὸν ἐπορεύετο, εὐθὺς τὴν γνώμην μετέθετο, καὶ γυμνώσας ἑαυτὸν τῆς ἐσθῆτος, τοῖς πηγνυμένοις συνανεμίχθη. Πάντα δὲ ἐν ὀλίγῃ καιροῦ ῥοπῇ συνάψας ἐγένετο, προσήλυτος, ὁμολογητὴς, μάρτυς, λουσάμενος ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι τὸ τῆς παλιγγενεσίας λουτρὸν, αἵματι τῷ νεκρωθέντι, καὶ μὴ ῥεύσαντι· ἀνὴρ στεφανίτης, ἀνὴρ τοῦ παντὸς ἄξιος· τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ δι' ἐκεῖνον ἔχω τοὺς μ'. Διὰ τὸν γενναῖον οὐ κολοβὸς ἡ τῶν μαρτύρων παράταξις. Διὰ τὸν προσήλυτον τελείαν ἄγομεν ἐπ' ἀριθμῷ τελείῳ πανήγυριν. Ὁ δὲ διάβολος χαρίεν ἔπαθεν πρᾶγμα καὶ γέλωτος ἄξιον· ὡς γὰρ ἔκλεπτε τὸν στρατιώτην, ἐσυλήθη τὸν διώκτην καὶ δήμιον.

Εἶτα τί τὰ ἐπὶ τούτοις; Οἱ μὲν τρισμακάριοι ἔφθασαν, ὅπου ἔσπευδον. Ὁ δὲ τῆς τιμωρίας κύριος, οὐκ ἐνεγκὼν ἀνεκτῶς τῶν μαρτύρων τὴν νίκην, τοῖς νεκροῖς ἐπολέμει σώμασι· κελεύσας πυρὶ παραδοθῆναι τὰς οἰκίας τῶν ἁγίων ψυχῶν, καὶ δι' ἑνὸς πράγματος ἐμιμεῖτο ἄγρια θηρία καὶ πικροὺς ἄνδρας. Τὰ μὲν

eorum, quæ idolis immolata fuerant, leguminum esum elegit, jejunansque florebat et vigebat, et cibi expers habitior et corpulentior apparebat, quam illi, qui in deliciis vivebant [2]: Dei enim est fidelibus servis suis talia dona præter spem conferre.

Cæterum, quia grandibus cœptis livor adhærere solet, periculum erat, ne beata ista cohors truncaretur, et jam inibi res erat, ut quartæ decadis complemento privaretur. Unus enim sub ipsum victoriæ articulum, impatientia frigoris succubuit. Hei mihi! Commilitones suos deseruit, et subdola tyranni arte accessit ad balneum, carni jam tabefactæ parcens amore hujus vitæ: nam et spe sua excidit, et mortalem hanc vitam non est adeptus, in ipsa transgressione animam exhalans, miserandus Judas inter martyres, et neque discipulus, neque opulentus, et ad laqueum tractus: nec est quod quis miretur. Usitatum est diabolo hujuscemodi artificium contra illos, quos sibi subjugat. Decipit ac vane blanditur, ut prosternat; cum prostravit, evestigio inequitat, jacentemque irridet, et insultabundus calamitati pudorem et confusionem superaddit, et ignominia per escam circumventi exsultat. Quare a Psalmographo quoque inimicus et ultor appellatus est [3], ingenii mutabilitatem diversitate nominum significans: ille enim cum hominibus nunquam fœdus serio init, aut amicitiam colit. Tunc vero animum amicum simulat, quando sibi larvam fallendi gratia induit. Verum nostræ infirmitatis adjutor, bonorumque et sermonum et actionum plantator, reperit sibi ad Abrahami exemplum oviculam ad sacrificium domesticam: ex blasphemantibus confitentem, et ex eorum ordine, qui persecutores erant, martyrem. Quidam enim ex tyrannidis administris, visione angelorum ad martyres venientium dignatus, et circumfusus sacrorum spirituum apparitione, ut olim Paulus majestate Christi, quando Damascum proficiscebatur, statim mentem mutavit, et vestimentis seipsum exuens frigore concretis sese admiscuit [4]. Et exiguo temporis momento omnia factus est, proselytus, confessor, martyr, abluens proprio sanguine regenerationis lavacrum, proprio, inquam, sanguine mortuo, non fluido. Vir coronam promeritus, vir omni honore dignus: per illum habet Ecclesia Dei quadraginta; per hunc generosum non est mutila martyrum caterva. Propter hunc proselytum perfectam agimus perfecto numero panegyrim. Et diabolo res lepida et risu digna accidit: dum enim militem suffuratus est, amisit persecutorem et carnificem.

Quid vero post hæc? Ter beati illi pervenerunt, quo properabant. At supplicii præses impatienter ferens martyrum victoriam, cum cadavere bellum gerebat, mandans ut sanctarum animarum habitacula igni traderentur, hac in re et efferatas belluas, et truculentos homines imitatus, quarum illæ effu-

[2] Dan. II, 4 sqq. [3] Psal. VIII, 3. [4] Act. IX, 1 sqq.

gientium vestes abjectas lacerant, isti vero hostium recedentium domos incendunt et evertunt. Merito martyrum quispiam eum sic compellaverit: Non amplius, o fatue, crudelitatem tuam pertimesco: timebam enim, quamdiu animæ congelatis aderant et inerant, ne magnitudo cruciatuum superaret fortitudinem piorum. Hac autem formidine dilapsa, utere luto relicto prout voles: etiamsi carnem voraveris, susque deque habebo: quanto enim rabiem majorem exseris, eo plus abeuntium victoriam coronas: nam adversariorum validæ impressiones victorum fortitudinem perspicuo arguunt.

A γὰρ τῶν διωκομένων ἀνθρώπων φυγόντων τὴν προσ[ο]ριφθεῖσαν αὐτοῖς ἐσθῆτα σπαράττει· οἱ δὲ τῶν δυσμενῶν ἀναχωρησάντων τὰς οἰκίας ἐμπιπρῶσι καὶ καταλύουσι. Καί τις ἂν τῶν μαρτύρων εἶπεν ἐνδίκως πρὸς αὐτόν· Οὐκέτι σου, μάταιε, δειλιῶ τὴν ὠμότητα. Ἐφοβούμην γὰρ μέχρις αἱ ψυχαὶ συμπαρῆσαν τοῖς πηγνυμένοις, μὴ τὸ ὑπερβάλλον τῆς βασάνου νικήσῃ τὴν ἀνδρείαν τῶν εὐσεβῶν· τούτου δὲ παρελθόντος τοῦ δέους, χρῆσαι τῷ ἀπομείναντι πηλῷ, καθὼς βούλει· κἂν ἀπογεύσῃ τῶν σαρκῶν, οὐ φροντίζω. Ὅσῳ γὰρ λυσσῶσαν δεικνύεις τὴν ὠμότητα, τοσούτῳ πλέον στεφανοῖς τῶν ἀπελθόντων τὴν νίκην. Αἱ γὰρ γενναῖαι προσβολαὶ τῶν ἀντιτεταγμένων, ἀποδείξεις ἀκριβεῖς τῆς ἀνδρείας τῶν κρατησάντων B γίνονται.

At quid longis verborum ambagibus utimur? Combusta sunt corpora, eaque flamma excepit. Cineres vero illi et incendii reliquiæ in orbem terrarum ita divisæ sunt, ut ferme quælibet provincia benedictionem inde participet. Habeo et ego particulam hujus sacri muneris: et corpora parentum meorum juxta horum militum reliquias posui, ut tempore resurrectionis cum opitulatoribus spei et fiduciæ plenis resurgant. Scio enim illos posse, et qua libertate et fiducia apud Deum valeant, dilucida argumenta vidi: ex quibus unum commemorare lubet, clarum videlicet testimonium, quid efficere queant. Est ad me pertinens vicus, in quo beatissimorum martyrum reliquiæ requiescunt. Non procul abest parva civitas, quam Iboram vocitant. In hac cum ex recepta Romanorum consuetudine census militum institueretur, quidam ex militibus ad prædictum vicum venit, a tribuno ad custodiam vici destinatus, ut commilitonum suorum invasiones et injurias propulsaret, quas milites rusticanis audacter inferre solent. Ægrotabat autem iste altero pede, et claudicabat: eratque affectio diuturna et immedicabilis. Porro postquam in martyrio et in loco requietionis Sanctorum fuit, precesque ad Deum fudit, Sanctorum quoque intercessionem imploravit, et ecce noctu apparet ei vir veneranda specie, et post alia, quæ dixit, Claudicas, ait, o miles, et curatione eges? sed da, ut tangam pedem. Et apprehensum in somnis pedem fortiter attraxit. Et cum nocturna visio hoc faceret, vigilantibus talis excitatus est sonitus, qualis exsistere solet, osse ex naturali sua sede revulso, deinde violenter restituto; ut et illi, qui una dormiebant, expergefierent, et ipse etiam miles confestim somno solveretur, sanusque more aliorum incederet. Hoc miraculum ego ipse vidi, cum ipso milite versatus, qui ubique et apud omnes hoc beneficium a martyribus acceptum divulgabat, et prædicabat, et commilitonum suorum benignitatem celebrabat.

Ἀλλὰ τί μακρὰ διατρίβομεν; Ἐφλέχθη τὰ σώματα, καὶ τὸ πῦρ αὐτὰ διεδέξατο. Τὴν δὲ κόνιν ἐκείνην, καὶ τῆς καμίνου τὰ λείψανα ὁ κόσμος ἐμερίσθη· καὶ πᾶσα γῆ σχεδὸν τοῖς ἁγιάσμασι τούτοις εὐλογεῖται. Ἔχω κἀγὼ μερίδα τοῦ δώρου, καὶ τῶν ἐμῶν πατέρων τὰ σώματα τοῖς τῶν στρατιωτῶν παρεθέμην λειψάνοις· ἵνα ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως μετὰ τῶν εὐπαρρησιαστῶν βοηθῶν ἐγερθῶσιν. Οἶδα γάρ, ὡς ἰσχύουσι, καὶ τῆς παῤῥησίας αὐτῶν τῆς πρὸς Θεὸν ἐναργεῖς ἐθεασάμην τὰς ἀποδείξεις· καὶ δὴ βούλομαι ἕν τι τῶν εἰς θαῦμα τελούντων τῆς ἐκείνων ἐνεργείας εἰπεῖν· Κώμης τῆς ἐμοὶ προσηκούσης, ἐν ᾗ τὰ τῶν τρισμακαρίων τούτων ἀναπέπαυται λείψανα, ἔστι τις πολίχνη ἡ γείτων, Ἴβωρα καλοῦσιν αὐτήν. C Ἐν δὴ ταύτῃ, κατὰ τὸν συνήθη Ῥωμαίοις νόμον, καταλόγου στρατιωτῶν διάγοντος, εἷς τις τῶν ὁπλιτῶν ἐπὶ τὴν κώμην τὴν προλεχθεῖσαν ἀφίκετο, πρὸς φυλακὴν τοῦ χωρίου παρὰ τοῦ ταξιάρχου δοθείς· ἵνα τῶν συστρατιωτῶν ἑαυτοῦ τὰς ὁρμὰς καὶ τὰς ὕβρεις ἀνείργῃ, ἃς εἰώθασιν ἐπάγειν τοῖς ἀγροίκοις ὑπὸ θράσους οἱ ὁπλιτεύοντες. Ἐνόσει δὲ οὗτος τὸν ἕτερον τοῖν ποδοῖν, καὶ ἐχώλευε· καὶ τὸ πάθος αὐτῷ χρόνιον καὶ δυσίατον ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ἐγένετο τοῦ μαρτυρίου καὶ τῆς ἀναπαύσεως τῶν ἁγίων, καὶ Θεῷ προσευξάμενος, τὴν τῶν ἁγίων πρεσβείαν ἐπεκαλέσατο· νύκτωρ αὐτῷ φαίνεταί τις ἀνὴρ ἀξιοπρεπής, καί τινα ἄλλα διαλεχθείς, «Χωλεύεις,» ἔφη, «ὦ στρατιῶτα, καὶ δεῖ σοι θεραπείας; ἀλλὰ δός μοι D ψηλαφῆσαι τὸν πόδα.» Λαβόμενος δὲ ὄναρ αὐτοῦ, σφοδρῶς ἐφειλκύσατο. Τῆς δὲ νυκτερινῆς ὄψεως τοῦτο ποιούσης, ὕπαρ τηλικοῦτος ἐγένετο ψόφος, οἷος ἂν γένοιτο, ὀστέου τῆς φυσικῆς ἁρμονίας ἐξολισθήσαντος, εἶτα βιαίως ἐναρμοσθέντος· ὥστε ἀφυπνίσαι καὶ τοὺς συγκαθεύδοντας καὶ αὐτὸν τὸν στρατιώτην, διεγερθῆναι δὲ τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς, καὶ βαδίζειν ὑγιῶς κατὰ φύσιν, ὡς εἴωθεν. Ταύτην τὴν θαυματουργίαν εἶδον ἐγὼ, αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ περιτυχὼν ἐξαγγέλλοντι πρὸς πάντας, καὶ κηρύττοντι τὴν μαρτύρων εὐεργεσίαν, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν φιλανθρωπίαν ἀνυμνοῦντι.

Si vero quid, quod me peculiari modo attingat, apponere oportet, haud omittam. Quando enim primum festum diem ob reliquias acturi eramus, et urnam in sanctam ecclesiam illaturi, mater mea,

Εἰ δέ τι χρὴ προσθεῖναι καὶ τῶν κατ' ἐξαίρετόν μοι προσηκόντων, ἐρῶ. Ἡνίκα γὰρ τὴν ἐπὶ τοῖς λειψάνοις πανήγυριν τὴν πρώτην τελεῖν ἐμέλλομεν, κἀν τῷ ἁγίῳ σηκῷ ἀναπαύειν τὴν λάρνακα, ἡ μήτηρ ἡ

ἐμή· αὕτη γὰρ ἦν ἡ τῷ Θεῷ συνάγουσα καὶ κοσμοῦσα τὴν ἑορτήν· ἥ δὲ ἥκειν με πρὸς τὴν μετουσίαν τῶν δρωμένων ἐκέλευσε, πόῤῥω τε διάγοντα, καὶ ἔτι νέον ὄντα, κἀν τοῖς λαϊκοῖς ἀριθμούμενον. Οἷα δὲ φιλεῖ γίνεσθαι ἐπὶ πράγμασι κατεπείγουσιν, ἄσχολος ὤν, βαρύτερον ὁ ἀνόητος ἐδεξάμην τὴν κλῆσιν, ὑπομεμψάμενος τῇ μητρὶ, ὅτι μὴ εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερέθετο τὴν πανήγυριν, ἀλλά με πολλῶν ἀποκινήσασα φροντίδων, μεθείλκυσε ταύτῃ, καὶ πρὸ μιᾶς τῆς συνόδου. Ἀφικόμην εἰς τὸ χωρίον· παννυχίδος δὲ οὔσης ἐν κήπῳ, ἔνθα καὶ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων ἐτύγχανε ψαλμῳδίαις τιμώμενα, ἐμοὶ πλησίον ἐπί τινος δωματίου καθεύδοντι φαίνεται ὄναρ ὄψις τοιαύτη· Ἐδόκουν βούλεσθαι εἰσιέναι ἐν τῷ κήπῳ, ἔνθα ὕπαρ ἡ παννυχὶς ἐτελεῖτο. Γενομένῳ δέ μοι περὶ τὴν θύραν, πλῆθος ὤφθη στρατιωτῶν προσκαθήμενον τῇ εἰσόδῳ· ἀθρόον δὲ οἱ πάντες διαναστάντες, ῥάβδους ἐπανατεινόμενοι, καὶ ἀπειλητικῶς ἐφορμῶντες, οὐ συνεχώρουν τὴν εἴσοδον· ἔλαβον δ' ἂν καὶ πληγὰς, εἰ μή με εἷς, ὡς ἐδόκουν, φιλανθρωπότερος ἐξῃτήσατο. Ὡς δέ με ὁ ὕπνος ἀφῆκε, καὶ ἦλθον εἰς ἀναλογισμὸν τῆς ἐπὶ τῇ κλήσει πλημμελείας, ᾐσθόμην μὲν εἰς τί ἔφερεν ἡ τῶν στρατιωτῶν ἐπίφοβος ὀπτασία· πολλοῖς δὲ θρήνοις ὠδυρόμην τὴν ἐμαυτοῦ ματαιότητα· καὶ αὐτῇ γε τῇ θήκῃ τῶν λειψάνων πικρὸν ἐπέῤῥευσα δάκρυον, ἵνα μοι ὁ Θεός τε εὐμενῶς ἔχῃ, καὶ οἱ ἅγιοι στρατιῶται τὴν ἀμνηστίαν χαρίσωνται.

Ταῦτα εἶπον, ἵνα πεισθῶμεν, ὅτι ζῶσιν οἱ μάρτυρες, καὶ εἰσὶ Θεοῦ δορυφόροι, καὶ πάρεδροι, οἱ σήμερον ἡμῶν τὴν Ἐκκλησίαν ὠφελήσαντες καὶ κοσμήσαντες· λαμπροτέρα δὲ καὶ μείζων αὕτη ἡ τεσσαρακοστὴ τῶν μ' μαρτύρων τὴν μνήμην ἔχουσα, καὶ ὁ μὴν ἐπιφανέστερος τῶν μηνῶν, καὶ ὁ μοχθηρὸς χειμὼν οὐκέτι μοι δοκεῖ χαλεπός· οὐδὲ σχετλιάζω κατὰ τῆς ἐνεστῶτος καιροῦ ἀγριότητος. Οὗτος γὰρ ὅπλον τοῦ διώκτου γενόμενος, ταύτην μοι τὴν ἱερὰν ἐτελείωσε φάλαγγα. Καὶ ὥσπερ τῶν ἑπτὰ Μακκαβαίων ἡ μήτηρ, διὰ τὸ ψυχὴν ἔχειν φιλόθεον μᾶλλον ἢ φιλόσαρκον, οὔτε τὴν Ἀντιόχου τοῦ τυράννου Συρίας ὠμότητα κατεμέμψατο, οὔτε πρὸς τὰς κολάσεις καὶ τὰς συμφορὰς τῶν υἱῶν ἐδυσχέρανεν· ἐδέξατο δὲ τὴν ἐρημίαν, ὡς εὐεργεσίαν, καὶ τὴν ἀπαιδίαν, ὡς βοήθειαν· οὔτε μὴν ὁ Στέφανος λιθαζόμενος ἐνόμιζε βλάπτεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ζωοποιεῖσθαι· οὕτως καὶ ἡμεῖς τοῖς θεομάχοις ὀφείλομεν χάριν ἐκ τῆς ἀγαθῆς ἀποβάσεως, ἀνθ' ὧν ἡμῖν τοσούτων ἀγαθῶν κατέστησαν αἴτιοι, εἰ καὶ μὴ σκοπῷ εὐεργετούντων, ἀλλὰ πολεμούντων ἐνήργουν. Εὐεργετοῦσι γὰρ καὶ ἐχθροὶ μὴ θέλοντες, τῶν γνησίων φίλων οὐκ ἀτιμότερα. Ὠφέλησεν ὁ διάβολος τὸν Ἰὼβ μᾶλλον, ἢ ἔβλαψεν. Εὐεργέτης ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων τοῦ Δανιὴλ ἐγένετο. Καὶ οἱ τρεῖς παῖδες τῇ καμίνῳ χάριν ὁμολογείτωσαν· καὶ πρισθεὶς ὁ Ἡσαΐας τοὺς Ἑβραίους ὑμνείτω. Καὶ Ζαχαρίας μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου σφαγεὶς τιμάτω τοὺς αὐτόχειρας· καὶ Ἰωάννης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, εὐεργέτην χρηματιζέτω Ἡρώδην· καὶ οἱ ἀπόστολοι τοὺς δήσαντας καὶ μαστίξαντας· καὶ πάντες μάρτυρες ἀγαπάτωσαν

A (hujus enim vita cum Deo erat, quæ etiam omnem diem festum eximie ornabat) jussit me ad rerum gerendarum participationem venire. At cum procul abessem, adhuc juvenis, et in laicorum ordine, prout fieri consuevit in rebus urgentibus, occupationibus distentus, gravius vocationem insipiens accepi, subaccusans matrem, quod hanc celebritatem in aliud tempus non distulisset, sed me a variis negotiis abstractum huc abduxisset, et quidem ante ullam synodum. Veni ergo in pagum. Et cum pervigilium obiretur in horto, ubi etiam Sanctorum reliquiæ psalmis honorabantur, mihi in vicina ædicula dormienti hujusmodi secundum quietem visio oblata est: Videbar intrare in hortum, ubi pervigilium agebatur. Et cum ad fores essem, B apparuit multitudo militum ad introitum excubantium, qui e vestigio assurgentes, virgasque quatientes, et minabundi in me irruentes, aditum non concedebant: quin et plagas accepissem, nisi deprecatione unius, qui, ut videbatur, cæteris humanior erat, ereptus fuissem. Ubi vero somnus me reliquit, inque memoriam revocavi, quæ circa vocationem deliqueram, tum quid terrifica militum apparitio sibi vellet, intellexi: multis autem lacrymis deflevi meam insipientiam, ipsamque sacrarum reliquiarum thecam lacrymis amaris aspersi, ut et Deum mihi propitiarem, et a sanctis militibus commissi oblivionem obtinerem.

Hæc recensuerim, ut credamus martyres vivere, C et Dei quasi stipatores et assessores esse, qui hodie Ecclesiæ et emolumento et ornamento sunt. Ipsa vero Quadragesima, qua quadraginta martyrum memoria obitur, splendidior et major est, et mensis mensibus aliis illustrior, neque mala hiems amplius mihi difficilis apparet, neque affligor ob temporis instantis inclementiam. Nam immite tempus, occasione persecutori subministrata, hanc sacram catervam confecit. Et quemadmodum septem Macchabæorum mater, eo quod animum haberet magis Dei quam carnis amantem, neque Antiochi tyranni Syriæ crudelitatem accusavit; neque supplicia et calamitates filiorum indigne tulit, solitudinem vero, ut beneficium, et orbitatem, ut auxilium accepit; neque Stephanus lapidatus arbitraD batur se lædi, sed magis vivificari: ita et nos Dei oppugnatoribus gratiam debemus, ob prosperum eventum, cum nobis tantorum bonorum causa effecti sunt, etsi id quod agebant, non animo benefaciendi, sed oppugnandi agebant. Nam et hostes, licet nolentes, aliquando beneficia conferunt; nec diabolus Jobo minus profuit, quam genuini amici ejus. Benefactor Danielis fuit rex Assyriorum. Et tres pueri incensæ fornaci gratias agant: et Isaias serra dissectus Hebræos dilaudet. Et Zacharias inter templum et altare mactatus suos interfectores veneretur, et Joannes capite truncatus Herodem ceu benefactorem suum prædicet, et apostoli eos, a quibus ligabantur et flagellabantur, et omnes martyres eos, a quibus persecutionem patiebantur,

diligant: nisi enim illi stadium aperuissent, haudquaquam athletæ fortitudinem suam palam demonstrassent. Quid vero quis ad laudem eorum, qui nobis pro argumento propositi sunt, magis admiretur, an multitudinem, an fortitudinem, an sinceram et non fucatam concordiam? Ne vero prætereamus ingrate primum numerum. Nam qui tantos intercessores habet, is nunquam inanis a precibus et oratione abibit, licet peccatis admodum onustus sit. Cujus sensus et spei testis est ipse Deus in colloquio cum Abrahamo, quando pro Sodomitis supplicabat, cum non quadraginta, sed decem solummodo justos ad civitatis jamjam perituræ conservationem requisivit. Nos vero, juxta Apostolum[3], tantam testium nubem circumfusam habentes, nos ipsos prædicemus beatos, spe gaudentes, orationi instantes, memoriis sanctorum communicantes: nam quadraginta martyres validi sunt contra adversarios propugnatores, et fide digni intercessionis apud communem Dominum advocati; horum præsidio tectus Christianus confidat, licet diabolus tentationes nectat, et homines improbi insurgant, et tyranni furore excandescant, et mare sæviat, et terra non ferat, quæ hominibus ferre solet, tandemque cœlum minas intentet: ad omnem enim necessitatem et eventum horum facultas et potentia sufficit, et uberem a Christo gratiam accipit, quem decet omnis gloria in sæcula. Amen.

[3] Hebr. XII, 1.

A τοὺς διώκοντας· εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ στάδιον ἤνοιξαν, οὐκ ἂν οἱ ἀθληταὶ τὴν ἀνδρείαν ἐδημοσίευσαν. Τί δ᾽ ἄν τις πλέον ἀγασθείη τῶν προκειμένων ἡμῖν εἰς εὐφημίαν ἀνδρῶν; τὸ πλῆθος, ἢ τὴν ἀνδρείαν, ἢ τὴν ἀψευδῆ συμφωνίαν; Καὶ μὴ παρέλθωμεν ἀναισθήτως, μηδὲ ἀχαρίστως πρῶτον τὸν ἀριθμόν. Ὁ γὰρ τοσούτους ἔχων πρεσβευτάς, οὔποτ᾽ ἂν ἄπρακτος ἀπέλθοι προσευχῆς καὶ δεήσεως, κἂν σφόδρα βεβαρημένος ὑπάρχῃ τοῖς ἁμαρτήμασι. Καὶ ταύτης τῆς διανοίας καὶ ἐλπίδος, μάρτυς ἐστὶν ὁ Θεός, ἐν τῇ πρὸς Ἀβραὰμ διαλέξει, ἡνίκα τὴν ὑπὲρ Σοδομιτῶν ἱκετείαν ἐδέχετο, οὐ τεσσαράκοντα δικαίους, ἀλλὰ δέκα ζητήσας εἰς παραίτησιν πόλεως μελλούσης ἐξαφανίζεσθαι. Ἡμεῖς δὲ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, μακαρίσωμεν B ἑαυτοὺς τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες. Τεσσαράκοντα γὰρ μάρτυρες, ἰσχυροὶ μὲν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ὑπασπισταί, ἀξιόπιστοι δὲ τῆς πρὸς τὸν Δεσπότην ἱκεσίας παράκλητοι· μετὰ τῆς τούτων ἐλπίδος καταθαῤῥείτω Χριστιανός, καὶ τοῦ διαβόλου πειρασμοὺς ῥάπτοντος, καὶ ἀνθρώπων πονηρῶν ἐπανισταμένων, καὶ τυράννων τῷ θυμῷ ζεόντων, καὶ θαλάσσης ἀγριαινούσης, καὶ γῆς μὴ φερούσης, ἃ γεννᾷν ἀνθρώποις τέτακται, καὶ οὐρανοῦ συμφορὰς ἀπειλοῦντος. Πρὸς πᾶσαν γὰρ χρείαν, καὶ περίστασιν ἡ τούτων δύναμις ἐξαρκεῖ, καὶ πλουσίαν παρὰ Χριστοῦ λαμβάνει τὴν χάριν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΑΔΕΛΦΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ.

—

EJUSDEM

ORATIO FUNEBRIS

QUA FRATRIS SUI BASILII MAGNI LAUDES ET MEMORIAM CONCELEBRAT.

Laurentio Sifano interprete.

—

Bonum imposuit Deus ordinem anniversariis his nostris feriis, quas per ordinatam quamdam vicissitudinem et seriem his diebus et jam celebravimus, et rursus celebramus. Ordo autem nobis spiritualium celebritatum atque conventuum is est, quem magnus etiam Paulus docuit, superne atque cœlitus ejusmodi rerum cognitionem adeptus. Ait

C Καλὴν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς τὴν τάξιν ταῖς ἐτησίοις ταύταις ἡμῶν ἑορταῖς, ἃς διά τινος τεταγμένης ἀκολουθίας κατὰ τὰς ἡμέρας ταύτας ἤδη τε ἠγάγομεν, καὶ πάλιν ἄγομεν. Ἡ δὲ τάξις ἡμῖν ἐστι τῶν πνευματικῶν πανηγύρεων, ἣν καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐδίδαξεν, ἄνωθεν τῶν τοιούτων τὴν γνῶσιν ἔχων. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, ἐν πρώτοις μὲν τοὺς ἀποστόλους τε καὶ

τοὺς προφήτας τετάχθαι, μετ' ἐκείνους δὲ τοὺς ποιμένας καὶ διδασκάλους. Συμβαίνει τοίνυν τῇ ἀποστολικῇ ταύτῃ ἀκολουθίᾳ ἡ τάξις τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ πανηγύρεων. Ἀλλὰ τὴν πρώτην οὐ συναριθμῶ ταῖς ἄλλαις. Ἡ γὰρ ἐπὶ τῇ θεοφανείᾳ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ χάρις, ἡ διὰ τῆς ἐκ Παρθένου γεννήσεως ἀναδειχθεῖσα τῷ κόσμῳ, οὐχ ἁπλῶς ἐστιν ἁγία πανήγυρις, ἀλλ' ἁγία ἁγίων, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων. Οὐκοῦν τὰς μετ' αὐτὴν ἀριθμήσωμεν· Πρῶτον ἡμῖν ἀπόστολοί τε καὶ προφῆται τῆς πνευματικῆς χοροστασίας κατήρξαντο. Τὰ δύο γὰρ πάντως περὶ τοὺς αὐτούς ἐστι χαρίσματα, τό τε ἀποστολικὸν πνεῦμα, καὶ τὸ τῆς προφητείας. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· Στέφανος, Πέτρος, Ἰάκωβος, Ἰωάννης, Παῦλος· εἶτα μετὰ τούτους φυλάξας τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, ἐξάρχει τῆς παρούσης ἡμῖν πανηγύρεως ὁ ποιμὴν καὶ διδάσκαλος. Τίς οὗτος; Εἴπω τὸ ὄνομα, ἢ ἀρκεῖ ἡ χάρις ἀντὶ τοῦ ὀνόματος δεῖξαι τὸν ἄνδρα; Διδάσκαλον γὰρ καὶ ποιμένα μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἀκούσας, ἐνόησας πάντως τὸν μετὰ τοὺς ἀποστόλους ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον· τοῦτον λέγω, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν ὑψηλὸν βίῳ τε καὶ λόγῳ Βασίλειον, τὸν ἀστεῖον τῷ Θεῷ ἐκ γεννήσεως, τὸν τοῖς ἤθεσι πολιὸν ἐκ νεότητος, τὸν παιδευθέντα μὲν κατὰ Μωϋσέα πάσῃ σοφίᾳ τῶν ἔξωθεν λόγων, τοῖς δὲ ἱεροῖς γράμμασιν ἐκ βρέφους καὶ μέχρι τῆς τελειώσεως συντραφέντα καὶ συναυξηθέντα καὶ συνακμάσαντα· ὅθεν διδάσκων πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ τῇ θείᾳ τε καὶ τῇ ἔξωθεν, οἷόν τις ἀριστεὺς περιδέξιος δι' ἑκατέρας παιδεύσεως τοῖς ἀντιτεταγμένοις ἑαυτὸν ἀνθοπλίζων, ὑπεραίρει δι' ἀμφοτέρων τοὺς προσπαλαίοντας, ὑπερέχων ἐν ἑκατέρῳ τοὺς ἐν θατέρῳ τινὰ κατὰ τῆς ἀληθείας ἰσχὺν ἔχειν νομίζοντας, τοὺς μὲν ἐκ τῆς αἱρέσεως τὰς Γραφὰς προβαλλομένους, ταῖς Γραφαῖς ἀνατρέπων, Ἕλληνας δὲ διὰ τῆς ἰδίας αὐτῶν συμποδίζων παιδεύσεως. Ἡ δὲ κατὰ τῶν ἀντιπάλων νίκη οὐ πτῶσιν ἐποίει τῶν ἡττημένων, ἀλλ' ἀνάστασιν. Οἱ γὰρ ἡττώμενοι τῆς ἀληθείας, νικηταὶ καὶ στεφανῖται κατὰ τῆς πλάνης καὶ τοῦ ψεύδους ἐγίνοντο.

A enim ille, in primis quidem apostolos et prophetas constitutos et ordinatos esse, post illos vero pastores et doctores [1]. Convenit igitur ordo solemnium conventuum et celebritatum cum apostolica hac ordinatione. Sed primam celebritatem una cum aliis non numero. Nam quæ propter divinam unigeniti Filii apparitionem, per partum Virginis a mundo festivitas instituta est, ea non simpliciter sancta celebritas est, sed sancta sanctarum, et celebritas celebritatum. Igitur eas quæ hanc consequuntur, numeremus. Primum nobis apostoli et prophetæ spiritualis cœtus initium fecerunt. Utraque enim prorsus circa eosdem sunt dona, et apostolicus spiritus, et spiritus prophetiæ. Sunt autem hi: Stephanus, Petrus, Jacobus, Joannes, Paulus; B deinde post hos conservato ordine suo, pastor et magister præsentem nobis celebritatem auspicatur. Quis est hic? Dicam nomen, an nominis vicem gratia atque festivitas supplet ad virum ostendendum? Cum enim de magistro atque pastore post apostolos audiveris, intellexisti prorsus eum qui apostolos consequitur pastor et doctor. Hunc dico, qui vas est electionis, sublimem illum et vita et sermone Basilium, gratum et acceptum Deo a nativitate, qui moribus canus ab juventute, qui sicut Moyses [2], eruditus fuit omni sapientia atque scientia externarum disciplinarum, sacris vero litteris ab infantia usque ad perfectionem et consummationem innutritus, una crevit, in adulta atque C confirmata ætate una versatus est, unde docens omnem hominem in omni sapientia tam externa quam divina, veluti vir quidam fortis et strenuus bellator ambidexter, per utramque eruditionem in adversarios sese armans, per utramque disciplinam vincit reluctantes, utraque armatura præcedens et superans eos, qui per alterutram adversus veritatem aliquas vires habere se putabant, eos quidem qui de hæreticorum sententia scripturas proferrent, Scripturis evertens atque confutans, Græcos autem ac gentiles per suam ipsorum irretiens atque illaqueans eruditionem. Sed victoria de adversariis non ruinam iis, qui victi essent, afferebat, sed resurrectionem. Qui enim veritati succumbebant victoriam et coronam de errore atque mendacio referebant.

Τοῦτον οὖν ἔχομεν καὶ ἡμεῖς νῦν τὸν διατιθέντα ἡμῖν τὴν παροῦσαν πανήγυριν, τὸν γνήσιον ὑποφήτην τοῦ Πνεύματος, τὸν γενναῖον τοῦ Χριστοῦ στρατιώτην, τὸν μεγαλόφωνον κήρυκα τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, τὸν ἀγωνιστήν τε καὶ πρόμαχον τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ παῤῥησίας· ᾧ τὰ δεύτερα μετὰ τοὺς ἀποστόλους ὁ χρόνος δίδωσι μόνον. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν τῷ Παύλῳ χρόνον μετέσχεν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου Βασίλειος, οὕτως ἂν πάντως συνεγράφη τῷ Παύλῳ ὡς Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος· καὶ ὅτι οὐκ ἔξω τῆς ἀληθείας στοχάζομαι, οὑτωσὶ τὸν λόγον κατανοήσωμεν· Παρείσθω τὸ προτερεύειν τοὺς ἁγίους τῷ χρόνῳ. Ἡ γὰρ τοῦ χρόνου φύσις ἐν τῷ παρῳχηκότι καὶ τῷ μέλλοντι, πρὸς ἀρετήν τε καὶ κακίαν ὁμοίως ἔχει, οὔτε τοῦτο οὖσα, οὔτε τὸ ἕτερον· ἐν γὰρ προαιρέσει

Hunc igitur habemus nunc etiam nos, qui constituat nobis præsentem celebritatem, genuinum et D verum ministrum et interpretem spiritus, strenuum Christi militem, sonorum et vocalem salutaris præconii atque prædicationis præconem, libere pro Christo loquendo decertantem, et in principiis pugnam cientem: cui secundas post apostolos partes tempus solum dat. Nam si eodem tempore, quo Paulus, vitæ particeps humanæ fuisset Basilius, sicuti Sylvanus et Timotheus: ita prorsus una cum Paulo litterarum monumentis celebratus esset. Atque ut intelligatur, quod conjecturam faciendo a veritate non aberro, hoc modo rationem ineamus. Prætermittatur ea oratio, qua explicetur, qui sancti, quos sanctos tempore antecesserint (temporis

[1] I Cor. XII, 28. [2] Act. VII, 22.

cujus natura in præterito et futuro, quod ad virtutem et vitium attinet, eodem modo sese habet, cum neque hoc, neque contrarium sit: in libero enim arbitrio atque proposito voluntatis, non in tempore bonum consistit), at fides cum fide, cum oratione oratio conferatur. Nam si quis justus æstimator fuerit in conferendis inter se miraculis, reperiet unam in ambobus gratiam, quæ ex eodem spiritu juxta convenientiam atque proportionem fidei exsisteret in utroque. Quod si tempore Paulus præcedit, et multis ætatibus post Basilius exhibitus ac designatus est: divinæ administrationis quam hominum gratia suscepit, opus dicis, non affers probationem circa virtutem diminutionis. Nam et Moyses multis temporibus posterior Abrahamo: Samuel Moyse, et hoc Elias: et illo magnus Joannes, et post Joannem Paulus, et post hunc Basilius. Quemadmodum igitur in præcedentibus nihil tempus posterius, quod attinet ad gloriam quæ cum Deo conjuncta est, sanctis incommodavit: ita etiam nunc in disceptatione virtutis, ætatis commodum silentio prætermittatur. Nam id, ut modo dicebamus, providentiæ divinæ, qua consulitur hominibus, continet demonstrationem. Ille enim, qui, ut inquit propheta, res omnes novit antequam exsistant[3], et malitiam diaboli simul cum ætatibus hominum extendi atque traduci et ad finem pergere animadvertit, convenientem et accommodatam ad cujusque ætatis morbum medicinam parat, ne curationis expertem sinat esse morbum hominum, qui si desit, a quo sanetur, subigere solet et in potestatem suam redigere genus humanum. Hujus rei gratia, cum vigeret ac prævaleret aliquando philosophia Chaldæorum, qui rerum causas a certo quodam motu siderum pendere statuebant, nec virtutem quamdam sideribus apparentibus præsidere ac præesse putabant, quæ rerum quarumlibet effectrix esset: tum Abrahamum exhibet, qui quasi scala usus ejusmodi disciplina, investigavit illum, qui per res, quæ videntur, intelligitur, ac (quasi) via fidei, quæ est in eum qui revera Deus est, posteris exstitit, cum ipse relicto patrio errore, atque ea, quæ sensuum instrumentis esse dicitur cum ea, quæ apparet in astris creatura, cognatione, dux ad eam fidem fuisset. Deinde cum Ægyptii ex suggestione, opinor, ejus, qui per varias fraudes (homines) demergit, mirabilem quamdam et præstigiatricem calliditatem invenissent, exhibuit Moysen, qui sapientiæ excellentia Ægyptiorum fraudem expelleret et aboleret. Agnoscit autem prorsus rem gestam, de qua loquor, qui Scripturam novit, quomodo cum præstigiatores illi divinis signis ex adverso suarum fraudum specimen præberent, Moyses omnibus modis superior fuerit, et superne auxilio misso omnes Ægyptias vires deleverit. Intelligis autem hoc cum per alias res, tum per virgarum ænigma. Processu deinde temporis, cum etiam Israelitarum res per eum statum, quo nullius certi magistratus imperio continebantur, in promiscua

A τὸ ἀγαθὸν, οὐκ ἐν χρόνῳ. Ἀλλ' ἐξεταζέσθω πρὸς τὴν πίστιν ἡ πίστις, καὶ πρὸς τὸν λόγον ὁ λόγος· εὑρήσει γὰρ ὅ γε δικαίως ἐκ παραλλήλου ἀντεξετάζων τὰ θαύματα, μίαν ἐπ' ἀμφοτέρων τὴν χάριν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἐγγινομένην ἐν ἑκατέρῳ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Εἰ δὲ προήκει τῷ χρόνῳ Παῦλος, καὶ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς ἀνεδείχθη Βασίλειος, τῆς θείας ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίας λέγεις τὸ ἔργον, οὐκ ἀπόδειξιν τῆς κατ' ἀρετὴν ἐλαττώσεως· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς τοῦ Ἀβραὰμ πολλοῖς χρόνοις μεταγενέστερος, καὶ Σαμουὴλ Μωϋσέως, καὶ τούτου Ἠλίας· κἀκείνου ὁ μέγας Ἰωάννης, καὶ μετὰ Ἰωάννην Παῦλος· καὶ μετὰ τοῦτον Βασίλειος. Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς προάγουσιν οὐδὲν ὁ χρόνος δευτερεύων, εἰς τὴν κατὰ Θεὸν δόξαν B τοὺς ἁγίους ἠλάττωσεν· οὕτω καὶ νῦν ἐν τῷ τῆς ἀρετῆς λόγῳ σιωπάσθω τὰ πρεσβεῖα τοῦ χρόνου. Τὸ γὰρ τοιοῦτον, καθὼς ἔφαμεν, τῆς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων τοῦ Θεοῦ προμηθείας τὴν ἀπόδειξιν ἔχει. Ὁ γὰρ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, καθώς φησιν ὁ προφήτης, καὶ τὴν συνδιεξιοῦσαν ταῖς ἀνθρωπίναις γενεαῖς τοῦ διαβόλου κακίαν κατανοῶν, πρόσφορόν τε καὶ κατάλληλον τῷ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἀῤῥωστήματι τὸν ἰατρὸν ἑτοιμάζει, ὡς ἂν μὴ ἀθεράπευτον περιίδοι τῶν ἀνθρώπων τὴν νόσον, δι' ἐρημίαν τῶν διορθουμένων κατακρατοῦσαν τοῦ γένους. Τούτου χάριν ἐπικρατούσης ποτὲ τῆς Χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας, οἳ τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν ἐν τῇ ποιᾷ κινήσει τῶν ἄστρων ὡρίζοντο, ὑπερκεῖσθαι δέ τινα τῶν φαινομένων δύναμιν ποιητικὴν τῶν ὄντων οὐκ C ᾤοντο· τότε τὸν Ἀβραὰμ ἀναδείκνυσιν, ὃς ἐπιβάθρᾳ τῇ τοιαύτῃ παιδεύσει χρησάμενος, ἀνεζήτησε τὸν διὰ τῶν ὁρωμένων νοούμενον. Καὶ ὁδὸς τοῖς ἐφεξῆς ἐγένετο πίστεως τῆς εἰς τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, αὐτὸς πρὸς ταύτην καθηγησάμενος, διὰ τοῦ καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν ἀπάτην, καὶ τὴν τῶν αἰσθητηρίων πρὸς τὴν φαινομένην κτίσιν συγγένειαν. Εἶτα τῶν Αἰγυπτίων δαιμονίαν τινὰ καὶ γοητικὴν σοφίαν ἐξευρηκότων, ἐξ ὑποθήκης, οἶμαι, τοῦ ποικίλως δι' ἀπάτης καταβυθίζοντος, ἀνέδειξε τὸν Μωϋσέα τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς σοφίας τὴν Αἰγυπτίαν ἀπάτην ἐξαφανίσοντα. Ἐπιγινώσκει δὲ πάντως τὸν λόγον ὁ τὴν Γραφὴν ἐπιστάμενος, πῶς, ἀντεπιδεικνυμένων τοῖς θείοις σημείοις τῶν γοήτων τὰς ἰδίας ἀπάτας, ὑπερέσχε κατὰ κράτος Μωϋσῆς, διὰ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας τὴν Αἰγυπτίαν D ἰσχὺν πᾶσαν ἐξαφανίσας. Νοεῖς δὲ τοῦτο διά τε τῶν ἄλλων, καὶ τῷ τῶν ῥάβδων αἰνίγματι. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν δι' ἀναρχίας ἐν δημοκρατορικῇ συγχύσει πλημμελῶς διακειμένων, ὁ Σαμουὴλ ἀναφαίνεται, κρατῶν δι' ἑαυτοῦ τὸ ὑπήκοον, καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἐπιμιξίας ἀπείργων· εἶτα πρὸς βασιλείας κατάστασιν τὴν ἀναρχίαν μετασκευάσας, συνήθροισεν αὐτὸ περὶ ἑαυτὸ τὸ ἀλλόφυλον, τῆς βασιλικῆς δυναστείας νομοθέτης γενόμενος.

[3] Dan. XIII, 42.

populi atque confusa potestate male sese haberent, Samuel exsistit, qui per sese subditos in officio contineret, et a consuetudine atque commercio alienigenarum prohiberet, deinde cum illum confusum statum, quo nullus certus magistratus erat, ad constitutionem regni traduxisset, duodecim tribus congregavit in unum, et regium imperium lege lata sanxit.

A Μετὰ ταῦτα δὲ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς, ὅτε Ἀχαὰβ ἐκεῖνος, τὸ γυναικεῖον ἀνδράποδον, αὐτός τε τῶν πατρῴων ἀπέστη θεσμῶν, γυναικὶ χλιδώσῃ δεδουλωμένος, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην δι' ἐκείνης ἐπισπασάμενος, συναπέστησεν ἑαυτῷ τὸν Ἰσραηλίτην λαόν· τότε ἀναδείκνυσιν ὁ Θεὸς τὸν Ἠλίαν ἀντίῤῥοπον ἔχοντα τῷ μεγέθει τῆς νόσου τῶν ἀνθρώπων τὴν θεραπεύουσαν δύναμιν, ἄνδρα, ἐν ὑπεροψίᾳ τῆς θεραπείας τοῦ σώματος, αὐχμῶντα τὸ πρόσωπον, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἰδίων τριχῶν σκιαζόμενον, ἰδιαστὴν τῷ βίῳ, σεμνὸν προσιδεῖν ἐν ἀμειδεῖ τῷ προσώπῳ, καὶ συννενευμένον τῷ βλέμματι, δέρματι αἰγείῳ τοσοῦτον τοῦ σώματος σκέπ[τ]οντα, ὅσον εὐπρεπέστερόν ἐστι καλυπτόμενον, τῷ δὲ λοιπῷ διακαρτεροῦντα πρὸς τὸν ἀέρα, καὶ οὐδὲν πρὸς τὴν ἐκ τοῦ θάλπους τε καὶ κρύους ἀνωμαλίαν ἐπιστρεφόμενον. Ὃς ἀναφανεὶς τῷ B λαῷ, τῇ τε διὰ τοῦ λιμοῦ μάστιγι σωφρονίζει τὸν Ἰσραὴλ, καθάπερ τινὶ σκυτάλῃ τῇ τοιαύτῃ πληγῇ τῆς ἀταξίας τοῦ λαοῦ καθαπτόμενος· μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τῷ θείῳ πυρὶ τῷ περὶ τὴν ἱερουργίαν γεγενημένῳ θεραπεύει τὴν περὶ τὰ εἴδωλα νόσον. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἄλλος ἐκεῖνος χρόνοις ὕστερον πλείοσιν ἀναφαίνεται, ὁ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου διὰ Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ ἐπιδημήσας τῷ βίῳ, καὶ ἅπαν τὸ ἔθνος ἐξεκκλησιάζων ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ κηρύγματος, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ αἵματι τῶν προφητῶν λύθρον, καὶ τὰ παντοδαπὰ μιάσματα, καὶ τὰ ποικίλα τῆς ἁμαρτίας δεσμά· οἷς ὑποδημάτων δίκην κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἅπας ὁ λαὸς ἐνεδέδετο· πάντα τὰ τοιαῦτα τῷ τε κηρύγματι τῆς μετανοίας ἐκλύων, καὶ C τῷ περιῤῥαντηρίῳ ὕδατι κατὰ τὸν Ἰορδάνην ἐκπλύνων, ἐν οὐδενὶ τὸ ἔλαττον τῶν ἐν ἀρετῇ προωδευκότων ἐν τοῖς κατὰ Θεὸν ἐπεδείξατο. Τί δὲ μετὰ τοῦτον ὁ Παῦλος πρὸς τὸ ἀκρότατον τῆς κατὰ Θεὸν προκοπῆς ἀναδραμεῖν ἐκωλύθη δευτερεύων τῷ χρόνῳ; οὐκ εὐθὺς ἐραστὴς τοῦ θείου κάλλους ἐγένετο, τοῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐναστράψαντος, ὁμοῦ τῷ τὰς λεπίδας ἀποβαλεῖν τῶν ὀμμάτων, αἳ σύμβολον ἦσαν τοῦ περικαρδίου καλύμματος, ὃ περικείμενον τῷ διορατικῷ τῶν Ἰουδαίων ψυχῶν, τυφλώττειν αὐτοὺς παρασκευάζει πρὸς τὴν ἀλήθειαν; Οὐκ ἐπειδὴ τῷ μυστικῷ λουτρῷ τὸν τῆς ἀγνοίας τε καὶ ἀπάτης ῥύπον ἐναπέθετο, εὐθὺς πρὸς τὸ θειότερον μετεσκευάσθη τὴν φύσιν, καὶ οἷον ἐκδὺς τὴν παχεῖαν ταύτην καὶ σαρκώδη περιβολὴν, αὐτοῖς τοῖς οὐρανίοις ἀδύτοις ἐνεχωρίαζεν, οὐδὲν βαρούμενος τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος, D καὶ ἐντὸς ἐγένετο τῆς θείας τοῦ παραδείσου φυτείας, ἐκεῖ τὴν ἄῤῥητον μυσταγωγίαν παρὰ τῆς ἀληθείας τελειούμενος, κἀκεῖθεν λαμβάνων τοῦ λόγου τὴν δύναμιν εἰς ὑπακοὴν τῆς πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν; Ὅθεν μικροῦ δεῖν τῆς οἰκουμένης πάσης πατὴρ γίνεται, διὰ τῶν πνευματικῶν ὠδίνων εἰς φῶς ἐνάγων τοὺς δι' αὐτοῦ μορφουμένους κατὰ Χριστὸν εἰς εὐσέβειαν. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁγίων, ἡ κατὰ τὸν χρόνον τάξις οὐδὲν τῆς κατὰ Θεὸν προκοπῆς ἠλάττω-

Secundum hæc multis post ætatibus, cum Achaab, mulieris illud mancipium, et ipse patrios ritus sacrorum deseruisset, mulieri delicatæ ac molli obnoxius factus, et per illam ascito simulacrorum errore, ad eamdem secum defectionem Israeliticum populum traxisset, tunc Deus exhibet Eliam, qui magnitudini hominum morbi pares ad sanandum vires haberet, virum, qui curationem et cultum corporis despiceret, facie squalenti, qui multitudine suorum crinium obumbraretur, qui peculiari modo vivendi uteretur, aspectu venerandum, vultu tristi ac risus experti, obtutu oculorum recto et eodem quo intendisset vergenti, pelle caprina tantum de corpore tegentem, quantum abscondi magis decorum est, reliqua parte corporis ad aera perdurantem, et nihil iniquitatem et injuriam vel æstus vel frigoris curantem, qui cum populo exhibitus esset, primum flagello famis Israelem ad sanitatem reducit, veluti scutica quadam ejusmodi plaga atque pœna insolentiam populi ac petulantiam incessens; deinde etiam, divino in sacrificio igni excitato, curat morbum simulacrorum cultus. Deinde secundum illum alius ille compluribus temporibus post exsistit, qui in spiritu et virtute Eliæ per Zachariam et Elisabetam productus, et in vita versatus est, atque universam gentem in solitudine per prædicationem (ad se) evocans: et sordes ob sanguinem prophetarum (effusum) contractas, et multiplicia piacula, variosque peccati nodos, quibus calceamentorum in modum in illo tempore universus populus implicitus et illigatus erat: omnia ejusmodi mala, cum prædicatione pœnitentiæ dissolveret, et aquæ circumspersione ad Jordanem elueret, in nulla re divina minus præstitit, quam illi qui in exercitio virtutis ante eum fuerunt. Quid item post hunc Paulus, eo quod tempore posterior esset, ad summum gradum divini progressus et incrementi evadere prohibitus est? annon protinus divinæ pulchritudinis, quæ in oculis ejus refulserat, amator exstitit, simulatque ab oculis squamas rejecit? quæ squamæ signum erant tegumenti, quo cor (ejus) obductum fuerat: quo tegumento Judæorum animarum acies perspectiva obducta atque obligata, cæcos eos effecit ad veritatem? nonne posteaquam sordes quas ex ignorantia atque errore contraxerat, in mystico lavacro deposuit, protinus ad augustiorem conditionem natura transformatus est, et velut exuto hoc crasso atque carneo amictu in ipsis cœlorum adytis versabatur? Et nihil corporei impedimenti pondere tardatus, etiam intra divinam paradisi consitionem perveniebat, et illic arcana sacrorum disciplina a veritate initiabatur, atque illinc ad obediendum fidei in omnibus gentibus vim sermonis accipiebat? Unde totius propemodum orbis ter-

rarum pater exsistit, per spirituales labores et partus eos qui per ipsum ad Christianam pietatem formantur, in lucem producens. Si igitur ratio temporis in cæteris sanctis nihil quod pertineat ad divinum incrementum atque progressum imminuit, eo quod pariter et ex æquo gratia unumquemque adjuvaret ad perfectionem : non immerito audemus etiam eum, qui nostra ætate fuit, hominem divinum, magnum illud veritatis vas Basilium, inclytis illis sanctis annumerandum esse dicere, quippe cum temporis vicissitudo nihil impediat vel sublime illius erga Deum studium atque desiderium, vel divinam gratiam ad animam perfecte et absolute excolendam et exornandam, ne quo modo vel divini consilii dispositionisque intentio atque propositum sugilletur, vel aliquid de illius auxilio atque præsidio, quod ad mysterium considerabatur, propter temporis causam extenuetur, et leviori quam par est, momento æstimetur. Nemo autem prorsus ignorat, quo consilio in hoc tempore præceptor noster designatus et exhibitus sit.

A σεν, ὁμοτίμως ἑκάστῳ τῆς χάριτος πρὸς τὴν τελειότητα συνεργούσης· εἰκότως τολμῶμεν καὶ τὸν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γενεᾷ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, τὸ μέγα σκεῦος τῆς ἀληθείας, Βασίλειον, τοῖς ὀνομαστοῖς ἐκείνοις ἁγίοις ἐναρίθμιον εἶναι λέγειν, οὐδὲν τῆς χρονικῆς ἀκολουθίας οὔτε τὴν ὑψηλὴν ἐκείνου πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιθυμίαν, οὔτε τὴν θείαν χάριν πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς τελείωσιν ἐμποδιζούσης· ὡς ἂν μὴ τῆς θείας οἰκονομίας ὁ σκοπός τι παραβλαβείη, ἤ τι παρὰ τὴν τοῦ χρόνου αἰτίαν ἐλαττωθείη τῆς παρ' αὐτοῦ συνεισφερομένης συμμαχίας πρὸς τὸ μυστήριον. Πάντως δὲ οὐδεὶς ἀγνοεῖ τὸν σκοπὸν τῆς κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον τοῦ διδασκάλου ἡμῶν ἀναδείξεως.

B Posteaquam enim hominum insania circa simulacrorum cultum prædicatione Christi exstincta est, et omnia jam delubra cæteræque res, quæ vano dementium cultu celebrari ac frequentari solebant, dirutæ atque e medio sublatæ erant, cum per universum pene terrarum orbem habitatum prædicatio pietatis et veri Dei cultus atque religionis pervasisset, adeo ut is qui fraudis humanæ principatum et imperium tenet, ex omnibus partibus orbis terrarum Christi nomine expelleretur et exturbaretur : solerti et callido nimirum ad malitiam inventori malitiæ atque nequitiæ scelestum et improbum consilium non defuit, quo per fraudem denuo obnoxium sibi redderet genus humanum; sed sub prætextu ac specie Christianismi simulacrorum cultum latenter reduxit, cum suis commen- C tis et imposturis persuasisset iis, qui ad ipsum spectabant, ne deficerent a creatura, sed eam adorarent et venerarentur, Deumque creaturam esse putarent, quæ Filii nomine vocaretur. Quod si ex rebus quæ non essent, creatura producta est, et a divina essentia, quantum ad propriam ipsius attinet naturam, aliena sit, neminem eam rem debere curare, sed Christi nomine creaturæ imposito, hanc adorare, hanc colere, in hac spem salutis fixam habere, ab hac judicium exspectare. Et ut rem summatim complectar, cum invasisset apostata homines totius malitiæ suæ capaces, Arium inquam et Aetium, Eunomium, Eudoxium, ac præter hos multos etiam alios, per eos deficientem D jam simulacrorum cultum, sicut dictum est, nomine Christianismi denuo reduxit, atque invalescebat adversus homines morbus, qui creaturam magis quam creatorem colebant, adeo ut etiam illius temporis imperatorum auxilio fraus confirmaretur, et omnes excellentes magistratus et principatus pro hoc morbo propugnarent. Cumque omnes propemodum homines ad id quod vigebat et invalescebat malum traducti essent : tunc magnus a Deo Basilius, quemadmodum tempore Achaabi Elias, exhibetur, ac sacerdotio, quod jam quodammodo collapsum atque neglectum erat, susce-

Ἐπειδὴ γὰρ ἡ περὶ τὰ εἴδωλα τῶν ἀνθρώπων μανία τῷ κηρύγματι τοῦ Χριστοῦ κατεσβέσθη, καὶ πάντα ἦν ἐν ἐρειπίοις ἤδη καὶ ἀφανισμῷ τὰ τῶν ματαίων σεβάσματα, διὰ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης τοῦ κηρύγματος τῆς εὐσεβείας φοιτήσαντος, ὥστε τὸν ἐπικρατοῦντα τῆς ἀνθρωπίνης ἀπάτης πανταχόθεν ἐξείργεσθαι, τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι τῆς οἰκουμένης ἐξελαυνόμενον· σοφὸς δὲ εἰς κακίαν ὢν ὁ τῆς κακίας εὑρετὴς, οὐκ ἠπόρησεν πονηρᾶς ἐπινοίας, ὥστε πάλιν ὑποχείριον ποιῆσαι δι' ἀπάτης ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον· ἀλλ' ἐν προσχήματι Χριστιανισμοῦ τὴν εἰδωλολατρείαν κατὰ τὸ λεληθὸς ἐπανήγαγεν, πείσας τοῖς ἰδίοις σοφίσμασι τοὺς πρὸς αὐτὸν ὁρῶντας μὴ ἀποστῆναι τῆς κτίσεως, ἀλλὰ ταύτην προσκυνεῖν καὶ ταύτην σέβεσθαι, καὶ Θεὸν τὸ ποίημα οἴεσθαι, τῇ τοῦ Υἱοῦ κλήσει ὀνομαζόμενον. Εἰ δὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐστὶν ἡ κτίσις, καὶ τῆς θείας οὐσίας κατὰ τὴν ἰδίαν ἠλλοτρίωται φύσιν, μηδένα ποιεῖσθαι τούτου λόγον, ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἐπιθέντας τῇ κτίσει ταύτην προσκυνεῖν, ταύτῃ λατρεύειν, ἐν ταύτῃ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, παρὰ ταύτης ἀναμένειν τὴν κρίσιν. Καὶ ὅλος ἐμπεσὼν ὁ ἀποστάτης ἀνθρώποις πᾶσαν αὐτοῦ τὴν κακίαν ἱκανοῖς χωρῆσαι, Ἀρείῳ τε λέγω καὶ Ἀετίῳ, Εὐνομίῳ, Εὐδοξίῳ, καὶ πρὸς τούτοις καὶ πολλοῖς ἄλλοις, δι' ὧν ἐκλείπουσαν ἤδη τὴν εἰδωλολατρείαν πάλιν, καθὼς εἴρηται, τοῦ Χριστιανισμοῦ ἐπανήγαγεν, καὶ κατεκράτει τῶν ἀνθρώπων ἡ νόσος, τῶν κτίσει λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα, ὡς καὶ τῇ συμμαχίᾳ τῶν τότε βασιλέων τὴν ἀπάτην κρατύνεσθαι, καὶ πάσας τὰς ὑπερεχούσας ἀρχὰς τῆς τοιαύτης ὑπερμάχεσθαι νόσου. Καὶ πάντων μικροῦ δεῖν ἀνθρώπων πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν μετατεθέντων, τότε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀναδείκνυται ὁ μέγας Βασίλειος, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀχαὰβ ὁ Ἠλίας· καὶ τῆς ἱερωσύνης ἤδη τρόπον τινὰ πεπτωκυίας ἀντιλαμβανόμενος, ὥσπερ τινὰ λύχνον ἐκλελοιπότα τὸν τῆς πίστεως λόγον διὰ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ χάριτος ἀναλάμψαι πάλιν ἐποίησεν. Καὶ οἷόν τις πυρσὸς τοῖς νύκτωρ διαπλανωμένοις κατὰ τὸ πέλαγος ὑπερφανεὶς τῆς Ἐκκλησίας, πάντας πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἐπέστρεψεν, ὑπάρχοις συμπλεκόμενος, στρατηλάταις συμμίσγων, βασιλεῦσι

παῤῥησιαζόμενος, ἐπ' ἐκκλησίαις βοῶν, τοὺς πόῤῥωθεν ἀφεστηκότας, καθ' ὁμοιότητα Παύλου, δι' ἐπιστολῶν προσαγόμενος, ἐκφεύγων τὰς τῶν συμπλεκομένων λαβὰς, οὐκ ἔχων ὅπου κρατηθῇ παρὰ τῶν ἀντιπάλων. Κρείττων μὲν γὰρ ἦν τῶν δημευόντων, αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς βασιλείας δημεύσας. Τοῦ κατὰ τὴν ἐξορίαν φόβου ἀπήλλακτο, μίαν πατρίδα ἀνθρώπων, τὸν παράδεισον εἶναι λέγων, πᾶσαν δὲ τὴν γῆν ὡς κοινὴν τῆς φύσεως ἐξορίαν βλέπων. Ὁ δὲ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων, καὶ πάντοτε διὰ νεκρώσεως ἑκὼν δαπανώμενος, πότε ἂν ἐφοβήθη τὸν θάνατον τὸν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλούμενον; ᾧ γε συμφορὰ ἦν τὸ μὴ πολλάκις δύνασθαι τοὺς τῶν μαρτύρων ἀγῶνας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας μιμήσασθαι, ἑνὶ θανάτῳ ὑπεζευγμένης τῆς φύσεως· ὅς ποτε, τῶν ὑπάρχων τινὶ τὸ ἧπαρ ἐξοίσειν αὐτοῦ τῶν σπλάγχνων καταπληκτικῶς ἀπειλήσαντι, μειδιάματι τὴν ἀπαίδευτον ἀπειλὴν καταχλευάζων φησί· Χάριν εἴσομαί σοι τῆς προαιρέσεως. Καὶ γὰρ οὐ μετρίως ἀνιᾷ τὸ ἧπαρ τοῖς σπλάγχνοις ἐγκείμενον. Ἐκβαλὼν οὖν αὐτὸ, καθὼς ἠπείλησας, τοῦ λυποῦντος ἐλευθερώσεις τὸ σῶμα.

pto, tanquam lucernam, quæ defecisset, rationem fidei per inhabitantem in se gratiam relucere denuo fecit. Et cum veluti fax noctu errantibus per mare, Ecclesiæ bono apparuisset, omnes ad rectam viam convertit, cum præfectis et præsidibus confligens, cum ductoribus copiarum congrediens, apud imperatores libere loquens, in concionibus et ecclesiis clamans, eos, qui procul abessent, exemplo Pauli per epistolas concilians atque adjungens, effugiens et evitans confligentium prehensiones, cum nihil in se haberet, quo teneretur et vinceretur ab adversariis. Fortior enim et firmior erat, quam ut ab iis, qui bona ejus publicarant, vinci ac subigi posset, cum ipse se bonis propter spem futuri regni mulctasset. Ab exsilii metu liber erat, quod unam patriam hominum censeret esse paradisum, atque omnem terram quasi commune naturæ exsilium spectaret. Qui autem quotidie moreretur, ac per mortificationem semper lubens absumeretur, quando tandem mortem, quam inimici minabantur, metuere potuisset? cui quidem clades atque calamitas erat, quod non sæpe posset martyrum pro veritate certamina imitari, cum uni morti duntaxat natura obnoxia sit: qui præfecto cuidam aliquando se jecur ejus de visceribus erepturum terrendi causa minanti subridendo insulsas atque protervas minas diludens, Gratiam tibi, inquit, hujus voluntatis atque propositi nomine habebo. Etenim haud mediocriter molestum est jecur visceribus incumbens. Si ejeceris ergo illud, ut minaris, re molesta atque odiosa corpus liberaveris.

Τί τοίνυν αὐτοῦ τὸ μεθ' ἑτέρους ἁγίους ἐπιδημῆσαι τῷ βίῳ κατασμικρύνει τὴν κατὰ Θεὸν εὐδοκίμησιν, ὡς διὰ τοῦτο τῶν ἐπὶ τοῖς ἁγίοις ἑορτῶν ἐλάττω δοκεῖν εἶναι τὴν ἐπὶ τούτῳ πανήγυριν; Σκόπησον γὰρ, εἰ δοκεῖ, πρὸς ἕνα τινὰ τῶν προλαβόντων ἁγίων τὸν τούτου βίον ἀντεξετάζων. Ἠγάπησε τὸν Θεὸν ὁ Παῦλος· τοῦτο γὰρ δὴ τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, τὸ τῆς ἀγάπης λέγω· ἀφ' ἧς πᾶσα πίστις, καὶ ἐλπὶς πᾶσα, καὶ τὸ ἐξ ὑπομονῆς προσδοκώμενον, καὶ τὸ ἐν παντὶ καλῷ ἀμετάπτωτον, καὶ τὸ μετὰ παντὸς πνευματικοῦ χαρίσματος τὸ πλέον ἔχειν. Ἀλλ' ἐξετάσωμεν πόσον ἦν ἐν Παύλῳ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τὸ μέτρον. Ἐρεῖς πάντως, ὅτι ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας αὐτοῦ ἠγάπησε Θεόν. Τοῦτον γὰρ ἔδωκε τὸν ἀκρότατον τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ὅρον ὁ νόμος. Οὐκοῦν ὁ πᾶσαν ἑαυτοῦ τήν καρδίαν τε καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν διάνοιαν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ πρὸς ἄλλο μηδὲν τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον σπουδαζομένων ἐπιῤῥεπῶς διακείμενος, ἐν τῷ ἀκροτάτῳ γίνεται τῆς ἀγάπης ὅρῳ. Εἰ μὲν οὖν ἔχει τις δεῖξαι τὸν τοῦ διδασκάλου βίον περί τι τῶν κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον σπουδαζομένων ἔχοντα τὴν ῥοπὴν, οἷον περὶ πλοῦτον, ἢ δυναστείαν, ἢ κενῆς δόξης ἐπιθυμίαν (τὰς γὰρ ἀνδραποδωδεστέρας ἐπ' αὐτῷ τῶν ἡδονῶν, οὐδὲ λέγειν ἄξιον εἰκός ἐστιν), ὅ τι ἂν τούτων εὑρεθῇ σπουδαζόμενον, ἐλαττοῦσθαι λέγειν δεῖ κατ' ἐκεῖνο τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης τὸ μέτρον, τῆς ἐπιθυμητικῆς αὐτοῦ διαθέσεως ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰ ὑλώδη μεταῤῥυείσης. Εἰ δὲ πάντων τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἐχθρός τις ἦν καὶ πολέμιος, πρότερον μὲν τοῦ ἰδίου βίου πᾶσαν ἐξορίζων τὴν ἐμπαθῆ περὶ ταῦτα διάθεσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν κοινὴν

Quid igitur illius in rebus divinis splendorem atque claritudinem imminuit, quod post alios sanctos in vita fuit? ut idcirco celebritas atque conventus, qui illius nomine agitur, minor habeatur feriis, quæ sanctorum aliorum honoris atque memoriæ gratia celebrantur? Considera enim, si videtur, atque perpende rem, cum uno aliquo superioris ætatis sancto hujus vitam comparans. Dilexit Deum Paulus. Id enim nimirum bonorum caput est: dilectionis, inquam, bonum: a qua dilectione proficiscitur omnis fides et omnis spes, et id quod per patientiam exspectatur bonum, et in omni bono stabilitas atque constantia, et in omni spirituali dono commodum atque præstantia. Sed scrutemur, quantus in Paulo dilectionis erga Deum modus. Dices omnino, quod ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente sua diligeret Deum. Hunc enim summum dilectionis adversus Deum terminum dat lex. Ergo qui omne cor suum et animam et mentem Deo dicavit, et ad nullam rem aliam earum quæ per hanc vitam expetuntur, affectus atque propensus est, in supremo dilectionis gradu consistit. Enimvero si quis demonstrare potest, quod præceptor (noster) in vita ad rem aliquam earum quæ per hunc mundum expetuntur, propensus et inclinatus esset, ut ad divitias et potentiam, aut vanæ gloriæ studium (magis enim serviles in eo voluptates ne commemorare quidem æquum esse, consentaneum est), quamcunque harum rerum expetisse deprehendetur, ea dicere re convenit imminui modum erga Deum dilectionis, quod ejus affectio cupiditatis a

Deo ad res materiales traducta esset. Sin autem harum et ejusmodi rerum inimicus et hostis erat, quod prius quidem e vita sua omnem vitiosum et mollem circa has res affectum ejiceret, deinde communem quoque vitam, tum sermone doctrinæ, tum suo exemplo expurgaret: perspicuum fuerit, quod illum erga Deum dilectionis modum in sese habebat, quo amplius natura non capiebat. Qui enim ex toto corde, et ex tota anima atque mente Deum diligit, qui possit ad majorem dilectionis modum, qui locum non habeat, contendere atque eniti? Proinde si unum perfectæ charitatis atque dilectionis terminum esse didicimus, nempe eum, qui ex toto corde Deo dicatus et consecratus sit: ac diligebant Paulus et Basilius toto corde Deo dicati atque addicti: si quis ausit dicere, quod unus esset in ambobus dilectionis modus atque mensura, a veritate non aberrabit. Enimvero quod charitas atque dilectio major sit omnibus bonis, cum Apostolus dicit [4], tum sublimis Evangelii doctrina comprobat atque confirmat. Et Apostolus quidem prophetia atque scientia præstantiorem ac præferendam eam esse dicit, fide vero solidiorem firmioremque, et spe durabiliorem magisque sufficientem, et semper in eodem statu permanentem, sine qua quidquid pro bono exspectatur, inutile sit [5]: Dominus autem, omnem legem et omnia mysteria prophetica ex hoc dono pendere dicens [6], charitatem omnium bonorum primas tenere etiam ipse censet [7]. Si igitur in eo quod inter res præclaras et eximias eminet atque excellit, ac reliquas comprehendendi vim habet, Paulo non inferior est: nimirum etiam in aliis omnibus bonis, quorum charitas primas tenet, ac quæcumque ex hac pendent et exsistunt, omnino posteriores partes ferre et inferior esse non videbitur. Quemadmodum enim is qui humanæ naturæ particeps est, omnes humanæ naturæ proprietates habet: ita etiam is qui perfectam charitatem in sese confecit et assecutus est, omnes quæcunque una cum hac spectantur et comprehenduntur, bonorum formas cum primario principalique bono tenet. Sive enim fides est quæ servat, sive per spem servamur, sive per patientiam gratiam exspectamus, charitas omnia credit, et omnia sperat, et omnia suffert, ut inquit Apostolus [8]. Atque reliqua omnia ne singulatim omnia enumerando tempus teramus, charitatis radicis germen et surculus exsistunt, quæcunque ratione virtutis expetuntur: adeo ut qui hanc habeat, nullo alio bono careat.

A ζωὴν ἐκκαθαίρων τῷ τε διδακτικῷ λόγῳ καὶ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι· δῆλον ἂν εἴη, ὅτι ἐκεῖνο τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης τὸ μέτρον εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, οὗ τὸ πλέον οὐκ ἐχώρει ἡ φύσις. Ὁ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ ψυχῆς καὶ διανοίας τὸν Θεὸν ἀγαπῶν, πῶς ἂν ὑπερτιθείη πρὸς τὸ πλέον τῆς ἀγάπης μέτρον, ὃ χώραν οὐκ ἔχει; Οὐκοῦν εἰ ἕνα τῆς τελείας ἀγάπης ὅρον ἐμάθομεν, τὸν ἐξ ὅλης καρδίας τῷ Θεῷ ἀνακείμενον, ἠγάπων δὲ Παῦλος καὶ Βασίλειος ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τῷ Θεῷ ἀνακείμενοι, ἓν μέτρον εἶναι τῆς ἀγάπης ἐν ἀμφοτέροις εἰπεῖν τις τολμήσας, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθείας. Ἀλλὰ μὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν μείζονα τὴν ἀγάπην ὅ τε Ἀπόστολος λέγει, καὶ ἐπιψηφίζει τὸ ὑψηλὸν Εὐαγγέλιον. Ὁ μὲν οὖν Ἀπόστολος προφητείας αὐτὴν καὶ γνώσεως προτιμοτέραν B λέγων, πίστεως δὲ παγιωτέραν, καὶ ἐλπίδος διαρκεστέραν, καὶ πάντοτε ἐν τῷ αὐτῷ διαμένουσαν, ἧς ἄνευ ἀνόνητον εἶναι πᾶν τὸ ἐπ' ἀγαθοῦ σπουδαζόμενον· ὁ δὲ Κύριος πάντα νόμον, καὶ πάντα τὰ μυστήρια τὰ προφητικὰ τοῦ τοιούτου ἐξάπτων χαρίσματος, πάντων πρωτεύειν τὴν ἀγάπην καὶ αὐτὸς ἀποφαίνεται. Εἰ οὖν ἐν τῷ ὑπερέχοντι καὶ περιληπτικῷ τῶν κατορθωμάτων οὐκ ἀπολείπεται τοῦ μεγάλου Παύλου· ἄρα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὧν ἡ ἀγάπη καθηγεῖται, καὶ ὅσα ἐκ ταύτης ἐκφύεται, πάντως οὐκ ἔλαττον ἔχων ἀναφανήσεται. Ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μετέχων, ἐν πᾶσίν ἐστι τοῖς τῆς φύσεως ἰδιώμασιν· οὕτως καὶ ὁ τὸ τέλειον τῆς ἀγάπης ἐν ἑαυτῷ κατορθώσας, πάντα ὅσα συνθεωρεῖται ταύτῃ τῶν ἀγαθῶν εἴδη, μετὰ τοῦ πρωτοτύπου C τῶν κατορθωμάτων ἔχει. Εἴτε γὰρ πίστις ἐστὶν ἡ σώζουσα, εἴτε διὰ τῆς ἐλπίδος σωζόμεθα, εἴτε δι' ὑπομονῆς τὴν χάριν ἀπεκδεχόμεθα, ἡ ἀγάπη πάντα πιστεύει, καὶ πάντα ἐλπίζει, καὶ πάντα ὑπομένει, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγοντες διατρίβωμεν, τῆς κατὰ τὴν ἀγάπην ῥίζης βλάστημα γίνεται, ὅσα τῷ τῆς ἀρετῆς λόγῳ σπουδάζεται· ὥστε τὸν ταύτην ἔχοντα, μηδενὸς ἐνδεῶς ἔχειν τῶν ἄλλων.

Hanc igitur cum magnus Basilius haberet, per eam nullius boni expers erat. Quod si omnia habebat, in nulla re prorsus inferior erat. Sed dicet aliquis prorsus, quod tertium cœlum viderit ille, et raptus sit in paradisum, et audiverit arcana verba, quæ homini non liceat proferre [9]. At nec ille quidem, quod constet, per carnem hanc ejusmodi gratiam accepit; non enim celat ambiguitatem, dum dicit: *Sive in corpore, nescio, sive extra corpus, ignoro; Deus novit.* Etiam de hoc audacter aliquis dicere possit, quod in corpore quidem nihil ejusmodi viderit, sed incorporea et ea quæ mente

D Ταύτην ἔχων ὁ μέγας Βασίλειος, οὐδενὸς ἄρα τῶν ἀγαθῶν δι' αὐτῆς ἀπελείπετο. Εἰ δὲ πάντα εἶχεν, ἐν οὐδενὶ πάντως ἠλάττωτο. Ἀλλ' ἐρεῖ τις πάντως, ὅτι τρίτον οὐρανὸν εἶδεν ἐκεῖνος, καὶ ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος φανερῶς διὰ τῆς σαρκὸς ταύτης τὴν τοιαύτην χάριν ἐδέξατο. Οὐ γὰρ ἐπικρύπτεται τὴν ἀμφιβολίαν λέγων· *Εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν.* Καὶ περὶ τούτου τολμήσας εἴποι τις ἄν, ὅτι ἐν σώματι τοιοῦτον μὲν οὐδὲν εἶδεν, τῇ δὲ ἀσωμάτῳ καὶ νοητῇ θεωρίᾳ οὐκ ἔστιν ὅ τι τού-

[4] I Cor. XIII, 13. [5] ibid. 1 sqq. [6] Matth. XXII, 40. [7] Matth. XXV, 35 sqq. [8] I Cor. XIII, 7. [9] II Cor. XII, 2 sqq.

των ἀφῆκεν ἀθέατον. Μάρτυς δὲ τούτων ὁ παρ' αὐτοῦ λόγος, ὅν τε ἐφ' ἑαυτοῦ διεξῄει, καὶ ὃν κατέλιπεν ἐν συγγράμμασιν. Ἐκεῖνος ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἐπὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἐν κύκλῳ περιελθὼν, πᾶσι τοῖς διὰ μέσου τὸν εὐαγγελικὸν ἐκήρυξε λόγον· καὶ ὁ τούτου λόγος καὶ τὸ κήρυγμα πᾶσαν μικροῦ δεῖν τὴν οἰκουμένην διέλαβεν, ἐπ' ἴσης τοῖς Παύλου λόγοις παρὰ πάντων καὶ αὐτὸ σπουδαζόμενον. Παρείσθω δὲ τὰ λοιπὰ δι' ὧν ὁ βίος τούτου πρὸς τὸν ἐκείνου συμφέρεται, οἷον ἐσταυρώθη τῷ κόσμῳ ἐκεῖνος, καὶ τούτῳ ὁ κόσμος. Ἐνέκρωσε τὸ σῶμα ἐκεῖνος, ἐτελείωσε καὶ οὗτος ἐν ἀσθενείᾳ τὴν δύναμιν. Χριστὸς ἦν τὸ ζῆν ἀμφοτέροις, καὶ ὁμοίως ἑκατέρῳ κέρδος ὁ θάνατος, καὶ προτιμοτέρα τοῦ πεπλανημένου βίου ἡ πρὸς τὸν Δεσπότην ἀνάλυσις. Ἢ καὶ τὸν Ἰωάννην ἀντιπαραδεῖξαι τῷ διδασκάλῳ δοκεῖ; Ἀλλὰ τὸ μὲν προτερεύειν ἐκεῖνον, τῷ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν καὶ περισσότερον ἔχειν τοῦ προφήτου τῆς θείας φωνῆς μαρτυρούσης, μανίας ἂν εἴη καὶ ἀσεβείας ἅμα ἄλλον ἀντιπαρεξαγαγεῖν τῷ τοιούτῳ βίῳ διὰ συγκρίσεως· ἀλλὰ τοῦ τοσούτου καὶ τοιούτου καὶ τὸ κατόπιν ἐλθεῖν, τῆς ἀνωτάτω μακαριότητος τὴν ἀπόδειξιν ἔχει. Οὑτωσὶ δὲ τὸν λόγον κατανοήσωμεν· Οὐκ ἦν οὔτε ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ὁ Ἰωάννης, οὔτε κάλαμος ἦν ἀνέμοις ἐνσαλευόμενος. Ἠσπάζετο δὲ πρὸ τῶν οἰκουμένων τὴν ἔρημον, καὶ πάλιν τοῖς οἰκουμένοις ἐπεχωρίαζεν. Μή τις ἄρα ἐπισκήψει τῷ λόγῳ, εἰ τοῦτο προσμαρτυρήσει καὶ τῷ διδασκάλῳ ἡμῶν ἡ ἀλήθεια, ὡς ἐν τούτοις αὐτὸν τοῦ μεγάλου Ἰωάννου μὴ ἀπολείπεσθαι; Τίς οὐκ οἶδεν ὅπως μαλακήν τε καὶ τεθρυμμένην τοῦ βίου δίαιταν πολεμίαν ἡγήσατο, ἐν παντὶ τὸ καρτερικὸν καὶ ἀνδρῶδες πρὸ τῶν ἡδέων θηρώμενος, ἡλίῳ θαλπόμενος, κρύει παραβαλλόμενος, νηστείαις καὶ ἐγκρατείαις καταγυμνάζων τὸ σῶμα, ταῖς πόλεσιν ὡς ἐν ἐρήμοις ἐνδιατρίβων (οὐδὲν εἰς ἀρετὴν ἐκ τῆς συντυχίας παραβλαπτόμενος), καὶ πόλεις τὰς ἐρημίας ἀπεργαζόμενος; Οὔτε γὰρ ἡ μετὰ τῶν πολλῶν διαγωγὴ τῆς ἀκριβοῦς τι καὶ ἀσφαλοῦς πολιτείας παρέτρεψεν· οὔτε, εἰ πρὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἐσχατιὰν ἐχώρησεν, γυμνωθῆναι τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ συνόντων οἷός τε ἦν· ὥστε καὶ ἐπὶ τούτου, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Βαπτιστοῦ πόλιν τὴν ἔρημον γενέσθαι στενοχωρουμένην τοῖς ἐπιρρέουσιν. Τὸ δὲ μὴ κάλαμον αὐτὸν εἶναι δι' εὐκολίας πρὸς τὰς ἐναντίας ὑπολήψεις μετακλινόμενον, δείκνυσι τὸ ἐν πᾶσι τοῖς παρὰ τὸν βίον κεκριμένοις αὐτῷ ἀμετάπτωτον. Ἤρεσεν ἐξ ἀρχῆς ἡ ἀκτημοσύνη· πέτρα τις ἄσειστος ἡ κρίσις ἐγένετο. Ἐπεθύμει διὰ καθαρότητος προσεγγίζειν τῷ Θεῷ· ὄρος ἦν ἡ ἐπιθυμία αὕτη, οὐ κάλαμος. Οὐδέποτε γὰρ πρὸς τὰς ἀντιπνοίας τῶν πειρασμῶν ὑπεκλίνετο. Τῆς δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης τὸ πάγιον μόνου ἦν τοῦ Ἀποστόλου διὰ τῶν ἰδίων λόγων ἐνδείξασθαι, τῷ μήτε τὴν ζωὴν, μήτε τὸν θάνατον, μὴ ἐνεστῶτα, μὴ μέλλοντα, μήτε τινὰ κτίσιν ἑτέραν δύνασθαι αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης παρώσασθαι. Οὕτω καὶ ἐν πᾶσι τοῖς κατ' ἀρετὴν αὐτῷ κεκριμένοις, οὐδαμῶς καλαμώδης τις ἦν καὶ ἀβέβαιος τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ διὰ πάντων ὁ βίος εἶχε τὸ ἐν τοῖς καλοῖς ἀμετάπτωτον. Παρρη-

τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐγκωμίων λαμβάνομεν. Ἕκαστον μὲν οὖν αὐτοῦ πλεονέκτημα πρὸς ἀφορμὴν ἐπαίνου τελείου, μάλιστα δὲ τὸ μὴ χαίρειν ἐπαίνῳ. Ἐβούλετο γὰρ οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι χρηστός. Δι' αὐτὸ τοιγαροῦν καὶ μόνον, κἂν μηδὲν ἕτερον ἄξιον πέπραχεν ἐπαίνων, ἐγκωμιάζεσθαι δίκαιον, ὅτι τοσοῦτον χαίρειν εἶπε τοῖς ἐγκωμίοις, ὡς καὶ δεσμῷ σφραγίσαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιτίμησιν. Ἡμῖν δὲ τοῦτο πρῶτον ἀνοίγει τοῦ λόγου τὸ στάδιον, καὶ πληροφορεῖ μὴ βαίνειν ἀσκόπως, μηδὲ κατὰ κρημνοῦ φέρεσθαι, ἀλλὰ βασιλικὴν ὁδεύειν ὁδὸν, καλῶς ἀναλογιζομένοις, ὅτιπερ εἰ μὴ ἄξιον ἐπαίνων ἑαυτὸν ὁ θαυμάσιος τοῦ Θεοῦ συνεώρα, οὐκ ἂν εὐφημεῖν αὐτὸν ἀπεῖργε τοὺς θέλοντας. Οὐδεὶς γὰρ μὴ θαυμαζόμενος, ἔτι περιὼν, ἐπὶ μεγίστοις πλεονεκτήμασι παρεγγυᾷ τοῖς μετέπειτα, λήθης πτώματι τὴν ἑαυτοῦ μνήμην παραφανίζειν. Πρὸς δὴ τούτοις ἔστι καὶ τοῦτο εἰπεῖν· ὅτι καθάπερ Παῦλος ὁ ῥήτωρ τῆς χάριτος, ὁ νυμφοστόλος τῆς Ἐκκλησίας, τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, οὐκ ἀπώλεσε τὸ καλεῖσθαι Ἀπόστολος; διὰ τὸ εἰπεῖν, *Οὐκ εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι Ἀπόστολος*· μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τοῦτο αὐτὸ τὸ μετριοφρονῆσαι, μεῖζον ἀπηνέγκατο κλέος. Οὕτω δὴ καὶ ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν, ἀνάξιον ἑαυτὸν ἐπαίνων δι' εὐλάβειαν κρίνας, ἄξιος εὑρεθήσεται κατὰ τὸ ἀκόλουθον.

culo nostros conatus subvertens atque impediens, ea nobis ipsa laudandi occasionem suppeditant. Cum enim singulæ præclaræ animi ipsius dotes uberem ad laudandum materiam exhibeant, tum illud cum primis, quod laudibus non alliciatur. Optabat quippe non videri, sed bonus potius esse. Ex quo quidem vel solo, licet aliud nihil laude dignum præstitisset, collaudari profecto mereretur: adeo enim laudibus se delectari aiebat, ut eo vinculo vituperationem ex illis manantem obsignare maluerit atque evitare. Istud vero primum nostræ orationi stadium aperit, et clare metam ostendit, ad quam dirigere cursum oporteat: ne temere progredientes feramur præcipites, sed per viam incedentes regiam, consideremus admirandum illum Dei virum prohibiturum non fuisse ne laudaretur, nisi laudibus se dignum cognovisset. Nam nullus, nisi valde insignis atque suspiciendus, cum adhuc in vita maximis virtutibus præcellat, memoriam sui oblivione apud posteros deleri jubeat. Et quemadmodum Paulus, prædicator gratiæ, auspex Ecclesiæ, os Christi, licet de se ipse dixerit: *Non sum dignus vocari apostolus* [1]; non tamen ideo effecit, cur minus apostolus vocaretur: imo quanto ipse submissius de se sensit, tanto majorem consecutus est gloriam. Sicque magnus noster hic Pater, quoniam prudenter ac caute seipsum laudibus indignum censuit, ideo deinceps laudibus celebrari promeretur.

Ἐπεὶ οὖν ἡμέτερος τῆς Ἐκκλησίας νόμος, τοὺς τῆς ἀρετῆς ζηλωτὰς ἐκ τοῦ ταύτης τὰ εἴδη μετέρχεσθαι στεφανοῦν οἶδε· καὶ τούτων ὅσοι μάλιστα τῷ ταπεινῷ τοῦ φρονήματος μέτρῳ πνευματικῶς ἀνυψώθησαν, κατὰ τὸ τοῦ Κυρίου ἐν Εὐαγγελίοις ὧδέ πως εἰρημένον· *Ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται*· ἔξω παντελῶς ψόγου καὶ σκώμματος καὶ αὐτῆς τυγχάνουσι κατακρίσεως, οἱ τοῦ παρόντος θεοφόρου Πατρὸς τὰς ἀρετὰς ἀναγράφοντες, καὶ οἷον εἰς στήλην ἔμπνουν καὶ ζῶσαν τὸν ἐκείνου βίον ἡμῖν ἀνεγείροντες. Καὶ τῶν ἐπαγγελθέντων ὁ σοφὸς ἀκροατὴς εἴσεται τὸ ἀψευδὲς, κατόπιν τοῦ λόγου τὰς ποικίλας αὐτοῦ τῶν ἀρετῶν ἰδέας ἀναλεγόμενος, ὧν ἡμεῖς καθάπερ ἕνα τινὰ χρυσοκόλλητον στέφανον, πολυτίμοις καὶ διαφόροις περιηνθισμένον χρυσουργήσαντες λίθοις, τῇ νύμφῃ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ δῶρον ποθούμενον προσκομίσομεν· χαίρει γὰρ τοῖς τοιούτοις φιλοφρονεῖσθαι χαρίσμασιν, ὅτε μνήμη δικαίων ἀπαντήσει ἐτήσιος. Ἐφραὶμ δὲ νῦν εἰς εὐφημίαν περιήγαγε τρέχων ὁ χρόνος· καὶ πῶς οὐ περιχαρῶς τὸ τούτου μνημόσυνον ὑποδέξεται;

Cum ergo ea Ecclesiæ nostræ consuetudo sit atque institutum, ut virtutis cultores, propterea quod ejus partes amplexi sint, coronentur; atque illi potissimum, qui ob humilem de seipsis existimationem spiritu sublimes evaserint; cum ipsum dicat Evangelium: *Qui se humiliat, exaltabitur:* haud quaquam sane vituperandi, vel irridendi, aut reprehendendi sunt, qui sancti hujus Patris virtutes atque encomia describentes, ipsius nobis vitam tanquam spirantem, et animatam aliquam columnam erigunt. Quæ vero commemoravimus, nequaquam falsa esse prudens auditor cognoscet, si ubi peroratum fuerit, varia ipsius virtutum genera collegerit, ex quibus nos velut pretiosis ac diversis lapillis, auroque distinctam contexentes coronam, gratum atque optatum Christi Ecclesiæ donum offeremus. Gestit quippe illa ac gaudet ejusmodi se muneribus decorari, quandocunque solemnis memoria justi celebranda occurrit. Quapropter cum ita circulus ferat anni, ut hodie collaudandus ac celebrandus sit nobis sanctus Ephræm, fieri nequit, quin ingenti cum gaudio monumentum istud, pignusque amoris suscipiat, et amplectatur.

Ἐφραὶμ ἐκεῖνον, τὸν ἐν πᾶσι Χριστιανῶν περιφερόμενον στόμασιν. Ἐφραὶμ λέγω τὸν Σύρον· οὐ γὰρ τὸ γένος ἐπαισχύνομαι, οὗ τοῖς τρόποις ἐγκαλλωπίζομαι. Ἐφραὶμ, οὗ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τὸ φέγγος τοῦ βίου καὶ τῆς θεωρίας ἐξέλαμψεν· ὁ πάσῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ σχεδὸν γινωσκόμενος, παρὰ τοσούτοις τε ἀγνοούμενος, παρ' ὅσοις ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ Βα-

Ephræm igitur ille mihi celebrandus est, qui cunctis Christianis versatur in ore. Ephræm, inquam, Syrus: neque enim illius nos pudet generis, cujus illustramur moribus. Ephræm, cujus vitæ atque doctrinæ splendor universo terrarum illuxit orbi: nam in omni fere loco, qui illustratur a sole, cognoscitur; illisque tantummodo incognitus remanet,

[1] I Cor. xv, 9.

qui magnum Ecclesiæ lumen S. Basilium ignorant; Ephræm, notus ille revera Ecclesiæ Euphrates, cujus aquis irrigata Christianorum multitudo, centuplum fidei fructum producit. Ephræm, fertilis illa Dei vitis, quæ dulcium instar racemorum, doctrinæ fructus afferens, Ecclesiæ filios divina charitate nutriens explensque, reficit atque oblectat. Ephræm, bonus et fidelis Ecclesiæ dispensator, qui virtutum rationes æqualiter conservis distribuens, Dei familiam prudentissime administrat. Cujus quidem genus atque nobilitatem tum ab ipso partam, tum a majoribus susceptam, parentumque gloriam, ac ortum, et educationem, et ætatis incrementum, et corporis formam, et conditionem, et artes, et reliqua quæ ab externis scriptoribus tanquam maximi momenti in laudibus recenseri solent, nos hic in medium proferre supervacaneum arbitramur: cum neque sanctos homines ab ejusmodi laudare rebus statutum sit. Et quanquam ad hunc collaudandum, inde etiam abunde nobis argumenta suppetant, non aliis tamen viis ac rationibus, quam quibus ipse vita et doctrina illustrem se reddidit, coronam orationis contexamus. Veræ quippe laudes in iis consistunt, quæ in nobis ipsis sunt posita; atque illis debentur præmia, quæ ex nostra proficiscuntur voluntate. Earum autem rerum, quas commemoravimus et vituperationes sunt falsæ, et laudes ineptæ.

A σίλειος· Ἐφραῒμ, ὁ νοητὸς ὄντως τῆς Ἐκκλησίας Εὐφράτης, ἐξ οὗ τὸ τῶν πιστῶν καταρδευόμενον πλήρωμα εἰς ἑκατὸν ἀποδίδωσι τὸν σπόρον τῆς πίστεως· Ἐφραῒμ, ἡ πολύφορος τοῦ Θεοῦ ἄμπελος, ἡ δίκην βοτρύων γλυκερῶν καρποὺς ἀνθοῦσα διδασκαλίας, καὶ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμους τῷ κόρῳ τῆς θείας ἀγάπης εὐφραίνουσα· Ἐφραῒμ, ὁ καλὸς καὶ πιστὸς οἰκονόμος τῆς χάριτος, ὁ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν ἀναλόγως τοῖς ὁμοδούλοις σιτομετρῶν, καὶ τὴν δεσποτικὴν οἰκίαν οἰκονομούμενος ἄριστα. Οὗ τὸ γένος καὶ τὴν ἐνεγκαμένην καὶ προγόνων περιφάνειαν, καὶ γεννητόρων εὔκλειαν, καὶ γέννησιν, καὶ ἀνατροφὴν, καὶ αὔξησιν ἡλικίας, καὶ σωματικὴν ἐπιτηδειότητα, καὶ τύχην, καὶ τέχνας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔξω λογογράφων ἐρανιζόμενα τοῖς ἐπαίνοις σεμνολογή- B ματα, περιττὸν εἰς μέσον ἄγειν ὑποτοπήσαντες· ὅτι μὴ τοὺς θείους ἄνδρας ἡμεῖς ἐκ τῶν τοιούτων ἐπαινεῖν παρειλήφαμεν· κἂν ἐκ περιουσίας αὐτῷ κἀντεῦθεν ὑπάρχει τὸ ἀξιέπαινον, ἐξ ὧν αὐτὸς ἑαυτὸν περιφανῆ βίῳ τε καὶ λόγῳ κατεσκεύασεν, ἐκ τούτων καὶ ἡμεῖς αὐτῷ τὸν τοῦ λόγου στέφανον ἀναδήσωμεν. Τῶν ἐφ' ἡμῖν γὰρ οἱ ἔπαινοι, καὶ τῶν αὐτεξουσίων τὰ γέρα. Τῶν ἀπηριθμημένων δὲ, καὶ ψόγοι παράλογοι, καὶ εὐφημίαι ἀνάρμοστοι.

Quo enim pacto ex genere laudari volet, qui omnem mundi nobilitatem ac pompam despexit, et per optima opera, Dei filius fieri concupivit? Quomodo ob patriam se patiatur celebrari, qui totum mundum ad se pertinere non censuit, quique materialem creaturam tanquam inimicam aversatus est, propter immortalem quæ in cœlis reposita est, beatitudinem? Aut quomodo majorum parentumve celebritate delectetur, qui corporis affectionem, ipsamque animalem carnis tuniculam, tanquam celerrimos ad virtutem cursus impedientem, prorsus pessumdedit? quo denique pacto, aut ex corporis incremento, aut educatione, aut ex artibus, aliisve ejus generis vitæ studiis abjectis, se exornari sinat; qui jam inde a pueritia in sacrarum Scripturarum meditatione educatus, et excrescens, atque ex perennibus gratiæ fontibus bibens, ad mensuram ætatis Christi, ut cum Apostolo loquar, pervenire studuit? Cum ergo noverimus magnum hunc nostrum Patrem ridiculis iis laudibus, quibus homines sensui ac corpori dediti capiuntur, cumulari nolle; ex propriis eum laboribus saltem mediocriter celebrare conabimur: neque enim oratio eam habet naturam, ut supra vires intendatur. Quamobrem adnitemur, ut neque infantia præpediti, quæ de eo dicenda sunt, silentio involvamus; neque per semitam aliquam a Patrum institutis alienam incedentes, a via deflectamus regia: verum inter utramque transcurrentes, conveniens orationi nostræ temperamentum adhibeamus.

Πῶς γὰρ οὗτος ἀπὸ γένους ἐγκωμιάζεσθαι κατεδέξατο, ὁ πᾶσαν κοσμικὴν εὐγένειαν βδελυξάμενος, καὶ τέκνον Θεοῦ δι' ἀναλήψεως ἔργων ἀρίστων γενέσθαι κατασπασάμενος; Ἢ πῶς ἀπὸ πατρίδος σεμνύ- C νεσθαι, ὁ πᾶσαν τὴν γῆν ἀλλοτρίαν ἑαυτοῦ λογιζόμενος, καὶ ὡς ἔχθραν τὴν ὑλικὴν κτίσιν ἀποστρεφόμενος, διὰ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀποκειμένην ἀΐδιον μακαριότητα; Πῶς δὲ πάλιν ἐπὶ προγόνων ἢ γεννητόρων ἡδυνθείη εὐκλείᾳ, ὁ σωματικὴν ἁπλῶς καταπατήσας προσπάθειαν, καὶ αὐτὸ τὸ ψυχικὸν χιτώνιον, ἤτοι σαρκίον βαρούμενος, ὡς ἐμποδὼν αὐτῷ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ὀξυτάτους εὑρισκόμενον δρόμους; Πῶς δὲ ὅλως ἐκ σωματικῆς αὐξήσεως καὶ ἀναστροφῆς, ἢ ἐπιτηδειότητος, ἢ τέχνης, ἢ τινος ἄλλης καταπτύστου θελήσειεν ἐπαινεῖσθαι περὶ τὸν βίον ἀσχολίας, ὁ τραφεὶς μὲν ἐκ πρώτης ἡλικίας, καὶ αὐξηθεὶς ἐν τῇ τῶν θείων μελέτῃ Γραφῶν, ποτισθεὶς δὲ τοῖς τῆς χάριτος ἀεννάοις ὀχετοῖς, καὶ πρὸς μέτρον ἡλικίας, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, φθάσας Χριστοῦ; Εἰδότες οὖν ἡμεῖς ὡς D οὐ χαίρει τοῖς τοιούτοις ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν μεγαλύνεσθαι, οἷσπερ οἱ σωματικοὶ, καταγελάστοις ἐπαίνοις, ἐκ τῶν οἰκείων αὐτὸν πόνων, κἂν γοῦν μετρίως πειραθῶμεν ἀποσεμνῦναι· οὐ γὰρ ἔχει φύσιν ὁ λόγος τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐπεκτείνεσθαι. Ὡς ἂν οὖν μήτε τὸν ἡμέτερον πόθον ἡ ἀφωνία πεδήσῃ, μήτ' αὖ πάλιν ξένην τρίβον τῶν Πατέρων ὁδεύοντες, βασιλικῆς παρασφαλῶμεν ὁδοῦ, τὰ παρεκτρίβια διαθέοντες, τῷ μετρίῳ τὸν λόγον φιλοτεχνήσομεν.

Cujusmodi autem sunt illa, quæ ad contexendam ejus laudationem nobis proposuimus atque subjecimus? Actio nempe et contemplatio, quas

Τί δὲ τὰ τούτου, δι' ὧν ἐξυφᾶναι τὸν ἔπαινον ὑπεθέμεθα; Πρᾶξις καὶ θεωρία, αἷς ὁ κατὰ μέρος τῶν ἀρετῶν ἑσμὸς ἐπακολουθεῖ, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη,

εὐσέβεια εἰς Θεὸν, μελέτη τῶν θείων Γραφῶν, ἁγνισμὸς ψυχῆς καὶ σώματος, δάκρυα διηνεκῆ, ἐρημικὴ διαβίωσις, ἡ ἐκ τόπου εἰς τόπον ἀναχώρησις, φυγὴ τῶν ἐπιβλαβῶν, διδασκαλία ἀένναος, προσευχὴ ἀκατάπαυστος, νηστεία καὶ ἀγρυπνία μέτρον οὐκ ἔχουσαι, χαμευνία καὶ σκληραγωγία λόγον ὑπερβαίνουσαι, ἀκτημοσύνη καὶ ταπείνωσις εἰς ἄκρον ἐλάσασαι, ἐλεημοσύνη τῆς φύσεως αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης ἐξαίρουσα, ζῆλος ἔνθεος τῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας λυττώντων· καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶν ὅ τι κατὰ Θεὸν οἶδε χαρακτηρίζειν ἄνθρωπον. Τοῖς τοιούτοις ἐπαίνοις ὁ ἡμέτερος Πατὴρ ὡραΐζεται, καὶ γινώσκει τὰ λεγόμενα, καὶ τὰ οἰκεῖα ἐπίσταται προτερήματα, καὶ στέργει τοὺς λόγους, ὡς ὠφελείας προξένους, οὐκ αὐτῷ, ἀλλ' ἡμῖν· ἐπεὶ καὶ ψιλὴ τούτου προσηγορία, ὑπόθεσις ἀρετῆς τοῖς σπουδαίοις καθίσταται. Οὐ γὰρ ἄλλοθεν δεδιδάγμεθα ταῦτα, ἢ ἐξ ὧν αὐτὸς τὰ περὶ ἑαυτοῦ λόγοις κατέσπειρεν. Ἀφ' ὧν ἡμεῖς ὡς ἡ ἐπαινετὴ μέλισσα, ἐκ πολλῶν ἀνθέων συλλέξαντες τὰ χρήσιμα, τὸ πνευματικὸν τοῦτο κηρίον κατειργασάμεθα. Καὶ οὐ χολανεῖ πάντως ἡμῖν διὰ τὴν ἐγχείρησιν, ὅτι μὴ δέδιεν ἔτι τὸν πονηρὸν δαίμονα, διὰ τὸ καὶ πρὸς αὐτῷ τῶν ἀγώνων τῷ τέλει πολλοὺς ὑποσκελίσαι, ἅπαξ καὶ εἰς τοὺς ἀκυμάντους τῶν ἀσωμάτων φθάσας λιμένας, ἔξω τυγχάνει καὶ ζάλης καὶ κλύδωνος. Δεῦρο δὴ οὖν, καθ' ἕνα τῶν ἀπηριθμημένων μικρὸν ἐνδιατρίψαντες τῷ λόγῳ, οἷος γέγονεν ὁ θαυμάσιος, καὶ εἰς ὅσον μέτρον πνευματικῆς ἔφθασεν ἀναβάσεως, τοῖς συνειλεγμένοις καθυποδείξωμεν.

A virtutum examen consequitur, fides, spes, charitas, pietas erga Deum, sacrarum Scripturarum meditatio, animi et corporis puritas, lacrymarum assiduitas, vitæ solitudo, e loco in locum secessio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio continua, jejunium et vigiliæ immoderatæ, humi cubatio, et vitæ austeritas pene incredibilis, voluntaria paupertas cum humilitate singulari, misericordia humanam conditionem superans, zelus divinus in eos qui rabie adversus pietatem atque religionem inveherentur; cuncta denique, quibus ad Dei imaginem homo insignitur. Istis noster hic Pater decoratur laudibus; quæ commemoramus agnoscit, prærogativas has esse proprias, cum non latet; ac sermones hosce, ut nobis, non sibi utiles, B non contemnit. Nam vel exigua de ipso enarratio, studiosis causa complectendæ exsistit virtutis. Atque ista non aliunde, sed ex iis, quæ in variis ipse suis disseminavit scriptis, didicimus. Ex quibus, inquam, sedulæ instar apis, ex plurimis floribus utilia colligentes, favum hunc spiritualem confecimus. Nobis vero hæc ipse conantibus nequaquam subirascetur, quando scelestum dæmonem, qui multos vel in extremo agone supplantare solet, non pertimescit amplius; jam enim ad tranquillum pervenit incorporeorum portum, ubi nullas omnino procellas reformidat atque tempestates. Age igitur, singulis eorum, quæ enumerata sunt, paululum immorantes, qualis eximius iste vir evaserit, et in quem gradum spiritualis sanctimoniæ seipsum provexerit his qui convenerunt ostendamus.

Πίστεως μὲν γὰρ εἶχε λίαν ὀρθῶς, οὐ πόῤῥω που νεύων τῆς εὐσεβείας· καθὼς ἔκ τε τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ἔκ τε τῆς περὶ αὐτὸν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας παρειλήφαμεν δόξης· ἐξ ἴσου γὰρ ἐμυσάττετο τὴν τοῦ Σαβελλίου παράλογον σύγχυσιν, καὶ τὴν Ἀρείου μανιώδη διαίρεσιν. Ἵστατο δὲ τῶν τῆς εὐσεβείας ὅρων ἐντός· διαιρῶν μὲν τῷ ἀριθμῷ, συνάπτων δὲ τῇ οὐσίᾳ τὴν μίαν καὶ ἀσύγχυτον καὶ παναγίαν Τριάδα· ὡς ἂν μήτε πενίαν θεότητος Ἰουδαϊκῶς ὀνειδίζοιτο, μήτε δήμῳ Θεῶν Ἑλληνικῶς ἐκβακχεύοιτο· ἃ παθεῖν οἱ περὶ τὴν ἀκατάληπτον Τριάδα παροινήσαντες ἐξελέγχονται. Ἀπολιναρίου δὲ τοσοῦτον τὸ ἄλογον ἀπεπέμπετο δόγμα, ὡς πᾶσαν θέσθαι σπουδὴν ἐκ πάσης αὐτὸ Χριστιανικῆς ἐξῶσαι ψυχῆς.

C Ad fidem ergo quod attinet, nulla ex parte procul a pietate deflectens, admodum recte sentiebat: quod cum ejus ex scriptis, tum ex Ecclesiæ de ipso existimatione probe cognovimus; nam æque et falsam Sabellii confusionem, et insanam Arii divisionem abominabatur. Constitit autem in finibus pietatis atque religionis: sic quippe unam, non confusam, sacrosanctamque Trinitatem, et numero personarum dividebat, et unitate substantiæ conjungebat: ut neque divinitatis inopiam Judaice contumelia afficeret, neque deorum multitudine, more gentilium ac paganorum debaccharetur. Quod illis contingere deprehendimus, qui in incomprehensibilem Trinitatem petulanter contumeliosi sunt. Absurdissimam porro Apollinarii opinionem sic detestabatur, ut omni conatu atque sollicitudine eamdem ex quorumvis Christianorum animis evellere studeret.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν Ἀνομοίων διὰ πολλῶν ἀποδεικτικῶν τε καὶ Γραφικῶν λόγων, τὰ ἀπύλωτα ἐνέφραξε στόματα, μεγίστην ἀσφάλειαν ἡμῖν τὰ αὐτοῦ θεοδίδακτα λιπὼν λόγια. Νουάτου δὲ εἰ βούλοιτό τις τοῦ θρασυτάτου ἥττημα κατιδεῖν, ἐν τῇ διὰ τῶν λόγων τοῦ Ἐφραὶμ πάλῃ τὸ τοῦ ἐναντίου πτῶμα βλεπέτω, ἐν ᾗ τοσοῦτον εὑρήσει τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως τοῦ ἡμετέρου Διδασκάλου ἐν τῇ τοῦ λόγου παραστάσει, ὅσην ἀνδρὸς παγκρατιαστοῦ καὶ παιδὸς οὐκ εὐσθενοῦς δι' ἁπαλότητα. Οὐ μόνον δὲ τὰς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἢ καὶ πρόσθεν ἀναφυείσας ὑπὸ τοῦ τῆς κακίας σπορέως ζιζανιώδεις αἱρέσεις, τῷ ὀρθῷ τῆς πίστεως ἐξήλεγξε λόγῳ· ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς ὕστερον

D Quin et futiles, effrenatasque Anomœorum linguas variis argumentis, Scripturæque testimoniis penitus repressit, summeque utilia ac divina nobis adversum eos monumenta reliquit. Si quis vero in S. Ephræm disputationum cum Novato, conflictu, cupiat audacissimi ejus contueri stragem, adversarii casum respiciat oportet. Ibi enim usque adeo superiores in ipso certaminis congressu nostri doctoris vires inveniet, ut hunc pancratiastem atque certatorem invictum, illum autem mollem ac tanquam puerum nondum ætate firmatum dixerit. Neque vero illas duntaxat, quæ vel tunc, vel antea zizaniorum hæreses ex malitiæ semine fue-

rant exortæ, fidei rectitudine propulsavit : verum et eas quæ in futurum perniciose pullulare poterant propheticis oculis prævidens præcidit. Quotquot enim ab eo conscripta sunt volumina, demonstrationibus sunt plena. Nunquam ergo veritatis hic filius, ab ipsa deflexerit veritate : spem vero omnem in solo Deo defixam habuit, in quo qui suas spes constituunt, præmia referunt. Quapropter et illud Psalmi in cunctis suis factis dictisque usurpare solebat : *In ipso speravit cor meum, et adjutus sum*[3]. *Quoniam sperantem in Dominum misericordia circumdabit*[4]. Et fiducia in Dominum, monti Sion similem reddit : inque summam beatitudinem eum qui possidet, constituit, sicut ex ipsis addiscere licet prophetis, cum dicat David : *Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus*[5]. Jeremias vero : *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus*[6]. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit, cum venerit æstus[7]. Isaias autem : *Dominus rex noster, Dominus servator noster : ipse salvabit nos*[8]. *Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo*[9]. Quin et Paulus nos admonet, dicens : *Teneamus spei nostræ confessionem : fidelis enim est, qui repromisit*[10].

Divina igitur hac, et reposita spe enutritus S. Ephræm, humana ac transitoria quæcunque spernens, sempiternam assidue gloriam concupiscebat. Amorem vero in Deum et proximum adeo servavit studiose, ut ex hoc decedens sæculo, hæc inter postrema referret : par enim est ipsa verba sancti illius Patris, tanquam omni demonstratione potiora in medium producere. Nullo modo in tota mea vita, inquit, adversus Dominum contumeliosus exstiti, nec sermo stultus e labiis meis egressus est. Neminem in omni vita mea maledictis oneravi ; nec cum ullo plane Christiano homine contentiosum me præbui. O felicem linguam, quæ confidenter ejusmodi vocem emisit, quæ solis potissimum angelis, propter vitam ab omni materia mutationeque remotam, congruit! At nobis carni servientibus, haud ita convenit, nostræque naturæ vires magis exsuperat, quam ut facile exæquari factis queat.

Et ut plurimum labores, vitasque illorum explores, qui virtutibus clari fuerunt; vix tamen ullum huic simile puræ sinceræque charitatis indicium reperias. Si enim inter cunctas virtutes maxime præcellit charitas, hanc ita noster hic excoluit Ephræm, ut nullus alius magis ex Patribus. Sed quoniam digna quisque propriis factis accepturus est præmia[11], ne Patres Patribus videamur conferre, ista aliis consideranda potius relinquemus. Neque etiam hæc ipsa comparationis causa a nobis sunt dicta, sed ut populo clare constet, nostrum hunc, aut verius universæ Ecclesiæ doctorem S. Ephræm, ad supremum gradum in spiritali virtutum scala pervenisse.

A κακῶς ἀναθαλῆσαι μελλούσας προφητικῷ βλέμματι κατιδὼν, προεξεθέρισεν. Καὶ τούτων πλήρης τῶν ἀποδείξεων πᾶσα τούτου συγγραφή τε καὶ ποίησις. Οὕτως οὐ πώποτε τῆς ἀληθείας ὁ τῆς ἀληθείας υἱὸς ἐξεφρόνησεν· ἐλπὶς δὲ τούτῳ ἡ εἰς Θεὸν μόνη, ἐξ ὅτου ἂν ἀποκειμένων ἐλπίδων τοῖς ἀξίοις αἱ χάριτες. Τὸ γὰρ ψαλμικὸν διὰ βίου λόγῳ τε καὶ πράξει μελετῶν ἔφασκεν· *Ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου, καὶ ἐβοηθήθην. Διὰ τοιοῦτον ἐλπίσαντος αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον, ἔλεος αὐτὸν κυκλώσει.* Καὶ ἡ εἰς αὐτὸν πεποίθησις, ὄρει τοῦτον Σιὼν ἀπεικάζει· ἀλλὰ καὶ ὑψηλοτάτου μακαρισμοῦ ἐντὸς τὸν κεκτημένον καθίστησι, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν τῶν προφητῶν καταμαθεῖν, Δαβὶδ μὲν λέγοντος· *Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ.* Ἱερεμίου δέ· *Εὐλο-*
B *γημένος ἄνθρωπος, ὅστις πέποιθεν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἔσται Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ· καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον εὐθηνοῦν παρ' ὕδατα, καὶ ἐπὶ ἰκμάδα βαλεῖ ῥίζαν αὐτοῦ.* Καὶ Ἡσαΐου· *Κύριος Βασιλεὺς ἡμῶν, Κύριος Σωτὴρ ἡμῶν, αὐτὸς σώσει ἡμᾶς. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ καὶ θαρσήσομαι.* Τοῦ μακαρίου δὲ Παύλου παραινοῦντος καὶ λέγοντος· *Κατέχομεν τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ἐλπίδος· πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος ἡμῖν.*

Ταύτῃ τῇ θείᾳ καὶ ἀποκειμένῃ ἐλπίδι εἰστρεφόμενος, τῶν κοσμικῶν ἁπάντων περιεφρόνει, καὶ τῆς αἰωνίου δόξης ἑκάστης ἱμείρετο. Ἀγάπην δὲ τὴν εἰς Θεόν τε καὶ τὸν πλησίον οὕτως ἀκριβῶς ἐφυλάξατο,
C ὡς αὐτὸν εἰπεῖν οὑτωσὶ, τοῦ βίου ἀπαίροντα· καλὸν γὰρ αὐτὰ τὰ ῥήματα τοῦ θεοφόρου Πατρὸς εἰς μέσον ἀγαγεῖν, κρείττονα πάσης ἀποδείξεως τυγχάνοντα. Οὐδαμῶς, φησὶν, ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ μου ἐλοιδόρησα Κύριον, καὶ λόγος ἄφρων οὐ παρῆλθε τῶν χειλέων μου. Ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ μου κατηρασάμην οὐκ οὐδένα, καθ' ὅλου τε μετ' οὐδενὸς πιστοῦ ἐμαχησάμην. Ὦ μακαρία γλῶσσα, ἥτις θαῤῥήσασα τοιαύτην ἔῤῥηξε φωνὴν, ἢ μόνοις τοῖς ἀγγέλοις πρεπωδεστάτη τυγχάνει, διὰ τὸ ἄϋλον καὶ ἀστασίαστον τῆς ζωῆς. Ἡμῖν δὲ τοῖς τῇ σαρκὶ δουλεύουσι, ξένη καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν, καὶ χαλεπὸν κατορθωθῆναι.

Καὶ πολλὰ μὲν κάμοις βίους ἀνερευνῶν τῶν ἐπ'
D ἀρεταῖς περιβοήτων, οὐδαμοῦ δέ τι τοιοῦτον εὕροις, οἷον ἐπὶ τῷ προκειμένῳ Πατρὶ, εἰς διήγησιν σημεῖον καθαρᾶς καὶ ἀκηλιδώτου ἀγάπης. Εἰ οὖν μείζων πασῶν τῶν ἀρετῶν ἡ ἀγάπη· ταύτην δὲ ὡς οὐκ ἄλλος τις τῶν Πατέρων κατώρθωσεν Ἐφραῖμ ὁ μακάριος· ἀπολήψεται δὲ ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τὸ ἐκ τούτων ἄλλοις συμπεραίνειν παραχωρήσομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν παραβάλλειν Πατράσι Πατέρας. Οὐ γὰρ συγκρίσεως χάριν τὸ ῥηθὲν παρειλήφαμεν, ὡς ἂν δὲ μόνον ὑπ' ὄψιν τοῖς πολλοῖς παραστήσωμεν, ὡς ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἄκρου ἔφθασε τῆς πνευματικῆς τῶν ἀρετῶν κλίμακος ὁ ἡμέτερος, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος Ἐφραῖμ.

[3] Psal. xxvii, 7. [4] Psal. xxxi, 10. [5] Psal. cxxiv, 1. [6] Psal. xxxix, 5. [7] Jer. xvii, 7; Psal. i, 3. [8] Isa. xxxiii, 22. [9] Isa. xii, 2. [10] Hebr. x, 25. [11] Matth. xvi, 27. Rom. ii, 16.

A Εὐσέβειαν δὲ ἐν τῇ τῆς ὄντως κτήσει σοφίας ἐμπορευσάμενος (κατὰ τὸ ἐν Ἰὼβ εἰρημένον· *Ἰδοὺ εὐσέβειά ἐστι σοφία*) δι' αὐτῆς, ὡς μικρὸν ἄνωθεν ἐδηλώσαμεν, τῆς πίστεως αὐτοῦ τὸ καθαρὸν διαγράφοντες, εἰς οὐρανὸν μὲν τρίτον, κατὰ Παῦλον, ἀνῆλθεν, ἀθάνατον δὲ τὴν μνήμην καὶ διαρκῆ τὴν εὔκλειαν παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ πεπλούτηκεν· ἡ μελέτη δὲ τούτῳ τῶν θείων Γραφῶν ἐκ τῆς Δαβιδικῆς ἀνῆψε λαμπάδος, *Ἐν τῇ μελέτῃ μου*, φάσκοντος, *ἐκκαυθήσεται πῦρ*. Ἔρως γὰρ αὐτὸν πολήσας πνευματικῆς θεωρίας, εἰς φλόγα μετέωρον τὸν πόθον ἀνήγειρε. Πᾶσαν γὰρ Παλαιάν τε καὶ Καινὴν ἐκμελετήσας Γραφὴν, καὶ ὡς οὐκ ἄλλος τις τοῖς τοιούτοις θεωρήμασιν ἐμφιλοχωρήσας, ὅλην ἀκριβῶς πρὸς λέξιν ἡρμήνευσεν, ἀπό τε τῆς κοσμογενείας, καὶ μέχρι τῆς τελευταίας τῆς χάριτος βίβλου, τὰ βάθη τῶν κεχρυμ- B μένων εἰς τοὐμφανὲς ἀγαγὼν θεωρημάτων, λύχνῳ κεχρημένος τῷ Πνεύματι.

Οὐ μόνον δὲ ταύτης τῆς ἡμετέρας καὶ θεοπνεύστου σοφίας ὅλον τὸν πνευματικὸν κρατῆρα ἐκπέπωκε, καὶ τοῖς ἄλλοις μετέδωκεν· ἀλλὰ καὶ τῆς ἔξω κοσμικῆς, ὅση τε περὶ τὸ κατεγλωττισμένον καὶ ὀρθὸν τοῦ λόγου, ὅση τε περὶ τὸ τῶν νοημάτων βάθος, ὅτι μάλα ἐξασκήσας, ὅσον μὲν χρήσιμον προσελάβετο· ὅσον δ' ἀνόνητον, ἀπεβάλετο, ζυγῷ δικαιοσύνης καὶ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν ἐμπορευσάμενος. Ἁγνείαν δὲ κατώρθωσε ψυχῆς τε καὶ σώματος, ὅσην ἡ φύσις ἐχώρει· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν· χάριτος γὰρ τὸ δῶρον. Οὔτε γὰρ τὴν ψυχὴν τῆς κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἕξεως ἐνεδίδου παρασφαλῆναι, ἀλλ' ἦν ὡς ἀληθῶς, ψυχῇ μὲν βασιλεύων, σώματι δὲ ἀγλαοφανῶς C ἐξαστράπτων. Καὶ μαρτυρεῖ τοῖς λεγομένοις ἡ τῆς ἱστορουμένης πόρνης μεταβολὴ, ἣν πρὸς κακίας δέλεαρ ὁ βροτοκτόνος χρησάμενος Βελίαρ εἰς ἀπάτην τοῦ πεφωτισμένου ἀνδρὸς, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ ἐλπισθέντος, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν μοιχαλίδην κατ' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ ὑπερβαλόντος παρατάξασθαι Πονηροῦ, καὶ παραινέσεσι καὶ τροπαῖς, ταῖς τε τῶν θείων λόγων ἐπῳδαῖς μεταβληθεῖσαν, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταπλασθεῖσαν, σώφρονα μὲν ἀντὶ ἀκολάστου, σεμνὴν δὲ ἀντὶ ἀσέμνου, καὶ καθαρὰν ἀντὶ μεμολυσμένης ἀποδειχθῆναι.

Δάκρυον δὲ τὸ ἀέναον εἰπεῖν ἐκείνου ῥεῖθρον προθυμηθέντι μοι, δακρύειν ὄντως ἐπέρχεται· ὅτι μὴ D δίχα τούτου, τὸ μὲν τῶν δακρύων αὐτοῦ πέλαγος τῷ λόγῳ τις διαπλεύσειεν. Ὡς γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις σύμφυτον τὸ ἀναπνεῖν, καὶ ἀεὶ ἐνεργούμενον· οὕτως Ἐφραὶμ τὸ δακρυρροεῖν. Οὐ γὰρ ἡμέρα, οὐ νὺξ, οὐ μεσονύκτιον, οὐχ ὥρα, οὐ στιγμῆς τὸ λεπτότατον, ὅτε ξηρὸς ὁ τούτου ἀνύστακτος ὀφθαλμὸς καθωρᾶτο· πῆ μὲν τὰ κοινῆ, πῆ δὲ τὰ ἰδίως ἀποκλαιόμενος, ὡς ἔλεγεν, ἀτοπήματα· στεναγμοῖς δὲ τὰ τῶν ὀμμάτων σοφῶς ἐποχετεύει ῥεῖθρα· μᾶλλον δὲ χεύμασιν ὀφθαλμῶν τοὺς στεναγμοὺς ἐξεκαλεῖτο. Καὶ ἦν παράδοξος ἀμφοτέρων ἡ πρόοδος, τοῦ ἑτέρου αἰτία τοῦ ἑτέρου φαινομένου· ἔτικτον γὰρ ἐπ' αὐτῷ δάκρυα μὲν, στενα-

[12] Job xii, 13; xxviii, 28. [13] II Cor. xii, 2 sqq.

A Pietatem vero atque religionem in vera sapientiæ possessione comparavit, secundum illud Job : *Ecce cultus Dei est sapientia*[12]. Per illam, ut paulo ante, illius puritatem fidei describentes, ostendimus, quomodo S. Paulus in tertium ascendit cœlum[13], æternamque sibi nominis gloriam in Ecclesiam paravit. Sacrarum quoque Scripturarum huic ex Davidica lucerna accensa est meditatio, secundum istud : *In meditatione mea exardescet ignis*[14]. Siquidem amor, cœlestis contemplationis igne ipsum accendens, sublimium rerum ardorem excitabat. Nam omnem et Antiquam et Novam Scripturam assiduo studio, ut quivis alius, studiose versavit, accurateque ad verbum est interpretatus, et ab ipsa procreatione mundi, usque ad postremum gratiæ B librum, quæ abdita, quæque arcana ac recondita erant, spiritus adjutus lumine, commentariis illustravit.

Neque vero duntaxat hujus nostræ divinitus concessæ sapientiæ latices hausit, aliisque impertitus est, sed etiam eas, quæ ad recte ornateque dicendi rationem, ac ad doctrinæ subtilitatem pertinent, artes atque disciplinas quatenus ducebat utiles, rejectis vanis stultisque rebus, æquitatis lance actionem contemplationemque ponderans, exercuit. Animi porro corporisque munditia, pro hominis natura, imo et supra conditionem quasi humanam (cum sit gratiæ donum) excelluit. Revera enim animo quidem imperabat, corpore autem resplendebat, perturbationemque dominam circumfe- C rebat. Quod ex insidiis, quæ ei, sicut memoriæ est proditum, ab impudica structæ sunt muliere, satis confirmatur. Nam cum ea tanquam esca quadam malitiæ, ad fallendum insignem ac rarum hunc virum homicida Belial usus esset : tantum abfuit, ut quod sperarat, consequeretur, ut etiam adversus ipsum insidiatorem, eam ipse decertantem in conflictu constituerit : siquidem cohortationibus, atque admonitionibus, divinarumque rationum quasi incantationibus, ipsam conversam ad meliorem frugem perduxit : et ex impudica pudicam, ex lasciva gravem, ex inquinata puram castamque reddidit.

Jam vero diffluentes ac perpetuas ipsius lacrymas referre volenti, vere oboriuntur lacrymæ, cum D vix absque lacrymis ejus lacrymarum pelagus liceat transfretare : nam sicut cunctis hominibus citra intermissionem spiritum ducere est proprium : ita beato Ephræm assidue lacrymas profundere, natura quodammodo videbatur insitum. Nulla quippe dies, nulla nox, nulla diei noctisque pars, nullumque brevissimi temporis monumentum fuit, in quo non vigiles ipsius oculi lacrymis conspicerentur profusi : nunc enim communes, nunc privatas, ut aiebat, calamitates absurditatesque deplorabat : suspiriis porro oculorum flumina prudenter inhibebat, aut potius oculorum fluminibus suspiria

[14] Psal. xxxviii, 4.

excitabat Eratque rei utriusque progressus admirabilis, licet alioquin utrumque alterius videretur causa. Profluebant quippe ipsi lacrymæ, multisque incognita erat causa. Cum enim tempus illas non auferret, sed mutua quadam vicissitudine, et lacrymæ suspiria, et suspiria lacrymas exciperent, alterutrius causa latebat. Illud vero cognoscet, quisquis ipsius scripta evolverit. Neque enim tantummodo, ubi de pœnitentia, de moribus, de rectis vitæ institutis agit, ipsum plangentem ac suspirantem inveniet; verum et in ipsis laudationibus, quas plerumque omnes multa aspergere solent hilaritate. Hic vero eumdem se ubique præbuit, assidueque lugendi munus, ut divitias expetivit. Unde et nunc fere cunctos ipsius sermonum auditores ad veram amplectendam vitam revocat : tantam ipsius mista lacrymis vim continet oratio. Quis enim ita duro et adamantino est corde, qui ejus verba audiens, non mansuefiat, morumque asperitate abjecta, suis ipsius peccatis ex animo non doleat? Quis adeo ferus est et immitis, qui salutarem ejus doctrinam auribus percipiens (tempus non deploret quod perperam transegit? Quis adeo immanis atque crudelis : qui simul ac verba ejus quovis melle dulciora gustaverit), non se mox mitem amabilemque omnino exhibeat? Quis abhorrens a lacrymis, ita se tradidit voluptatibus, quin vel modicis illius verbis auditis, retributionem illam, quam pro vita anteacta accepturi sumus, in memoriam reducens, non lamentetur ac lugeat?

A γμοὺς, στεναγμοὶ δὲ πάλιν δάκρυα· καὶ τὸ αἴτιον τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον. Χρόνου γὰρ ταῦτα μὴ διαιροῦντος, ἀλλ' ἀεὶ τῶν στεναγμῶν δάκρυα διαδεχομένων, εἶτα πάλιν τούτων στεναγμοὺς, καὶ κύκλου τινὸς γιγνομένου, ἄδηλος ἦν ἡ ἀρχὴ, καὶ θατέρου τὸ αἴτιον. Καὶ τοῦτό τις κατόψεται τοῖς αὐτοῦ προσομιλήσας συγγράμμασιν. Οὐ μόνον γὰρ ἀποκλαιόμενον αὐτὸν ἐν τοῖς περὶ μετανοίας καὶ ἤθους καὶ πολιτείας χρηστῆς εὑρήσει λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πανηγυρικοῖς αὐτοῦ λόγοις, ἔνθα πολλὴν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι περιχάρειαν ἐν τοῖς λόγοις δείκνυσθαι. Ὁ δὲ πανταχοῦ ταὐτὸς ἦν, καὶ τῆς κατανύξεως διηνεκῶς ἐπλούτει τὸ χάρισμα. Ἔνθεν καὶ νῦν σχεδὸν πάντας αὐτοῦ τοὺς τῶν λόγων ἀκροατὰς πρὸς τὴν ὄντως ἀνακαλεῖται ζωήν. Τοσαύτην ἰσχὺν ὁ τούτου
B κέκτηται θεόπνευστος λόγος δάκρυσι συγκεκραμένος. Ποῖος γὰρ ἀμείλικτος, ἢ τῇ καρδίᾳ λιθώδης, τῶν τούτου ῥημάτων ἐπακούσας, οὐ μαλαχθήσεται, καὶ τὸ σκληρὸν τοῦ ἤθους ἀποβαλὼν, ταῖς ἑαυτοῦ κακίαις ἐπιστυγνάσει; Ποῖος ἄγριος τὸ ἦθος, ἢ θηριώδης τὸν τρόπον τὴν ψυχωφελῆ διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐνωτισθεὶς, οὐκ εὐθὺς χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, καὶ τοῖς τρόποις ἔσται φιλάγαθος; Ποῖος χαίρειν ἐμμελετῶν ταῖς τοῦ βίου ἡδυπαθείαις, καὶ τὸ δακρύειν ἀποστρεφόμενος, ὀλίγων ἀκούσας ἐκείνου ῥημάτων, οὐ θρηνήσει καὶ κλαύσεται, καὶ εἰς ὑπόμνησιν ἔλθῃ τῶν βεβιωμένων μελλούσης ἀνταποδόσεως;

In rebus fieri nequeuntibus, illud passim usurpant proverbii : Lapidem coquere niteris. At istud fieri posse nos experimento edocti didicimus. Sanctus quippe hic senex, animos quos ob malam obstinatamque duritiem lapides dixeris, plane emollivit ac fregit, flexitque ut voluit. Quis enim ejus de humilitate orationem legens, non omnem mox de se existimationem, et stultam arrogantiam deponat, ac se omnium abjectissimum confiteatur ? Quis ea, quæ de charitate conscripsit, lectitans, non sic accendatur, ut ad quodvis etiam subeundum periculum paratus sit? Quis illa evolvens, quibus virginitatem laudat, non se Deo castum corpore animoque offerre contendat ? Quis audiens vel legens ejus sermones, quibus judicium extremum, sive secundum illum Christi adventum describit, non ita corde et animo afficiatur, quasi ad illud judicium jamjam sistendus esset? metuque repente sic exhorrescat, ac si adversus ipsum sententia judicis feratur? Nam ita futurum istud Dei judicium accurate ac plene expressit, et ob oculos omnium statuit præclarus ac sanctus hic vir, ut ad ejus cognitionem aliud nihil videatur deesse, ni . ut res ipsa agatur ac coram fiat.

C *Λίθον ἕψεις*, ἡ τῶν ἔξω παροιμία ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων παρείληφεν. Ἡμῖν δὲ τοῦτο ἐναργῶς ἡ πεῖρα παρέστησε. Τὰς γὰρ ἀτέγκτους καὶ ἀνυπείκτους ψυχὰς, καὶ φυλάττεσθαι καὶ ὑπήκειν ὁ θεῖος οὗτος πρεσβύτης παρέπειθεν. Τίς ἐντυχὼν αὐτοῦ τῷ περὶ ταπεινοφροσύνης λόγῳ, οὐ πᾶσαν μὲν εὐθὺς οἴησιν ἐκμισήσει, ἀλλ' οὐδὲ παντὸς ταπεινότερον ἑαυτὸν ἐκκηρύξει; Τίς τοῖς περὶ ἀγάπης ἐπιβαλὼν, οὐχ ὑπὲρ ἀγάπης προκινδυνεῦσαι σπουδάσει; Τίς τοῖς περὶ παρθενίας προσομιλήσας, οὐχ ἁγνὸν ἑαυτὸν ψυχῇ τε καὶ σώματι Θεῷ ἀγωνίσεται παραστῆσαι; Τίς τοῖς περὶ κρίσεως, ἤτοι δευτέρας Χριστοῦ ἐλεύσεως ἐγκύψας, οὐ παρίστασθαι τῷ ἐκεῖθεν κριτηρίῳ νομίσει, καὶ σύντρομος γενόμενος, τὴν τελευταίαν ἤδη ἀπόφασιν κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθήσεσθαι δοκήσει;
D Οὕτως γὰρ παρέστησε τὸ μέλλον τοῦ Θεοῦ δικαστήριον ὁ ἀοίδιμος καὶ προφητικώτατος οὗτος ἀνὴρ, ὡς μηδὲν μὲν ἕτερον ὑπολείπεσθαι γνώσεως, μόνον δὲ τῷ ἔργῳ τούτῳ καὶ τῇ πείρᾳ καταμαθεῖν.

Cum ergo in talibus de judicio cogitationibus beatus ipse semper occuparetur, mundum et quæcunque in eo sunt, effugit. Procul vero recessit fugiens, sicut scriptum reperitur, et mansit in solitudine, Deo et sibi ipsi vacans, indeque virtutum præmia referens. Recte enim jam noverat, eos qui solitariam amplectuntur vitam, ex turbulentis sæculi hujus perturbationibus atque procellis liberari,

Ταῖς τοιαύταις ἀεὶ περὶ κρίσεως ὁ μακάριος συνεχόμενος φαντασίαις, ἔφευγε μὲν τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν κόσμῳ· ἐμάκρυνε δὲ φυγαδεύων, ᾗ φησι τὰ λόγια, καὶ ηὐλίζετο ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑαυτῷ μόνῳ καὶ Θεῷ προσέχων, κἀκεῖθεν τῶν ἀρετῶν τὰς ἐπιδόσεις δεχόμενος. Ἤδει γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐρημικὴ διαβίωσις τῶν κοσμικῶν μὲν ἐλευθεροῖ τὸν βουλόμενον θορύβων, τῇ ἡσυχίᾳ δὲ συνόμιλον τοῖς ἀγγέλοις ποιεῖ, καὶ ταῖς

A περὶ Θεοῦ θεωρίαις τὸν νοῦν ὅσον ἐστὶν ἐφικτὸν ἀνυψοῖ. Ἐκ τόπων δὲ τόπους ἀμείβειν, ὅτε κινοῦν αὐτὸν Πνεῦμα πρὸς οἰκοδομὴν τῶν πολλῶν ᾠκονόμει, οὐκ ἠπείθει, οὐδ' ἀντέτεινεν. Ἦν γὰρ κελεύσεσι θείαις πειθήνιος, εἰ καί τις ἄλλος. Ἐντεῦθεν τὴν ἐνεγκαμένην, ὡς ὁ θεῖος ἐκεῖνος κελευσθεὶς Ἀβραὰμ, τὴν Ἐδεσσινῶν κατέλαβε πόλιν· δίκαιον γὰρ οὐκ ἦν ὑπὸ γῆν μέχρι πολλοῦ τὸν ἥλιον κατακρύπτεσθαι. Δύο δὲ χάριν αἰτιῶν, τοῦ τε τὰ ἐκεῖσε περιπτύξασθαι ἅγια, καὶ πρό γε τούτου λογίῳ περιτυχεῖν, καὶ καρπὸν γνώσεως ἢ λαβεῖν, ἢ μεταδοῦναι.

et ad quietis tranquillitatisque portum feliciter pervenire, ubi consuetudine perfruantur angelorum; mentibusque sublimes, quantum licet, rapi ad contemplationem Dei. Quando porro Spiritus illum commonefaciens, ad multorum ædificationem sic disponebat, ut loca mutaret, non resistebat, sed humiliter obsequebatur: erat enim jussis mandatisque Dei, si quis alius, obtemperans. Unde patriam, sicut magnus ille Abraham, relinquere jussus [15], Edessenorum urbem petiit: neque enim conveniebat, ut sub terra diutius sol occultaretur. Hisce vero de causis eo concessit, ut loca ibi sancta inviseret, tum ut sapientem aliquem conveniret virum, ac cognitionis ipse fructum vel caperet, vel aliis præberet.

Ἐν οἷς, ὡς ἱστόρηται, τῇ πόλει παραβαλὼν, τήν τε πόλιν ὑπερχόμενος, πόρνῃ τινὶ συναπήντηκεν ἀνθ' οὗ φιλολόγου ἐπηύχετο προστυχεῖν· ὡς δὲ τῆς B προσδοκίας ἕτερον ἦν τὸ φανὲν, θλιβερὸν αὐτῷ ἀπέβη τὸ συναντῆσαν. Διὸ καὶ προσατενίσας τῷ πορνιδίῳ, ὡς τῆς ἐλπίδος ψευσθεὶς ἀπήγετο· ἡ δὲ τοῦτον θεωμένη προσατενίζοντα ταύτῃ, καὶ αὐτὴ ἐπιμελῶς αὐτὸν βλέπουσα κατεσκόπει. Τῇ δὲ ὁ σοφός· Λέγε μοι, γύναι, τίνος χάριν μικρὸν ἀπατενίζεις μοι. Ἡ δὲ, Ἀκολούθως ἐγὼ καὶ πρεπόντως· ἐκ σοῦ γὰρ λέλημμαι τοῦ ἀνδρὸς, σὺ δὲ μή με κατασκόπει, τὴν γῆν δὲ μᾶλλον, ἐξ ἧς ἐλήφθης. Τοῦτο παρὰ προσδοκίαν ὁ σοφὸς ἐπακούσας, μεγάλως μὲν ὡμολόγει ὠφεληθῆναι· τοῦ Θεοῦ δὲ τὴν ἀκατάληπτον ὑπερεδόξασε δύναμιν, ὃς τὰ τῆς ἐλπίδος καὶ διὰ τῶν παρ' ἐλπίδα χαρίζεται.

Ad eam igitur dum appulisset civitatem, et jam portam introiret, loco sapientis viri, quem optarat, scortum sibi obvium habuit: in quod spectaculum permolestum cum præter exspectationem incidisset, tanquam spe sua dejectus, oculos avertebat. At contra, improba femina defixis in eum oculis inspiciebat. Cui Ephræm: O mulier, inquit, dic mihi, cur me usqueadeo intueris? At illa prompte: Quoniam, inquit, ex te viro ego sum: tu autem me ne respicis quidem, sed in terram ex qua sumptus es, oculos tuos retorques. Quam quidem inexspectatam responsionem vehementer sibi profuisse, vir sanctus ac prudens confitebatur: quapropter infinitam Dei potentiam laudavit, qui interdum ea, quæ speramus, præter spem nobis elargitur.

Δύσας τε ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν τῆς Καππαδοκίας Καισάρειαν, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ὁδηγηθεὶς, C τὸν μέγαν κατεῖδεν Βασίλειον, τὸ στόμα τῆς Ἐκκλησίας, τὴν τῶν δογμάτων χρυσῆν ἀηδόνα· ὃν θεασάμενος ὁ πρεσβύτης, πολλαῖς καταγεραίρειν ἤρξατο εὐφημίαις. Διορατικῷ γὰρ τῆς ψυχῆς ὄμματι, περιστερὰν ἀγλαοφανῆ ἐφεζομένην πρὸς τὸν δεξιὸν τούτου ἔβλεπεν ὦμον, λόγους αὐτῷ διδασκαλίας χορηγοῦσαν, κἀκεῖνον τούτους διαπορθμεύοντα τῷ λαῷ. Ὃς ὑπὸ τῆς διδασκούσης αὐτῷ σεπτῆς μυηθεὶς περιστερᾶς, τῆς τε ἐπιδημίας ᾔσθετο, καὶ Ἐφραῒμ αὐτὸν εἶναι τὸν Σύρον ἐπέγνωκε. Καὶ δὴ πνευματικῆς ἐπικαίρου ἄμφω συναυλίας ἠξίωνται· οὕτως οὐκ ἐπιζήμιος τῷ Ἐφραῒμ ὁ σκυλμὸς ἐχρημάτισεν.

Inde Cæsaream Cappadociæ divino ductus spiritu cum petivisset, ipsum ibi os Ecclesiæ, auream scilicet illam doctrinæ lusciniam, Basilium vidit atque cognovit: quem senex intuitus, multis faustis cœpit venerari vocibus. Siquidem perspicaci mentis oculo, conspexit refulgentem columbam humero ipsius insidentem dextero, verbaque sapientiæ subministrantem, atque ipsum ea populo depromentem. Ex ea quidem ardua ac veneranda columba instructus ille, sancti hujus Patris cognoverat peregrinationem, cumque esse Ephræm illum Syrum. Peropportune igitur ambo mutua inter se fruebantur consuetudine; ita ut laboriosa illa peregrinatio ipsi Ephræm inutilis non exstiterit.

Ἡ δὲ τοῦ βίου φυσικὴ ἀκεραιότης, τῶν ἐπιβλαβῶν τὴν φυγὴν αὐτῷ παρεδείκνυε· τό τε τοῦ κρείττους D προορατικὸν, καὶ τὸ τοῦ χείρους φυλακτικὸν ἐκδιδάσκουσα, ἐκείνους τε τῶν λογισμῶν προσίεσθαι, τοὺς ἐγκρίτους καὶ καθαροὺς, καὶ πρὸς αἵρεσιν λυσιτελεστέρους καλοῦ, ὅσοι μάλιστα πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἐμποδίζουσι χρείαν. Δαψιλῶς γὰρ δέδοτο παρὰ Χριστοῦ τῷ θείῳ πρεσβύτῃ τὸ τοῦ λόγου τάλαντον, ὃ καταβάλλειν ἐν ταῖς τῶν πολλῶν τῆς καρδίας τραπέζαις πρὸ πάντων αὐτῷ τῶν ἄλλων ἐπωφείλετο. Καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φαίνεται λέγων, ὅτιπερ ἄρτι τῆς παιδικῆς ἡλικίας τὸ ἁπαλὸν ὑπερβὰς, τεθέαται μυστικῶς πρὸς τῇ γλώσσῃ ὡς ἀνῆλθεν αὐτοῦ λίαν εὔκαρπος ἄμπελος, αὐξηθεῖσα τοσοῦτον, ὅσον πλη-

Naturalis porro vitæ innocentia, malorum ipsi ostendebat fugam: nam ex ea discebat et meliora prospicere et deteriora evitare, atque illas sententias ac rationes eligere, quæ puræ essent, quæque ad excolendam honestatem conferrent, et docendi usum nequaquam impedirent. Abundanter quippe sancto seni consessum a Christo erat sermonis talentum, quod cum ad mensas cordium plurimis impertiretur, ei tamen cum primis profuit. Fertur autem hæc ipse de se dixisse: Sibi, cum primum e tenera illa excederet ætate pueritiæ, arcana ejusmodi contigisse visa. Ipsi etenim juxta linguam, admodum fructifera enasci videbatur vitis, quæ quidem ita excrescebat, ut universum terrarum

[15] Gen. XII, 1 sqq.

repleret orbem. Cuncta autem cœli volatilia adventabant, et de fructu ejus comedebant : ipsa autem vitis, quanto plures volucres decerpentes fructus excipiebat, tanto amplius racemis abundabat. Illud præterea quod ad ipsum pertineret, alius quidam, homo perspicax, se conspexisse testatus est : angelorum scilicet copiam descendentem e cœlo, volumen intus ac foris conscriptum detinere manibus. Sic vero sanctam illam colloqui visam esse aciem. Quis, putas, volumen istud in manus accipiet ? Et hos quidem hunc, alios illum, alios vero alium ex præstantioribus eo tempore hominibus respondisse. Deinde autem post omnium subjecisse probationem : « Isti quidem sancti, ac ministri Dei sunt : sed hoc volumen in manus accipere nequeunt. » Cumque jam varios ex tunc viventibus nominassent, neque quisquam ex iis placuisset, demum communi omnium consensu in eam pariter convenerunt sententiam, ut dicerent, a nullo alio istud volumen in manus posse sumi, præterquam ab Ephræm Syro. Tuncque cœlestes angelos idem conspexisse fertur, Ephræm volumen tradere, noctuque surgens ad ecclesiam, visum illud conspiciens, perrexisse, auditoque ipso Ephræm, qui tunc insignem gratiaque plenam habebat orationem, quid visum illud designaret, cognovisse, Deumque collaudasse, et tam præclarum dicendi donum viro sancto datum admiratum fuisse. Tantam enim sapientiæ abundantiam largitus illi Deus fuerat, ut quantumvis ei perpetui quasi verborum fontes suppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam essent. Illudque non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat : lingua enim cogitandi aliorum vim exæquabat, attamen tardior erat quam ut ipsius sententias assequi posset. Unde magnus senex, singulare quoddam a Deo eloquendi donum efflagitabat, hisce verbis : Largire, Domine, flumina gratiæ tuæ. Siquidem doctrinæ profunditas, linguam ipsius absorbebat, ut sensa animi efferre nequiret, cum muneri concionandi instrumenta ad diserte dicendum opportuna deficerent.

Conciones porro ipsius, aliud nihil nisi precatio interpellabat : precationemque iterum conciones, has lacrymæ, lacrymas rursum preces excipiebant ; eratque sermo sermonis ; aut, ut magis proprie dicam, in sermone, assidue in divinarum rerum contemplatione occupatus. Nam ipsum quidem corpus ita confecerat, ut rationi quasi dominæ obtemperans, non magis, quam si emortuum esset, voluptatis ullum sensum haberet. Cumque ad ea quæ non decent, obeunda, inedia atque abstinentia prius domitum, immobile languesceret, illis tamen quæ animarum conferunt saluti, perficiendis robore præstabat. Quid ? quod ne noctes quidem, somniorum simulacris atque imaginibus sæpe decipientes, ei virtutis ac pietatis cursum in ullo interrumpebant ? nam quem aggredientes exceperant sobrium, eumdem recedentes vigilantem relinque-

A ῥῶσαι τὴν γῆν, πᾶν δὲ πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενον ἐξ αὐτῆς ἐμπίμπλασθαι τροφῆς. Αὐτὴν δὲ τὴν ἄμπελον ἐν τῷ ἀποκείρεσθαι, καὶ πᾶν πτηνὸν δεξιοῦσθαι, μᾶλλον πλουτεῖν τῶν βοτρύων. Τοῦτο δὲ καὶ ἄλλος περὶ αὐτοῦ τῶν πάνυ διορατικῶν τότε προσεμαρτύρησεν· ἰδέσθαι λέγων ἀγγέλων πληθὺν, κατιοῦσαν ἐξ οὐρανοῦ, τόμον ἐπὶ χεῖρας βαστάζουσαν, ἔξωθέν τε καὶ ἔσωθεν ἐγγεγραμμένον. Ἔλεγε δὲ ἡ φανεῖσα θεία ἐκείνη πρὸς ἑαυτὴν παράταξις. Τίς ἄρα ὀφείλει τόνδε τὸν τόμον ἐγχειρισθῆναι; Ἐξ ὧν ἀποκριθέντες, οἱ μὲν τόνδε προέκριναν, οἱ δὲ τόν. καὶ ἄλλοι ἕτερον, οὓς ὁ χρόνος ἐκεῖνος εἶχε λογάδας· Εἶτα μετὰ τὴν δοκιμὴν πάντας εἰπεῖν· « Ἀληθῶς ἅγιοι οὗτοι καὶ δοῦλοι Θεοῦ· πλὴν οὐ δύνανται τόνδε τὸν τόμον ἐγχειρισθῆναι. » Ὡς δὲ πολλοὺς τῶν τότε ἁγίων ἐπι-
B μνησθέντες, ἐν αὐτοῖς οὐκ εὐδόκησαν· τέλος, συμφωνήσαντες εἶπον. Οὐδεὶς δύναται τοῦτον ἐγχειρισθῆναι τὸν τόμον, εἰ μὴ Ἐφραΐμ. Καὶ δὴ καὶ τοῦτο θεάσασθαι ὁ βλέπων ἐκεῖνος λέγεται τοὺς θείους ἀγγέλους ἐπιδιδόντας τὸν τόμον τῷ Ἐφραΐμ· Ἀναστάντα ἐν νυχαλίᾳ εἰς Ἐκκλησίαν ἀφικέσθαι τὸν μυσταγωγηθέντα τὴν ὅρασιν, ἀκοῦσαι διδάσκοντος τοῦ Ἐφραΐμ ἐν λόγῳ δαψιλεῖ καὶ χάριτι ἠρτυμένῳ· τὴν δὲ ὁραθεῖσαν ὀπτασίαν ἐκεῖνον ἐπικρίνοντα, δοξάσαι τε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν δοθεῖσαν τῷ ἁγίῳ ἐκπλαγῆναι πλουσίαν τοῦ λόγου δωρεάν. Τοσοῦτον γὰρ τὸ περιὸν αὐτῷ τῆς σοφίας κεχάριστο, ὡς ἀεννάους μὲν εἶναι τοὺς τῶν λόγων ὀχετούς· βραδεῖς δὲ πρὸς τὴν τῶν νοημάτων φανέρωσιν, οὐ τῇ τῆς γλώττης ναρκότητι, ἀλλὰ τῇ
C τῶν ἐνθυμημάτων πυκνότητι· ὥστε τὴν γλῶσσαν ἴσον μὲν δύνασθαι τῷ τάχει τῶν παρ' ἄλλοις ἐνθυμημάτων, ἧττον δὲ τῶν οἰκείων θεωρημάτων. Διὸ καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ὁ μέγας πρεσβύτης Θεὸν ἐξαιτούμενος, ἐπὶ τῇ ἀνοχῇ τῆς ἀκατασχέτου τῶν λογάδων δωρεᾶς τοιαῦτα λέγεται φάναι· Ἄνες, ὦ Δέσποτα, τὰ τῆς χάριτός σου κύματα. Ὑπὸ γὰρ τὴν γλῶσσαν ἡ τῆς διδασκαλίας ἄβυσσος πελαγίζουσα, φέρειν αὐτῷ τὰ τῶν νοημάτων οὐκ ἐπέτρεπεν ἀλλεπάλληλα κύματα, τῇ κατεσπουδασμένῃ λειτουργίᾳ τῶν πρὸς τὸ λέγειν ὀργάνων οὐχ ὑπουργούντων.

Ἐπέκοπτεν δὲ τοὺς λόγους ἕτερον μὲν οὐδὲν, εὐχὴ δὲ μόνη, καὶ ταύτην οἱ λόγοι, καὶ τούτους τὰ δάκρυα,
D καὶ ταῦτα πάλιν εὐχή. Καὶ ἦν ὁ λόγος τοῦ λόγου, εἰπεῖν δὲ μᾶλλον οἰκειότερον, ἐν λόγῳ, ταῖς περὶ Θεοῦ διὰ πάντων τούτων θεωρίαις συνεχῶς ἀσχολούμενος. Τὸ γὰρ σῶμα νεκρώσας μετὰ τῶν ἡδονῶν, καὶ δοῦλον δι' ἐγκρατείας τῷ ἡγεμόνι κατεργασάμενος λογισμῷ, ἀκίνητον μὲν εἶχε πρὸς τὰ μὴ δέοντα ἀσιτίᾳ προδαμασθὲν, στεῤῥὸν δὲ πρὸς τὰ λυσιτελῆ καὶ ψυχικὴν σωτηρίαν πορίζοντα. Ἀλλ' οὐδὲ νύκτες αὐτῷ τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον ἐνέκοπτον, ταῖς ἐξ ὕπνου φαντασίαις αὐτὸν φενακίζουσαι. Νήφοντα γὰρ ἐξ ἡμερῶν δεχόμεναι, γρηγοροῦντα κατελίμπανον παρατρέχουσαι, τοῦτο πραγματευόμενον, ἵνα μὴ καταλάβῃ τοῦτον ἡ χεὶρ τοῦ ἄρχοντος τοῦ σκότους τούτου καθεύδοντα. Ὕπνου δὲ μετελάμβανε τοσοῦτον, ὅσον πρὸς τὸ ζῇν ἱκανόν· ὅπως μὴ τῆς φυσικῆς παντελῶς ἀκολουθίας

ἀνατραπείσης, λύσιν βίαιον ὑπομείνῃ τὸ σαρκίον. A Ἀνέτρεπε δὲ τοῦτον, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐξεδίωκε πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δὲ χαμευνία καὶ σκληραγωγία, καὶ ἡ παντοία τοῦ σώματος κάκωσις. Τούτοις γὰρ μάλιστα τὸ τοῦ ὕπνου πάθος ἐξορίζεσθαι πέφυκεν. Ἀκτημοσύνην δὲ τοσαύτην ἐκτήσατο, ὅσην ἔχειν τοὺς θείους ἀποστόλους ἀκούεις. Διὸ καὶ εἴ τις τοῦτον ἀκτημονούντων ἀρχέτυπον καλέσει, οὐχ ἁμαρτήσει τοῦ δέοντος. Αὐτοῦ γὰρ ἐκείνου τὴν γλυκυτάτην καὶ μακαρίαν ἔχομεν φωνήν, ἥνπερ μέλλων ἀπαίρειν πρὸς τὰ οὐράνια, ἡμῖν ἀφῆκεν ἀκτημοσύνης διδάσκαλον, ὧδέ πως ἔχουσαν· Οὐχ ὑπῆρξε τῷ Ἐφραὶμ ποτε βαλάντιον, οὐ ῥάβδος, οὐ πήρα. Οὔτε μὴν ἀργύριον, οὔτε χρυσίον, ἀλλ' οὐδέ τινα κτῆσιν ἑτέραν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκτησάμην. Τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ Βασιλέως ἤκουσα ἐν B τοῖς Εὐαγγελίοις φήσαντος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μηδὲν ἐπὶ τῆς γῆς κτήσασθαι. Ὅθεν οὐδὲ ἐμπαθῶς ἔσχον πρός τι τοιοῦτον. Οὕτως οὖν δόξης τε καὶ χρημάτων ὀλίγωρος, παντὸς δὲ μᾶλλον τοῦ ἀμείνονος ἐραστής, τῷ ἴσῳ κἀντεῦθεν τοῖς ἀποστόλοις ἁμιλλώμενος δρόμῳ.

bant; illudque sedulo curantem, ne manus principis istius tenebrarum ipsum somno oppressum deprehenderet. Tantum vero temporis quieti tribuebat, quantum vitæ degendæ necessarium ducebat, ne naturali penitus sublata vicissitudine, caro violentam dissolutionem sustineret. Cum autem varia essent quæ ab oculis ejus somnum depellebant, tum illud imprimis, quod asperam ac duram vitam agens, multisque modis corpus suum affligens, humi etiam cubaret: nam hisce potissimum rationibus, somni affectio excuti solet. Paupertatem porro tantam servabat, quantam vel sanctis ipsis audis fuisse apostolis. Quapropter si quis cum paupertatem colentium exemplar appellarit, haudquaquam a veritate aberrarit. Dulcissimam sane prorsusque beatam illam nobis vocem, velut paupertatis magistram, hinc in cœlum emigraturus, reliquit, qua aiebat: Nec crumena, nec baculus, nec pera Ephræm unquam fuit[16]. Nunquam aurum, aut argentum, aut ullam rem aliam in terra possedi. Nam bonum regem ad suos dicentem discipulos audivi in Evangelio: Nihil in terra possederitis. Quamobrem nulla me rerum ejusmodi cepit cupiditas. Gloriæ igitur, et pecuniæ contemptor cum esset, ac præstantiora amaret; ad ipsos apostolos in eo suo cursu quam proxime accedere nitebatur.

Τί δὲ περὶ ταπεινοφροσύνης αὐτῷ προσμαρτυρήσωμεν· ὅπου γε διαῤῥήδην ἅπας αὐτοῦ λόγος καὶ σύγγραμμα ταύτην ἔχει τὴν ἀρετὴν κηρυττομένην, καίπερ αὐτῷ διωκομένην ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος; Πότε γὰρ ὁ δάκρυα προσκαλούμενος δάκρυσι, σποδόν τε ὡσεὶ ἄρτον ἐσθίων, τὸ τραχὺ τῆς διαίτης, καὶ ἀνήδονον, καὶ τὸ πόμα κιρνῶν μετὰ κλαυθμοῦ, ἥ φησι τὰ C λόγια, πρὸς ἐπάρσεως ἢ οἰήσεως λίθῳ τὸν ψυχικὸν πόδα προσκρούσειεν; Ἢ ὁ τὴν ἀνθρωπίνην ἅπασαν ἀποστρεφόμενος δόξαν, καὶ περιὼν μὲν ἔτι κατὰ τὸν βίον, τινὸς ἐπαινοῦντος, ἀσχαλῶν, καὶ ἄλλο τε ἄλλην ἀλλάττων χροιάν, κύπτων τε εἰς γῆν, καὶ στάζων ἱδρῶτι λεπτῷ, καὶ δεινῇ κρατούμενος ἀφωνίᾳ, ὥσπερ τῆς αἰσχύνης αὐτοῦ τὴν γλῶσσαν ἀργούσης;

Quid vero animi ipsius submissionem commemorem atque humilitatem; cum ea ipsa virtus passim in cunctis ejus sermonibus ac scriptis sese singulariter ab eo fuisse excultam quodammodo clamitet? Quando enim unquam ad arrogantiæ, elationisque lapidem pes ejus offendit, qui lacrymas lacrymis provocabat, ac cinerem tanquam panem manducabat, et aspera atque inamœna vita ut sacra illa personant verba, poculum cum fletu miscebat[17]? Quique ab omni vana, atque mundana abhorrens gloria, cum in hac adhuc peregrinaretur vita, si a quoquam se laudari animadvertebat, ægro animo ferens, aliumque alias colorem capiens, atque oculos in terram demittens, tenui ac subtili madebat sudore, altoque silentio tanquam verecundia linguam præpediente, corripiebatur.

Ἀπαίρων δὲ πρὸς τὴν μακαρίαν καὶ ἄληκτον ζωήν, αὐτὸ τοῦτο πάλιν μετὰ σφοδρᾶς ἀπείργων ἐπιτιμήσεως, καὶ λέγων· Μὴ ᾄσητε ᾆσμα ἐπὶ Ἐφραὶμ, μὴ ἐγκωμιάσητε, μή με πολυτελεῖ ἐνθάψητε ἱματισμῷ, μὴ ἰδίᾳ τῷ σώματί μου τάφον ἐργάσησθε· D λόγον γὰρ ἔχω μετὰ Θεοῦ, αὐλισθῆναί με σὺν τοῖς ξένοις. *Ξένος ἐγὼ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.* Ἔχεις τοιγαροῦν ἐκ περιουσίας καὶ ταύτης τῆς ἀρετῆς, καθὰ δὴ καὶ τῶν λοιπῶν, ἐναργῆ τὰ τεκμήρια. Τῆς ἐλεημοσύνης δὲ καὶ συμπαθείας οὐ ποιητὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάσκαλον τοῦτον ἐπιψηφιεῖται ὁ τῆς ἀληθείας ὅρος καὶ νόμος. Τῇ γὰρ τελείᾳ ἀκτημοσύνῃ, τὸ παρέχειν τοῖς δεομένοις οὐκ ἔχων, ἐν τῷ τοὺς ἄλλους διεγείρειν πρὸς ἔλεον πυκναῖς παραινέσεσι, τὴν ἐλεημοσύνην μετήρχετο. Ἦν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ τούτου λόγος, καὶ δίχα τῆς ὄψεως, κλεὶς θεοχάλκευτος, τοὺς τῶν πλουσίων θησαυροὺς διανοί-

Jam autem hinc ad beatam cœlestemque illam emigraturus vitam, gravi quodam interdicto illud ipsum vetans, dicebat: Nulla Ephræm cecineritis carmina, nullamque laudationem adhibueritis, ne me cum pretioso sepeliveritis vestimento, neve privatim corpori meo constitueritis tumulum: mihi enim cum Deo convenit, ut inter peregrinos commorer. *Advena* quippe *sum ego, et peregrinus, sicut omnes patres mei*[18]. Sicut ergo aliarum virtutum, ita hujus etiam eximia atque præclara habes indicia. Eorum enim quæ ad eleemosynam, et commiserationis affectum pertinent, hunc non effectorem duntaxat, sed et doctorem exstitisse, veritatis præscriptio, lexque ipsa confirmat. Nam cum ex perfecta, quam amplexus fuerat, paupertate, reliquum nihil haberet, quod egenis impertiretur; frequentibus tamen cohortationibus alios ad misericordiæ

[16] Matth. x, 9, 10; Luc. ix, 4. [17] Psal. ci, 10. [18] Psal. xxxviii, 13.

opera commovendo, eleemosynas erogabat. Erat quippe ipsius oratio, licet vultus non conspiceretur, tanquam divinitus fabrefacta quædam clavis, divitum thesauros recludens, et indigentibus necessaria suppeditans, aspectusque ejus angelicus sufficiens erat, qui per se absque ulla oratione intuentes etiam agrestes et inhumanos ad commiserationem permoveret, tanta in eo conspiciebatur tum simplicitas, tum mansuetudo, tum probitas. Nullusque adeo reperiebatur impudens, qui non ipsum inspiciens, rubore quodam perfunderetur atque verecundia, ac seipso melior non redderetur atque modestior.

A Sed pro illis quid? Sileat oratio. Sindones mundæ, et panni serici; unguentorum et aromatum largitas et abundantia, liberalitas mulieris et ornatæ et honestæ. Dicetur enim, ut etiam hæc ei testimonio sint, quæ erga sacerdotem fecit, cum alabastrum unguenti largiter in caput sacerdotis effudit. Sed quod in his servatur, quid? ossa mortua, quæ et ante mortem, mortalitatem meditata erant: molesta calamitatum nostrarum monumenta. O qualis vox rursus in Rama audietur! Rachel deflens non filios suos, sed virum suum, et non admittens consolationem. Omittite, o consolantes, omittite: nolite contendere ut consolemini. Graviter ferat, et lugeat vidua. Sentiat damnum quod fecit. Quanquam non imperita discessionis est, ut quæ jam B antea in laboribus certaminibusque athletæ solitudinem ac destitutionem ferre assuefacta sit. Meministis omnino, quemadmodum vobis ante hanc nostram habita oratio labores atque certamina viri exposuit, quod cum per omnia sanctam Trinitatem honoraret, etiam in numero certaminum honorem conservaverit, ut qui in tribus tentationum incursionibus decertarit. Audivistis continuationem, contextum et seriem laborum, qualis in primis, qualis in mediis, qualis esset in postremis. Supervacuam judico repetitionem bene dictorum. Sed tantum dicere fortasse non intempestivum fuerit. Cum primum bene morata ac modesta illa Ecclesia virum vidit, faciem vidit ad imaginem Dei vere C formatam; vidit dilectionem fontis modo scaturientem; vidit gratiam labiis circumfusam; animi demissionis summum gradum; post quem amplius quidquam cogitari non potest: vidit mansuetudinem atque clementiam, qualis in Davide fuit: qualis in Solomone, intelligentiam atque prudentiam; qualis in Moyse, bonitatem; qualis in Samuele, perfectionem; qualis in Josepho, continentiam pudicitiamque; qualis in Daniele, sapientiam; quemadmodum magnus Elias, zelo fidei præditum; sicuti sublimis Joannes, integritate corporis ornatum; sicuti Paulus inexsuperabili præditum dilectione. Vidit tot bonorum circa unam animam concursum: amore beato vulnerata est, casto bonoque sponsum suum amore atque benevolentia proD secuta dilexit. Sed priusquam cupiditatem expleret, antequam desiderium recrearet atque sedaret, etiam nunc amoris vi fervens, tentationibus athletam ad certamina vocantibus, sola relicta est. Atque ille quidem in certaminibus pro pietate susceptis desudabat; hæc vero durabat in castitate matrimonium conservans. Jam multum temporis intercesserat, cum quidam adulterandi animo immaculatum lectum conjugalem aggreditur. Sed sponsa non poterat corrumpi, ac denuo reditus, et rursus exsilium: idque tertium accidit, donec hæretica caligine discussa Dominus, et radio pacis admoto, requietis aliquam a diuturnis laboribus spem fecit; sed posteaquam se mutuo rursus viderunt, et castus amor spiritualesque animi oblectationes renovatæ sunt, ac rursus desiderium accensum est, statim perceptionem voluptatis hæc ultima peregrinatio dirimit et interrumpit.

Venit ut vos tanquam sponsam ornaret, et nuptias instrueret, nec id frustra suscepit. Præclaro conjugio benedictionis coronas imposuit; imitatus est Dominum, ut in Cana Galilææ Dominus, ita etiam hic imitator Christi. Judaicas enim hydrias hæretica aqua repletas, virtute fidei immutata natura, vini integri et incorrupti plenas fecit. Sæpe dulci sua voce largiter affusa gratia, sobrium in vobis cratera statuit; sæpenumero vobis omnis generis rationalium ciborum epulum præbuit. Ille quidem benedicendo præibat, præclari autem isti discipuli sermonem minutatim exponentes turbis ministrabant. Ac nos lætamur, generis vestri gloriam propriam ducentes. Quam præclaræ hactenus narrationes, quam beatum et optandum esset in his desinere atque finiri sermonem! Sed postea quid? *Vocate lamentatrices*, inquit Jeremias [1]. Non enim aliter cor ardens ac præ dolore intumescens, leniri ac mitigari potest, nisi gemitibus et lacrymis sublevetur. Tunc discessionem spes reditus consolabatur: nunc extrema a nobis discessione avulsus est. Magnus hiatus inter eum et Ecclesiam in medio firmatus est. Ille quidem in sinu Abrahæ requiescit; at qui guttam aquæ, qua eorum, qui cruciantur, lingua refrigeretur, transportet, non est. Periit ille decor, silet vox, occlusa sunt labia, avolavit gratia. Ut rei præteritæ narratio, felicitas evasit. Molestum erat olim etiam Israelitico populo, quod Elias a terra ad Deum subvolaret. Sed discessum Eliseus, magistri pallio pelliceo ornatus consolabatur. Nunc vero vulnus superat artem curandi: quoniam et Elias assumptus, et Eliseus non est relictus. Audite ex Jeremia tristes ac flebiles quasdam voces, quibus ut desertam urbem Jerosolymitanorum deplorat, qui cum alia quædam cum commiseratione pronuntiat, tum hoc: *Viæ Sion*, inquit [2], *lugent*. Hæc tunc quidem dicta, nunc autem impleta sunt. Nam ubi fama calamitatis divulgata fuerit, tunc viæ et plenæ lugentium erunt, et effundentur qui ab eo pascebantur, Ninivitarum in calamitate vocem imitantes: imo vero etiam gravius et acerbius quam illi dolentes. Nam illorum quidem lamentatio metum solvit; his vero nullum remedium malorum ab lamentationibus speratur. Novi quamdam etiam aliam Jeremiæ vocem, libris Psalmorum annumeratam, quam captivitatis Israeliticæ nomine edidit. Verba autem Scripturæ ita sese habent: *In salicibus suspendimus instrumenta nostra* [3], silentio cum nosmetipsos, tum instrumenta condemnantes. Pro mea hanc usurpo cantilenam. Nam si videro hæreticam confusionem (Babylon autem *confusio* est), et si videro tentationes, quæ per confusionem fluunt: hæc illa esse aio Babylonia flumina, quibus assidentes flemus, quod non habeamus, qui per ea nos trajiciat. Quod si salices nominaveris, et in iis suspensa instrumenta, meum etiam hoc ænigma fuerit, vere namque salix est

A Ἦλθε νυμφοστολίσων ὑμᾶς, καὶ οὐ διήμαρτε τοῦ σπουδάσματος· ἐπέθηκε τῇ καλῇ συζυγίᾳ τοὺς τῆς εὐλογίας στεφάνους· ἐμιμήσατο τὸν Δεσπότην· ὡς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ὁ Κύριος, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ. Τὰς γὰρ Ἰουδαϊκὰς ὑδρίας τοῦ αἱρετικοῦ ὕδατος πεπληρωμένας, πλήρεις τοῦ ἀκηράτου οἴνου ἐποίησεν, ἐν τῇ δυνάμει τῆς πίστεως μεταποιήσας τὴν φύσιν. Ἔστησεν ἐν ὑμῖν πολλάκις κρατῆρα νηφάλιον, τῇ γλυκείᾳ αὐτοῦ φωνῇ δαψιλῶς οἰνοχοήσας τὴν χάριν· πολλάκις ὑμῖν προεθήκατο τὴν λογικὴν πανδαισίαν. Ὁ μὲν εὐλογῶν καθηγεῖτο· οἱ δὲ καλοὶ οὗτοι μαθηταὶ, διηκόνουν τοῖς ὄχλοις μυθοποιοῦντες τὸν λόγον. Καὶ ἡμεῖς εὐφραινόμεθα, τὴν τοῦ γένους ὑμῶν δόξαν, οἰκείαν ποιούμενοι. Ὡς καλὰ μέχρι τούτου τὰ διηγήματα· ὡς μακάριον ἦν
B τούτοις ἐναπολῆξαι τὸν λόγον. Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα τί; *Καλέσατε τὰς θρηνούσας*, ὁ Ἱερεμίας φησίν. Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως φλεγομένην καρδίαν καταπεφθῆναι, ὑπὸ τοῦ πάθους οἰδαίνουσαν, μὴ στεναγμοῖς καὶ δακρύοις κουφιζομένην. Τότε παρεμυθεῖτο τὸν χωρισμὸν ἡ τῆς ἐπανόδου ἐλπίς· νῦν δὲ τὸν ἔσχατον ἡμῶν χωρισμὸν ἀπεσχίσθη. Χάσμα μέγα μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ τῆς Ἐκκλησίας κατὰ τὸ μέσον ἐστήρικται· ὁ μὲν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραὰμ ἀναπαύεται· ὁ δὲ διακομίζων τὴν σταγόνα τοῦ ὕδατος, ἵνα καταψύξῃ τῶν ὀδυνωμένων τὴν γλῶσσαν, οὐκ ἔστιν. Οἴχεται τὸ κάλλος ἐκεῖνο, σιγᾷ ἡ φωνή· μέμυκε τὰ χείλη, ἀπέπτη ἡ χάρις. Διήγημα γέγονεν ἡ εὐκληρία. Ἐλύπει ποτὲ καὶ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν Ἠλίας
C ἀπὸ γῆς πρὸς Θεὸν ἀνιπτάμενος. Ἀλλὰ παρεμυθεῖτο τὸν χωρισμὸν Ἐλισσαῖος, τῇ μηλωτῇ τοῦ διδασκάλου κοσμούμενος. Νυνὶ δὲ τὸ τραῦμα ὑπὲρ θεραπείαν ἐστίν· ὅτι καὶ Ἠλίας ἀνελήφθη, καὶ Ἐλισσαῖος οὐχ ὑπελείφθη. Ἠκούσατε τοῦ Ἱερεμίου φωνάς τινας σκυθρωπὰς καὶ γοώδεις, ἃς ὡς ἐρημωθεῖσαν τὴν πόλιν Ἱεροσολυμιτῶν κατεθρήνησεν· ὅς ἄλλα τέ τινα περιπαθῶς διεξῆλθεν καὶ τοῦτό φησιν· *Ὁδοὶ Σιὼν πενθοῦσιν*. Ταῦτα τότε μὲν εἴρηται, νῦν δὲ πεπλήρωται. Ὅταν γὰρ περιαγγελθῇ τοῦ πάθους ἡ φήμη, τότε πλήρεις ἔσονται αἱ ὁδοὶ τῶν πενθούντων, καὶ προχεθήσονται οἱ ὑπ' αὐτῶν ποιμαινόμενοι, τὴν τῶν Νινευϊτῶν φωνὴν ἐπὶ τοῦ πάθους μιμούμενοι· μᾶλλον δὲ κἀκείνων ἀλγεινότερον ὀδυνώμενοι. Τοῖς μὲν γὰρ ὁ θρῆνος τὸν φόβον ἔλυσεν·
D τοῖς δὲ λύσις οὐδεμία τῶν κακῶν ἀπὸ τῶν θρήνων ἐλπίζεται. Οἶδά τινα τοῦ Ἱερεμίου καὶ ἄλλην φωνήν, τοῖς βίβλοις οὖσαν τῶν Ψαλμῶν ἐναρίθμιον, ἣν ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ ἐποιήσατο. Φησὶ δὲ ὁ λόγος, ὅτι *Ἐν ἰτέαις ἐκρεμάσαμεν ἑαυτῶν τὰ ὄργανα*, σιωπὴν ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ὀργάνων καταδικάσαντες. Ἐμὴν ποιοῦμαι τὴν ᾠδὴν ταύτην. Ἐὰν γὰρ ἴδω τὴν αἱρετικὴν σύγχυσιν (Βαβυλὼν δέ ἐστιν ἡ *σύγχυσις*), καὶ ἐὰν ἴδω τοὺς πειρασμοὺς τοὺς διὰ τῆς συγχύσεως ῥέοντας· ταῦτα ἐκεῖνά φημι τὰ Βαβυλώνια ῥεύματα, οἷς προσκαθήμενοι κλαίομεν, ὅτι τὸν διάγοντα ἡμᾶς διὰ τούτων οὐκ ἔχομεν. Κἂν τὰς ἰτέας εἴπῃς, καὶ τὰ ἐπὶ τούτων ὄργανα· ἐμὸν

[1] Jer. IX, 17. [2] Thren. I, 4. [3] Psal. CXXXVI, 2 seqq.

καὶ τοῦτο τὸ αἴνιγμα. Ὄντως γὰρ ἐν ἰτέαις ὁ βίος. A Δένδρον γὰρ ἄκαρπον ἡ ἰτέα ἐστίν· ἡμῶν δὲ ἀπεῤῥύη τῆς ζωῆς ὁ γλυκὺς καρπός. Οὐκοῦν ἰτέαι γεγόναμεν ἄκαρποι, ἀργὰ καὶ ἀκίνητα τὰ τῆς ἀγάπης ὄργανα ἐπὶ τῶν ξύλων κρεμάσαντες. *Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου*, φησὶν, *Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου*. Δότε μοι μικρὸν ὑπαλλάξαι τὸ γεγραμμένον, ὅτι οὐχ ἡμεῖς τῆς δεξιᾶς, ἀλλ' ἡ δεξιὰ ἡμῶν ἐπιλέλησται· καὶ ἡ γλῶσσα τῷ ἰδίῳ λάρυγγι κολληθεῖσα, τὰς τῆς φωνῆς διεξόδους ἀπέφραξεν, ἵνα μηκέτι ἡμεῖς τῆς γλυκείας ἐκείνης φωνῆς πάλιν ἀκούσωμεν. Ἀλλ' ἀποψήσασθέ μοι τὰ δάκρυα· αἰσθάνομαι γὰρ πέρα τοῦ δέοντος ἐπὶ τῷ πάθει γυναικιζόμενος. Οὐκ ἀφῃρέθη ἀφ' ἡμῶν ὁ νυμφίος· μέσος ἡμῶν ἕστηκεν, κἂν ἡμεῖς μὴ βλέπωμεν. Ἐν τοῖς ἀδύτοις ὁ ἱερεύς· εἰς τὰ ἐνδότερα τοῦ καταπετάσματος, ὅπου B πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός· κατέλιπε τὸ τῆς σαρκὸς παραπέτασμα. Οὐκέτι ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύει τῶν ἐπουρανίων, ἀλλ' εἰς αὐτὴν βλέπει τὴν τῶν πραγμάτων εἰκόνα· οὐκέτι δι' ἐσόπτρου καὶ αἰνίγματος, ἀλλ' αὐτοπροσώπως ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ· ἐντυγχάνει δὲ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. Ἀπέθετο τοὺς δερματίνους χιτῶνας· οὐδὲ γάρ ἐστι χρεία τοῖς ἐν παραδείσῳ διάγουσι, τῶν τοιούτων χιτώνων. Ἀλλ' ἐνδύματα, ἃ τῇ καθαρότητι τοῦ βίου αὐτοῦ ἐξυφήνας, ἐπεκοσμήσατο. Τίμιος ἐναντίον Κυρίου τοῦ τοιούτου ὁ θάνατος. Μᾶλλον δὲ οὐχὶ θάνατος, ἀλλὰ ῥῆξίς ἐστι μελῶν. *Διέῤῥηξας γὰρ*, φησὶ, *τοὺς δεσμούς μου*. Ἀπελύθη ὁ Συμεὼν, ἠλευθερώθη ἐκ τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος. Ἡ παγὶς C συνετρίβη· τὸ δὲ στρουθίον ἀπέπτη. Κατέλιπε τὴν Αἴγυπτον, τὸν ὑλώδη βίον· ἐπέρασεν οὐχὶ τὴν Ἐρυθρὰν ταύτην, ἀλλὰ τὴν μέλαιναν ἐκείνην καὶ ζοφώδη τοῦ βίου θάλασσαν· εἰσῆλθεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· ἐπὶ τοῦ ὄρους προσφιλοσοφεῖ τῷ Θεῷ· ἐλύσατο τὸ ὑπόδημα τῆς ψυχῆς, ἵνα καθαρᾷ τῇ βάσει τῆς διανοίας τῆς ἁγίας γῆς ἐπιβατεύσειεν, ἧ καθορᾶται Θεός.

Ταύτην ἔχοντες, ἀδελφοὶ, τὴν παράκλησιν, ὑμεῖς οἱ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὴν χώραν τῆς εὐλογίας μετακομίζοντες, ἀκούσατε τοῦ Παύλου παρεγγυῶντος· *Μὴ λυπεῖσθε ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα*. Εἴπατε τῷ ἐκεῖ λαῷ, διηγήσασθε τὰ καλὰ διηγήματα. Εἴπατε τὸ ἀπιστούμενον θαῦμα· πῶς εἰς θαλάσσης ὄψιν καταπυκνωθέντες ὁ μυ- D ριάνθρωπος δῆμος, ἓν ἦσαν κατὰ τὸ συνεχὲς σῶμα οἱ πάντες, οἷόν τι ὕδωρ περὶ τὴν τοῦ σκηνώματος πομπὴν πελαγίζοντες. Πῶς ὁ καλὸς Δαβὶδ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εἰς μυρίας τάξεις ἑαυτὸν καταμερίσας, ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ὁμογλώσσοις περὶ τὸ σκῆνος ἐχόρευσεν. Πῶς ἑκατέρωθεν οἱ τοῦ πυρὸς ποταμοὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν λαμπάδων ὁλκὸς ἀδιάσπαστος ῥέοντες, ἕως οὗ δυνατὸν ἦν ὀφθαλμῷ λαβεῖν, παρετείνοντο. Εἴπατε τοῦ λαοῦ παντὸς τὴν προθυμίαν, τῶν ἀποστόλων τὴν συσκηνίαν. Πῶς τὰ σουδάρια τῶν προσώπων αὐτοῦ, εἰς φυλακτήρια τῶν πιστῶν διετίθετο. Προσκείσθω τῷ διηγήματι βασι-

vita. Nam arbor sterilis salix est: a nobis autem dulcis vitæ fructus defluxit. Ergo salices infrugiferæ facti sumus, ex quo otiosa atque immota in lignis suspendimus dilectionis instrumenta. *Si oblitus*, inquit, *fuero tui, Jerusalem, oblivioni tradatur dextera mea*. Concedite mihi, ut scriptum paululum invertam atque immutem, quod non nos dexteræ, sed dextera nostri oblita est; et lingua gutturi suo adhærescens meatus vocis obstruxit et obturavit, ut ne amplius nos dulcem illam vocem rursus audiamus. Verum abstergite mihi lacrymas. Nam sentio me ultra quam deceat, calamitatem muliebriter deflere. Non ablatus est a nobis sponsus, in medio nostrum stat, etiamsi nos non videamus. In adytis ac penetralibus sacerdos est, in interioribus veli, quo præcursor pro nobis ingressus est Christus, reliquit carnis tegumentum. Non amplius signo et umbræ cœlestium servit, sed in ipsam rerum imaginem intuetur; non amplius per speculum atque per transennam et ænigma, sed ipse facie cum facie collata intercedit apud Deum. Intercedit autem pro nobis, et populi erratis. Deposuit tunicas pelliceas; neque enim talibus tunicis opus habent, qui in paradiso degunt. Sed habet indumenta, quæ puritate vitæ suæ contexuit, iisque sese exornavit. Honorata ac pretiosa coram Domino talis (viri) mors est. Imo vero non mors, sed ruptura vinculorum est. *Disrupisti* enim, inquit, *vincula mea* [b]. Dimissus est Simeon, liberatus est vinculis corporis. Laqueus contritus est, et avicula avolavit. Reliquit Ægyptum, materialem et crassam vitæ rationem: transivit non Rubrum hoc, sed atrum illud et caliginosum vitæ mare; ingressus est terram promissionis; in monte cum Deo philosophatur; solvit animæ calceamentum, ut pura planta mentis terram sanctam [a], ubi conspicitur Deus, conscenderet.

Hanc cum habeatis, fratres, consolationem, vos qui ossa Josephi transportatis ad terram benedictionis, audite Pauli verba præcipientis: *Ne contristemini sicut et cæteri, qui spem non habent* [c]. Dicite populo illi; exponite bonas narrationes. Dicite miraculum, cui fides derogetur: quomodo in maris modum condensati innumerorum hominum populus unum continuum corpus universi erant, tanquam aqua quædam circa tabernaculi pompam æstuantes. Quomodo præclarus David multifariam multisque modis in innumeros ordines sese distribuens, inter diversæ simul et ejusdem linguæ homines, et circa tabernaculum tripudiabat. Quomodo utrinque (quasi) ignei amnes continentibus facibus, tractu continuo perpetuoque fluentes, quoad oculi longissime prospicere possent, porrigebantur. Exponite studium populi totius, apostolorum contubernium. Quomodo sudaria faciei ejus ad præsidium atque custodiam

[b] Psal. cxv, 17. [a] Exod. iii, 5. [c] I Thess. iv, 12.

fidelium discerpebantur. Adjiciantur narrationi etiam imperator mœrens ob calamitatem, et e solio exsurgens : totaque civitas una cum pompa sancti transiens : et consolamini vos invicem in sermonibus istis. Recte Solomon tristitiam curat. Jubet enim tristitia affectis vinum præberi : vobis autem hoc ego dico vineæ operariis. Date igitur vestrum vinum ægritudine animi affectis, non quod ebrietatem inducat, aut menti insidietur, corpusve corrumpat, sed quod lætificet cor, quod nobis propheta indicabat dicens : *Vinum lætificat cor hominis.* Meraciori misto et fecundioribus ac largioribus eos excipite sermonis calicibus, ut vobis rursus in lætitiam luctus convertatur, per gratiam unigeniti Dei Filii, per quem gloria Deo, et Patri in sæcula sæculorum. Amen.

A λεὺς σκυθρωπάζων ἐπὶ τῷ πάθει, καὶ θρόνου ἐξανιστάμενος· καὶ πόλις ὅλη τῇ πομπῇ τοῦ ἁγίου συμμεταβαίνουσα· καὶ παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις. Καλῶς Σολομὼν ἰατρεύει τὴν λύπην. Κελεύει γὰρ τοῖς ἐν λύπῃ οἶνον διδόναι, πρὸς ἡμᾶς τοῦτο λέγων, τοὺς τοῦ ἀμπελῶνος ἐργάτας. Δότε οὖν τὸν ὑμέτερον οἶνον τοῖς λυπουμένοις, οὐ τὸν τῆς μέθης ἐργάτην, καὶ τῶν φρενῶν ἐπίβουλον, καὶ φθορέα τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸν τὴν καρδίαν εὐφραίνοντα, ὃν ὁ Προφήτης ἡμῖν ἐπεδείκνυε λέγων· *Οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου.* Μειζοτέρῳ τῷ κράματι, καὶ ἀφθονωτέραις δεξιοῦσθε τοῦ πνευματικοῦ λόγου ταῖς κύλιξιν, ὥστε ἡμῖν πάλιν εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίασιν περιστραφῆναι τὸ πένθος, χάριτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ, καὶ
B Πατρὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΠΟΥΛΧΕΡΙΑΝ ΛΟΓΟΣ.

EJUSDEM
ORATIO CONSOLATORIA
IN FUNERE PULCHERIÆ.

Eodem interprete

Equidem haud scio quo pacto accommodem orationem. Nam et duplex video argumentum, et utrinque triste et acerbum, ut utrumcunque oratio sumpserit, haud facile lacrymas evitare possit. Præsens temporis circuitus, quemadmodum id nobis heri a pastore nuntiabatur, acerbarum rerum, quæ vicinæ aliquando urbi per terræmotum acciderunt, memoriam continet : quæ quis absque lacrymis commemorare possit? Magna autem hæc et illustris, totique qui soli subjectus est, terrarum orbi proposita, præclara urbs alium sustinuit terræmotum, atque haud parvum ornamentum amisit, luminari, quod ad augendam imperatoriam felicitatem in ea resplendebat, repente privata, atque idcirco una cum lugentibus imperatoribus mœrens ac condolescens. Quid autem dicatur, non ignoratis prorsus, qui conventum completis, cum et hunc ipsum locum, in quo congregati sumus, et mœrorem luctumque in eo videatis. Haud igitur scio, ad utrum terræmotum orationem convertam, ad eumne, qui nunc accidit, an qui olim? Sane haud alienum est adversus id quod excellit incommodum consistere, atque civitatis proprium dolorem mitigare, rationibusque quibusdam incommodum, quasi

C Οὐκ οἶδα ὅπως τῷ λόγῳ χρήσομαι. Διπλῆν τε γὰρ ὁρῶ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ σκυθρωπὴν καθ' ἑκάτερον, ὡς μὴ ῥᾴδιον ἔξω δακρύων τὸν λόγον ἐλθεῖν, ὁτιοῦν ἐξ ἀμφοτέρων ἑλόμενον. Ἡ παροῦσα τοῦ χρόνου περίοδος, καθὼς ἡμῖν χθὲς τοῦτο παρὰ τοῦ ποιμένος ἠγγέλτο, σκυθρωπῶν πραγμάτων τῶν τῇ γείτονι πόλει ποτὲ διὰ τοῦ σεισμοῦ συμπεπτωκότων περιέχει τὴν μνήμην. Ἃ τίς ἀδακρυτὶ διεξέλθοι; ἡ δὲ μεγάλη καὶ περιφανὴς αὕτη καὶ τῆς ὑφ' ἡλίῳ πάσης προτεταγμένη καλλίπολις ἄλλον σεισμὸν ὑπέστη, καὶ οὐ μικρὸν ἀπεσυλήθη κόσμον, τοῦ ἐν αὐτῇ λάμψαντος φωστῆρος εἰς προσθήκην τῆς βασιλικῆς εὐκληρίας ἀθρόως ἀφαιρεθεῖσα, καὶ διὰ τοῦτο τῇ κατηφείᾳ τῶν βασιλέων συσκυθρωπάζουσα. Τὸ δὲ λεγόμενον, οὐκ ἀγνοεῖτε πάντως, οἱ πληροῦντες τὸν σύλλογον, ὁρῶντες
D αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον ἐν ᾧ συνειλέγμεθα καὶ τὴν ἐν τῷ τόπῳ κατήφειαν. Οὐκ οἶδα τοίνυν πρὸς ποῖον σεισμὸν τρέψω τὸν λόγον, πρὸς τὸν νῦν ἢ τὸν πάλαι γενόμενον; Ἢ καλῶς ἔχει πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τοῦ πάθους στῆναι, καὶ καταπραΰνειν τῆς πόλεως τὴν ἰδίαν ἀλγηδόνα λογισμοῖς τισι τὸ πάθος καταφαρμάσσοντα. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες οἱ τοῦ κακοῦ συμμετέχοντες τῷ συλλόγῳ πάρεισιν· ἀλλὰ διὰ τῶν παρόντων ἴσως καὶ εἰς τοὺς μὴ παρόντας ὁ λόγος δια-

δοθήσεται. Και γὰρ και τῶν ἰατρῶν ἐκεῖνοι σοφοὶ, A οἱ πρὸς τὸ πλεονάζον τῶν ἀλγηδόνων διὰ τῆς τέχνης ἱστάμενοι, τῶν δὲ ἧττον ὀδυνηρῶν τὴν θεραπείαν ὑπερτιθέμενοι. Ὥσπερ δέ φασιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, εἰ δύο κατὰ ταὐτὸν ἑνὶ σώματι πόνοι συμπέσοιεν, τοῦ πόνου τοῦ ὑπερβάλλοντος τὴν αἴσθησιν γίνεσθαι, ἐν τῷ πλεονάζοντι τῆς ἐπικρατούσης ἀλγηδόνος ὥσπερ πιεζομένης τῆς ἥττονος· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἔγνων. Τὸ γὰρ νέον τε καὶ ἡμέτερον ἄλγημα, τῶν διὰ τῆς μνήμης ἀλγυνόντων ἡμᾶς ἐστιν ἐπικρατέστερον. Πῶς γὰρ οὐκ ἄν τις ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι πάθοι; Τίς οὕτως ἀπαθὴς τὴν ψυχήν; Τίς οὕτως τὸν τρόπον σιδήρεος, ὡς ἀναλγητὶ τὸ συμβὰν δέξασθαι; Ἔγνωτε πάντως τὴν νέαν ταύτην περιστερὰν τὴν ἐντρεφομένην τῇ βασιλικῇ καλιᾷ, τὴν ἄρτι μὲν πτερουμένην ἐν λαμπρῷ τῷ πτερῷ, ὑπερβᾶσαν δὲ τὴν ἡλικίαν ταῖς B χάρισιν, ὅπως ἀφεῖσα τὴν καλιὰν οἴχεται· ὅπως ἐξ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἀπέπτη, ὅπως αὐτὴν ἀθρόως ὁ φθόνος τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀφήρπασεν· εἴτε περιστερὰν χρὴ λέγειν ταύτην, εἴτε νεοθαλὲς ἄνθος, ὃ οὔπω μὲν ὅλον τῶν καλύκων ἐξέλαμψεν, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔλαμπεν ἤδη, τὸ δὲ λάμψειν ἠλπίζετο· καὶ ὅμως ἐν τῷ μικρῷ τε καὶ ἀτελεῖ ὑπερέλαμπεν· ὅπως ἀθρόως ἐναπέσβη τῇ κάλυκι, καὶ πρὶν εἰς ἀκμὴν προελθεῖν, καὶ ὅλον εὐωδίᾳ πετάσαι τὸ ἄνθος, αὐτὸ περὶ ἑαυτὸ κατεῤῥύη καὶ κόνις ἐγένετο, ὃ οὔτε ἐδρέψατό τις, οὔτε ἐστεφανώσατο· ἀλλὰ μάτην ἡ φύσις ἐπόνησεν· οὗ τὸ μὲν ἀγαθὸν ἐν ἐλπίσιν ἦν, ὁ δὲ φθόνος ξίφους δίκην πλάγιος ἐμπεσὼν τὴν ἐλπίδα διέκοψεν. Σεισμός τις ἦν ἄντικρυς, ἀδελφοὶ, τὸ γενόμενον· σεισμὸς, οὐδὲν τῶν C χαλεπῶν συμπτωμάτων φιλανθρωπότερος. Οὐ γὰρ ἄψυχον οἰκοδομημάτων κάλλος διελυμήνατο· οὐδὲ εὐανθεῖς γραφὰς, ἢ λίθων περικαλλῆ θεάματα εἰς γῆν κατέβαλεν· ἀλλ' αὐτῆς τῆς φύσεως τὸ οἰκοδόμημα λαμπρὸν τῷ κάλλει, ὑπεραστράπτον ταῖς χάρισιν, ἀθρόως προσπεσὼν ὁ σεισμὸς οὗτος διέλυσεν.

quodam adhibito medicamento lenire. Etsi enim non omnes, ad quos incommodum simul pertinet, concioni intersunt : attamen per eos qui adsunt, forsitan etiam in absentes oratio divulgabitur. Etenim etiam illi boni et commodi medici sunt, qui adversus excellentes et superantes dolores artem adhibendo consistunt, eorum, quæ minus doloris faciunt, malorum curationem differentes. Quemadmodum autem harum rerum periti aiunt, si duo simul uni corpori dolores acciderint, eum qui exsuperet ac dominetur solum sentiri, exsuperantia prævalentis cruciatus minorem dolorem quasi suffurante : idem etiam in re præsenti animadverto. Nam et novus nosterque proprius dolor, iis rebus, quarum memoria nobis acerba est, acrior, atque vehementior est. Nam qui possit aliquis ob ea quæ acciderunt, non affici? Quis animo adeo alienus ab affectibus est? Quis adeo moribus ferreus est, ut absque dolore quod accidit, excipiat? Nostis prorsum teneram hanc columbam, quæ in nido regio nutriebatur, quæ jam primum quidem nitidis pennis volucris evadebat, sed ætatem gratiis et virtutibus superabat, ut relicto nido discesserit, ut ex oculis nostris avolaverit, ut eam invidia repente de manibus nostris rapuerit, sive columbam hanc dicere oportet, sive recens pullulantem florem, qui nondum quidem toto suo splendore ex gemmis ac vaginis emersisset, sed partim quidem jam enituisset, partim vero in lucem emersurus speraretur : nec eo minus in exigua atque imperfecta sui parte mirum in modum resplenderet · ut repente in gemma emarcuerit, ac priusquam ad suum vigorem pervenisset, ac summum incrementum nactus esset, totumque cum suavi odore decorem panderet ac diffunderet, ipse circa se defluxerit et in pulverem redactus sit, quem neque quisquam decerpsit, neque coronis adaptavit, sed frustra natura laboravit : ubi bonum quidem erat in spe et exspectatione, invidia vero gladii instar ex transverso irruens spem interrupit. Terræmotus quidam plane, fratres, erat id quod accidit, terræmotus acerbis casibus nihilo mitior. Non enim inanimum ædificiorum decus labefactavit : neque floridas picturas aut lapidum eximiæ pulchritudinis spectacula humi prostravit : sed ipsius naturæ ædificium pulchritudine splendidum, gratiarum ac virtutum fulgore excellens, repente impetu facto terræmotus hic dissolvit.

Εἶδον ἐγὼ καὶ τὸ ὑψηλὸν ἔρνος, τὸν ὑψίκομον φοίνικα (τὸ βασιλικόν φημι κράτος) τὸν ταῖς βασιλικαῖς ἀρεταῖς οἷόν τισι κλάδοις πάσης ὑπερανεστῶτα τῆς οἰκουμένης καὶ πάντα διαλαμβάνοντα· εἶδον αὐτὸν τῶν μὲν ἄλλων κρατοῦντα, τῇ δὲ φύσει καμπτόμενον, καὶ πρὸς τὴν ἀποβολὴν τοῦ ἄνθους ἐπικλινόμενον. Εἶδον καὶ τὴν εὐγενῆ κληματίδα τὴν περιειλημμένην τῷ φοίνικι, τὴν τὸ ἄνθος ἡμῖν τοῦτο ὠδίνασαν, οἵας ὑπέστη ἐκ δευτέρου πάλιν ὠδῖνας ἐν ψυχῇ, οὐκ ἐν σώματι, ὅτε αὐτῆς οὗτος ὁ βλαστὸς ἀπετίλλετο· Τίς ἀστενάκτως τὸ πάθος παρέδραμεν; Τίς τὴν τοῦ βίου ζημίαν οὐκ ὠλοφύρατο; Τίς οὐκ ἐπαφῆκε τῷ πάθει δάκρυα; Τίς οὐ κατέμιξε τῇ κοινῇ συνῳδίᾳ τοῦ θρήνου τὰς ἰδίας φωνάς; Εἶδον θέαμα πιστὸν, ὃ οὐκ ἂν εἰς πίστιν ἔλθοι τοῖς ἀκοῇ παραδεχομένοις τὰ θαύ-

D Vidi ego etiam sublime illud germen, alticomam palmam (imperatoriam dico potentiam) quæ imperatoriis virtutibus veluti ramis quibusdam supra omnem eminet orbem terrarum, et omnia amplectitur; vidi, inquam, eum cæteros quidem superantem atque vincentem, naturæ vero succumbentem, et ob amissum florem inclinari. Vidi item generosam illam vitem quam palma amplexa est, quæ florem hunc nobis pepererat, qualesnam iterum de integro quasi pariens dolores animo, non corpore sustinuit, cum hoc ab ea germen avelleretur? Quis absque lacrymis cladem præteriit? Quis vitæ damnum non deploravit? Quis calamitati non illacrymatus est? Quis communi concentui lamentationis suas voces non admiscuit? Vidi spectaculum

certum et exploratum, quod qui auditione ac fama miracula accipiunt, non credant. Vidi pelagus hominum, quod frequentia congregatorum, tanquam aqua quædam in omnes partes sese oculis offerret: plenum erat templum, plenum templi vestibulum, adjuncta platea, angiporta, bivia, media, transversa, ampla tectorum spatia: quidquid videbatur, hominum plenum erat, quasi totus terrarum orbis propter cladem et infortunium illud in unum concurrisset. Spectaculum autem omnibus propositus erat sacer ille flos, qui in aurea lectica afferebatur. Ut omnium aspicientium vultus demissi ac mœsti erant! Ut lacrymis oculi oppleti, manus inter se collisæ, gemitus adhuc intimum cordis dolorem indicantes! Non mihi in illo tempore (forsitan ne cæteris quidem, qui tunc aderant) visum est aurum naturali suo decore nitescere, quinetiam lapidum fulgores, et aurei panni, et argenti splendores, et lumen ignis, quod et multum et copiosum ex transverso utrinque continentibus cereis lampadibus prætendebatur: omnia luctu simul nigrescebant, nihil omnium rerum communis mœstitiæ expers erat. Tunc etiam magnus David suos hymnos et laudum decantationes lamentationibus accommodavit, ac pro hilari choro sumpto invicem tristi ac lugubri cantilenis ad lamentationes invitavit. Atque omni per illum temporis articulum voluptate ab animis pulsa atque summota, solæ lacrymæ hominibus voluptati erant.

Quoniam igitur tantopere a perturbatione ratio victa est: haud importunum fuerit mentem fatigatam cum ratione adhibito consilio, quoad ejus fieri potest, reficere atque confirmare. Periculum enim haud parvum est, ne si in hoc Apostoli dicto audientes non fuerimus, una cum spe destitutis condemnemur. Ait enim, quemadmodum ex eo, qui dudum recitabat, audivimus, non oportere tristitia nos affici nomine dormientium[1]. Eam enim perturbationem illorum duntaxat esse, qui spem non habeant. Sed dixerit, opinor, aliquis de grege pusillanimorum, ea quæ fieri non possint, divinum Apostolum jubere, et suis præceptis superare naturam. Qui enim fieri potest, ut affectuum perturbationem superet is qui vivit in natura, neu vincatur ab animi dolore, ob tale spectaculum contracto, cum non suo tempore in senectute mors contigerit, sed in prima ætate morte pulchritudo quidem aboleatur, palpebris vero radius oculorum tegatur, genarum item rubor in pallorem transmutetur, os quoque silentio detineatur, ac flos in labiis apparere solitus nigrescat: idque non parentibus modo acerbum videatur, verumetiam cuivis incommodum intuenti? Quid igitur nos adversus hos? Non nostrum verbum, fratres, dicemus, sed dictum ex Evangelio nobis recitatum in medium afferemus. Audistis Dominum dicentem: *Sinite parvos pueros, et ne prohibeatis eos venire ad me.*

A μάτα. Εἶδον ἐξ ἀνθρώπων πέλαγος τῇ πυκνότητι τῶν συνεστώτων, οἷόν τι ὕδωρ κατὰ πᾶν μέρος τοῖς ὀφθαλμοῖς προφαινόμενον, πλήρης ὁ ναός· πλῆρες τοῦ ναοῦ τὸ προαύλιον, ἡ ἐκδεχομένη πλατεῖα, τὰ ἄμφοδα, ἡ μέση, τὰ πλάγια, ἡ ἐπὶ τῶν δωμάτων εὐρυχωρία· πᾶν τὸ ὁρώμενον ἀνθρώπων πλήρωμα ἦν, ὥσπερ πάσης τῆς οἰκουμένης εἰς ταὐτὸν συνδραμούσης ἐπὶ τῇ πάθει. Θέαμα δὲ προέκειτο πᾶσι τὸ ἱερὸν ἄνθος ἐκεῖνο ἐπὶ κλίνης χρυσῆς κομιζόμενον. Πῶς κατηφῆ πάντων ἦν τῶν προσορώντων τὰ πρόσωπα! Πῶς δεδακρυμένα τὰ ὄμματα! χεῖρες ἀλλήλαις συναρασσόμεναι! στεναγμοὶ πρὸς τούτοις τὴν ἐγκάρδιον ὀδύνην καταμηνύοντες! Οὔ μοι ἔδοξε κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην (τάχα δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις τῶν τότε παρόντων) τὴν ἐκ φύσεως χάριν ὁ χρυσὸς ἀποστίλβειν, ἀλλὰ καὶ

B αἱ τῶν λίθων αὐγαί, καὶ τὰ ἐκ χρυσοῦ ὑφάσματα, καὶ αἱ τοῦ ἀργύρου μαρμαρυγαί, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πυρὸς φῶς, πολύ τε καὶ ἄφθονον κατὰ τὰ πλάγια ἑκατέρωθεν τῇ συνεχείᾳ τῶν ἐκ τοῦ κηροῦ λαμπάδων παρατεινόμενον· πάντα τῷ πένθει συνεμελαίνετο, καὶ πάντα μετεῖχε τῆς κοινῆς κατηφείας. Τότε καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ τὰς ἰδίας ὑμνῳδίας τοῖς θρήνοις ἔχρησεν, καὶ ἀντὶ φαιδρᾶς χοροστασίας μεταλαβὼν τὴν γοεράν τε καὶ πένθιμον, ἐξεκαλεῖτο τοὺς θρήνους τοῖς μέλεσιν. Πάσης δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἡδονῆς τῶν ψυχῶν ἀπελαθείσης, μόνον ἦν ἐν ἡδονῇ τοῖς ἀνθρώποις τὸ δάκρυον.

C Ἐπειδὴ τοίνυν τοσοῦτον ἡττήθη τοῦ πάθους ὁ λογισμός, καιρὸς ἂν εἴη τὸ κεκμηκὸς τῆς διανοίας διὰ τῆς τῶν λογισμῶν συμβουλῆς ὡς ἔστι δυνατὸν ἀναῤῥώννυσθαι. Κίνδυνος γὰρ οὐ μικρός, παρακούσαντας ἐν τούτῳ τῆς τοῦ Ἀποστόλου φωνῆς συγκατακριθῆναι τοῖς ἀνελπίστοις. Φησὶ γάρ, καθὼς τοῦ ὑπαναγινώσκοντος ἀρτίως ἠκούσαμεν, μὴ δεῖν ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων λυπεῖσθαι. Μόνων γὰρ τοῦτο τῶν οὐκ ἐχόντων ἐλπίδα τὸ πάθος εἶναι. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν, οἶμαι, τῶν μικροψυχοτέρων, ἀδύνατα κελεύειν τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ ὑπερβαίνειν τὴν φύσιν τοῖς ἐπιτάγμασι. Πῶς γάρ ἐστι δυνατὸν ὑπεραρθῆναι τοῦ πάθους τὸν ἐν τῇ φύσει ζῶντα, καὶ μὴ κρατηθῆναι τῇ λύπῃ ἐπὶ τοιούτῳ θεάματι, ὅταν μὴ καθ' ὥραν ἐν γήρᾳ συμπέσῃ ὁ θάνατος, ἀλλ' ἐν

D τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ κατασβεσθῇ μὲν τῷ θανάτῳ ἡ ὥρα, καλυφθῇ δὲ τοῖς βλεφάροις ἡ τῶν ὀμμάτων ἀκτίς, μεταπέσῃ δὲ εἰς ὠχρότητα τῆς παρειᾶς τὸ ἐρύθημα, κρατηθῇ δὲ τῇ σιωπῇ τὸ στόμα, μελαίνηται δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ χείλους ἄνθος, χαλεπὸν δὲ μὴ μόνον τοῖς γεννησαμένοις τοῦτο δοκῇ, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ πρὸς τὸ πάθος βλέποντι; Τί οὖν πρὸς τούτους ἡμεῖς; Οὐχ ἡμέτερον ἐροῦμεν, ἀδελφοί, λόγον, ἀλλὰ τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἡμῖν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ῥῆσιν παραθησόμεθα. Ἠκούσατε γὰρ λέγοντος τοῦ Κυρίου· *Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἔρχεσθαι πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Οὐκοῦν εἰ καὶ σοῦ ἀπεφοίτησε τὸ παιδίον,

[1] I Thess. IV, 12 sqq.

ἀλλὰ πρὸς τὸν Δεσπότην ἀπέδραμεν· σοὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἔκλεισεν, ἀλλὰ τῷ φωτὶ τῷ αἰωνίῳ διήνοιξεν· τῆς σῆς ἀπέστη τραπέζης, ἀλλὰ τῇ ἀγγελικῇ [illegible]· ἔνθεν τὸ φυτὸν ἀνεσπάσθη, ἀλλὰ τῷ [illegible] ἐνεφυτεύθη, ἐκ βασιλείας εἰς βασιλείαν [illegible]· ἐξεδύσατο τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος, ἀλλὰ τῆς ἄνω βασιλείας τὴν περιβολὴν ἐνεδύσατο. Εἴπω σοι τὴν ὕλην τοῦ θείου ἐνδύματος· οὐ λίνον ἐστὶν, οὐδὲ ἔριον, οὐδὲ τὰ ἐκ σηρῶν νήματα. Ἄκουσον τοῦ Δαβὶδ, ὅθεν ἐξυφαίνεσθαι λέγει τῷ Θεῷ τὰ ἐνδύματα· *Ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω*, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον. Ὁρᾷς οἷα ἀνθ' οἵων ἠλλάξατο; Λυπεῖ σε τὸ τοῦ σώματος κάλλος μηκέτι φαινόμενον, οὐ γὰρ ὁρᾷς αὐτῆς τὸ ἀληθινὸν τῆς ψυχῆς κάλλος, ὃ νῦν ἐν τῇ πανηγύρει τῶν οὐρανίων ἀγάλλεται. Ὡς καλὸς ἐκεῖνος ὁ ὀφθαλμὸς ὁ τὸν Θεὸν βλέπων! ὡς ἡδὺ τὸ στόμα ταῖς θείαις ὑμνῳδίαις καλλωπιζόμενον! *Ἐκ στόματος* γὰρ, φησὶ, *νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον*. Ὡς καλαὶ αἱ χεῖρες αἱ μηδέποτε τὸ κακὸν ἐνεργήσασαι! ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες, οἱ μὴ ἐπιβάντες κακίας, μηδὲ τῇ ὁδῷ τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ ἴχνος ἑαυτῶν ἐπιστήσαντες! ὡς καλὴ πᾶσα τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἡ ὄψις, οὐ λίθων αὐγαῖς κεκοσμημένη, ἀλλ' ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ ἐκλάμπουσα! Ἀλλὰ λυπεῖ σε τυχὸν τὸ μὴ εἰς γῆρας ἐλθεῖν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, καλὸν ἐνορᾷς τῷ γήρᾳ; Ἆρα καλὸν τὸ κνίζεσθαι τὰ ὄμματα, τὸ ῥυσοῦσθαι τὴν παρειὰν, τὸ ἀποῤῥεῖν τοὺς ὀδόντας τοῦ στόματος, καὶ ψελλισμὸν ἐμποιεῖν τῇ γλώσσῃ, τὸ ὑποτρέμειν τῇ χειρὶ, καὶ εἰς γῆν κύπτειν, καὶ ὑποσκάζειν τῷ ποδὶ, καὶ χειραγωγοῖς ἐπερείδεσθαι, καὶ παρανοεῖν τῇ καρδίᾳ, καὶ παραφθέγγεσθαι τῇ φωνῇ, οἷα τῇ ἡλικίᾳ ταύτῃ κατ' ἀνάγκην συμβαίνει πάθη; Καὶ ὑπὲρ τούτου ἀγανακτοῦμεν, ὅτι μὴ ἀφίκετο εἰς τὴν τῶν τοιούτων πεῖραν; Καὶ μὴν συγχαίρειν προσήκει ἐκείνοις, ὧν ἡ ζωὴ τὴν τῶν σκυθρωπῶν πεῖραν οὐ παρεδέξατο, καὶ οὔτε ἐνταῦθα τῶν λυπηρῶν ᾔσθετο, οὔτε τι τῶν ἐκεῖ σκυθρωπῶν ἐπιγνώσεται. Ἡ γὰρ τοιαύτη ψυχὴ ἡ οὐκ ἔχουσα ἐφ' ὅτῳ εἰς κρίσιν ἔλθῃ, γέενναν οὐ φοβεῖται, κρίσιν οὐ δέδοικεν· ἄφοβος διαμένει καὶ ἀκατάπληκτος, οὐδενὸς πονηροῦ συνειδότος τὸν τῆς κρίσεως φόβον ἐπάγοντος. Ἀλλ' ἔδει, φησὶν, αὐτὴν εἰς μέτρον ἡλικίας ἐλθεῖν, καὶ νυμφικῷ θαλάμῳ ἐμφαιδρυνθῆναι. Ἀλλ' ἐρεῖ σοι πρὸς τοῦτο ὁ ἀληθινὸς νυμφίος, ὅτι κρείττων ἡ οὐρανία παστὰς, προτιμότερος ἐκεῖνος ὁ θάλαμος, ἐν ᾧ χηρείας φόβος οὐκ ἔστιν. Τίνος οὖν, εἰπέ μοι, τῶν καλῶν ἀπεστέρηται τὸν σάρκινον τοῦτον ἐκδυσαμένη βίον; Εἴπω σοι τὰ τοῦ βίου καλά· λῦπαι καὶ ἡδοναὶ, θυμοὶ καὶ φόβοι, ἐλπίδες καὶ ἐπιθυμίαι· ταῦτά ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα οἷς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν συμπεπλέγμεθα.

Τί οὖν κακὸν πέπονθεν ἡ τοσούτων ἀπαλλαγεῖσα τυράννων; Ἕκαστον γὰρ πάθος, ὅταν ἐπικρατῇ, τῆς ψυχῆς τύραννος ἡμῶν γίνεται, τοὺς λογισμοὺς δουλωσάμενον. Ἡ λυπεῖ ἡμᾶς, ὅτι μὴ κατεπονήθη διὰ

A *Talium enim est regnum cælorum*[2]. Proinde etiamsi a te discessit puella, attamen ad Dominum recurrit, tibi oculum clausit, sed lumini æterno aperuit; a tua mensa remota est, sed angelicæ adhibita; hinc planta revulsa est, at in paradiso sata est; de regno ad regnum traducta est, purpuræ florem exuit, at superi regni amictum induit. Dicam tibi materiam unde confectum est divinum indumentum: non linum est, neque lana, neque fila serica. Audi Davidem, unde Deo contexi indumenta dicat: *Confessionem et magnificentiam induisti*[3], superinjiciens lumen quasi pallium. Vides quæ quibus commutaverit? Angit te atque molestum est tibi, quod corporis decor non amplius apparet: non enim vides ejus veram animi pulchritudinem, quæ B nunc in conventu cœlitum exsultat atque lætatur: quam speciosus ille oculus, qui Deum videt: quam suave os divinarum laudum decantatione exornetur: *Ex ore* enim, inquit, *infantium et lactentium perfecisti laudem*[4]. Quam pulchræ manus, quæ nunquam malum operatæ sunt! Quam decori pedes, qui ad nequitiam atque malitiam non accesserunt, neque in via peccatorum vestigium suum impresserunt! Quam speciosa tota animæ illius facies, non lapidum fulgoribus ornata, sed simplicitate, integritate et innocentia resplendens! Sed forsitan angit te, quod ad senectutem non pervenit. Quid vero, dic mihi, pulchri cernis in senectute? An pulchrum prurire ac fricari oculos, corrugari genas, ex ore defluere dentes, et linguæ balbutiem C ingenerari, manibus subtremiscere, ad terram incurvari, titubare atque subclaudicare pedibus, ducibus inniti, desipere corde ac delirare, voce absurda atque inepta pronuntiare? Qualia huic ætati necessario accidunt incommoda. Et idcirco indignamur et stomachamur, quod ad ejusmodi malorum experientiam non pervenerit? Atqui gratulari convenit illis quorum vita rerum acerbarum ac tristium periculum non fecit, et cum hic nihil molestiæ senserit, tum nihil acerbitatis illic experietur. Nam ejusmodi anima, cum nullum in se crimen habeat, cujus nomine in judicium veniat, gehennam non metuit, judicium non timet: intrepida atque imperterrita permanet, nulla prava conscientia judicii terrorem incutiente. At oportebat, inquit, D eam ad justum ætatis modum venisse, et in thalamo nuptiali exhilarari. Verum ad hoc tibi verus sponsus dicet, quod melior in cœlo sit lectus genialis, anteferendus ille thalamus, ubi viduitatis metus non est. Quo igitur, quæso te, bono privata est, cum hanc carnalem vitam exuit? Dicam tibi vitæ bona: animi ægritudines et molestiæ, voluptates, iræ, metus, spes, cupiditates et desideria: hæc et ejusmodi sunt, quibus in præsenti vita implicati atque connexi sumus.

Quid igitur mali accidit ei, quæ a tot tyrannis liberata sit? Unusquisque enim affectus ac perturbatio, cum prævalet ac dominatur, rationibus sibi subjugatis, animi nostri tyrannus exsistit. An male

[2] Matth. xix, 14. [3] Psal. ciii, 1. [4] Psal. viii, 3.

nos habet, quod non doloribus patiendi confecta, quod non cura liberorum educandorum attrita est, quod non similes dolores excepit, atque propter illam parentes sustinuerunt? At ejusmodi res felicitatis nomine prædicandæ, non deplorandæ sunt. Nam in nullo versatum esse malo, melior res est, quam humana capere possit natura. Ita sapiens etiam ille Solomon in suis Scripturis mortuum superstite beatiorem esse ducit. Item magnus David vitam quæ in carne degitur, lamentatione et gemitu dignam esse ait. Itaque cum ambo splendidi atque magnifici, utpote regia potestate præditi, essent, omnium rerum, quæ per vitam suaves atque jucundæ habentur, ad arbitrium compotes atque participes nihil ad præsentium rerum usum et oblectationem inclinati sunt, sed cum arcanorum bonorum, quæ in incorporea vita proposita sunt, desiderio tenerentur, calamitatis et infortunii loco habebant eam, quæ in carne transigitur, vitam. Audivi Davidem in multis locis sacrorum Psalmorum, cum cuperet evadere ex ejusmodi necessitate, ubi alias quidem, *Desiderat*[5], inquit, ac desiderando *deficit anima mea in atria Domini*; alias vero, *Educ animam meam ex custodia*[6]. Similiter autem Jeremias[7] quoque maledictione et exsecratione dignum judicat diem illum, qui princeps ei fuisset ejusmodi vitæ. Ac multas ejusmodi priscorum sanctorum voces, quæ feruntur et exstant in divina Scriptura, licet invenire, cum desiderio veræ vitæ ea, quæ in carne degitur, vita gravis eis esset et molesta. Ita etiam magnus ille quondam Abrahamus lubenter atque haud gravatim dilectum filium pro victima Deo offerebat, quod sciret atque haud dubitaret quin futurum esset, ut puer in meliorem et augustiorem formam transmutaretur. Ac quicunque historiæ cognitionem habetis, omnino non ignoratis, quæ de eo narrantur. Quid enim dicit Scriptura[8]? Quod cum juvenis quidem esset Abraham, a Deo facta sit ei promissio de futuro filio: cum autem summum incrementum ætatis ejus integritas et vigor præteriisset, ac tempore jam emarcuisset atque absumptus esset, cum natura seipsam augere et propagare desivisset, senectute non amplius libidini obtemperante, tunc præter humanam spem promissio deducitur ad exitum et effectum; et nascitur puer Isaac: ac tempore justo præterito, cum veluti germen quoddam in pulchritudinem et magnitudinem excrevisset, jucundus erat oculis parentum, juvenilis ætatis decore nitens, tunc Abrahami animus quasi tormentis adhibitis probatur et exploratur, an plene atque exacte discerneret in rerum natura quid præstaret, an non ad præsentem vitam spectaret? Et ait ad eum Deus: *Offer filium tuum pro victima in holocaustum*. Nostis omnino quicunque patres estis et liberos habetis, et amorem erga liberos a natura didicistis, ut verisimile

A ὠδίνων, ὅτι μὴ συνετρίβη διὰ φροντίδων παιδοτροφίας· ὅτι μὴ τὰς ὁμοίας ἀλγηδόνας ἐδέξατο, ἃς ἐπ' αὐτῆς οἱ γεγεννηκότες ὑπέμειναν; Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα μακαρισμῶν, οὐκ ὀδυρμῶν ἐστιν ἄξια. Τὸ γὰρ ἐν μηδενὶ γενέσθαι κακῷ, κρεῖττον ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐστίν. Οὕτως καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν ἐν τῇ ἰδίᾳ Γραφῇ μακαρίζει πρὸ τοῦ περιόντος τὸν κατοιχόμενον. Καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ θρήνου καὶ οἰμωγῆς ἀξίαν τὴν ἐν σαρκὶ διαγωγὴν εἶναί φησιν. Καίτοι γε ἀμφότεροι λαμπροὶ κατὰ τὴν βασιλείαν ὑπάρχοντες, πάντων κατ' ἐξουσίαν τῶν κατὰ τὸν βίον ἡδέων μετέχοντες, οὐδὲν πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπόλαυσιν ἐπεκλίθησαν· ἀλλὰ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν τῶν ἐν τῇ ἀσωμάτῳ ζωῇ προκειμένων τὴν ἐπιθυμίαν ἔχοντες, συμφορὰν ἐποιοῦντο τὴν ἐν σαρκὶ ζωήν. Ἤκουσα πολ-

B λαχῇ τοῦ Δαβὶδ ἐν ταῖς ἱεραῖς Ψαλμῳδίαις ἔξω γενέσθαι τῆς τοιαύτης ἀνάγκης ἐπιθυμοῦντος, ἐν οἷς φησιν· νῦν μὲν, ὅτι *Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου*· νῦν δὲ, ὅτι *Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου*. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Ἱερεμίας κατάρας ἀξίαν κρίνει τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν ἄρξασαν αὐτῷ τῆς τοιαύτης ζωῆς. Καὶ πολλὰς ἔστι τοιαύτας τῶν παλαιῶν ἁγίων φωνὰς ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ φερομένας εὑρεῖν, οἳ δι' ἐπιθυμίαν τῆς ὄντως ζωῆς τὴν ἐν σαρκὶ διαγωγὴν ἐβαρύνοντο. Οὕτως καὶ ὁ μέγας ποτὲ Ἀβραὰμ προθύμως τῷ Θεῷ διὰ θυσίας προσῆγεν τὸν ἠγαπημένον υἱὸν, εἰδὼς ὅτι πρὸς τὸ κρεῖττόν τε καὶ θειότερον γενήσεται τῷ παιδὶ ἡ μετάστασις. Ὅσοι δὲ τῆς ἱστορίας ἐμπείρως ἔχετε,

C πάντως οὐκ ἀγνοεῖτε τὰ περὶ αὐτοῦ διηγήματα. Τί γάρ φησιν ἡ Γραφή; Ὅτι νέῳ μὲν ὄντι τῷ Ἀβραὰμ θεόθεν περὶ τοῦ παιδὸς ἐπαγγελία γίνεται· παρεληλυθότι δὲ τὴν ἀκμὴν, καὶ ἤδη καταμαρανθέντι ὑπὸ τοῦ χρόνου, ὅτε παύεται ἡ φύσις ἑαυτὴν αὔξουσα, οὐκέτι τοῦ γήρως ταῖς ὁρμαῖς ὑπακούοντος, τότε παρὰ τὰς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας εἰς πέρας ἡ ὑπόσχεσις ἄγεται· καὶ τίκτεται παῖς ὁ Ἰσαάκ· καὶ συμμέτρου διαγεγονότος χρόνου, οἷόν τι ἔρνος ἀναδραμὼν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος, ἡδὺς ἦν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν γονέων τῷ τῆς νεότητος κάλλει λαμπόμενος· τότε προσάγεται τῷ Ἀβραὰμ ἡ τῆς ψυχῆς δοκιμασία καὶ βάσανος, εἰ ἀκριβῶς ἐν τῇ τῶν ὄντων φύσει διαγινώσκει τὸ κάλλιον, εἰ μὴ πρὸς τὴν παροῦσαν βλέπει ζωήν. Καί φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· *Ἀνένεγκε τὸν*

D *υἱόν σου διὰ θυσίας εἰς ὁλοκάρπωσιν*. Οἴδατε πάντως ὅσοι πατέρες ἐστὲ καὶ παῖδας ἔχετε, καὶ τὴν πρὸς τὰ τέκνα στοργὴν παρὰ τῆς φύσεως ἐδιδάχθητε, ὅπως εἰκὸς διατεθῆναι τὸν Ἀβραὰμ, εἰ πρὸς τὴν παροῦσαν μόνην ἀφεώρα ζωὴν, εἰ δοῦλος τῆς φύσεως ἦν, εἰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ τὸ γλυκὺ τῆς ζωῆς ἐλογίζετο. Τί δὲ περὶ ἐκείνου φημὶ, καταλιπὼν τὴν γυναῖκα τὸ ἀσθενέστερον μέρος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως; Εἰ μὴ πεπαίδευτο κἀκείνη ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς τὰ θειότερα, εἰ μὴ ἠπίστατο τὴν κεκρυμμένην ζωὴν εἶναι τῆς φαινομένης ἄμεινον, οὐκ ἂν ἐπέτρεπε τῷ ἀνδρὶ τοιαῦτα κατὰ τοῦ παιδὸς ἐνεργῆσαι. Πάντως γὰρ τοῖς μητρικοῖς συγκινηθεῖσα σπλάγχνοις, περιεχύθη τῷ

[5] Psal. LXXXIII, 2. [6] Psal. CXLI, 8. [7] Jer. XX, 14 sqq. [8] Gen. XVIII, 1 sqq.

τέκνῳ, καὶ ταῖς ὠλέναις αὐτὸν ἐμπλεξαμένη, πρὸ αὐτοῦ τὴν καιρίαν ἐδέχετο. Ἆρ' οὐκ εἶπεν ἂν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ταῦτα τὰ ῥήματα; Φεῖσαι τοῦ παιδὸς, ἄνερ, μὴ πονηρὸν γένῃ τοῦ βίου διήγημα, μὴ μῦθος τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ γενώμεθα, μὴ φθονήσῃς τῷ υἱῷ τῆς ζωῆς, μὴ στερήσῃς αὐτὸν τῆς γλυκείας ἀκτῖνος· θάλαμος τέκνοις, οὐ τάφος παρὰ πατέρων σπουδάζεται· στέφανος γαμικὸς, οὐ ξίφος φονικόν· γαμήλιος λαμπὰς, οὐ πῦρ ἐπιτάφιον. Ταῦτα λῃσταὶ καὶ πολέμιοι, οὐ πατέρων χεῖρες ἐπὶ τῶν τέκνων ἐργάζονται. Εἰ δὲ χρὴ πάντως γενέσθαι τὸ κακὸν, μὴ εἴδοι Σάῤῥας ὀφθαλμὸς νεκρούμενον τὸν Ἰσαάκ. Ἰδοὺ δι' ἀμφοτέρων ὦσον τὸ ξίφος, ἀπ' ἐμοῦ τῆς δειλαίας ἀρξάμενος· μία τοῖς δυσὶν ἀρκέσει πληγή. Κοινὸν ἐπ' ἀμφοτέρων γενέσθω τὸ χῶμα· μία στήλη τὴν κοινὴν συμφορὰν τραγῳδείτω.

A atque consentaneum sit Abrahamum affectum et animatum futurum fuisse, si ad præsentem solam vitam respiceret, si servus naturæ esset, si in præsenti sæculo vitæ dulcedinem consistere existimaret. Sed quid de illo dico, omissa muliere infirmiore parte humanæ naturæ? Nisi et illa a viro divina didicisset; nisi scivisset occultam vitam ea, quæ apparet, esse potiorem, non commissura fuisset, ut vir ejusmodi quid adversus filium perpetraret. Prorsus enim maternis commota visceribus filio circumfusa fuisset, et ulnis eum amplexa pro ipso letale vulnus accepisset. An non ad Abrahamum ejusmodi verbis usura fuisset? Parce filio, mi vir, ne pravæ in vita narrationis materia fias, ne fabula insequenti tempori fiamus, ne filio vitam in- B videas, ne prives eum dulci radio solari; nuptiale cubiculum filiis, non sepulcrum a patribus curari atque institui solet; corona nuptialis, non ensis letalis; tæda conjugalis, non ignis sepulcralis. Hæc latrones et hostes, non patrum manus in filiis perpetrant. Quod si omnino malum perpetrari ac repræsentari oportet: ne videat oculus Sarræ Isaacum necari, en per utrumque adige gladium, a me misera initio facto, una ambobus plaga satis erit, communis ambobus tumulus excitetur, unus titulus miserabilem utriusque casum prodat.

Ταῦτα πάντως ἂν καὶ τὰ τοιαῦτα διεξῄει ἡ Σάῤῥα, εἰ μὴ ἐκεῖνα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔβλεπεν, ἅπερ ἡμῖν ἐστιν ἀθέατα. Ἤδει γὰρ ὅτι τὸ τέλος τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἀρχὴ τοῦ θειοτέρου βίου τοῖς μεταστᾶσι γίνεται· καταλείπει σκιὰς, καταλαμβάνει ἀλήθειαν· ἀφίησιν ἀπάτας καὶ πλάνας καὶ θορύβους, καὶ εὑρίσκει ἐκεῖνα τὰ ἀγαθὰ, ἃ ὑπὲρ ὀφθαλμόν τε καὶ ἀκοὴν καὶ καρδίαν ἐστίν. Οὔτε ἔρως αὐτὸν ἀνιάσει, οὔτε ἐπιθυμία ῥυπαρὰ παραστρέψει· οὐχ ὑπερηφανία χαυνώσει· οὐκ ἄλλο τι πάθος τῶν λυπούντων τὴν ψυχὴν ἐνοχλήσει, ἀλλὰ πάντα γίνεται αὐτῷ ὁ Θεός. Διὰ τοῦτο προθύμως δίδωσι τῷ Θεῷ τὸν παῖδα. Τί δὲ ὁ μέγας Ἰώβ; Ὅτε αὐτῷ γυμνωθέντι πάντων τῶν περιόντων ἀθρόως, πρὶν ἐπὶ ταῖς προλαβούσαις πληγαῖς τὴν ψυχὴν ἀναλέξασθαι, ἡ τελευταία κατεμηνύθη πληγὴ, ὅπως ἐδέξατο τὴν ἐπὶ τοῖς παισὶ συμφοράν; Τρεῖς αὐτῷ θυγατέρες ἦσαν, καὶ παῖδες ἑπτά· μακαριστὸς ἦν τῆς εὐπαιδίας· τοσοῦτοι γὰρ ὄντες, εἷς ἦσαν οἱ πάντες τῇ μετ' ἀλλήλων στοργῇ· οὐ διῃρημένως καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος βιοτεύοντες, ἀλλὰ πάντες παρ' ἀλλήλοις φοιτῶντες, διὰ τῆς ἐγκυκλίου φιλοφροσύνης διετέλουν εὐφραίνοντες ἀλλήλους ἐν τῷ μέρει καὶ εὐφραινόμενοι· καὶ δῆτα καὶ τότε κατὰ περίοδον παρὰ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν ἀδελφῶν ἦν τὸ συμπόσιον· πλήρεις οἱ κρατῆρες, πλήρης τῶν ἐδωδίμων ἡ τράπεζα· ἐν χερσὶν αἱ κύλικες· θεάματα, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις καὶ ἀκροάματα, καὶ πᾶσαι θυμηδίαι συμποτικαί· τρόπος εἷς, φιλοφροσύναι, παίγνια, μειδιάματα· πάντα ὅσα εἰκὸς ἐν συνόδῳ νέων ἐφ' ἑστίας ἁβρύνεσθαι. Τί οὖν ἐπὶ τούτοις; Ἐν ἀκμῇ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἡδίστων ἐπισεισθέντος αὐτοῖς τοῦ ὀρόφου, τάφος τῶν δέκα παίδων τὸ συμπόσιον γίνεται. Καὶ τοῖς αἵμασι τῶν νέων ὁ κρατὴρ καταμίγνυται, καὶ τὰ ἐδώδιμα τῷ ἐκ τῶν σωμάτων λύθρῳ κατεμολύνετο. Τοιαύτης συμφορᾶς τῷ Ἰὼβ ἀγγελθείσης (θέασαί μοι τῷ λόγῳ τὸν ἀθλητὴν, οὐχ ἵνα θαυμάσῃς μόνον τὸν νικητήν· μικρὸν γὰρ τὸ ἐκ τοῦ θαύματος κέρδος· ἀλλ' ἵνα ζηλώσῃς ἐν τοῖς ὁμοίοις τὸν ἄνδρα, καί σοι γένηται παιδοτρίβης

Hæc et ejusmodi Sarra prorsus dictura fuisset, nisi illa oculis vidisset quæ nostrum visum effugiunt. Noverat enim quod finis vitæ carnalis initium augustioris vitæ instituti (hinc) translatis exsistat; relinquit umbras, assequitur veritatem, dimittit fraudes et errores et tumultus, et invenit illa bona, quæ sunt supra oculum, et auditum, et cor: neque amor eum anget, neque sordida cupiditas pervertet, atque depravabit, non superbia inflabit, non aliquis alius affectus animum angens mo- C lestus erit, sed omnia fit ei Deus. Idcirco libenter Deo filium dat. Quid item magnus Job? cum ei repente quasi uno impetu adversæ fortunæ spoliato omnibus rebus ac copiis, quibus abundaverat, priusquam a superioribus plagis et calamitatibus animum collegisset, ultima nuntiata clades est: quo animo casum liberorum accepit? Tres ei filiæ erant, filii septem, nomine felicitatis in liberis procreandis; et ob egregiam indolem eorumdem dignus erat qui prædicaretur ac beatus haberetur: nam cum tot essent, mutuo inter se amore quasi unus universi erant: non separatim ac divisim per se singuli viventes, sed omnes se mutuo frequenter inter se invisentes, quasi vicissitudinario quodam D et usitato officio atque comitate invitandi atque excipiendi perpetuo alter alterum modo delectabat, modo invicem alter ab altero exhilarabatur, atque adeo etiam tunc vicissitudinis officii orbe decurso atque peracto, apud fratrem maximum natu convivium erat: pleni crateres, plena mensa esculentorum, in manibus calices, spectacula, ut verisimile est, ad hæc festivæ jucundæque narrationes, et omnia animi oblectamenta conviviis adhiberi consueta: mos unus, una ratio, una voluntas: comitas et hilaritas, ludicra, risus: omnia quæcunque par est in conventu juvenum domi suæ per luxum atque delicias agitari. Quid igitur consecutum est? Cum his rebus jucundis jam maxime

fruerentur, nihilque ad hilaritatem jam amplius addi posset: tecto super eos collapso, sepulcrum omnium decem liberorum convivium exsistit. Ac sanguine juvenum crater commiscebatur, et esculenta obtritorum corporum cruore coinquinabantur. Ubi ejusmodi clades Jobo nuntiata est (considera, quæso, adhibita ratione athletam, non ut victorem duntaxat admireris: parum enim lucri exsistit ex admiratione, sed ut virum in similibus imiteris, et sit tibi athleta pro pædotriba, suo exemplo ad patientiam atque fortitudinem in tempore tentationum conflictus animum ungens, atque confirmans), quid igitur vir ille fecit? An aliquid abjectum et vile, qualia degeneris et exigui animi homines committere solent, aut verbo dixit, aut habitu gestuque corporis designavit, vel genas unguibus lacerans, vel crines e capite evellens, vel pulverem inspergens, vel pectus manibus pulsans et tundens, vel humi corpus abjiciens, vel lugubrium carminum decantatores sibi adhibens, vel nominatim mortuos illos implorans, memoriæque ingemiscens? Horum nihil est, sed nuntius quidam rerum adversarum casum liberorum narravit: ille vero simul atque audivit, statim de rerum natura philosophorum more disserebat: unde res exsistant docens, et a quo in naturam producantur; item quem par sit rebus universis præesse. *Dominus dedit, Dominus abstulit*[9]: ex Deo, inquit, hominibus est ortus, item ad illum reditus: unde productus est, ad illud etiam redit. Deus igitur, qui dandi potestatem habet, idem etiam auferendi jus habet. Bonus cum sit, bene consulit: sapiens cum sit, quid utile sit, novit. *Sicut Domino visum est ac placuit* (placuit autem recte prorsus, quidquid placuit), ita etiam fecit. *Sit nomen Domini benedictum.*

A ὁ ἀθλητής, τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι πρὸς ὑπομονὴν καὶ ἀνδρείαν τὴν ψυχὴν ἀλείφων ἐν καιρῷ τῆς τῶν πειρασμῶν συμπλοκῆς), τί οὖν ἐποίησεν ὁ ἀνήρ; ἆρά τι δυσγενὲς καὶ μικρόψυχον, ἢ εἶπε τῷ ῥήματι ἢ διὰ σχήματος ἐνεδείξατο, ἢ παρειὰν ἀμύξας τοῖς ὄνυξιν, ἢ τρίχας τῆς κεφαλῆς ἀποτίλας, ἢ κόνιν καταπασάμενος, ἢ τὰ στήθη ταῖς χερσὶ μαστιγώσας, ἢ ἐπὶ γῆν ἑαυτὸν ῥίψας, ἢ θρηνῳδοὺς ἑαυτῷ περιστήσας, ἢ ἀνακαλῶν τὰ τῶν κατοιχομένων ὀνόματα, καὶ ἐποιμώζων τῇ μνήμῃ; Οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν· ἀλλ' ὁ μὲν τῶν κακῶν μηνυτὴς τὴν κατὰ τοὺς παῖδας συμφορὰν διηγήσατο· ὁ δὲ ὁμοῦ τε ἤκουσεν, καὶ εὐθὺς περὶ τῆς τῶν ὄντων ἐφιλοσόφει φύσεως, πόθεν τὰ ὄντα λέγων, καὶ παρὰ τίνος εἰς γένεσιν ἄγεται, καὶ τίνα εἰκὸς τῶν ὄντων ἐπιστατεῖν· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν,*
B *ὁ Κύριος ἀφείλετο.* Ἐκ Θεοῦ, φησὶ, τοῖς ἀνθρώποις ἡ γένεσις, καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ ἀνάλυσις· ὅθεν παρῆκται πρὸς ἐκεῖνο καὶ ἀναλύεται. Θεὸς οὖν ὁ τοῦ διδόναι τὴν ἐξουσίαν ἔχων, ὁ αὐτὸς ἔχει καὶ τοῦ ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν. Ἀγαθὸς ὢν ἀγαθὰ βουλεύεται, σοφὸς ὢν τὸ συμφέρον ἐπίσταται. *Ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν* (ἔδοξε δὲ πάντως καλῶς), οὕτως καὶ ἐποίησεν. *Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον.*

Vides quanta celsitudo animi magnitudinis athletæ sit; tempestatem afflictionis transtulit ad studium rerum considerationis et contemplationis. Noverat enim exacte, quod vera vita per spem reposita atque recondita sit; præsens vero vita veluti semen futuræ sit. Longe autem præsentibus præstant ac potiora sunt ea quæ exspectantur atque sperantur, quantum differt spica a grano, unde enascitur: præsens vita proportionem habet atque assimilatur ad granum; futura vero vita per pulchritudinem spicæ ostenditur ac designatur. *Oportet* enim *corruptibile hoc induere incorruptibilitatem*, item *mortale hoc induere immortalitatem*[10]. Ad hæc respiciens Job gratulatur filiis ob felicitatem, ut qui citius vitæ vinculis exsoluti atque exempti essent. Cujus rei argumento est, quod cum promisisset Deus duplum omnium eorum quæ adempta essent restitutum iri, in omnibus aliis duplicata restitutione, solorum liberorum duplicationem non requisivit; sed decem soli pro totidem amissis dati sunt. Nam quoniam animæ hominum in perpetuum permanent, idcirco alterum tantum, quantum amiserat, recipit. Quod ad liberos attinet qui post nati sunt, cum prius natis una connumerantur, quasi omnes Deo vivant, ac temporaria mors vita defunctis nihil, quo minus sint, impedimento sit. Neque enim aliud quidquam est in hominibus mors, nisi vitio-

Cæterum nemo ex iis qui divina sapientia instituti sunt, more externorum et a fide nostra alienorum, artificiosis laudativi generis dicendi apparatibus laudari desideret eum, qui propter spiritualia bona celebratur. Non enim simili ratione nos atque cæteri de bono judicamus; neque easdem de rebus iisdem reperiat aliquis opiniones, tum apud eos qui mundano more vivunt, tum apud hos, qui mundum supergressi sunt. Illis enim magnæ quædam studioque dignæ atque expetendæ res esse videntur, divitiæ, genus, gloria, mundani potentatus, fabulæ, quibus suæ quisque patriæ conditores celebrat: item fugiendæ, sana quidem mente præditis, narrationes, tropæa, prœlia, bellorum incommoda: nostro vero judicio una in pretio et in honore patria est, paradisus, prima generis humani sedes, una civitas, illa cœlestis, quæ per vivientes lapides construitur et coagmentatur, cujus artifex et conditor est Deus [1]: unus splendor, una generis amplitudo, propinquitas cum Deo: quæ non casu fortuito ac temere cuiquam contingit, quemadmodum mundana generis claritudo, quæ sæpe etiam ad improbos et malos per hanc fortuitam vicissitudinem ac seriem temere manans defertur, sed quæ non aliter atque liberæ voluntatis electione acquiri potest. *Quotquot enim receperunt eum*, inquit divina vox, *dedit eis potestatem ut filii Dei fierent* [2]. Qua nobilitate, quid splendidius, quid honestius, quid augustius esse possit? Patria vero aliis quidem omnibus fabulæ atque commenta dæmonumque fraudes ac ludibria fabulosis narrationibus simul permista: nostra autem patria expositoribus et narratoribus opus non habet. Nam si quis cœlum suspexerit, eaque quæ inibi sunt ornamenta, et omnem creaturam animi oculo consideraverit, quæcunque in his miracula comprehendere potuerit, has nostræ patriæ reperiet narrationes: imo vero non ipsius patriæ, sed coloniæ, quam a sublimiore vita rejecti et relegati mundum præsentem nimirum assecuti sumus. Quod si talis est colonia, existimare oportet, qualis sit ea urbs, unde colonia deducta est, quæ sit in ea pulchritudo, quæ sit in ea regia, quæ beatitas eorum quibus illa habitatio obvenit. Nam si ea, quæ in rebus creatis apparent ejusmodi sunt, ut nulla oratione explicari, nulla

Μηδεὶς δὲ τῶν τῇ θείᾳ σοφίᾳ πεπαιδευμένων κατὰ B τὴν τῶν ἔξω συνήθειαν ταῖς τεχνικαῖς τῶν ἐγκωμίων ἐφόδοις ἐπαινεῖσθαι ζητείτω τὸν πνευματικῶς ἐπαινούμενον. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἡ τοῦ καλοῦ κρίσις ἐστίν· οὔτε τὰς αὐτὰς περὶ τῶν αὐτῶν ὑπολήψεις εὕροι τις ἄν, τοῖς τε κατὰ τὸν κόσμον ζῶσιν, καὶ τοῖς ὑπερανεστηκόσι τοῦ κόσμου. Τοῖς μὲν γὰρ μέγα τι δοκεῖ καὶ σπουδῆς ἄξιον εἶναι πλοῦτος, καὶ γένος, καὶ δόξα, καὶ κοσμικαὶ δυναστεῖαι, καὶ μῦθοι τὰς πατρίδας οἰκίζοντες, καὶ τὰ φευκτὰ τοῖς γε νοῦν ἔχουσι διηγήματα, τρόπαια, καὶ μάχαι, καὶ τὰ ἐκ πολέμων κακά· τῷ δὲ καθ' ἡμᾶς λόγῳ μία τετίμηται πατρὶς, ὁ παράδεισος, ἡ πρώτη τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἑστία· μία πόλις, ἡ ἐπουράνιος, ἡ διὰ τῶν ζώντων λίθων συνῳκισμένη, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· μία γένους σεμνότης, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν C ἀγχιστεία· οὐ κατὰ τὸ αὐτόματόν τινι γινομένη, κατὰ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ εὐγένειαν, ἣ καὶ ἐπὶ τοὺς φαύλους πολλάκις διὰ τῆς αὐτομάτου ταύτης ἀκολουθίας ῥέουσα φέρεται, ἀλλ' ἣν οὐκ ἔστιν ἄλλως, ἢ ἐκ προαιρέσεως κτήσασθαι. *Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν*, φησὶν ἡ θεία φωνὴ, *ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι*. Τῆς δὲ τοιαύτης εὐγενείας τί ἂν σεμνότερον γένοιτο; Πάτρια δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι, μῦθοι καὶ πλάσματα, καὶ δαιμόνων ἀπάται συναναμεμιγμέναι τοῖς μυθικοῖς διηγήμασιν· τὰ δὲ ἡμέτερα πάτρια, τῶν διηγουμένων οὐκ ἐπιδέεται. Εἰς γὰρ τὸν οὐρανόν τις ἰδὼν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κάλλη, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ κατανοήσας, ὅσαπερ ἂν ἐν τούτοις θαύματα καταλαβεῖν ἐξισχύσῃ, ταῦτα τῆς ἡμετέρας πατρίδος εὑρήσει τὰ διηγήματα· D μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτῆς τῆς πατρίδος, ἀλλὰ τῆς ἀποικίας, ἣν ἀπὸ τῆς ὑψηλοτέρας ζωῆς ἀποικισθέντες τὸν παρόντα κατειλήφαμεν κόσμον. Εἰ δὲ ἡ ἀποικία τοιαύτη, λογίσασθαι χρὴ τίς ἡ τῆς ἀποικίας μητρόπολις, τί τὸ ἐν ἐκείνῃ κάλλος, οἷα ἐν αὐτῇ τὰ βασίλεια, τίς ἡ μακαριότης τῶν ἐκείνην εἰληφότων τὴν οἴκησιν. Εἰ γὰρ τὰ φαινόμενα κατὰ τὴν κτίσιν τοιαῦτα, ὡς ὑπὲρ ἔπαινον εἶναι· τί χρὴ τὸ ὑπὲρ τοῦτο λογίσασθαι, ὃ μήτε ὀφθαλμῷ λαβεῖν δυνατόν ἐστι, μήτε χωρῆσαι τῇ ἀκοῇ, μήτε διανοίᾳ στοχάσασθαι; Διὰ ταύτης τῆς πνευματικῆς εὐφημίας τῶν ἐγκωμιαζομένων ἀποκρίνει τοὺς κάτω λήρους ὁ θεῖος τῶν ἐγκωμίων ἔπαινος, αἰσχρὸν εἶναι κρίνων τοὺς ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐγνωσμένους διὰ τῶν κατὰ τὴν γῆν τιμίων σεμνύνε-

[1] Hebr. XI, 10. [2] Joan. I, 12.

σθαι. Κοσμικὸς μὲν γάρ τις ἀνὴρ πρὸς τὴν ὑλικὴν εὐδαιμονίαν ἀποβλέπων, ἐκ τῶν τοιούτων τοῖς ἀνθρώποις ἐρανιζέτω τὸν ἔπαινον, εἰ πατρίς τινι γέγονεν εὔφορος βοσκημάτων, εἰ γειτνιῶσα θάλασσα πλεονάζει δι' ἑαυτῆς τοῖς λαιμαργοῦσι τὰς ὕλας, εἰ λίθων ἐπάλληλοι θέσεις τὰς κατασκευὰς καλλωπίζουσιν. Ὁ δὲ πρὸς τὸν ἄνω βίον βλέπων, ᾧ κάλλος μέν ἐστιν ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης· πλοῦτος δὲ, ἡ ἀκτημοσύνη· πατρὶς δὲ, ἡ ἀρετή· πόλις δὲ, αὐτὰ τοῦ Θεοῦ τὰ βασίλεια· ὄνειδος τὴν ἐν τοῖς γηΐνοις φιλοτιμίαν ποιήσεται. Οὐκοῦν ἀποστάντες καὶ ἡμεῖς τῶν τοιούτων ἐπαίνων, οὔτε τὴν πατρίδα τοῖς ἐπαίνοις τοῦ Μεγάλου Γρηγορίου προσθήσομεν, οὔτε προγόνους εἰς συμμαχίαν τῶν ἐγκωμίων παραληψόμεθα, εἰδότες ὅτι οὐδεὶς ἀληθής ἐστιν ἔπαινος, ὃς ἂν μὴ τῶν ἐπαινουμένων ἴδιος ᾖ. Ἴδιον δέ φαμεν, ὃ διαμένει πάντως εἰς τὸ διηνεκὲς ἀναφαίρετον.

A ratione comprehendi possint: quid de iis existimandum est, quæ supra hæc sunt, quæ neque oculo comprehendi possunt, neque auribus percipi, neque mentis et intelligentiæ conjecturis, qualia sint, judicari et existimari potest? Per hanc spiritualem laudem, ab iis qui commendantur, divina laudationum lex infernas has nugas atque deliramenta secernit et excludit, turpe atque indecorum esse judicans eos, qui propter ejusmodi bona noti sunt, per eas res quæ in terra habentur in pretio, celebrari atque honestari. Nam si quidem aliquis est homo mundanus, qui materialem spectat felicitatem, is ex hujusmodi rebus laudem hominibus corroget, si cui patria pecorum ferax contigerit, si mare vicinum gulæ deditis per sese abunde B res aptas ad vescendum suppeditat, si lapides alii aliis superimpositi ædificia exornent. At qui superam suspicit vitam, cui pulchritudo atque ornamentum animi puritas est; cui divitiæ, inopia; cui patria, virtus; cui civitas, item ipsa regna Dei, in rebus terrenis magnificentiam et ostentationem sibi probro atque dedecori esse ducet. Quamobrem etiam nos omissis ejusmodi laudibus neque patriam laudibus Magni Gregorii adjiciemus, neque majores in subsidium laudationum assumemus, scientes quod nulla vera sit laus quæ eorum, qui laudantur, propria non sit. Proprium autem dicimus, quod prorsus perpetuum ita permanet, ut adimi auferrive non possit.

Ἐπεὶ οὖν πάντων χωριζόμενοι, πλούτου, περιφανείας, δόξης, τιμῆς, τρυφῆς, ἀπολαύσεως, συγγενῶν, φίλων, μόνης τῆς κατὰ κακίαν ἢ ἀρετὴν διαθέσεως ἀχώριστοι μένομεν· μόνον κρίνομεν μακαριστὸν τὸν ἐνάρετον. Καί με μηδεὶς οἰέσθω τῷ μηδὲν ἔχειν σεμνὸν περὶ τῆς πατρίδος, ἢ τῶν προγόνων τοῦ ἀνδρὸς διηγήσασθαι, ἐν σχήματι τοῦ δοκεῖν περιορᾶν τῶν τοιούτων ὑπεκκλέπτειν τὸ ὄνειδος. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ πόντου τὴν παρὰ πάντων ἀνθρώπων κατ' ἐξαίρετον ἀνατεθεῖσαν τῷ ἔθνει, δι' ἧς τῶν ἐξ ἀρχῆς εἰληχότων τὸν χῶρον ἡ ἀρετὴ μαρτυρεῖται; Μόνος γὰρ ἐξ ἁπάσης γῆς τε καὶ θαλάσσης οὗτος ὁ πόντος Εὔξεινος ὀνομάζεται, εἴτε τὴν πρὸς τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ξένων φιλοφροσύνην μαρτυροῦντος αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος, εἴτε καὶ ὅτι τοιοῦτος ὁ χῶρός ἐστιν, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἐγχωρίοις τε καὶ αὐτόχθοσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁπανταχόθεν εἰς αὐτὸν φοιτῶσιν, τὰς πρὸς τὸ ζῆν παρασκευὰς ἀφθόνως χαρίζεσθαι. Τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῆς χώρας, ὡς πάντων τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίων πάμφορος εἶναι, καὶ μηδὲ[ν] τῶν παρ' ἑτέροις ἀγαθῶν ἀμοιρεῖν, ὡς καὶ τῆς θαλάσσης αὐτοῖς ἴδια τὰ πανταχόθεν ποιούσης. Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ ἔθνους παντὸς, ὡς ὅπερ ἂν τις αὐτοῦ μέρος ἐφ' ἑαυτοῦ κατασκέψηται, τῶν ἄλλων προτερεύειν οἴεσθαι· οὐδὲν δὲ ἧττον τῇ κοινῇ κρίσει τοῦ ἔθνους, οἱόν τις κορυφὴ πάσης τῆς περιοικίδος τῶν ἄλλων, ἡ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου πόλις ἐστὶν, ἣν βασιλεύς τις ἐπίσημος τῶν τὴν ἀρχὴν τοῖς Ῥωμαίοις κρατυνομένων, Καῖσαρ τὸ ὄνομα, ἔρωτι καὶ πόθῳ τῆς χώρας ἁλοὺς, ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Νεοκαισάρειαν καλεῖσθαι τὴν πόλιν ἠξίωσεν. Ἀλλ' οὐδὲν ταῦτα πρὸς τὸν σκοπὸν τὸν ἡμέτερον, ὥστε διὰ τούτων οἴεσθαι σεμνότερον ἀποδεικνύειν τὸν μέγαν ἐν ἁγίοις ἐκεῖνον, εἰ καρποῖς βρίθει ἡ χώρα, εἰ ἡ πόλις κατασκευαῖς κεκαλλώπισται, εἰ τῇ γείτονι θαλάττῃ τὰ πανταχόθεν πρὸς τὸ δοκοῦν κατ' ἐξουσίαν εἰσάγεται.

Quoniam igitur cum omnia nobis eripiantur, divitiæ, claritudo, gloria, honor, deliciæ, atque luxus, voluptas et oblectatio, cognati, amici, solus ille habitus et affectus, quo vel cum vitio vel cum virtute conjuncti sumus, ita nobis inhæret, ut separari et auferri non possit: solum beatum habendum esse judicamus eum, qui virtute præditus sit. Ac nemo putet me nihil amplum atque magnificum C de patria majoribusve viri posse commemorare, sed sub specie atque prætextu contemptionis ejusmodi rerum dedecus atque turpitudinem quasi subducere atque suffurari. Quis enim ignorat cognomen Ponti, quod ab omnibus hominibus tanquam præcipuum quiddam ac peculiare genti impositum atque tributum est, per quod eorum, quibus locus ab initio obvenit, virtus demonstratur? Solus enim ex omni terra marique hic Pontus, εὔξεινος, id est, *hospitalis*, hospitibus et peregrinis commodus et bonus nominatur, sive comitatem et humanitatem ejus erga advenas et peregrinos inibi versantes attestante vocabulo; sive idcirco, quod locus ejusmodi est, ut non modo incolis et D indigenis, verum etiam illis, qui ex omnibus partibus eo accedunt et confluunt, ad vivendum subsidia atque commeatus abunde suppeditet atque subministret. Ejusmodi enim natura religionis est, ut et omnium rerum, quæ ad vitam sustentandam necessariæ sunt, summe fertilis, et peregrinorum quidem bonorum nullius expers sit, cum mare ei propria faciat ea, quæ ex omnibus regionibus illuc importantur. Cum autem ejusmodi tota natio sit, ut quamcunque quis ejus partem per sese solam consideraverit, cæteris præstare eam existimaturus sit: nihilo minus communi judicio gentis veluti caput quoddam omnium aliarum finitimarum Magni Gregorii civitas est, quam urbem imperator

quidam insignis ex iis qui Romanis imperium confirmaverunt, Cæsar nomine, amore ac desiderio loci captus suo nomine Neocæsaream insignivit. Verum hæc nihil pertinent ad nostrum propositum et institutum, ut per hæc ampliorem et augustiorem existimemus nos demonstraturos esse magnum illum virum inter sanctos, si regio frugibus abundet, si urbs operibus et ædificiis ornata sit, si per mare vicinum ad arbitrium res undique magna copia importentur. At nec parentum quidem ejus, qui nativitatis ejus carnalis auctores fuerunt, in præsenti oratione faciam mentionem, divitias, magnificentias et splendores mundanos eorum exponens. Quid enim hæc conferunt ad laudem? sepulcra, statuæ, inscriptiones et tituli, mortuæ et inanes narrationes ad eum, qui sese supra omnem mundum extulerat et evexerat, præsertim cum ne fieri quidem possit, ut in societatem laudis illi assumantur, quorum iste, quod ad animæ propinquitatem attinet, cognationem respuit et aspernatur? Nam illi quidem per errorem simulacrorum vani et inepti fuerunt, hic autem ad veritatem oculis sublatis superæ cognationi sese per fidem inservit, et quasi in adoptionem dedit.

A Ἀλλ' οὐδὲ τῶν προγόνων αὐτοῦ, τῶν προκαθηγησαμένων τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως, μνήμην ἐπὶ τοῦ λόγου ποιήσομαι, πλοῦτον καὶ φιλοτιμίας καὶ τὰς κοσμικὰς περιφανείας αὐτῶν διηγούμενος. Τί γὰρ ταῦτα συντελέσειε πρὸς ἔπαινον, τάφοι, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, καὶ τὰ νεκρὰ διηγήματα πρὸς τὸν τοῦ κόσμου παντὸς ἑαυτὸν ὑπεράραντα; ἄλλως δὲ οὔτε δυνατόν ἐστιν εἰς κοινωνίαν τῆς εὐφημίας ἐκείνους ἄγειν, ὧν τὴν συγγένειαν οὗτος τῆς κατὰ ψυχὴν ἀγχιστείας ἠρνήσατο; Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ πλάνῃ τῶν εἰδώλων ἐματαιώθησαν· ὁ δὲ, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀναβλέψας, τῇ ἄνω συγγενείᾳ διὰ τῆς πίστεως ἑαυτὸν εἰσεποίησεν.

Itaque quomodo quidem, quibusve parentibus natus sit, aut quam ab initio urbem incoluerit, ut quæ nihil faciant ad propositam narrationem, prætermittemus; initium autem laudis hinc sumemus, unde ille vitam cum virtute conjunctam exorsus est. Cum enim corpore admodum juvenili naturali cogitationis cura, parentibus vita defunctis, destitutus esset: quando plerisque ætate imperfecta mens quid sit bonum dijudicare nescit: protinus ab initio ostendit qualis in ætate perfecta futurus esset. Ac quemadmodum germina generosa, cum a primo incremento in directos ramos excrescunt, per præsentem pulchritudinem agricolis futurum decorem præmonstrant: eodem modo etiam ille, quando cæteris propter ignorantiam erroribus et obnoxius et lubricus est animus, ad res vanas et inutiles juventute facile plerumque prolabente: tunc per primam vitæ instituti electionem ostendit in sese verum esse illud verbum Davidis dicentis: *Justus ut palma florebit*[3]. Sola enim nimirum hæc arbor perfecta crassitudine cacuminis a terra surgit et excrescit, cumque proceritatis incrementum progrediatur, nullam in latitudinem a tempore accipit accessionem. Sic etiam ille a primo germine floruit, electione vitæ instituti protinus perfectus et eminentibus frondibus consurgens et excrescens. Omnibus enim omissis, quarum rerum studio juvenilis ætas tenetur, equitatione, venatione, cultu amœniore, indumentis, aleatione, deliciis, statim totus acquirendis virtutibus incumbebat, deinceps eligens ac persequens quidquid præsenti semper ætati suæ conveniens et accommodatum esset. Initium autem acquirendarum virtutum a studio sapientiæ fecit, atque hanc veluti pullus quidam conjunctus una sequebatur sobrietas: utrique autem continentia præsidio erat: animi vero humilitatem et moderationem una cum contemptione pecuniarum assecutus est. Non enim aliunde fastus et su-

B Ἀλλ' ὅπως μὲν, ἢ ἀπὸ τίνων ἐγένετο, ἢ τίνα τὸ κατ' ἀρχὰς ᾤκησε πόλιν, ὡς οὐδὲν ἡμῖν συντελοῦντα πρὸς τὴν προκειμένην σπουδὴν, παραλείπομεν· ἀρχὴν δὲ ταύτην τῆς εὐφημίας ληψόμεθα, ἣν ἐκεῖνος τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου πεποίηται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν κομιδῇ νέῳ τῷ σώματι τῆς φυσικῆς κηδεμονίας ἔρημος ἦν, τῶν γονέων τετελευτηκότων τὸν βίον, ὅτε ἀτελὴς ὑφ' ἡλικίας οὖσα τοῖς πολλοῖς ἡ διάνοια τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως ἁμαρτάνει, ἔδειξεν εὐθὺς παρὰ τὴν πρώτην, οἷος ἐν τῷ τελείῳ τῆς ἡλικίας γενήσεται. Καὶ καθάπερ τὰ εὐγενῆ τῶν βλαστημάτων, ὅταν ἐκ πρώτης αὐξήσεως εἰς εὐθυγενεῖς ἀναδράμῃ τοὺς ὅρπηκας, προδείκνυσι τοῖς γηπόνοις διὰ τῆς παρούσης ὥρας τὸ εἰς ὕστερον κάλλος· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος, ὅτε τοῖς ἄλλοις ὑπ' ἀγνοίας περισφαλής C ἐστιν ἡ ψυχὴ, πρὸς τὰ μάταιά τε καὶ ἀνόνητα κατολισθαινούσης προχείρως ὡς τὰ πολλὰ τῆς νεότητος· τότε διὰ τῆς πρώτης τοῦ βίου αἱρέσεως, ἔδειξεν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν Δαβὶδ ἀληθεύοντα, ὅτι *Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἐξανθήσει.* Μόνον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν δένδρων τελείῳ τῷ πάχει τῆς κορυφῆς ἀπὸ τῆς γῆς ἀναφύεται· καὶ τῆς κατὰ τὸ μῆκος ἐπιδιδούσης αὐξήσεως, οὐδεμίαν ἐπὶ τὸ πλάτος προσθήκην ἀπὸ τοῦ χρόνου δέχεται. Οὕτω κἀκεῖνος ἀπὸ τῆς πρώτης ἤνθησε βλάστης, εὐθὺς τῇ αἱρέσει τοῦ βίου τέλειος ἀνασχὼν καὶ ὑψίκομος. Πάντων γὰρ ἀποστὰς, περὶ ἃ τὸ νέον τῆς ἡλικίας ἐπτόηται, ἱππικῆς, κυνηγεσίων, καλλωπισμάτων, ἐνδυμάτων, κυβείας, τρυφῆς· εὐθὺς ὅλος τῆς τῶν ἀρετῶν κτήσεως ἦν, τὸ πρόσφορον ἀεὶ τῆς παρούσης αὐτῷ ἡλικίας καθεξῆς προαιρούμενος. D Γίνεται δὲ αὐτῷ πρώτη τῆς κτήσεως τῶν ἀρετῶν, ἡ περὶ τὴν σοφίαν σπουδή. Ταύτῃ δὲ συνείπετο καθάπερ τις πῶλος συνεζευγμένη ἡ σωφροσύνη· πρὸς ἀμφότερα δὲ σύμμαχος ἦν ἡ ἐγκράτεια· τὸ δὲ ἄτυφον αὐτῷ καὶ ἀόργητον, τῇ τῶν χρημάτων ὑπεροψίᾳ συγκατωρθώθη. Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλη τύφου τε καὶ ὑπερηφανίας γένεσις, μὴ τῆς πλεονεξίας ἑαυτῇ τὰ τοιαῦτα πάθη συνεισαγούσης. Καθάπερ δὲ τὸν πα-

[3] Psal. XCI, 13.

πατριάρχην Ἀβραὰμ ὁ λόγος κατέχει, τῆς Χαλδαϊκῆς A φιλοσοφίας ἐν ἐπιστήμῃ γενόμενον, καὶ τὴν ἐναρμόνιόν τε καὶ τεταγμένην τῶν ἄστρων κατανοήσαντα θέσιν καὶ κίνησιν, ὑποβάθρᾳ χρήσασθαι τῇ περὶ ταῦτα γνώσει πρὸς τὴν τοῦ ὑπερκειμένου ἀγαθοῦ θεωρίαν, λογισάμενον, ὡς εἰ τὰ τῇ αἰσθήσει ληπτὰ τοιαῦτα, τί ἂν εἴη τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν; καὶ οὕτως τοῦ ζητουμένου τυχεῖν, οἷον ἐπιβάντα τῆς ἔξω σοφίας, καὶ γενόμενον δι' αὐτῆς ὑψηλότερον, ὥστε προσεγγίσαι τρόπον τινὰ δι' αὐτῆς τοῖς ἀλήπτοις· οὕτω καὶ ὁ Μέγας οὗτος, τῇ ἔξω φιλοσοφίᾳ δι' ἐπιμελείας καθομιλήσας, δι' ὧν ὁ Ἑλληνισμὸς τοῖς πολλοῖς βεβαιοῦται, διὰ τούτων ὡδηγήθη πρὸς τὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ κατανόησιν, καὶ καταλιπὼν τὴν πεπλανημένην τῶν πατέρων θρησκείαν, ἐζήτει τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν, ἐξ αὐτῶν τῶν πεπονημένων τοῖς ἔξωθεν διδαχθεὶς τὸ B τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων ἀσύστατον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν πρὸς διαφόρους ὑπολήψεις ἐν ταῖς περὶ τοῦ Θείου δόξαις σχιζομένην τὴν Ἑλληνικὴν καὶ τὴν βάρβαρον ὁμοίως φιλοσοφίαν, καὶ τοὺς τῶν δογμάτων προεστηκότας, οὔτε πρὸς ἀλλήλους συμβαίνοντας, καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον κρατύνειν τῇ περινοίᾳ τῶν λόγων φιλονεικοῦντας· τούτους μὲν ὥσπερ ἐν ἐμφυλίῳ πολέμῳ, ὑπ' ἀλλήλων ἀνατρεπομένους κατέλιπεν· καταλαμβάνει δὲ τὸν ἑστῶτα λόγον τῆς πίστεως, τὸν οὐδεμιᾷ λογικῇ τινι περιεργίᾳ καὶ τεχνικαῖς πλοκαῖς κρατυνόμενον, ἀλλὰ δι' ἁπλότητος ῥημάτων ὁμοτίμως πᾶσι καταγγελλόμενον· ὃς ἐν αὐτῷ τῷ ὑπὲρ τὴν πίστιν εἶναι, τὸ πιστὸν ἔχει. Εἰ γὰρ τοιοῦτον ἦν τὸ λεγόμενον, ὡς τῇ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν δυνάμει C καταλαμβάνεσθαι, οὐδὲν ἂν τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας διήνεγκε (κἀκεῖνοι γὰρ, ὅπερ ἂν καταλαβεῖν ἐξισχύσωσιν, ἐκεῖνο καὶ εἶναι δοξάζουσιν), ἐπεὶ δὲ ἀνεπίβατός ἐστι λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις τῆς ὑπερκειμένης φύσεως ἡ κατάληψις, τούτου χάριν ἡ πίστις ἀντὶ τῶν λογισμῶν γίνεται, τοῖς ὑπὲρ λόγον τε καὶ κατάληψιν ἑαυτὴν ἐπεκτείνουσα. Διὰ ταῦτα, καθὼς περὶ τοῦ Μωϋσέως φησὶν ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐπαιδεύθη πάσῃ σοφίᾳ τῶν Αἰγυπτίων· οὕτως καὶ ὁ Μέγας οὗτος, διὰ πάσης ἐλθὼν τῆς τῶν Ἑλλήνων παιδεύσεως, καὶ γνοὺς τῇ πείρᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς δογμάτων τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀσύστατον, μαθητὴς τοῦ Εὐαγγελίου καθίσταται· καὶ πρὶν ἀχθῆναι διὰ τῆς μυστικῆς τε καὶ ἀσωμάτου γεννήσεως, οὕτως κατώρθου τὸν βίον, ὡς μηδένα ῥύπον τῆς ἁμαρτίας ἐπὶ τὸ λουτρὸν εἰσενέγκασθαι. D Οὔσης δὲ αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης τῶν περὶ φιλοσοφίαν τε καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων· χαλεπὸν ἦν τοῖς ὁμήλιξι θέαμα, νέος ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τῇ σωφροσύνῃ κοσμούμενος. Ὁ γὰρ τοῦ καθαρεύοντος ἔπαινος, τῶν μολυνομένων ὄνειδος ἦν. Ὡς ἂν οὖν ἀπολογία τις εἴη τοῖς ἀκολάστοις, τὸ μὴ μόνους αὐτοὺς εἶναι δοκεῖν τοιούτους, ἐπίνοιά τις ἐξ ἐπιβουλῆς παρ' αὐτῶν ἐπεσκευάσθη, τοῦ μῶμόν τινα τῷ βίῳ τοῦ Μεγάλου προστρίψασθαι. Καὶ προβάλλεται παρ' αὐτῶν, εἰς διαβολὴν ἐκείνου, γύναιον ἑταιρικὸν, ἐξ οἰκήματος ἐπ'

A perbia exsistit, nisi avaritia, remque suam qualibet ratione augendi studium ejusmodi vitia una secum inducat. Quemadmodum autem fama tenet patriarcham Abrahamum Chaldaicæ philosophiæ scientia præditum, cum concinnum, aptum, ratum, constantem, certum, ordinatumque situm ac motum siderum animadvertisset, harum rerum cognitione tanquam scala atque adminiculo usum fuisse ad superi boni contemplationem, cum reputaret, quod si ea quæ sensu comprehenduntur, talia essent, quale esse posset id, quod sensum superat: atque ita assecutum esse id, quod quærebat, cum externam sapientiam quasi conscendisset, ac per eam sublimior evasisset, ut rebus incomprehensibilibus et captum effugientibus per illam quodammodo appropinquaret: B ita etiam Magnus iste, cum in externæ sapientiæ studio diligenter versatus esset, per quas res plerique errores Græcorum gentiliumque stabiliunt atque confirmant, iis rebus quasi ducibus et indicibus usus est ad Christianæ religionis cognitionem, ac relicta falsa parentum ac majorum religione, rerum veritatem quærebat, ex illis ipsis quæ ab externis philosophis elaborata sunt, edoctus, quam non consistere possint, quamque parum sibi constent sententiæ atque opiniones Græcanicæ doctrinæ. Posteaquam enim animadvertit Græcorum simul ac barbarorum philosophiam in iis sententiis, quibus de numine divino quid sentiendum sit statuunt, in diversas scindi opiniones; C earumque sententiarum præsides, neque inter sese congruere atque concordare, et solerti exquisitaque verborum et argumentorum excogitatione suam unumquemque sententiam stabilire atque confirmare conari; hos quidem, tanquam domestico bello se invicem evertentes et conficientes reliquit. Consequitur autem et amplectitur consistentem stabilemque ac firmum fidei sermonem, qui non exquisita quadam atque redundanti verborum curiositate, et artificiosis nexibus argumentorum confirmatur, sed per simplicitatem verborum omnibus ex æquo annuntiatur: qui in hoc ipso, quod supra fidem est, vim fidei faciendæ habet; nam si id, de quo sermo habetur, ejusmodi esset, ut humanarum vi rationum et argumentationum comprehendi pos- D set, nihil a Græcanica sapientia differret (nam et illi quodcunque comprehendere valuerint, illud etiam esse censent), sed quoniam eam naturam, quæ in superis sedibus rebus præsidet universis, cogitationes et rationes humanæ assequi et comprehendere non possunt; idcirco fides in locum rationum succedit, ad ea, quæ superant rationem et comprehensionem, enitens. Propterea quemadmodum de Moyse dicit Scriptura [4], quod eruditus esset omni sapientia Ægyptiorum: ita etiam magnus iste vir, cum omnem Græcorum eruditionem ac disciplinam perscrutatus esset, factoque periculo didicisset, quam infirmæ eorum opiniones atque

[4] Act. VII, 22.

sententiæ sint, quamque parum sibi constent, discipulus Evangelii fit : ac priusquam per mysticam et incorpoream nativitatem institutus esset, adeo recte atque præclare sese in vita gerebat, ut nullas peccati sordes ad lavacrum afferret. Cum autem degeret in Ægypto in magna Alexandri urbe, in quam ex omnibus partibus philosophiæ et medicinæ studiosa juventus confluebat : molestum spectaculum æqualibus erat adolescens super ætatem sobrietate temperantiaque ornatus. Ejus enim vitæ puritatis et integritatis laus impurorum probrum ac dedecus erat. Ut igitur aliquam excusationem intemperantes ac libidinosi haberent, si ipsi non soli tales esse videntur : insidias comminiscuntur, et vafrum quoddam consilium excogitant, ut aliquam notam et maculam magni illius viri vitæ inurerent. Ac producitur ab eis quæ illum calumniaretur muliercula meretrix, quæ corpore quæstum faceret, infamia irrogata ex carcere dimissa : cumque ille pro consuetudine cum viris doctis atque delectis in habitu gravi et honesto de quadam quæstione philosophica dispiceret, unaque se cum illis exerceret, muliercula accedit ineptis gestibus formam ostentans, et mollitiem luxumque præ se ferens, et per omnia quæ et dicebat et faciebat, sese consuescere cum eo simulans : tandem dicebat se mercedibus fraudatam esse, adjiciens etiam causas præ impudentia, pro quibus querebatur se mercedibus esse fraudatam. At cum illi, qui ejus vitæ puritatem et continentiam non ignorabant, indignarentur, et ita adversus mulierculam commoverentur, neque una perturbatus est cum iis, qui ipsius nomine stomachabantur, neque quidquam ejusmodi dixit, cum calumniis premeretur, quale pronuntiare par esset eum, qui graviter molesteque rem ferret, non testes vitæ advocavit, non jurejurando probrum ab se rejecit, non malitiam eorum, qui hæc adversus eum machinati erant, convicit, sed submissa atque sedata voce conversus ad quemdam familiarem, « Heus tu, » inquit, « numera ei pecuniam, ne diutius importunitate sua propositæ quæstionis tractatum conturbet. » Cum autem is, cui hoc injungebatur, a meretricula sciscitatus quantam pecuniam ab illo posceret, sine mora omnem adnumerasset : atque ab lascivis et protervis adversus sobrium et continentem insidiæ peractæ essent : et jam in manibus illius infamis lucrum esset, tunc divinitus et continentia adolescentis probatur, et calumnia æqualium patefit. Simul enim atque manu pecuniam accepit, spiritu infelici atque maligno correpta fremituque immani atque ferali, diverso a voce humana sono ingemiscens, collabitur prona in medio cœtu congregatorum spectaculum horrendum atque terribile præsentibus repente facta, cum et capillus, quem suis manibus vellebat, dilaceratus atque disjectus, et oculi inversi essent, et os spumam emitteret. Ac non prius a dæmonio suffocari desiit, quam magnus ille Deum pro ea invocasset atque placasset.

A ἀτιμίᾳ κατεγνωσμένον. Τοῦ δὲ, κατὰ τὸ σύνηθες, τοῖς λογάσι τῶν ἀνδρῶν ἐν σεμνῷ τῷ σχήματι περί τινος τῶν κατὰ φιλοσοφίαν διασκοπουμένου καὶ συνασκουμένου, πρόσεισι τὸ γύναιον ἀκκιζόμενόν τε καὶ θρυπτόμενον, καὶ διὰ πάντων τὸ εἶναι πρὸς αὐτὸν ἐν συνηθείᾳ, δι' ὧν ἐφθέγγετό τε καὶ ἐποίει, σχηματιζόμενον· εἶτα ἔλεγε τῶν μισθωμάτων ἀποστερεῖσθαι, προστιθεῖσα καὶ τὰς ἀφορμὰς ὑπ' ἀναιδείας, ὑπὲρ ὧν ᾐτιᾶτο τὴν τῶν μισθῶν ἀποστέρησιν. Τῶν δὲ συνεγνωκότων αὐτῷ τὸν καθαρὸν βίον, ἀγανακτούντων τε καὶ ὀργῇ κατὰ τοῦ γυναίου συγκινουμένων, οὔτε συνεταράχθη τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ χαλεπαίνουσιν, οὔτε τι τοιοῦτον εἶπεν συκοφαντούμενος, οἷον εἰκὸς τὸν ἀχθόμενον· οὐ μάρτυρας τοῦ βίου προσεκαλέσατο, οὐχ ὅρκῳ τὸν μῶμον ἀπώσατο, οὐ τὴν κακίαν τῶν ταῦτα κατ' αὐτοῦ B συσκευασαμένων διήλεγξεν· ἀλλ' ἐν ἠρεμαίᾳ τε καὶ καθεστώσῃ φωνῇ πρός τινα τῶν συνήθων ἀποστραφεὶς, « Ὦ οὗτος, » ἔφη, « διάλυσον αὐτῇ τὸ ἀργύριον, ὡς ἂν μὴ διὰ πλεῖον διοχλοῦσα, τὴν προκειμένην τοῦ λόγου σπουδὴν ἐπιταράσσοι. » Ἐπεὶ δὲ μαθὼν παρὰ τῆς ἑταιρίδος ὁ τοῦτο προστεταγμένος, ὅσον ᾔτει παρ' αὐτοῦ τὸ ἀργύριον, ἑτοίμως ἅπαν ἀπηριθμήσατο, καὶ πέρας εἶχεν κατὰ τοῦ σώφρονος ἡ ἐπιβουλὴ τοῖς ἀκολάστοις, καὶ ἦν ἐν ταῖς χερσὶν ἤδη τῆς ἀτίμου τὸ κέρδος· τότε δὴ γίνεται θεόθεν ἥ τε μαρτυρία τῆς σωφροσύνης τοῦ νέου, καὶ τῆς τῶν ὁμηλίκων συκοφαντίας ὁ ἔλεγχος. Ὁμοῦ γὰρ τῷ ὑποδέξασθαι τῇ χειρὶ τὸ ἀργύριον, πνεύματι δαιμονίῳ στρεβλωθεῖσα, καὶ βρυχηθμῷ θηριώδει παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην φωνὴν ἀνοιμώξασα, πίπτει πρηνὴς κατὰ C τὸ μέσον τῶν συνειλεγμένων· θέαμα φρικτόν τε καὶ φοβερὸν τοῖς παροῦσιν ἀθρόως γεγενημένη, τῶν τριχῶν τε διεῤῥιμμένων, καὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ σπαρασσομένων, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστραμμένων, καὶ τοῦ στόματος τὸν ἀφρὸν παραπτύοντος. Καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκεν καταπνῖγον αὐτὴν τὸ δαιμόνιον, πρὶν ἢ τὸν Μέγαν ἐκεῖνον ἐπικαλέσασθαι τὸν Θεὸν, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἱλεώσασθαι.

Talia de adolescentia magni illius viri narrantur, digna profecto insequentis ejus vitæ principia. Et quidem miraculum tantum est, ut, etiamsi nullum aliud præterea proferre licet, ob hoc solum a nemine eorum, qui virtute excelluerunt, secundas laudum partes debeat obtinere, dives, adolescens, peregre extra patriæ fines in populosa urbe habitans : in qua propterea quod adolescentes ad arbitrium et libitum voluptatibus indulgerent, vitæ puritas dedecori haberetur ab iis, qui

D Τοιαῦτα τῆς νεότητος τοῦ μεγάλου τὰ διηγήματα, ἄξια ὡς ἀληθῶς τῶν μετὰ ταῦτα βεβιωμένων αὐτῷ τὰ προοίμια. Καίτοι γε τὸ θαῦμα τοσοῦτόν ἐστιν, ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἦν ἕτερον ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν, μηδενὸς αὐτὸν τῶν ἐπ' ἀρετῇ διενεγκόντων, ἐκ τούτου μόνου τὰ δευτερεῖα τῶν ἐπαίνων ἔχειν· πλούσιος, νέος, ἐν ὑπερορίοις διάγων, ἐν πολυανδρούσῃ πόλει τὴν διαγωγὴν ἔχων, ἐν ᾗ διὰ τὸ κατ' ἐξουσίαν ταῖς ἡδοναῖς συζῆν τοὺς νέους, ὄνειδος ἦν ἡ καθαρότης τῶν σωφρονούντων τοῖς ἄφροσιν· οὐ μητρὸς πολυ-

πραγμονούσης τὸν βίον, οὐ πατρὸς παιδαγωγοῦντος τὴν καθ' ἡμέραν ζωήν· εἰς τοσοῦτον ἐπῆρεν ἑαυτὸν δι' ἀπαθείας πρὸς ἀρετὴν, ὡς τὸν τοῦ παντὸς ἔφορον, μάρτυρα τῶν βεβιωμένων ποιήσασθαι, τὸν τῇ πονηρᾷ πληγῇ τὴν συκοφαντίαν τῆς γυναικὸς ἀπελέγξαντα. Καὶ τί ἄν τις ἐπινοήσειε μεῖζον εἰς ἐγκωμίων ὑπόθεσιν; πῶς δ' ἄν τις κατ' ἀξίαν αὐτὸν θαυμάσειεν; Ὃς τῷ λόγῳ καταπαλαίσας τὴν φύσιν καὶ καθάπερ τι τῶν ὑποχειρίων ζώων ὑποζεύξας τῷ λογισμῷ τὴν νεότητα, καὶ πάντων τῶν φυσικῶν ἐπεγειρομένων παθημάτων κρείττων γενόμενος, καὶ τὸν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἐπιφυόμενον φθόνον καθ' ἑαυτοῦ κινήσας, καὶ τούτου κρείττων ἐγένετο, μήτε πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν τῶν ἑταίρων ἑαυτὸν διαναστήσας πρὸς ἄμυναν, καὶ τὴν ὑπηρετησαμένην ἐκείνοις πρὸς τὸν μῶμον εὐεργετήσας, τοῦ κατὰ τὸν δαίμονα πάθους διὰ προσευχῆς ἐξελόμενος. Τοιοῦτον ἔγνωμεν διὰ τῆς ἱστορίας τὸν Ἰωσὴφ, ᾧ προὔκειτο μὲν κατ' ἐξουσίαν ἡ περὶ τὴν γυναῖκα τοῦ δεσπότου παρανομία, αὐτῆς ἐκείνης ἐπιμανείσης τῇ ὥρᾳ τοῦ νέου· καὶ μάρτυς τῶν τολμωμένων ἦν ἀνθρώπων οὐδείς· ἀλλὰ κἀκεῖνος πρὸς τὸν θεῖον ὀφθαλμὸν βλέπων, τὸ δόξαι κακὸς πρὸ τοῦ γενέσθαι προείλετο, τὰ τῶν κακούργων ὑποστὰς μᾶλλον, ἢ κακοῦργος γενόμενος. Ἀλλ' ἔστι τι τάχα τούτῳ, καὶ πλέον τῆς ἱστορίας καυχήσασθαι· οὐ γὰρ ἴσον ἐστὶν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ μιάσματος, τό τε τῆς μοιχείας ἄγος, καὶ τὸ δοκοῦν ἐν ἐλάττονι πλημμελήματι τὸν μῶμον ἔχειν. Ὁ τοίνυν ἐν ᾧ κίνδυνός τις ἐκ τῶν νόμων οὐκ ἦν φοβερωτέραν μᾶλλον τῆς τιμωρίας αὐτὴν ἐξ ἁμαρτίας ἡδονὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι κρίνας, ἢ παρήλασε τὸν Ἰωσὴφ τῇ μεγαλοφυΐᾳ τοῦ θαύματος, ἢ πάντως οὐκ ἐν δευτέροις κριθήσεται. Ἀλλὰ τὸ μὲν προοίμιον τοῦ βίου, τοιοῦτον. Αὐτὸς δὲ ὁ βίος τίς; Ἐπειδὴ πᾶσαν παίδευσιν τῆς ἔξω σοφίας ἐπιδραμὼν, ἐνέτυχε Φιρμιλιανῷ τινι τῶν εὐπατριδῶν Καππαδόκῃ, ὁμοιοτρόπῳ κατὰ τὸ ἦθος, ὡς ἔδειξεν ἐκεῖνος τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ, κόσμος τῆς Ἐκκλησίας τῶν Καισαρέων γενόμενος, καὶ τόν τε σκοπὸν τοῦ φρονήματος καὶ ἰδίου βίου φανερὸν τῷ φίλῳ ἐποίησεν, ὡς εἴη πρὸς τὸν Θεὸν βλέπων, καὶ τὴν ἐκείνου σπουδὴν ἔγνω περὶ τὴν αὐτὴν ἐπιθυμίαν συμβαίνουσαν, καταλιπὼν πᾶσαν τὴν περὶ τῆς ἔξω φιλοσοφίας σπουδὴν, προσφοιτᾷ μετ' ἐκείνου τῷ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον τῆς τῶν Χριστιανῶν φιλοσοφίας καθηγουμένῳ (Ὠριγένης δὲ οὗτος ἦν, οὗ πολὺς ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι λόγος), δεικνὺς καὶ διὰ τούτου, οὐ μόνον τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλόπονον, ἀλλὰ καὶ τὸ κατεσταλμένον ἐν τῷ ἤθει καὶ μέτριον· τοσαύτης γὰρ σοφίας ἀνάπλεος ὢν ἑτέρῳ χρήσασθαι διδασκάλῳ πρὸς τὰ θεῖα τῶν μαθημάτων, οὐκ ἀπηξίωσεν, καὶ διαγαγὼν παρὰ τῷ διδασκάλῳ χρόνον τοῖς μαθήμασι σύμμετρον, πολλῶν ὄντων τῶν παρακαλούντων καὶ κατεχόντων αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς, καὶ παρ' αὐτοῖς ἀξιούντων μένειν, πάντων προτιμοτέραν τὴν ἐνεγκοῦσαν αὐτὸν ποιησάμενος, ἐπὶ τὴν πατρίδα πάλιν ἐπάνεισιν, τὸν παντοδαπὸν πλοῦτον τῆς σοφίας τε καὶ τῆς γνώσεως ἐπαγόμενος, ὃν καθάπερ τις ἔμ-

A sobrii sanaque mente præditi non essent, cum nec mater de vita curiose inquireret, nec pater vitam quotidianam moderaretur, in tantam, sese a vitiis et affectibus sejungendo, virtutem enisus est, ut præsidem rerum universarum, qui per gravem plagam calumniam mulieris detexit atque convicit, testem vitæ suæ faceret. Ecquod majus aliquis ad laudandum argumentum excogitare possit? qui possit hunc ipsum aliquis digne ac pro merito admirari, qui cum ratione naturam devicisset, ac veluti mansuetum quoddam animal, juventutem sub jugum rationis misisset, omnibusque affectibus naturalibus insurgentibus superior fuisset, et invidiam quæ omnes res eximias invadere solet, adversus se excitasset, etiam hac superior

B fuit, quippe neque ad ulciscendum insidias sodalium commotus, et eam, quæ illis in subornando probro operam navaverat, per orationem ab afflictione dæmonis liberatam beneficio prosecutus est[5]? Talem per historiam cognovimus etiam Josephum fuisse, cui ad arbitrium quidem cum uxore domini scelus perpetrare promptum erat, cum illa ipsa decori adolescentis insano amore correpta esset: nec quisquam hominum eorum, quæ ausi fuissent, testis et arbiter futurus erat: sed etiam ille, cum se divinum oculum inspectorem eorum, quæ committerentur, habere intelligeret, malus esse videri, quam fieri præoptavit, maleficorum potius pœnas atque incommoda subiens, quam

C maleficus evadens. Sed licet forsitan huic etiam aliquanto amplius, quam illa continet historia, gloriari; non enim æque magnum affert momentum ad aversationem piaculi, tum adulterii scelus, tum id quod in minori delicto vituperationem habere videtur. Itaque qui ubi periculum et metus a legibus non impendebat, ipsam voluptatem per peccatum conciliandam, per sese longe formidabiliorem quam pœnam esse judicabat, aut præcessit et superavit Josephum amplitudine et magnificentia miraculi, aut prorsus non habebitur inter secundos. Ac principium quidem vitæ tale est. Ipsa vero vita quæ? Posteaquam omnibus disciplinis externæ sapientiæ percursis incidisset in Firmilianum quemdam patricium Cappadocem, similem

D moribus et ingenio, ut ille in sequenti vita ostendit, cum Cæsariensium Ecclesiæ ornamento fuit, et animi sui consilium ac vitæ propositum amico patefecisset, quod ad Deum videlicet spectaret; et illius studium circa idem desiderium convenire intellexisset, relicto omni studio externæ philosophiæ, accedit una cum illo ad eum, qui in eo tempore Christianorum philosophiæ princeps erat (is autem erat Origenes, cujus propter scripta, fama celebris est), etiam per hæc ostendens non modo studium discendi atque industriam, verum etiam sedatum ingenium et animi moderationem. Cum enim tanta sapientia plenus esset, alio in

[5] Gen. XXXIX, 7 sqq.

A sacris disciplinis uti magistro non dedignatus est : cumque apud magistrum justo tempore in disciplinis perseverasset, multis detinentibus eum in solo peregrino, hortantibusque ac rogantibus, ut apud ipsos maneret, reliquis omnibus præferendam ratus eam terram, quæ ipsum tulisset et in lucem edidisset, in patriam denuo revertitur, varias sapientiæ atque scientiæ divitias, quas tanquam mercator quidam cum omnibus claris atque probatis in studiis externæ doctrinæ viris conversans acquisiverat, invehens atque importans.

Ac profecto si quis vere justeque res æstimet, ne hoc quidem prorsus ad commendationem nominis parum momenti habere videbitur, quod tantæ urbis communi consensu adhibitas preces aversatus est, nec omnium sapientium delectorumque in ea virorum, ut maneret operam dantium, studium, nec principum virorum inibi versantium et ut hoc ipsum fieret cupientium, egregiam voluntatem magni fecit, qui omnes id unum agebant, ut magnus ille maneret apud eos, tanquam conditor virtutis et vitæ legumlator futurus ; sed ille omnibus modis superbiæ materiam fugiens, quod haud ignoraret vitium superbiæ improbæ sceleratæque vitæ plerumque causam et occasionem præbere solere, veluti portum quemdam, quietam in patria vitam ingreditur. Cum autem universa natio eum intueretur, omnibus exspectantibus, ut, in publicis conventibus divulgata sua eruditione, aliquem fructum diuturnorum laborum caperet, ex his partam nominis claritudinem atque celebritatem : haud ignorans ille magnus, quibus rebus veram philosophiam a veris ac perfectis sui cultoribus publicari atque divulgari conveniat, ne quando animus ejus aliqua ambitione vulneraretur (laus enim auditorum magnam vim habet, vigorem ac firmitudinem animi fastu quodam ac gloriæ studio inflandi atque solvendi), idcirco silentio utitur pro documento atque ostentatione suæ eruditionis, re ipsa, non verbis ostendens reconditum in animo thesaurum, cumque sese a turbis forensibus, et ab urbana vita penitus sejunxisset, in solitudine quadam secum solus, ac per sese cum Deo versabatur, universi mundi rerumque mundanarum parvam curam gerens, non de regibus curiose inquirens, non magistratus excutiens, non ex aliquo commemorante audiens, ut res quæque publica administraretur ; sed ut animus virtute perfectus evaderet, sollicitus, ad hoc omni studio per totam vitam contendebat atque enitebatur : sæculoque omni ac rebus sæcularibus valedicens, alter hic nostris temporibus plane Moyses fuit, qui cum illius miraculis certaret. Exiverunt uterque ex turbulento strepitibusque et clamoribus circumsonanti hoc sæculo, Moyses et Gregorius, suo uterque tempore per se privatim vitam degentes, quoad revelatione et apparitione divina utrisque puræ vitæ lucrum manifestaretur : sed Moysen quidem una cum philosophia etiam uxor sequebatur ; Gregorius autem conjugem sibi solam virtutem adjunxit. Cum igitur id, quod uterque agebat, eodem pertineret (causa enim finalis, ad quam uterque a vulgo secedens spectabat, hæc videlicet erat, ut puro animi oculo liceret eis di-

πορος ἐν ταῖς ἔξω σπουδαῖς πᾶσι καθομιλῶν τοῖς εὐδοκίμοις ἐνεπορεύσατο.

Καίτοι γε τῷ δικαίως τὰ πράγματα κρίνοντι οὐδὲ τοῦτο μικρὸν πάντως εἰς εὐφημίαν δόξει, τὸ πόλεως τοσαύτην ἱκετηρίαν ἐκ κοινοῦ γενομένην ὑπεριδεῖν, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῇ λογάδων τὴν ὑπὲρ τοῦ καταμεῖναι τὸν ἄνδρα σπουδὴν, τῶν τε ἐπιδημούντων αὐτοῖς ἀρχόντων τὴν εἰς αὐτὸ τοῦτο προθυμίαν παραδέξασθαι· οἷς πᾶσι σκοπὸς ἦν, μεῖναι παρ' αὐτοῖς τὸν μέγαν ἐκεῖνον, καθάπερ οἰκιστὴν ἀρετῆς, καὶ βίου νομοθέτην ἐσόμενον· ἀλλὰ φεύγων πανταχόθεν B τὰς πρὸς τὸν τῦφον ὕλας, εἰδὼς ἀρχηγὸν ὡς τὰ πολλὰ τοῦ κατὰ κακίαν βίου τὸ καθ' ὑπερηφανίαν πάθος γινόμενον, ὥσπερ τινὰ λιμένα, τὸν ἡσύχιον ἐπὶ τῆς πατρίδος μέτεισι βίον. Παντὸς δὲ τοῦ ἔθνους πρὸς τὸν ἄνδρα βλέποντος, καὶ πάντων προσδεχομένων δημοσιεύειν αὐτὸν ἐν κοινοῖς συλλόγοις τὴν παίδευσιν, ὡς ἄν τινα καρπὸν σχοίη τῶν μακρῶν πόνων τὴν ἐπ' αὐτοῖς εὐδοκίμησιν· εἰδὼς ὁ μέγας ἐκεῖνος ὅθεν προσήκει τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν παρὰ τῶν ἀκριβῶς μετιόντων δημοσιεύεσθαι, ὡς ἂν μήποτε φιλοτιμίᾳ τινὶ τὴν ψυχὴν τρωθείη (δεινὸς γάρ ἐστι τῶν ἀκουόντων ὁ ἔπαινος, τύφῳ τινὶ καὶ φιλοδοξίᾳ τῆς ψυχῆς ὑποχαυνῶσαι τὸ σύντονον), τούτου χάριν ἐπίδειξιν ποιεῖται τὴν σιωπὴν, ἔργῳ δεικνὺς τὸν ἐγκείμενον θησαυρὸν, οὐχὶ ῥήμασι, καὶ τῶν κατ' ἀγορὰν C θορύβων, καὶ καθόλου τῆς ἐν ἄστει διαγωγῆς ἑαυτὸν χωρίσας, ἐν ἐσχατιᾷ τινι ἑαυτῷ μόνῳ συνῆν, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ, μικρὸν παντὸς τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ λόγον ποιούμενος, οὐ βασιλείας πολυπραγμονῶν, οὐκ ἀρχὰς ἐξετάζων, οὐ πῶς διοικεῖταί τι τῶν κοινῶν διεξιόντος ἀκούων· ἀλλ' ὅπως ἂν ἡ ψυχὴ δι' ἀρετῆς τελειωθείη, τὴν φροντίδα ποιούμενος, πρὸς τοῦτο τῇ σπουδῇ συνέτεινε τὸν πάντα βίον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πράγματα χαίρειν ἐάσας, ἄλλος τις οὗτος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις Μωϋσῆς ἀτεχνῶς πρὸς τὰ ἐκείνου θαύματα τὴν ἅμιλλαν ἔχων. Ἐξῆλθον ἀμφότεροι τοῦ ταραχώδους τούτου καὶ περιηχημένου βίου, Μωϋσῆς καὶ Γρηγόριος, κατὰ τὸν ἴδιον ἑκάτερος χρόνον ἐφ' ἑαυτὸν ἰδιάσαντες, ἕως ἐμφα-D νὲς ἀμφοτέροις ἐκ θεοφανείας ἐγένετο τοῦ καθαροῦ βίου τὸ κέρδος· ἀλλὰ Μωϋσεῖ μὲν κατὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ γαμετὴ συνεφείπετο· Γρηγόριος δὲ σύνοικον ἑαυτῷ μόνην τὴν ἀρετὴν ἐποιήσατο. Τοῦ τοίνυν σκοποῦ τὸ ἴσον ἔχοντος ἐν ἀμφοτέροις (πέρας γὰρ τῶν ἀμφοτέρων τῆς τῶν πολλῶν ἀναχωρήσεως ἦν, τῷ καθαρῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ κατανοῆσαι τὰ θεῖα μυστήρια), κρίνειν ἔξεστι τῷ πρὸς ἀρετὴν καλῶς βλέπειν ἐπισταμένῳ, ὁποτέρῳ τούτων μᾶλλον ὁ βίος δι' ἀπαθείας γέγονε, τῷ πρὸς τὴν νόμιμον καὶ συγκεχωρημένην καταβάντι τῶν ἡδονῶν μετουσίαν, ἢ τῷ κατ' αὐτῆς ὑπεραρθέντι, καὶ μηδεμίαν δεδωκότι καθ' ἑαυτοῦ πάροδον τῇ ὑλικῇ προσπαθείᾳ. Φαιδίμου δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον τῆς Ἀμασαίων Ἐκκλησίας

καθηγουμένου· ᾧ θεόθεν ἐξ ἁγίου Πνεύματος προγνωστική τις δύναμις ἦν· καὶ πᾶσαν ποιουμένου σπουδὴν, ὅπως ὑποχείριον λαβὼν τὸν μέγαν Γρηγόριον, εἰς Ἐκκλησίας ἀρχὴν ἀγάγοι, ὡς ἂν μὴ τοσοῦτον ἀγαθὸν ἀργόν τε καὶ ἀνόνητον παραδράμοι τὸν βίον· τῆς ὁρμῆς οὗτος τοῦ ἱερέως αἰσθόμενος, λανθάνειν ἐμηχανᾶτο, ἄλλο τε πρὸς ἄλλην ἐρημίαν μετανιστάμενος. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν καθιεὶς πεῖραν ὁ πολὺς ἐκεῖνος Φαίδιμος, καὶ πάσῃ μηχανῇ τε καὶ ἐπινοίᾳ χρώμενος, οὐχ οἷός τε ἦν προσαγαγεῖν τῇ ἱερωσύνῃ τὸν ἄνδρα, μυρίοις ὄμμασι τὸ μὴ ἁλῶναί ποτε τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως προφυλασσόμενον, καὶ ἦν ἐφάμιλλος σπουδὴ ἀμφοτέροις· τοῦ μὲν ἑλεῖν ἐπιθυμοῦντος, τοῦ δὲ ἀποφυγεῖν τὸν διώκοντα (ὁ μὲν γὰρ ᾔδει τῷ Θεῷ προσάξειν ἱερὸν ἀνάθημα, ὁ δὲ ἐδεδοίκει, μή τι γένηται αὐτῷ πρὸς φιλοσοφίας ἐμπόδιον οἷόν τι φορτίον ἡ τῆς ἱερωσύνης φροντὶς ἐπαχθεῖσα τῷ βίῳ)· τούτου χάριν ὁρμῇ τινι θειοτέρᾳ περὶ τὴν προκειμένην σπουδὴν ἐπαρθεὶς ὁ Φαίδιμος, οὐδὲν προσχὼν τῷ μεταξὺ διαστήματι, ᾧπερ ἀπὸ τοῦ Γρηγορίου διείργετο (τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἐκείνου ἀπέχοντος), ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν ἀναβλέψας, καὶ εἰπὼν ὁμοίως ἑαυτόν τε κἀκεῖνον ἐπὶ τῆς ὥρας ἐκείνης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καθορᾶσθαι, ἀντὶ χειρὸς ἐπάγει τῷ Γρηγορίῳ τὸν λόγον, ἀφιερώσας τῷ Θεῷ τὸν σωματικῶς οὐ παρόντα, καὶ ἀποκληρώσας αὐτῷ τὴν πόλιν ἐκείνην, ἣν συνέβη μέχρι τῶν τότε χρόνων οὕτω τῇ πλάνῃ τῶν εἰδώλων κατέχεσθαι, ὥστε ἀπείρων ὄντων τῶν οἰκούντων αὐτήν τε τὴν πόλιν, καὶ τὴν περίοικον, μὴ πλείους εὑρεθῆναι τῶν ἑπτακαίδεκα τοὺς παραδεδεγμένους τὸν λόγον τῆς πίστεως.

vina mysteria animadvertere atque considerare), judicare licet virtutem recte spectare scienti, utrius horum vita per vacuitatem humanorum affectuum magis transacta sit: illiusne, qui ad legitimum atque concessum voluptatum usum descenderat, an hujus qui et voluptatem superavit, et materiali crassæque affectioni nullum adversus se aditum dedit. Cæterum cum Phædimus, cui divinitus a Spiritu sancto præscia (futurorum) vis quædam inerat, in illo tempore Amasensium Ecclesiæ antistes esset, et omni studio laboraret, ut magnum Gregorium in potestatem redactum, Ecclesiæ administrationi præficeret, ne tantum bonum otiosum et infrugiferum vitam transigeret: ut hic sacerdotem id agitare atque conari sensit, cogitare cœpit, qua ratione latere posset, alias ad aliam solitudinem transiens. Sed posteaquam nihil non intentatum relinquens, ille vir magnus Phædimus, et omni machinatione atque solertia utens non poterat virum ad sacerdotium adducere innumeris oculis præcaventem, ne quando manu sacerdotis caperetur, et cum uterque inter sese studio certarent, illo quidem capere, hoc vero persequentis manus effugere cupiente (nam ille sciebat se sacrum Deo donarium oblaturum esse, hic autem verebatur, ne quo modo sibi sacerdotii cura tanquam onus quoddam vitæ imposita, ad philosophiam impedimento esset), idcirco impetu quodam divino Phædimus ad propositum studium provectus, nihil curans interjectum spatium, quo ab Gregorio dirimebatur (quippe ille aberat itinere tridui), sed ad Deum suspiciens, precatusque ut et ipse et ille pariter in illa hora ab Deo respicerentur, loco manus impositionis Gregorio adhibet sermonem, Deo consecrans eum, qui corpore coram non adesset, et illam ei civitatem destinans atque attribuens, quam contigerat ad illa ipsa usque tempora adeo simulacrorum errori deditam esse, ut cum infiniti essent, qui ipsam urbem et regionem circumjacentem incolerent, non plures quam septemdecim invenirentur, qui sermonem fidei recepissent.

Οὕτω τοίνυν ὑπελθὼν τὸν ζυγὸν κατ' ἀνάγκην, πάντων μετὰ ταῦτα τῶν νομίμων ἐπ' αὐτῷ τελεσθέντων, καὶ βραχὺν χρόνον αἰτησάμενος παρὰ τοῦ τὴν ἱερωσύνην ἐπικηρύξαντος, πρὸς κατανόησιν τῆς κατὰ τὸ μυστήριον ἀκριβείας, οὐκέτι, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, σαρκὶ καὶ αἵματι προσανέχειν ᾤετο δεῖν, ἀλλὰ θεόθεν ᾔτει γενέσθαι αὐτῷ τὴν τῶν κρυφίων φανέρωσιν· καὶ οὐ πρότερον ἐπεθάρσησε τῷ τοῦ λόγου κηρύγματι, πρὶν διά τινος ἐμφανείας ἐκκαλυφθῆναι αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν. Σκοπουμένῳ γὰρ αὐτῷ ποτε ἐννύχιον περὶ τοῦ λόγου τῆς πίστεως, καὶ παντοίους ἀνακινοῦντι λογισμούς· ἦσαν γὰρ δὴ καὶ τότε τινὲς, οἱ τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν παραχαράττοντες, διὰ τῆς πιθανότητος τῶν ἐπιχειρημάτων, ἀμφίβολον ποιοῦντες πολλάκις καὶ τοῖς συνετοῖς τὴν ἀλήθειαν· ὑπὲρ ἧς τότε διαγρυπνοῦντι αὐτῷ καὶ φροντίζοντι φαίνεταί τις καθ' ὕπαρ ἐν ἀνθρωπίνῳ τῷ σχήματι, γηραλέος τὸ εἶδος, ἱεροπρεπὴς τῇ καταστολῇ τοῦ ἐνδύματος, πολλὴν ἐπισημαίνων τὴν ἀρετὴν τῇ περὶ τὸ

Sic igitur jugum subire coactus, omnibus posthæc, quæ fieri solent, solemnibus in eo peractis, cum exiguum tempus ad mysterium exactius cognoscendum ab eo, qui sacerdotium ipsi assignaverat, petiisset, non amplius, ut inquit Apostolus [6], carni et sanguini adhærendum esse et acquiescendum putabat, sed a Deo sibi occulta manifestari petebat; ac non prius prædicationem sermonis aggredi sustinuit, quam per quamdam apparitionem ei veritas revelaretur. Cum enim per totam noctem aliquando de ratione atque sermone fidei dispiceret et specularetur, et varias animo cogitationes agitaret: erant enim nimirum etiam tunc nonnulli, qui piam et sinceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes sæpenumero etiam doctis et prudentibus veritatem facerent ambiguam: pro qua tunc ei pervigilem curis atque sollicitudine noctem agenti, quidam in figura humana, facie ac forma senili evidenter apparet, or-

[6] Galat. I, 16.

natu atque compositione indumenti augustum quemdam, sacrum ac divinum referens decorem, magnam gratia vultus atque dispositione figuræ præ se ferens virtutem. Hic vero visu perterritus, et surgere e lecto, et quis esset, cujusve rei gratia venisset, sciscitari. Cum autem ille perturbationem mentis ejus submissa voce sedasset ac dixisset, se jussu divino apparuisse ei propter eas rationes, quæ apud ipsum controversæ et ambiguæ essent, ut piæ fidei veritas revelaretur : et bono animo esse audito sermone, et cum quodam gaudio atque consternatione illum contueri ; deinde cum ille directo manum protendisset, et quasi ostenderet ei per digitorum directam protensionem id quod ex transverso apparebat : hic et una cum directa manus protensione circumagere suum obtutum, et videre aliud spectrum adversum ei, quod prius apparuerat, in figura muliebri excellentius quiddam et augustius, quam pro humana conditione : rursus autem perterritus et facie aversa vultum demittere, ac perplexus et dubitabundus hæsitare de spectaculo, cum oculis apparitionem ferre non posset (etenim miraculum visionis nimirum in hoc potissimum erat, quod cum nox esset obscura, lumen una cum iis, qui apparuerant, ei affluxerat, quasi aliqua lucida tæda accensa); cum igitur oculis ferre apparitionem non posset, eorum, qui sibi apparuerant, inter sese rationem ejus rei, de qua ambigebatur, exponentium sermocinationem audivit, per quam non solum accepit veram cognitionem fidei, verum etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognovit, utroque eorum propria appellatione alterum alloquente. Audivisse enim dicitur ex ea, quæ in muliebri habitu visa erat, cum hortaretur evangelistam Joannem, ut adolescenti mysterium veræ pietatis aperiret ac declararet; atque illum dixisse, se paratum esse etiam in hoc matri Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esset : atque ita, exposito sermone, qui et rei quæsitæ conveniret, et admodum bene definitus et circumscriptus esset, rursus ex oculis discessisse, atque hunc extemplo divinam illam institutionem ac disciplinam litteris mandasse, et secundum illam postea in ecclesia sermonem prædicasse, ac posteris tanquam patrimonium quoddam et legatum, divinitus datam illam doctrinam reliquisse, per quam usque in præsentem diem instituitur illius civitatis plebs, quæ ab omni hæretica malitia intacta permansit. Porro mysticæ illius disciplinæ verba hæc sunt :

A πρόσωπον χάριτι, καὶ τῇ καταστάσει τοῦ σχήματος. Τὸν δὲ καταπλαγέντα τῇ ὄψει, διαναστῆναι μὲν τῆς εὐνῆς καὶ ὅστις εἴη μαθεῖν ἐδεῖτο, καὶ ὑπὲρ τίνος ἥκοι. Ἐκείνου δὲ καταστείλαντος αὐτοῦ τὴν ταραχὴν τῆς διανοίας ἐν ἠρεμαίᾳ φωνῇ, καὶ εἰπόντος θείῳ προστάγματι πεφηνέναι αὐτῷ τῶν ἀμφισβητουμένων παρ' αὐτοῦ χάριν, ὡς ἂν ἐκκαλυφθείη τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡ ἀλήθεια· θαρσῆσαί τε πρὸς τὸν λόγον, καὶ βλέψαι πρὸς αὐτὸν μετά τινος χαρᾶς καὶ ἐκπλήξεως. Εἶτα ἐκείνου κατ' εὐθὺ τὴν χεῖρα προτείναντος, καὶ οἷον ὑποδεικνύντος αὐτῷ διὰ τῆς τῶν δακτύλων εὐθείας τὸ ἐκ πλαγίου φαινόμενον, συμπεριαγαγεῖν τοῦτον τῇ εὐθείᾳ τῆς χειρὸς τὸ ἴδιον βλέμμα, καὶ ἰδεῖν ἀντιπρόσωπον ἕτερον θέαμα τῷ ὀφθέντι, ἐν γυναικείῳ τῷ σχήματι, κρεῖττον ἢ κατὰ B ἄνθρωπον· πάλιν δὲ καταπλαγέντα, συγκλιθῆναί τε πρὸς ἑαυτὸν τῷ προσώπῳ, καὶ ἀμηχανεῖν τῷ θεάματι, μὴ φέροντα τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ἐμφάνειαν· (καὶ γὰρ δὴ τὸ παράδοξον τῆς ὀπτασίας ἐν τούτῳ μάλιστα ἦν, ὅτι νυκτὸς οὔσης βαθείας, φῶς τοῖς ὀφθεῖσιν αὐτῷ συνεξέλαμψεν, ὥσπερ τινὸς λαμπρᾶς ἐξαπτομένης λαμπάδος). Ἐπεὶ οὖν οὐχ οἷός τε ἦν φέρειν τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ἐμφάνειαν, ἤκουσε διὰ λόγου τινὸς τῶν ὀφθέντων αὐτῷ, πρὸς ἀλλήλους τὸν περὶ τοῦ ζητουμένου λόγον διεξιόντων· δι' ὧν οὐ μόνον ἐπαιδεύθη τὴν ἀληθῆ γνῶσιν τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ὀνομάτων τοὺς ἐπιφανέντας ἐγνώρισεν, ἑκατέρου αὐτῶν διὰ τῆς οἰκείας προσηγορίας ἀνακαλοῦντος τὸν ἕτερον. Ἀκοῦσαι γὰρ λέγεται παρὰ τῆς C ἐν γυναικείῳ φανείσης τῷ σχήματι παρακαλούσης τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, φανερῶσαι τῷ νέῳ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ἐκεῖνον δὲ εἰπεῖν, ἑτοίμως ἔχειν καὶ τοῦτο τῇ μητρὶ τοῦ Κυρίου χαρίσασθαι, ἐπειδὴ τοῦτο φίλον αὐτῇ· καὶ οὕτως εἰπόντα τὸν λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπερίγραπτον, πάλιν μεταναστῆναι τῶν ὄψεων. Τὸν δὲ παραχρῆμα τὴν θείαν ἐκείνην μυσταγωγίαν γράμμασιν ἐνσημήνασθαι, καὶ κατ' ἐκείνην μετὰ ταῦτα κηρύσσειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν λόγον, καὶ τοῖς ἐφεξῆς, ὥσπερ τινὰ κλῆρον τὴν θεόσδοτον ἐκείνην διδασκαλίαν καταλιπεῖν· δι' ἧς μυσταγωγεῖται μέχρι τοῦ νῦν ὁ ἐκείνης λαὸς, πάσης αἱρετικῆς κακίας διαμείνας ἀπείρατος. Τὰ δὲ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα, ταῦτά ἐστιν·

Unus est Deus Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis et potentiæ, et figuræ æternæ, perfectus perfecti genitor : Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus de Deo, figura et imago deitatis, Verbum efficax, sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturæ effectrix, Filius verus veri Patris, visum effugiens visum effugientis, et corruptioni non obnoxius non obnoxii corruptioni, et morti non obnoxius morti non obnoxii, et æternus æterni. Unus Spiritus sanctus, ex Deo ortum et exsistentiam habens : quique per Filium apparuit, videlicet hominibus, imago

D *Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου, τέλειος, τελείου γεννήτωρ· Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, Λόγος ἐνεργὸς, σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτικὴ, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητικὴ, Υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρὸς, ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· καὶ δι' Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ τελείου τελεία, ζωὴ*

ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης ἁγιασμοῦ χορηγός· ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι· καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὁ διὰ πάντων· Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη.

Οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι, οὔτε ἐπείσακτόν τι, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε Υἱὸς Πατρὶ, οὔτε Υἱῷ Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί. Ὅτῳ δὲ φίλον περὶ τούτου πεισθῆναι, ἀκουέτω τῆς Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν λόγον ἐκήρυττεν, παρ' οἷς αὐτὰ τὰ χαράγματα τῆς μακαρίας ἐκείνης χειρὸς εἰς ἔτι καὶ νῦν διασώζεται. Ταῦτ' οὐχὶ πρὸς τὰς θεοτεύκτους ἐκείνας πλάκας ἁμιλλᾶται τῇ μεγαλοφυΐᾳ τῆς χάριτος; ἐκείνας δὲ λέγω τὰς πλάκας, ἐν αἷς ἡ τοῦ θείου βουλήματος ἐνετυπώθη νομοθεσία. Ὡς γὰρ τὸν Μωϋσέα φησὶν ὁ λόγος, ἔξω τοῦ φαινομένου γενόμενον, καὶ ἐντὸς τῶν ἀοράτων ἀδύτων τῇ ψυχῇ καταστάντα (τοῦτο γὰρ ὁ γνόφος αἰνίττεται), μαθεῖν τε τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῆς θεογνωσίας παντὸς τοῦ λαοῦ καθηγήσασθαι· τὴν αὐτὴν ἔστι καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου τούτου κατιδεῖν οἰκονομίαν· ᾧ ὄρος μὲν ἦν, οὐχ αἰσθητόν τι ἢ γεώλοφον, ἀλλὰ τὸ ὕψος τῆς τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἐπιθυμίας· γνόφος δὲ τὸ τοῖς ἄλλοις ἀχώρητον θέαμα· δέλτος δὲ ἡ ψυχή· τὰ δὲ ἐν ταῖς πλαξὶ γράμματα, ἡ τοῦ ὀφθέντος φωνή· δι' ὧν ἁπάντων αὐτῷ τε καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου μυσταγωγουμένοις ἐγένετο ἡ τῶν μυστηρίων φανέρωσις. Ἐπειδὴ τοίνυν παρρησίας τινὸς καὶ θάρσους διὰ τῆς ὄψεως ἐκείνης πλήρης ἐγένετο, καθάπερ τις ἀθλητὴς ἀρκοῦσαν πρὸς τοὺς ἄθλους ἐμπειρίαν τε καὶ δύναμιν ἐκ παιδοτρίβου κτησάμενος, θαρσῶν ἀποδύεται πρὸς τὸ στάδιον, καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἀγωνίζεται, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος, τῇ τε καθ' ἑαυτὸν μελέτῃ καὶ τῇ συμμαχίᾳ τῆς ἐπιφανείσης αὐτῷ χάριτος, ἱκανῶς τὴν ψυχὴν ἀλειψάμενος, οὕτως ἀντιλαμβάνεται τῶν ἀγώνων. Οὐ γὰρ ἄλλο τι χρὴ καλεῖν, ἢ ἀγῶνας καὶ ἄθλους, πάντα τὸν καθ' ἱερωσύνην αὐτοῦ βίον, ἐν ᾧ πᾶσαν διὰ τῆς πίστεως τὴν τοῦ ἀντικειμένου κατηγωνίσατο δύναμιν. Εὐθὺς γὰρ ἀπὸ τῆς ἐσχατιᾶς ἑαυτὸν ἀναστήσας, καὶ πρὸς τὴν πόλιν τὴν ὁρμὴν ἔχων, ἐν ᾗ ἔδει τῷ Θεῷ τὴν Ἐκκλησίαν συστήσασθαι· ἐπειδὴ ἔγνω πάντα τὸν χῶρον τῇ τῶν δαιμόνων ἀπάτῃ καταχρατούμενον, καὶ τοῦ μὲν ἀληθινοῦ Θεοῦ ναὸν οὐδαμοῦ κατεσκευασμένον, πεπληρωμένην δὲ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ τὴν περίοικον βωμῶν τε ἱερῶν καὶ ἀφιδρυμάτων· παντὸς τοῦ ἔθνους ταύτην ἔχοντος τὴν σπουδὴν, ὅπως ἂν τὰ τεμένη τῶν εἰδώλων καὶ τὰ ἱερὰ καλλωπίζοιτο, καὶ παραμένοι τοῖς ἀνθρώποις ἡ εἰδωλομανία, πομπαῖς τε καὶ τελεταῖς καὶ τοῖς ἐπιβωμίοις μιάσμασι κρατυνομένη· καθάπερ τις στρατιώτης γενναῖος τῷ κρατοῦντι τῆς παρατάξεως συμπλακεὶς, δι' ἐκείνου τὸ ὑποχείριον τρέπεται· οὕτως καὶ ὁ μέγας οὗτος ἀπ' αὐτῶν τῶν δαιμόνων τῆς ἀριστείας ἄρχεται. Τίς δὲ ὁ τρόπος; Διερχόμενος γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς ἐσχατιᾶς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁδὸν, ἑσπέρας καταλαβούσης, καὶ ὄμβρου βιαιοτέρου συνέχοντος,

A *Filii perfecti perfecta, vita viventium causa, fons sanctus, sanctitas sanctificationis suppeditatrix: per quem manifestatur Deus Pater, qui est super omnia et in omnibus: et Deus Filius, qui per omnia permanat: Trinitas perfecta, quæ gloria atque æternitate et regno non dividitur neque abalienatur.*

Ergo neque creatum quidquam aut servum in Trinitate (est), neque ascititium quidquam et adventitium, ut quod prius quidem non esset nec suppeteret, posterius autem introductum sit: neque vero deest unquam Filius in Patre: neque in Filio Spiritus: sed immutabilis et inalterabilis eadem semper Trinitas est. Quod si quis sibi fidem de hac re fieri cupit, audiat Ecclesiam, in qua sermonem prædicabat, apud quam illa ipsa verba a
B beata illa manu exarata adhuc etiam nunc conservantur. Annon hæc cum divinis illis tabulis magnitudine gratiæ certant? illas dico tabulas in quibus divinæ voluntatis constitutio insculpta et exarata est. Quemadmodum enim Moysen dicit Scriptura, cum extra id quod apparet, evasisset, et inter invisibilia adyta animo constitutus esset (hoc enim obscure per caliginem significatur), et didicisse divina mysteria, et per sese omni populo auctorem et institutorem Dei cognitionis fuisse: eamdem licet etiam in hoc magno viro animadvertere dispositionem, cui loco montis quidem erat, non sub sensum cadens aliquis collis, sed altitudo desiderii verarum sententiarum et opinio-
C num: caliginis autem vice, spectaculum, cujus spectandi alii capaces non sunt: tabularum vero loco, animus: loco litterarum in tabulis exaratarum, ejus quæ ei apparuit vox, quibus omnibus et ipsi, et iis qui ab illo in sacris instituebantur, contigit manifestatio atque declaratio mysteriorum. Postquam igitur animi alacritate quadam, fiducia atque libertate per illam visionem repletus est, quemadmodum athleta quidam sufficientes apud pædotribam vires atque peritiam ad certamina adeptus, præsenti animo atque fiduciæ pleno in stadio se exuit et expedit, et cum adversariis decertat: eodem modo etiam ille cum, sicuti oleo corpus ungentes athletæ vires confirmare solent, tum sui exercitatione, tum auxilio gratiæ, quæ
D sibi apparuerat, animum satis confirmasset, ita demum ad certamina aggreditur. Neque enim aliter atque labores et certamina vocari oportet omne tempus vitæ, quod administrando sacerdotio transegit, in quo per fidem omnes adversarii copias fregit atque devicit. Nam cum relicta solitudine protinus urbem peteret, in qua oportebat eum Ecclesiam Deo constituere: ubi cognovit omnem regionem fraudi dæmonum obnoxiam esse, ac veri quidem Dei templum nusquam exstructum, urbem vero totam atque agrum vicinum aris, sacellis et statuis repletum esse, cum tota natio id sibi studio haberet, ut delubra simulacrorum atque sacella exornarentur, et homines in insano simulacrorum cultu, qui pompis, cæremoniis atque immunditiis

ad aras fieri consuetis confirmaretur, permanerent : quemadmodum strenuus quidam miles cum duce copiarum, cujus robore potissimum ac virtute acies adversariorum stet, congressus, illo devicto, imperio ejus parentes in fugam vertit : eodem modo etiam magnus iste vir ab ipsis dæmonibus rem bene gerere orditur : sed qua ratione? Cum prætereuntem a solitudine ad urbem versus vesper oppressisset, et imber violentior urgeret, una cum comitibus templum quoddam intrat. Templum autem illud celebre erat : in quo qui colebantur dæmones manifesto se offerre et accedere ad antistites templi et æditu0s solebant : quippe divinatio quædam ab eis exercebatur, et oraculum edebatur.

A ἐντὸς ἱεροῦ τινος γίνεται, μετὰ τῶν ἑπομένων αὐτῷ. Τὸ δὲ ἱερὸν ἐκεῖνο τῶν ἐπισήμων ἦν, ᾧ τις φανερὰ τῶν θεραπευομένων δαιμόνων ἐπιφοίτησις τοῖς νεωκόροις ἐγίνετο, μαντικῆς τινος χρησμῳδίας παρ' αὐτῶν ἐνεργουμένης.

Cum se recepisset igitur cum comitibus in illud templum, dæmones quidem statim invocatione nominis Christi perterrefecit : figura autem crucis nidoribus inquinatum aera cum expiasset atque lustrasset, quod facere solitus erat, noctem totam orationibus et laudum decantationibus pervigilem transegit, adeo ut in domum orationis transformaretur ædes illa, quæ et altarium sordibus et immunditia conspurcata, et statuis odiosa atque abominabilis erat. Hoc itaque modo nocte ab eo transacta, circa diluculum rursus iter suum porro facere pergebat. Cum autem antistes mane consueto officio dæmones coleret, oblata ei dæmonia dixisse feruntur, non sibi patere posthac amplius aditum ad templum, propter eum, qui in eo diversatus esset : atque ille lustratoriis piacularibusque sacrificiis et hostiis utens per hæc ad immigrandum rursus in templum dæmonia dicitur invitare conatus esse : ut autem nihil non tentantis studium irritum et inefficax erat, dæmonibus nullo modo, sicuti consueverant, ejus invocationi obtemperantibus : tunc ira atque indignatione furibundus cum sese proripuisset antistes, magnum illum virum assequitur, gravissimas et maxime terribiles quasque minas intentans, quod et ad magistratus eum delaturus, et manu adversus eum usurus, et imperatori audaciam indicaturus esset, quod nimirum Christianus et diis inimicus templum ingredi ausus esset : cujus introitum aversata esset ea, quæ in sacris operaretur vis, nec amplius ut consuesset, in iis locis vaticinandi dæmonum efficacia versaretur. Cum autem ille effrenatam et imperitam antistitis excandescentiam animo excelso sprevisset, et contra omnes minas veri Dei auxilium objiceret, ac diceret, quod tantum fiduciæ haberet in virtute atque potentia sui propugnatoris, ut pro arbitratu eos et abigere posset undecunque vellet, et introducere in quæcunque loca sibi videretur, earumque rerum, quæ diceret, demonstrationes se extemplo jam præbiturum esse polliceretur : obstupefactus antistes et admiratus magnitudinem potestatis, postulasse dicitur, ut ab his ipsis virtutem ostendendi initium faceret, et invitaret rursus et introduceret in templum dæmonia : quibus auditis magnus ille vir abscidisse exiguum quoddam frustum de codice dicitur, idque cum in eo vocem quamdam imperatricem adversus dæmones exarasset, antistiti dedisse : erant autem ipsa verba litterarum hæc : GREGORIUS SATANÆ, INTRA.

Ὑπελθὼν δὲ τὸ ἱερὸν μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, τὰ μὲν δαιμόνια παραχρῆμα τῇ ἐπικλήσει τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ κατεπτόησεν· τῷ δὲ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τὸν μεμολυσμένον ταῖς κνίσσαις ἀέρα καθαγνίσας, B διήγαγεν, κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ, τὴν νύκτα πᾶσαν ἐν προσευχαῖς τε καὶ ὑμνῳδίαις διαγρυπνήσας, ὥστε μετασκευασθῆναι εἰς προσευχῆς οἶκον, τὸν ἐβδελυγμένον τῷ τε ἐπιβωμίῳ λύθρῳ καὶ τοῖς ἀφιδρύμασιν. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῆς νυκτὸς αὐτῷ διανυσθείσης, εἴχετο πάλιν κατὰ τὸν ὄρθρον τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας. Τοῦ δὲ νεωκόρου κατὰ τὸν ὄρθρον τὴν συνήθη προσάγοντος θεραπείαν τοῖς δαίμοσιν, εἰπεῖν ἐπιφανέντα φασὶν αὐτῷ τὰ δαιμόνια, ἄβατον αὐτοῖς τὸ ἱερὸν εἶναι, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ καταμείναντα· τὸν δὲ καθαρσίοις τισὶ καὶ θυσίαις χρώμενον ἐπιχειρεῖν διὰ τούτων πάλιν εἰσοικίσαι τῷ ναῷ τὰ δαιμόνια· ὡς δὲ πᾶσαν αὐτοῦ πεῖραν προσάγοντος, ἄπρακτος ἦν ἡ σπουδὴ, οὐδαμοῦ κατὰ τὸ σύνηθες ὑπακουόντων αὐτοῦ τῶν δαιμόνων τῇ ἐπικλήσει· τότε θυμῷ C καὶ ὀργῇ διαναστὰς καταλαμβάνει τὸν μέγαν ἐκεῖνον ὁ νεωκόρος, πάντα ἀπειλῶν τὰ δεινότατα, καὶ τοῖς ἄρχουσιν εἰσαγγέλλειν, καὶ χειρὶ κατ' αὐτοῦ κεχρῆσθαι, βασιλεῖ καταμηνύειν τὴν τόλμαν, ὅτι δὴ Χριστιανὸς ὢν καὶ θεοῖς ἐχθρὸς, ἐτόλμησεν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων γενέσθαι· οὗ τὴν εἴσοδον ἀπεστράφθαι τὴν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐνεργοῦσαν δύναμιν, καὶ μηκέτι ἐπιχωριάζειν τοῖς τόποις κατὰ τὸ σύνηθες τὴν μαντικὴν τῶν δαιμόνων ἐνέργειαν. Τοῦ δὲ τὸν προπετῆ καὶ ἀπαίδευτον τοῦ νεωκόρου θυμὸν ἐν ὑπερέχοντι φρονήματι καταβάλλοντος, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ τὴν συμμαχίαν πάσαις ἀντιπροβαλομένου ταῖς ἀπειλαῖς, καὶ λέγοντος τοσοῦτον πεποιθέναι τῇ δυνάμει τοῦ ὑπερμαχοῦντος αὐτοῦ, ὥστε κατ' ἐξουσίαν ἔχειν ἀπελαύνειν τε αὐτοὺς, ὅθεν ἂν βούληται, καὶ εἰσοικί- D ζειν οἷς ἂν ἐθέλῃ τόποις, καὶ τὰς ἀποδείξεις ὧν ἔλεγεν ἤδη παρέξειν ὑπισχνουμένου, θαυμάσαντα τὸν νεωκόρον, καὶ καταπλαγέντα τὸ μέγεθος τῆς ἐξουσίας, ἀπ' αὐτῶν τούτων δεῖξαι τὴν δύναμιν, προσκαλέσασθαι, καὶ πάλιν ἐντὸς ποιῆσαι τοῦ ἱεροῦ τὰ δαιμόνια. Ἀκούσαντα δὲ τοῦτο τὸν μέγαν, ἀποῤῥῆξαί τι τοῦ βιβλίου τμῆμα βραχὺ, καὶ δοῦναι τοῦτο τῷ νεωκόρῳ, προστακτικήν τινα φωνὴν κατὰ τῶν δαιμόνων χαράξαντα· ἦν δὲ τὰ γράμματα ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως ταῦτα· ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΤΩι ΣΑΤΑΝΑι, ΕΙΣΕΛΘΕ.

Atque hanc schedulam acceptam dicitur antistes imposuisse altari, deinde cum consuetos eis nidores

Λαβόντα δὲ τὸν νεωκόρον ἀναθεῖναι τῷ βωμῷ τὸ βιβλίον, εἶτα προσαγαγόντα τὰς συνήθεις αὐτοῖς

κνίσσας καὶ τὰ μιάσματα, πάλιν ἰδεῖν ἅπερ ἑώρα τὸ πρότερον, πρὶν ἐξοικισθῆναι τοῦ εἰδωλείου τοὺς δαίμονας. Τούτων δὲ γεγονότων, ἔννοιαν αὐτὸν λαβεῖν τοῦ θείαν εἶναί τινα παρὰ τῷ Γρηγορίῳ τὴν δύναμιν, δι' ἧς ἐφάνη τῶν δαιμόνων ἐπικρατέστερος· καταλαβόντα δὲ κατὰ σπουδὴν πάλιν αὐτὸν, πρὶν ἐν τῇ πόλει γενέσθαι, μαθεῖν ἠξίωσε παρ' αὐτοῦ τὸ μυστήριον, καὶ τίς ὁ Θεὸς ἐκεῖνος ὁ τὴν τῶν δαιμόνων φύσιν ὑποχειρίαν ἔχων. Εἰπόντος δὲ δι' ὀλίγων τοῦ μεγάλου τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, παθεῖν τι τὸν νεωκόρον οἷον εἰκὸς τὸν τῶν θείων ἀμύητον· καὶ μικρότερον οἰηθῆναι τῆς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεως, τὸ πεισθῆναι διὰ σαρκὸς πεφηνέναι τοῖς ἀνθρώποις τὸ Θεῖον· τοῦ δὲ μὴ λόγοις εἰπόντος τὴν περὶ τούτου πίστιν κρατύνεσθαι, τοῖς δὲ τῶν γινομένων θαύμασι τὸ πιστὸν ἔχειν, ζητῆσαι ἔτι παρ' αὐτοῦ θαῦμα τὸν νεωκόρον ἰδεῖν, ὡς εἶθ' οὕτως προσαχθῆναι διὰ τοῦ γινομένου πρὸς τὴν τῆς πίστεως συγκατάθεσιν. Ἔνθα δὴ τὸ πάντων ἀπιστότατον λέγεται πεποιηκέναι τὸ μέγα θαῦμα τὸν μέγαν ἐκεῖνον. Ἐπιζητοῦντος γὰρ τοῦ νεωκόρου λίθον τινὰ τῶν εὐμεγεθῶν τῶν κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῷ προφαινομένων, δίχα χειρὸς ἀνθρωπίνης κινηθῆναι, διὰ δὲ μόνης τῆς κατὰ τὴν πίστιν δυνάμεως, προστάγματι τοῦ Γρηγορίου πρὸς ἕτερον μετατεθῆναι χῶρον· μηδὲν ἀναβαλλόμενον τὸν μέγαν ἐκεῖνον, εὐθὺς προστάξαι καθάπερ ἐμψύχῳ τῷ λίθῳ μεταβῆναι πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ὃν ὁ νεωκόρος ὑπέδειξεν. Τούτου δὲ γενομένου, παραχρῆμα πιστεῦσαι τῷ λόγῳ τὸν ἄνδρα· καὶ πάντα καταλιπόντα, γένος, οἰκίαν, γαμετὴν, παῖδας, φίλους, ἱερωσύνην, ἑστίαν, κτήματα, ἀντὶ πάντων τῶν προσόντων αὐτῷ ποιήσασθαι, τοῦ συνεῖναι τῷ μεγάλῳ, καὶ συμμετέχειν τῶν πόνων αὐτῷ καὶ τῆς θείας ἐκείνης φιλοσοφίας τε καὶ παιδεύσεως. Σιγάτω πρὸς ταῦτα πᾶσα τεχνικὴ τῶν λογογράφων περίνοια τὰς ἐπαυξήσεις τῶν θαυμάτων διά τινος ῥητορείας ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίρουσα. Οὐ γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ θαῦμα, ὡς τῇ δυνάμει τοῦ λέγοντος ἔλαττον ἂν ἢ μεῖζον ἑαυτοῦ γενέσθαι. Τί γάρ τις εἰπὼν παρὰ τὰ εἰρημένα, προσθήκην δώσει τῷ θαύματι; Πῶς δ' ἄν τις ἐλαττώσειε τοῖς ἀκούουσιν ἐπὶ τῷ γεγονότι τὴν ἔκπληξιν; Λίθος ἀφίστησι τῶν λίθων τοὺς δεδουλωμένους τοῖς λίθοις, λίθος κῆρυξ τῆς θείας πίστεως, καὶ ὁδηγὸς τοῖς ἀπίστοις εἰς σωτηρίαν γίνεται, οὐ φωνῇ τινι καὶ λόγῳ τὴν θείαν δύναμιν ἀνακηρύσσων, ἀλλ' οἷς ἐποίει δεικνὺς τὸν Θεὸν ὑπὸ τοῦ Γρηγορίου καταγγελλόμενον· ᾧ πᾶσα κατὰ τὸ ὁμότιμον ὑποχείριος πείθεται κτίσις, οὐχ ὅσον αἰσθητικὸν μόνον καὶ ἔμπνουν, καὶ ἔμψυχον, ἀλλ' εἴ τι καὶ τούτων ἐστὶν ἐκτὸς, οὕτω δέχεται τὸ τοῦ θεράποντος ἐπίταγμα, ὡς οὐκ ἀμοιροῦντα τῆς αἰσθήσεως. Ποία γὰρ ἀκοὴ τοῦ λίθου; Ποία τῆς τοῦ κελεύοντος ἐξουσίας αἴσθησις; Τίς δύναμις ἐν αὐτῷ μεταβατική; Ποία μελῶν τε καὶ ἄρθρων διασκευή; Ἀλλὰ πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λίθῳ ἡ τοῦ κελεύοντος δύναμις γίνεται, πρὸς ἣν ἰδὼν ὁ νεωκόρος ἐκεῖνος, εὐθὺς τὴν γινομένην ἐπὶ πλάνῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπάτην τῶν δαιμόνων ἐνόησέ τε καὶ ἐβδελύξατο, καὶ πρὸς τὸν ἀληθινὸν Θεὸν μετετάξατο, διὰ τῶν παρὰ τοῦ δούλου γεγενη-

A et impiamenta obtulisset, vidisse, quæ prius conspicere soleret, antequam dæmones ex delubro ejecti essent. Quibus rebus peractis, cum cœpisse cogitare, quod divina quædam virtus Gregorio adesset, per quam dæmonibus validior visus esset. Cum autem rursus eum festinando consecutus esset, priusquam pervenisset in urbem, rogavit eum ut sibi mysterium ab ipso discere liceret, et quisnam esset ille Deus, qui naturam dæmonum obnoxiam haberet. Cum autem magnus ille vir paucis mysterium pietatis exposuisset, accidisse quiddam dicitur antistiti quale par erat accidere ei, qui in rebus divinis non esset initiatus : ac vilius esse putasse, quam de Deo existimari conveniret, credere quod numen divinum per carnem
B hominibus apparuisset; cumque ille contra dixisset, quod non verbis ac rationibus hujus rei fides confirmaretur, sed ex rebus mirabilibus, quæ fierent, vim fidei faciendæ mysterium haberet : antistes ab eo petiisse fertur, ut sibi liceret aliquod ab eo miraculum videre, ut re ipsa quæ fieret, ad assensionem et approbationem fidei adduceretur. Ibi vero id, quod omnium maxime dictu incredibile est, magnum illud fecisse magnus ille dicitur miraculum. Cum enim postularet antistes, ut saxum quoddam ingens, quod oculis eorum subjectum prospiceretur, et non moveretur, absque manu humana moveretur, ac per solam fidei virtutem, jussu Gregorii ad alterum locum transferretur :
C nulla interjecta mora magnus ille statim imperasse dicitur saxo tanquam animato, ut transiret ad illum locum, quem designasset, quo facto, extemplo credidisse sermoni dicitur antistes, ac relictis omnibus, cognatione, familia, uxore, liberis, amicis, sacerdotio, sede, possessionibus, loco omnium bonorum, quibus abundaret, duxisse, si magni illius consuetudine frui, et laborum divinæque illius philosophiæ atque eruditionis una cum illo participi sibi esse liceret. Sileat ad hæc omnis artificiosa scriptorum inventio, res amplas atque præclaras arte quadam dicendi augendo, amplificando atque exaggerando in majus extollens. Non enim ejusmodi miraculum est in iis, quæ commemorata sunt, quod vi ac facultate dicentis vel majus
D vel minus fieri possit, quam re ipsa est. Quid enim dictis aliquis adjiciens miraculum amplificabit et exaggerabit? qua ratione vero quis audientibus admirationem rei gestæ minuerit? Saxum abstrahit a saxis eos, qui saxis et lapidibus mancipati serviebant : lapis præco divinæ fidei et dux infidelibus ad salutem exsistit, non voce quadam atque sermone divinam potentiam celebrans atque divulgans, sed suo facto Deum, qui ab Gregorio annuntiaretur, ostendens : cui omnis ex æquo obnoxia creatura obtemperat, non solum quæcunque sensu prædita, spirat et animata est, verum etiam si qua extra has est, ita jussa famuli accipiunt, quasi sensus expertes non essent. Quis enim lapidis auditus? quis jubentis potestatis sensus? quæ vero vis in eo

transcundi? quæ membrorum et artuum fabricatio? Sed omnia hæc et ejusmodi lapidi præstat jubentis virtus atque potestas, quam spectans antistes ille, statim fraudem dæmonum, quæ ad seducendum humanam naturam adhiberetur, et animadvertit et abominatus est, et ad Deum verum traductus atque conversus est, quippe qui per ea, quæ a servo gesta erant, ineffabilem et inexplicabilem Domini potentiam esse conjecisset. Nam si tanta servi potentia (inquiebat), ut verbo moveat res immobiles, et imperio utatur adversus res sensu carentes, et hortetur res inanimatas : quantam copiam potentiæ Domino rerum universarum adesse cogitare atque conjicere par est, cujus voluntas veluti materia quædam fuit et fabricatio, et vis tum ipsius mundi, rerumque omnium, quæ in eo sunt, tum earum rerum, quæ supra res mundanas sunt! Hinc magnus ille rem bene gerere adversus dæmonas exorsus, ac veluti tropæum quoddam adversus devictos antistitem circumducens, cum et fama sui gentem ante perculisset et obstupefecisset, ita demum cum fiducia animoque alacri atque confirmato urbem invehebatur, non curribus et equis, et mulis, et multitudine comitum assectantium sese ostentans, sed virtutibus undique stipatus, omnibus autem urbis incolis populariter ac vulgo cum conjugibus et liberis velut ad novum quoddam spectaculum visendum obviam effusis, et omnibus videre cupientibus, quis esset ille Gregorius, qui homo licet esset, eos tamen, qui apud ipsos pro diis haberentur, tanquam rex quidam in potestate haberet, pro imperio ferens et agens quocunque vellet, et undecunque vellet, prout visum esset, dæmonas sicuti mancipia ejiciens, et eosdem rursus, si videretur, introducens : quique cultorem illorum adduceret tanquam jure ac potestate quadam sibi mancipatum habens, despicientem et honorem, quo ante præditus esset, et hujus consuetudinem cum omnibus, quæ habuisset, facultatibus et copiis commutantem.

A μένων, τὸ ἄφραστον τῆς τοῦ Δεσπότου δυνάμεως λογισάμενος. Εἰ γὰρ τοσαύτη τοῦ δούλου ἡ δύναμις, ὡς ῥήματι κινεῖν τὰ ἀκίνητα, καὶ προστάγματι κεχρῆσθαι κατὰ τῶν ἀναισθήτων, καὶ τοῖς ἀψύχοις διακελεύεσθαι· πόσην εἰκός ἐστι περιουσίαν δυνάμεως ἐν τῷ Δεσπότῃ τοῦ παντὸς κατανοῆσαι, οὗ τὸ θέλημα, οἷόν τις ὕλη, καὶ κατασκευὴ, καὶ δύναμις αὐτοῦ τε τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων, καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦτον ὄντων, ἐγένετο! Ἐντεῦθεν ὁ μέγας ἐκεῖνος τῆς κατὰ τῶν δαιμόνων ἀριστείας ἀρξάμενος, καὶ οἷόν τι τρόπαιον κατὰ τῶν νικηθέντων τὸν νεωκόρον περιαγόμενος, προκαταπλήξας τε τῇ φήμῃ τὸ ἔθνος, οὕτως ἤδη μετὰ πεποιθήσεώς τε καὶ παῤῥησίας εἰς τὴν πόλιν εἰσήλαυνεν, οὐχ ἅρμασι καὶ ἵπποις, καὶ ἡμιόνοις, καὶ τῷ πλήθει τῶν παρεπομένων ἐπικομ-
B πάζων, ἀλλὰ ταῖς ἀρεταῖς ἐν κύκλῳ δορυφορούμενος, πανδημεὶ δὲ πάντων προχεθέντων τῶν οἰκητόρων τοῦ ἄστεος, ὡς ἐπί τινα καινοῦ θεάματος ἱστορίαν, καὶ πάντων ἰδεῖν προθυμουμένων, τίς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ Γρηγόριος, ὃς ἄνθρωπος ὢν τῶν νομιζομένων παρ' αὐτοῖς εἶναι θεῶν, καθάπερ τις βασιλεὺς ἐξουσίαν ἔχει, προστάγματι φέρων καὶ ἄγων, ὅπουπερ ἂν ἐθέλοι τὰ δαιμόνια, καὶ ὅθεν ἂν βούληται, πρὸς τὸ δοκοῦν ἐξοικίζων τε καὶ ἐνοικίζων, ὥσπερ τὰ ἀνδράποδα, καὶ τὸν θεραπευτὴν ἐκεῖνον φέρει, καθάπερ ἐν ἐξουσίᾳ τινὶ δουλωσάμενος, ὑπεριδόντα μὲν τῆς τιμῆς ἐν ᾗ τὸ πρότερον ἦν, τῶν δὲ προσόντων πάντων τὴν μετ' αὐτοῦ διαγωγὴν ἀλλαξάμενον.

Tali nimirum animo atque opinione omnibus eum ante urbem exspectantibus, ubi ad eos pervenit, omnibus eum intentis oculis contuentibus, tanquam silvam quamdam inanimam homines prætergressus, ad neminem eorum, qui obviam venirent sese convertens, sed recta ad urbem vadens multo magis eos in stuporem et admirationem deduxit, famam superare intuentibus apparens. Quod enim magnam urbem primum inveheretur, cum nihil ei tale consuetum antea fuisset, deinde cum stupore non admiraretur tantum propter se populum congregatum esse, sed veluti per solitudinem iter faciens seipsum duntaxat et viam spectaret, ad neminem eorum, qui circum se collecti essent, sese convertens : hoc nimirum supra miraculum, quod in saxo translato editum erat, hominibus esse videbatur. Idcirco cum admodum pauci essent, ut supra commemoratum est, qui ante administrationem ejus fidem suscepissent, quasi tota civitas honorem sacerdotio ejus haberet, ita in urbem ingrediebatur, prosequentium turba undique frequenti stipatus. Quoniam autem protinus ut attigit philosophiam omnibus rebus se veluti onere quodam levaverat, nec quidquam ei rerum ad hanc vitam necessariarum supererat, non

C Τοιαύτη δὲ γνώμῃ πάντων προσδεχομένων αὐτὸν πρὸ τοῦ ἄστεος, ἐπειδὴ κατ' αὐτοὺς ἐγένετο, πάντων εἰς ἐκεῖνον ἀτενῶς ἀποβλεπόντων, καθάπερ ὕλην ἄψυχον παριὼν τοὺς ἀνθρώπους, πρὸς οὐδένα τῶν ἐντυγχανόντων στρεφόμενος, καὶ κατ' εὐθεῖαν ἐπὶ τὴν πόλιν βαδίζων, πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς εἰς ἔκπληξιν ἤγαγεν, ὑπὲρ τὴν φήμην τοῖς ὁρῶσι φαινόμενος. Τὸ γὰρ πρώτως εἰσελαύνοντα πόλει μεγάλῃ, μηδεμιᾶς συνηθείας τοσαύτης προϋπαρχούσης αὐτῷ, ἔπειτα μὴ καταπλαγῆναι δῆμον τοσοῦτον ἐπ' ἐκείνῳ συνειλεγμένον, ἀλλ' οἷον δι' ἐρήμου βαδίζοντα, πρὸς ἑαυτὸν μόνον καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν ἀποβλέπειν, πρὸς οὐδένα τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιστρεφόμενον ἠθροισμένων, τοῦτο ὑπὲρ τὴν ἐν τῷ λίθῳ θαυματοποιίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐδόκει. Τούτου χάριν, ὀλιγοστῶν ὄντων, καθὼς ἐν τοῖς φθάσασιν
D εἴρηται, τῶν πρὸ τῆς ἐπιστασίας αὐτοῦ καταδεξαμένων τὴν πίστιν, ὡς πάσης τῆς πόλεως αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην τιμώσης, οὕτως εἰσῄει στενοχωρούμενος ἁπανταχόθεν τοῖς παραπέμπουσιν. Ἐπεὶ δὲ πάντων ὁμοῦ εὐθὺς, ὅτε τῆς φιλοσοφίας ἥπτετο, καθάπερ τινὸς ἄχθους ἑαυτὸν ἠλευθέρωσε, καίπερ ἦν αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίων οὐδὲν, οὐκ ἀγρὸς, οὐ τόπος, οὐκ οἰκία, ἀλλὰ πάντα ἦν αὐτὸς ἑαυτῷ (μᾶλλον δὲ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ πίστις, πατρὶς αὐτῷ ἦν, καὶ ἑστία, καὶ πλοῦτος)· ὡς οὖν τῆς μὲν πόλεως ἐντὸς ἦν, οἶκος δὲ

αὐτῷ πρὸς ἀνάπαυσιν οὐδαμοῦ, οὐ τῆς Ἐκκλησίας, οὐκ ἴδιος, θορυβουμένων τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ ὅπως ἂν καταχθείη καὶ παρὰ τίνι τὴν σκέπην εὕροι διαπορούντων· *Τί ταῦτα*, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ διδάσκαλος, *ὥσπερ ἔξω τῆς τοῦ Θεοῦ σκέπης ὄντες, διαπορεῖτε, ὅπου χρὴ διαναπαῦσαι τὰ σώματα; μικρὸς ὑμῖν οἶκος εἶναι ὁ Θεὸς δοκεῖ, εἴπερ ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν; Ἢ στενοχωρεῖσθε τῇ οὐρανίῳ σκέπῃ, καὶ ζητεῖτε παρὰ τοῦτο καταγώγιον ἄλλο; Εἷς οἶκος ὑμῖν ἔστω διὰ σπουδῆς ὁ ἑκάστου ἴδιος, ὁ διὰ τῶν ἀρετῶν οἰκοδομούμενος, καὶ εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος. Τοῦτο λυπείτω μόνον, μὴ τὸ τοιοῦτον ἡμῖν οἰκητήριον ἀπαράσκευον ᾖ· αἱ γὰρ τῶν γηΐνων τοίχων περιβολαὶ τοῖς ἐν ἀρετῇ ζῶσι κέρδος οὐ φέρουσι. Μᾶλλον δ' ἂν εἰκότως ὑπὸ τῶν ἐν κακίᾳ μολυνομένων ἡ τῶν τοίχων χρεία σπουδάζεται· διότι προκάλυμμα πολλάκις τῶν κρυπτῶν τῆς αἰσχύνης ὁ οἶκος γίνεται. Οἷς δὲ δι' ἀρετῆς ὁ βίος ἐσπούδασται, οὐκ ἔχουσιν οἱ τοῖχοι, ὅ τι περικαλύψωσιν.* Ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς συνόντας διεξιόντος, ἐπιστάς τις τῶν ἐπισήμων ἀνὴρ, γένει καὶ πλούτῳ, καὶ τῇ λοιπῇ δυναστείᾳ τοῖς πρώτοις ἐναρίθμιος ὤν· Μουσώνιος ὄνομα τῷ ἀνδρί· ὡς εἶδεν πολλοὺς περὶ τὴν αὐτὴν σπουδὴν προθυμουμένους, ὅπως ἂν τοῖς ἰδίοις οἴκοις τὸν ἄνδρα δέξοιντο, φθάσας τοὺς ἄλλους, ὑφαρπάζει τὴν χάριν, ἑαυτῷ παρακαλῶν ἐπιξενωθῆναι τὸν μέγαν, καὶ τιμῆσαι τῇ εἰσόδῳ τὸν οἶκον· ὡς ἂν σεμνότερός τε καὶ ἀοίδιμος τῷ μετὰ ταῦτα γένοιτο βίῳ, τοῦ χρόνου καὶ τοῖς ἐφεξῆς τὴν μνήμην τῆς τοιαύτης τιμῆς παραπέμποντος.

A ager, non locus, non domus: sed omnia ipse sibi erat (imo vero virtus et fides ei patria erat et sedes et divitiæ), ut igitur urbem ingresso domus ad requiescendum ei nusquam vel Ecclesiæ vel ipsius propria erat, comitibus ejus trepidantibus atque sollicitis quomodo diversaretur, et a quibus tecto reciperetur, anxiis: *Quid hæc*, inquit magister ad eos, *quasi extra protectionem Dei constituti, anxii atque solliciti inquiritis, ubi corpora reficere atque curare oporteat? an parva vobis domus Deus esse videtur, siquidem per eum vivimus et movemur et sumus? An arctum et angustum cœleste tectum vobis videtur, et præter hoc aliud diversorium quæritis? una vobis domus studio curæque sit, ea videlicet, quæ cujusque propria est, quæ per virtutes* B *ædificatur et tollitur in altum. Hoc solum vobis curæ atque sollicitudini sit, ne ejusmodi vobis habitaculum non paratum nec instructum sit; nam terreni parietes iis, qui cum virtute vitam transigunt, circumdati nihil commodi afferunt. Quinimo par consentaneumque fuerit ab iis, qui vitiis atque nequitia coinquinantur, parietum usum studiose atque cum cura institui atque parari propterea quod domus occultarum plerumque turpitudinum velamentum exsistit. At quorum vita cum virtute transigitur, in his nihil est, quod parietes obtegant et obvelent.* Atque hæc eo ad familiares dicente, assistens vir quidam insignis, qui genere, divitiis reliquisque opibus inter primos numeraretur (Musonius ei nomen erat), ut vidit multos idem officium deferre C paratos, et id agentes, ut in suas ædes virum reciperent, cum cæteros antevertisset, gratiam præripit rogans magnum illum virum, ut suo hospitio uteretur, et introitu domum honestaret, quo et augustior et in sequenti sæculo celebris et memorabilis ea evaderet, tempore etiam ad posteros memoriam ejusmodi honoris transmittente.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ συνδραμόντες περὶ τῶν ὁμοίων ἱκέτευον, δίκαιον εἶναι κρίνας δοῦναι τὴν χάριν τῷ προκατάρξαντι, τοὺς ἄλλους διὰ τῆς τῶν λόγων φιλοφροσύνης διασπασάμενός τε καὶ ἀντιτιμήσας, παρὰ τῷ προλαβόντι κατάγεται. Εἰ δὲ διηγηματική τίς ἐστι καὶ ἀκατάσκευος τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων ἡ ἱστορία, τὰς ἐκ περινοίας τινὸς ἐφευρισκομένας τοῖς πράγμασιν ἐπαυξήσεις ἑκουσίως τοῦ ἡμετέρου παραλιπόντος λόγου· γένοιτο ἂν καὶ αὕτη τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν οὐ μικρὰ μαρτυρία, τοῦ μηδὲν δι' ἐπινοίας ἐπαύξεσθαι τῷ μνημονευομένῳ τὰ θαύματα, ἀλλ' ἀρκεῖν τὴν μνήμην τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων πρὸς τελειότατον ἔπαινον· οἷόν τι κάλλος αὐτοφυὲς ἐπὶ προσώπου, οὐδεμιᾷ περιεργίᾳ κομμωτικῆς τέχνης ἐπανθιζόμενον. Ὄντων δὲ τῶν προκατηχουμένων τὸν λόγον ἐν ὀλίγῳ τῷ ἀριθμῷ, πρὶν παρελθεῖν τὴν ἡμέραν, καὶ ἐν δυσμαῖς γενέσθαι τὸν ἥλιον, τοσοῦτοι παρὰ τὴν συντυχίαν προσέθεντο, ὥστε πρὸς σύστημα λαοῦ τὸ πλῆθος τῶν πεπιστευκότων ἱκανῶς ἔχειν. Ὄρθρος, καὶ πάλιν ἐπὶ θύραις ὁ δῆμος, αὐτοί τε καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, καὶ τὸ γηραιὸν τῆς ἡλικίας, καὶ οἷς τισιν ἦν ἐκ δαιμόνων, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ἐπηρείας, ἡ συμφορὰ περὶ τὸ σῶμα· καὶ ἐν μέσοις ἐκεῖνος πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν συνειλεγμένων χρείαν ἁρμοδίως τῇ

Cum autem multi etiam alii concurrerent, et eadem rogarent, æquum esse judicans gratificari ei, qui tempore prior in deferendo officio fuisset, cum cæteros benigne salutatos verbis honorificis invicem prosecutus dimisisset, ad priorem divertit. Quod si historia rerum ab eo gestarum nihil præter rerum narrationem continet et incondita est, quod sermo noster consulto prætermiserit eas, quæ solerti quadam excogitatione adhiberi rebus solent, amplificationes et exaggerationes: fuerit D etiam hoc non levi apud eos qui recto judicio res æstimant, testimonio atque argumento, quod nullo modo de industria miracula viri cujus memoriam celebramus, exaggerentur, sed rerum ejus memoria sufficiat ad perfectissimam laudem: tanquam nativa quædam pulchritudo, quæ nullius lenocinii supervacua adhibita cura in facie efflorescit. Cum autem exiguo numero essent, qui sermonem ante audivissent, priusquam dies præteriisset, et sol occidisset, adeo multi primo concursu accesserunt, ut ad constituendum populum multitudo eorum, qui crediderant, satis magna esset. Postridie ejus diei simul atque diluxisset, rursus hominum multitudo frequens cum uxoribus et liberis, item senilis ætas, et quibuscunque ex dæmonum injuria aliave

aliqua vi calamitas corporis acciderat, pro foribus præsto erant, et ille in medio eorum ad id quod cuique eorum, qui convenerant, opus erat, sese virtute Spiritus impertiens, prædicans, una disputans et examinans, admonens, docens, sanans. Hac enim utique re potissimum multos ad prædicationem adducebat, quod ea quæ videbantur cum iis quæ audiebantur congruebant et conveniebant, atque per utraque divinæ virtutis in eo notæ atque indicia relucebant. Nam aures quidem sermo, oculos vero ea quæ circa infirmos edebantur miracula stupore et admiratione captos tenebant. Si quis lugeret, consolationem accipiebat : juvenis et adolescens castigabatur et emendabatur, modestiamque discebat ; senex convenientibus ætati sermonibus curabatur. Servi, ut erga dominos fideles essent : qui potestatem in alios haberent, ut erga subditos humanitatem præstarent, admonebantur. Pauper unas divitias esse virtutem docebatur, quam omnibus abunde acquirere liceret : si quis divitiis floreret, ita, ut par erat, admonebatur, cum administrator ac dispensator, non dominus esse facultatum doceretur. Mulieribus convenientia atque accommodata, pueris competentia atque utilia, patribus ipsos decentia cum tribueret, et omnibus omnia fieret, et omnium vicem præstaret, tantum sibi auxilio Spiritus repente populum adjunxit, ut ad templi fabricationem animum adjiceret, cum omnes offerendo tam pecunias, quam operas suas, studium ejus adjuvarent. Hoc est templum, quod usque adhuc ostenditur : quod magnus ille vir statim aggressus veluti fundamentum quoddam atque crepidinem sui sacerdotii initio instituit atque molitus est, divino quodam conatu et auxilio supero opus absolvens, quemadmodum insequentis temporis testimonio comprobatum est. Cum enim gravissimus aliquando civitati nostris temporibus terræ motus accidisset, atque omnes propemodum funditus periissent, omnibus tam publicis, quam privatis ædificiis collapsis, disjectis ac desolatis, solum illud templum illæsum et inconcussum mansit, ut vel per hoc pateat, cum qua vi atque virtute magnus ille vir res suas capesseret et aggrederetur.

A δυνάμει τοῦ Πνεύματος μεριζόμενος, κηρύσσων, συνεξετάζων, νουθετῶν, διδάσκων, ἰώμενος. Τούτῳ γὰρ δὴ μάλιστα προσήγετο τοὺς πολλοὺς τῷ κηρύγματι, ὅτι συνέβαινεν ἡ ὄψις τῇ ἀκοῇ, καὶ δι' ἀμφοτέρων τῆς θείας δυνάμεως ἐπέλαμπεν αὐτῷ τὰ γνωρίσματα. Τὴν μὲν γὰρ ἀκοὴν ὁ λόγος, τὰς δὲ ὄψεις τὰ περὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐξέπληττε θαύματα. Ὁ πενθῶν παρεκαλεῖτο· ὁ νέος ἐσωφρονίζετο· ὁ γηραιὸς τοῖς καθήκουσι λόγοις ἐθεραπεύετο. Δοῦλοι πρὸς δεσπότας οἰκείως ἔχειν, οἱ κρατοῦντες τοῖς ὑποχειρίοις φιλανθρωπεύεσθαι, ὁ πενόμενος ἕνα πλοῦτον εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐδιδάσκετο, ἥτις πᾶσι πρόκειται κατ' ἐξουσίαν ἡ κτῆσις, ὁ τῷ πλούτῳ κομῶν καταλλήλως ἐνουθετεῖτο, οἰκονόμος εἶναι τῶν προσόντων, οὐ κύριος διδασκόμενος. Γυναιξὶ τὰ πρόσφορα, παισὶ τὰ B σύμμετρα, πατράσι τὰ πρέποντα νέμων, καὶ πάντα πᾶσι γενόμενος, τοσοῦτον ἑαυτῷ λαὸν ἀθρόως τῇ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος παρεστήσατο, ὥστε πρὸς ναοῦ κατασκευὴν ὁρμῆσαι, πάντων χρήμασί τε καὶ σώμασι πρὸς τὴν σπουδὴν ὑπουργούντων. Οὗτός ἐστιν ὁ ναὸς, οὗ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖνος τῆς κατασκευῆς κατεβάλετο· ἐπεκαλλώπισε δέ τις τῶν μετ' ἐκεῖνον, ἐκείνου ἀξίως· ὁ μέχρι τοῦ παρόντος δεικνύμενος, ὃν ὁ μέγας ἐκεῖνος εὐθὺς ἐπιστὰς, οἷόν τινα θεμέλιον καὶ κρηπῖδα τῆς ἰδίας ἱερωσύνης τῷ περιφανεστάτῳ τῆς πόλεως ἐναπέθετο, θείᾳ τινὶ δυνάμει τελειώσας τὸ ἔργον, ὡς τῷ μετὰ ταῦτα μαρτυρεῖται χρόνῳ. Σεισμοῦ γάρ ποτε βαρυτάτου τῇ πόλει ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις γεγενημένου, καὶ πάντων μικροῦ δεῖν ἄρδην ἀπολωλότων, τῶν τε δημοσίων καὶ τῶν ἰδιωτι- C κῶν οἰκοδομημάτων ἁπάντων ἐρειπιωθέντων καὶ ἐρημωθέντων, μόνος ἔμεινεν ὁ ναὸς ἐκεῖνος ἀῤῥαγής τε καὶ ἄσειστος, ὡς καὶ διὰ τούτου φανερὸν εἶναι, καὶ μεθ' οἵας δυνάμεως ὁ μέγας ἐκεῖνος τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων ἀντελαμβάνετο.

Verum hæc quidem multis temporibus post in testimonium fidei magni istius viri a divina potentia designata sunt. Tunc autem cum omnes tam illius urbis incolæ, quam vicini apostolicis miraculis obstupefacti essent, et quidquid ab eo vel diceretur vel fieret, divina virtute et agi et dici credidissent : ne sæcularium quidem ac temporalium controversiarum aliud ullum judicium sibi magis ratum ac firmum, majorisve auctoritatis esse putabant, sed omnis quæstio disceptatioque et omnis intricatus et explicatu difficilis negotiorum nexus illius consiliis et admonitionibus resolvebatur et dirimebatur. Unde cum communiter universis, tum singulis illius beneficio tam æquitas rectaque juris constitutio, quam pax erat : magnumque bonorum tum publice tum privatim incrementum, nulla malitia nullave fraude mutuam concordiam imminuente. Forsitan autem non intempestivum fuerit unum ejus decretum atque

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πολλοῖς ὕστερον χρόνοις εἰς μαρτυρίαν τῆς τοῦ μεγάλου πίστεως παρὰ τῆς θείας ἀπεδείχθη δυνάμεως. Τότε δὲ τοῖς ἀποστολικοῖς θαύμασι τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν περίοικον ἁπάν- D των ἐκπεπληγμένων, καὶ πᾶν τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενόν τε καὶ γινόμενον, θείᾳ δυνάμει πράττεσθαί τε καὶ λέγεσθαι πεπιστευκότων, οὐδὲ τῶν βιωτικῶν ἀμφισβητημάτων, ἄλλο τι δικαστήριον ᾤοντο εἶναι αὐτοῖς κυριώτερον, ἀλλὰ πᾶσα κρίσις καὶ πᾶσα δυσδιεξόδευτος πραγμάτων πλοκὴ ταῖς ἐκείνου συμβουλίαις διελύετο. Ὅθεν εὐνομία τε καὶ εἰρήνη κοινῇ τε καὶ πᾶσι καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον διὰ τῆς ἐκείνου χαρίτος ἦν, καὶ πολλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἐπίδοσις, ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, μηδεμιᾶς κακίας τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν ἐπικοπτούσης. Οὐκ ἄκαιρον δ' ἂν ἴσως εἴη, μιᾶς αὐτοῦ κρίσεως μνήμην ποιήσασθαι· ὡς ἂν, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὅλον ἡμῖν γένηται καταφανὲς ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. Καὶ γὰρ ἡ θεία Γραφὴ, πολλὰς τοῦ Σολομῶντος κρίσεις τοῖς ὑπηκόοις δικάσαν-

τος, ἠρκέσθη διὰ μιᾶς πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς παραστῆσαι τὴν σύνεσιν. Ὅτε ταῖς δύο μητράσι δικάζων, ἐπειδὴ ἀνεξέλεγκτον ἦν τὸ ἀδίκημα, κατὰ τὸ ἴσον ἑκατέρας αὐτῶν, τὸ μὲν τεθνηκὸς παιδίον οὐ προσιεμένης, τοῦ δὲ περιόντος ἀντεχομένης, ἔγνω δι' ἐπινοίας ἀνιχνεῦσαι τὴν κεκρυμμένην ἀλήθειαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμάρτυρον ἦν τὸ ἀδίκημα, καὶ ἰσοστάσιος ἐφ' ἑκατέρων ἥ τε τοῦ ψεύδους καὶ ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόνοια, τὴν φύσιν εἰς μαρτυρίαν τῆς ἀληθείας ἑαυτῷ παρεστήσατο, διὰ τῆς σεσοφισμένης ἀπειλῆς τὸν σκοπὸν τῆς διανοίας ἐπικρυψάμενος. Προστάξας γὰρ δῆθεν τοῦ τε περιόντος καὶ τοῦ τεθνηκότος τὸ σῶμα κατὰ τὸ ἴσον ξίφει διατμηθέντων ἀμφοτέραις προσνεμηθῆναι τὰ τῶν τέκνων ἡμίτομα, παρέδωκε τῇ φύσει τῆς ἀληθείας τὴν κρίσιν τοῦ πράγματος. Ὡς γὰρ ἡ μὲν ἀσμένως τὸ προστεταγμένον ἐδέξατο, καὶ τὸν δήμιον ἤπειγεν· ἡ δὲ συγκινηθεῖσα τοῖς μητρῴοις σπλάγχνοις, ἡττῆσθαι διωμολόγει, φείσασθαι τοῦ τέκνου παρακαλοῦσα (χάριν γὰρ εἶχεν, εἰ ὁπωσοῦν τὸ νήπιον σώζοιτο), τοῦτο κριτήριον τῆς ἀληθείας ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος, τῇ κατὰ τὸ ἑκούσιον τὴν νικῶσαν ψῆφον χαρίζεται, λογισάμενος ὅτι ἡ ἀφειδοῦσα τῆς τοῦ τέκνου σφαγῆς κατηγορεῖται παρὰ τῆς φύσεως, καὶ ὡς οὐκ οὖσα μήτηρ ἐκείνου, οὗ κατεπείγει τὸν θάνατον. Τίνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς κρίσιν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου διηγησόμεθα; Δύο τινὲς ἀδελφοὶ, νέοι τὴν ἡλικίαν, ἄρτι τὸν πατρῷον ἐν ἑαυτοῖς διελόμενοι κλῆρον, λίμνης ἀντεποιοῦντο μιᾶς, πᾶσαν ἔχειν φιλονεικοῦντες ἑκάτερος, καὶ οὐ παραδεχόμενος τὸν ἄλλον ὁ ἕτερος εἰς κοινωνίαν τῆς κτήσεως. Γίνεται οὖν τῆς δίκης κύριος ὁ διδάσκαλος. Καὶ κατὰ τὸν τόπον γενόμενος, τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ νόμοις ἐκέχρητο πρὸς τὴν δίαιταν, εἰς καταλλαγὰς ἄγων, καὶ συμβῆναι παρακαλῶν διὰ φιλίας τοὺς νέους, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης κέρδος προτιμότερον τῶν ἐκ τῆς προσόδου ποιήσασθαι. Τὴν μὲν γὰρ εἰς ἀεὶ παραμένειν καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασιν· τῶν δὲ πρόσκαιρον μὲν τὴν ἀπόλαυσιν, αἰωνίαν δὲ τῇ ἐπὶ τὴν ἀδικίᾳ κατάκρισιν ἔχει, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον λέγειν, καταστέλλοντα τὸ ἀτακτοῦν τῆς νεότητος.

sententiam commemorare, ut, juxta proverbium, totus pannus ac tela a nobis ex fimbria cognoscatur. Etenim cum multas subditorum controversias Solomon decretis suis et sententiis interpositis diremisset, per unum duntaxat ejus decretum satis habuit omnem viri prudentiam ostendere divina Scriptura. Cum inter duas matres jus dicens, quandoquidem injuria atque improbitas probari atque convinci non poterat, utraque earum pariter mortuum quidem infantem aversante, superstitem vero vindicante; solertia quadam ac vafro consilio, latentem veritatem statuit investigare. Quoniam enim testibus improbitas et nequitia carebat, ac par utrinque tam mendacii, quam veritatis suspicio erat: naturam sibi in testimonium veritatis adhibuit, per simulatas et fictas minas quid ageret et in animo haberet occultans. Cum enim quasi jussisset, ut tam superstitis, quam mortui gladio æqualiter dissectorum utrique darentur dimidiatæ filiorum partes, rei veritatis judicium naturæ permisit. Ut enim una quidem libenter id quod imperatum erat, accipiebat, et carnificem urgebat, altera vero maternis visceribus commota se victam esse concedebat, rogans ut filio parceretur (gratiam enim sese habituram esse aiebat, si quovis modo infans servaretur): hoc arbitrium veritatis rex esse reputans ei, quæ sponte sua succumberet et vinci se pateretur, sententiam victricem largitur, existimans quod ea, quæ non curaret filium trucidari, a natura argueretur, quod non esset mater ejus, cujus necem urgebat. Quam igitur nos contra magni Gregorii causæ cognitionem atque decretum narrabimus? Duo quidam fratres ætate juvenes, qui paternam hæreditatem nuper inter sese divisissent, lacum unum vindicabant, totum uterque habere contendentes: et neuter alterum in societatem possessionis admittebat. Permittitur igitur magistro litem dirimendi libera potestas. Qui cum ad locum (de quo controversia erat) venisset, suis ipsius legibus utebatur ad arbitrium, quod receperat, disceptandum, reconciliationem suadens, et ut amice inter se concordarent, et pacis lucrum pluris, quam id quod ex proventibus caperent, æstimarent, adolescentes adhortans. Nam pacem quidem in perpetuum et viventibus et mortuis permanere; redituum vero temporarium quidem esse usufructum, æternam vero ob injuriam condemnationem, et quæcunque par erat illum dicere reprimentem et cohibentem insolentiam et immoderatam cupiditatem juventutis.

Ἐπεὶ δὲ ἄπρακτος ἦν ἡ παράκλησις, καὶ ἡ νεότης ἐφλέγμαινεν, καὶ εἰς θυμὸν ἐξεκαίετο πλείονι τῇ ἐλπίδι τοῦ κέρδους περιοιδαίνουσα, καὶ στρατὸς ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν ὑποχειρίων παρεσκευάζετο, πολυχειρίᾳ φονῶσα θυμῷ καὶ νεότητι στρατηγουμένη, καὶ ὥριστο τῆς συμπλοκῆς ὁ καιρός· μελλούσης δὲ κατὰ τὴν ὑστεραίαν τῆς μάχης ἐξ ἑκατέρων συῤῥήγνυσθαι, παραμείνας ταῖς ὄχθαις τῆς λίμνης ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ διακαρτερήσας ἐν ἀγρυπνίᾳ τὴν νύκτα, Μωσαϊκήν τινα θαυματουργίαν ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔδειξεν· οὐ πληγῇ ῥάβδου πρὸς δύο τμήματα τὸν βυθὸν διασχίσας, ἀλλ' εὐχῇ πᾶσαν αὐτὴν ἀθρόως ἀπο-

Sed posteaquam adhortatio inefficax erat, et juventus æstuabat et inflammabatur, ac spe lucri intumescens majori iracundia exardescebat, et exercitus utrinque ex subditis parabatur, et manus cædis avida furore atque juventute ducibus utens instruebatur, tempusque conflictus præstitutum erat: pridie ejus diei, quo prœlium utrinque committendum fuerat, cum homo Dei ad ripas stagni permansisset, noctemque pervigilasset, miraculum quoddam Mosaicum edidit in aqua, non percussione virgæ in duas partes profundum diducens, sed omnem cum lacum in incultam et vastam

terram redigens continentem diluculo ostendit, et aridum et humoris expertem, adeo ut ne in concavis quidem locis aliquas reliquias aquæ haberet, qui ante preces fusas pelagi instar exundaret. Atque ille quidem divina vi hoc interposito decreto, rursus se domum recipiebat. Adolescentibus vero rebus ipsis edita sententia controversiam diremit. Cum enim non esset, cujus nomine bellum alter adversus alterum parabant, pax furorem excepit, ac rursus natura sese in fratribus ostendit. Atque etiam nunc videre licet divinæ illius sententiæ evidentia signa. Nam undique circum illum locum, qui quondam lacus erat, vestigia quædam aquæ alluvionis et inundationis adhuc etiam nunc exstant. Quidquid autem tunc submersum erat et in fundo aquæ, totum redactum est in nemora, loca habitata, prata et arva. Hoc judicium, quin primas teneat, ne clarum quidem illum ipsum Solomonem opinor controversiam esse facturum. Quid enim tantum ad virtutem habet momenti, conservasse unum infantem ad ubera duarum mulierum, quarum utraque se matrem esse contenderet, adhuc lactentem, cui ad salutem prorsus nihil interesset, utrum a matre, an ab altera sibi alimenta procurarentur: quantum duobus adolescentibus tribuisse salutem, qui nunc (primum) ad negotia sæculi progressi, in vigore juventutis circa ipsum ætatis florem, ira stimulante eos ad mutuam cædem, cum alter in alterius perniciem manus armassent, acerbum hominibus illius ætatis spectaculum paulo post edituri erant, in quibus periculum erat, ne vel ambo mutuis cædibus conficerentur, vel alter omnino se fraterna cæde contaminaret; ut prætermittam eos qui una cum utroque horum pari furore in acie starent, quorum aliorum adversus alios conatus ad id unum spectabat, ut adversarios morte afficeret? Qui igitur jam decretam a mali illius prætoris concilio adversus eos mortiferam sententiam per preces rescidit, et naturam rursus secum reconciliavit, et cædis studium in pacificam lætitiam convertit: quanto magis is jure admiratione dignus nomine cognitionis et decreti videri debet, quam is, qui meretriculæ fraudem deprehendit? Nam quod in aqua editum est miraculum, qua ratione repente in terram incultam ea quæ navigabilis esset transmutata, lacus in campum depressum redactus sit: item quo pacto id quod pro mari illi loco prius esset, nunc eo redactum sit, ut fructus producat, id tacere atque silentio præterire consultius esse puto, quam persequi oratione, quæ se una cum dignitate et amplitudine rei quæ narretur, erigere non possit.

A χερσώσας, ἤπειρον ἔδειξεν τῷ ὄρθρῳ τὴν λίμνην, ξηράν τε καὶ ἄνικμον, ὡς μηδὲ ἐν τοῖς κοίλοις ἔχειν τι τοῦ ὕδατος λείψανον, τὴν πρὸ τῆς εὐχῆς πελαγίζουσαν. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα τῇ θείᾳ δυνάμει δικάσας, πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἀνεχώρει· τοῖς δὲ νέοις ἡ ἐκ τῶν ἔργων ἀπόφασις τὴν φιλονεικίαν διέλυσεν. Μὴ γὰρ ὄντος τοῦ ὑπὲρ οὗ τῶν κατ' ἀλλήλων ἐξήρτυον πόλεμον, εἰρήνη τὸν θυμὸν διεδέξατο, καὶ πάλιν ἑαυτὴν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς ἡ φύσις ἐγνώρισε. Καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν τῆς θείας ἐκείνης ἀποφάσεως ἐναργῆ τὰ σημεῖα. Κύκλῳ γὰρ τῆς ποτε λίμνης ἴχνη τινὰ τῆς τοῦ ὕδατος ἐπικλύσεως εἰς ἔτι καὶ νῦν διασώζεται. Τὸ δ' ὅσον βύθιον ἦν τότε καὶ ἐν τῷ πυθμένι τοῦ ὕδατος, ἅπαν μετεσκευάσθη εἰς ἄλση, καὶ οἴκησιν, καὶ λειμῶνας, καὶ ἄροσιν. B Ταύτης οἶμαι τῆς δίκης μηδ' ἂν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ὀνομαστὸν Σολομῶντα, τῶν πρωτείων ἀμφισβητῆσαι. Τί γὰρ τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν, ἀποσῶσαι τὸ τῶν μητρῴων δύο μαζῶν βρέφος ἐνυπομάζιον, ᾧ τὸ ἴσον ἦν πάντως εἰς σωτηρίαν, εἴτε παρὰ τῆς γεννησαμένης, εἴτε καὶ παρὰ τῆς ἑτέρας ἑαυτῷ τὰ τῆς ἀνατροφῆς ἐσπουδάζετο, ἢ δύο νεανίας βραβεῦσαι τὴν σωτηρίαν; οἳ νῦν ἐπὶ τὰ τοῦ βίου πράγματα παρελθόντες, ἐν ἀκμῇ τῆς νεότητος, κατ' αὐτὸ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος τοῦ θυμοῦ πρὸς τὸν κατ' ἀλλήλων φόνον αὐτοῖς παροιστρήσαντος, ἔμελλον θέαμα πικρὸν τοῖς τότε μετ' ὀλίγον ἐπιδειχθήσεσθαι, κατ' ἀλλήλων τὰς χεῖρας ὁπλίσαντες, ἐφ' ὧν ἐλπὶς ἦν, ἢ ἀμφοτέρους ὑπ' ἀλλήλων φθαρήσεσθαι, ἢ τὸν ἕνα γενέσθαι πάντως ἐν τῷ τῆς ἀδελφοC κτονίας μιάσματι; ἵνα παρῶμαι τοὺς ἑκατέροις τούτων συμπαρατασσομένους ἐν τῷ ἴσῳ θυμῷ, οἷς εἷς ὅρος τῆς κατ' ἀλλήλων ὁρμῆς, ὁ τῶν ἀντιτεταγμένων θάνατος ἦν. Ὁ τοίνυν ἤδη κατ' αὐτῶν κυρωθεῖσαν ὑπὸ τῆς τοῦ πονηροῦ στρατηγίας τὴν τοῦ θανάτου ψῆφον διὰ τῆς εὐχῆς ἀναλύσας, καὶ τὴν φύσιν πάλιν πρὸς ἑαυτὴν καταλλάξας, καὶ μεταβαλὼν εἰς εἰρηνικὰς εὐφροσύνας τὴν περὶ τοὺς φόνους σπουδήν· πόσῳ μᾶλλον εἰκότως ἐπὶ τῇ κρίσει θαυμάζοιτο παρὰ τὸν τὴν κακουργίαν τῆς ἑταιρίδος φωράσαντα; Τὸ γὰρ ἐπὶ τῷ ὕδατι θαῦμα, πῶς ἀθρόως εἰς χέρσον μετεσκευάσθη τὸ πλώϊμον, καὶ πεδίον ἐγένετο, καὶ κοῖλον ἡ λίμνη, καὶ πῶς ἡ ἀντὶ θαλάσσης οὖσα τῷ τόπῳ τὸ πρότερον, νῦν πρὸς καρπῶν ἄνεισι φορὰν, τοῦτο σιγᾷν οἶμαι καλῶς ἔχειν μᾶλλον, ἢ διεξιέναι τῷ D λόγῳ, μὴ δυναμένῳ κατ' ἀξίαν συνεπαρθῆναι τῷ διηγήματι.

Quid enim ejusmodi didicimus in iis miraculis, quæ litteris mandata atque perscripta sunt, quod huic comparando par fieri possit? Inhibuit Jesus filius Nave cursum fluminis Jordanis, sed quandiu arca erat in aqua. Transgresso autem populo, atque arca traducta, reddidit rursus amni cursum consuetum. Aqua nudatur in sinu Rubro solum profundo subjectum, ad utrumque latus a spiritu mari submoto; sed miraculum tantisper durabat, dum exercitus, qui in profundo per aridam ibat,

Τί γὰρ τοιοῦτον ἐν τοῖς ἀναγράπτοις θαύμασι μεμαθήκαμεν, ὡς δύνασθαι εἰς ἴσον ἐλθεῖν τούτῳ διὰ συγκρίσεως; Ἔστησεν ὁ τοῦ Ναυὴ Ἰησοῦς τὸ τοῦ Ἰορδάνου ῥεῖθρον· ἀλλ' ἕως ἡ κιβωτὸς ἦν ἐν τῷ ὕδατι. Περαιωθέντος δὲ τοῦ λαοῦ καὶ τῆς κιβωτοῦ διελθούσης, ἀπέδωκε πάλιν τῷ ῥείθρῳ τὸ σύνηθες. Γυμνοῦται τοῦ ὕδατος ἐν τῷ Ἐρυθραίῳ πελάγει τὸ τοῦ βυθοῦ ὑποκείμενον, ἀπωσθείσης ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐπὶ τὰ πλάγια τῆς θαλάσσης· ἀλλὰ ὁ χρόνος τοῦ θαύματος ἦν ἡ τοῦ στρατοῦ πάροδος, ἡ διὰ τοῦ ξηροῦ κατὰ τὸν

βυθὸν γενομένη. Μετὰ τοῦτο δὲ πάλιν μία τοῦ ὕδατος ἡ ἐπιφάνεια γίνεται· καὶ τὸ πρὸς ὀλίγον διαιρεθὲν συνεκλύσθη. Ἐνταῦθα δὲ τὸ ἅπαξ γενόμενον ἔμεινεν οἷον ἐγένετο, ὡς μὴ ἀπιστεῖσθαι τῷ χρόνῳ τὸ θαῦμα, διὰ τῶν φαινομένων εἰς τὸ διηνεκὲς μαρτυρούμενον. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν λίμνην λεγόμενά τε καὶ δεικνύμενα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἕτερον δὲ μετὰ τοῦτο θαῦμα τοιοῦτον παρ' αὐτοῦ δείκνυταί τε καὶ μνημονεύεται. Ποταμός τις παρ' αὐτοῖς διαῤῥεῖ τὸν χῶρον, αὐτῷ τῷ ὀνόματι τὸ τραχὺ καὶ ἀνήμερον ἐπισημαίνων τοῦ ῥεύματος· Λύκος γὰρ, διὰ τὸ βλαπτικὸν εἶναι, παρὰ τῶν προσοικούντων ἐπονομάζεται. Οὕτως πολὺς μὲν καὶ ἐκ τῶν πηγῶν καταφέρεται τῆς Ἀρμενίας, τῆς χώρας αὐτῷ διὰ τῶν ὑπερκειμένων ὀρῶν δαψιλὲς ἐπιχορηγούσης τὸ ῥεῖθρον. Κοῖλος δὲ πανταχοῦ τὰς ὑπωρείας τῶν κρημνῶν ὑποῤῥέων πολὺ μᾶλλον ταῖς χειμερίαις χαράδραις ἀποτραχύνεται, πάσας εἰς ἑαυτὸν τὰς ἐκ τῶν ὀρῶν συῤῥοίας ὑπολαμβάνων. Ἐν δὲ τῷ ὑπτίῳ τῆς χώρας, δι' ἧς διεξέρχεται, πολλάκις ταῖς ἑκατέρωθεν κρηπῖσι στενοχωρούμενος, κατά τι μέρος ὑπερχεῖται τῆς ὄχθης, κατὰ τὸ πλάγιον, ἅπαν ἐπικλύζων τῷ ῥείθρῳ τὸ ὑπερκείμενον· ὥστε συνεχεῖς κατὰ τὸ ἀπροσδόκητον τοῖς παροικοῦσι τῷ τόπῳ τοὺς κινδύνους ἐπάγεσθαι, ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἢ καὶ μεθ' ἡμέραν πολλάκις τοῦ ποταμοῦ τοῖς ἀγροῖς ἐπεμβαίνοντος. Ὅθεν οὐ φυτὰ μόνον καὶ σπέρματα καὶ βοσκήματα τῇ τῶν ὑδάτων φορᾷ διεφθείρετο, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἥπτετο τῶν οἰκητόρων ὁ κίνδυνος, ἀπροόπτως ἐν τῇ ἐπικλύσει τοῦ ὕδατος ἐν ταῖς οἰκίαις ναυαγούντων. Τῶν τοίνυν προκατορθωθέντων τῷ μεγάλῳ θαυμάτων εἰς ἅπαν διαπεφοιτηκότων τὸ ἔθνος, ἀναστάντες οἱ κατὰ τὸ μέρος ἐκεῖνο τῷ ποταμῷ προσοικοῦντες, ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες πανδημεὶ πάντες ἱκέται τοῦ μεγάλου γίνονται, δεόμενοι λύσιν αὐτοῖς τινα τῶν κακῶν ἐξ ἀνελπίστων πορίσασθαι. Ἅπαντα γὰρ ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν ἔλεγε δύνασθαι, ὅσα ταῖς ἀνθρωπίναις ἐπινοίαις καὶ διανοίαις ἐστὶν ἀμήχανα. Μηδὲν γὰρ τῶν εἰς βουλήν τε καὶ δύναμιν ἀνθρωπίνην ἡκόντων παρ' αὐτῶν ἐλλειφθῆναι, λίθοις καὶ χώμασι, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν κακῶν εἴωθεν ἐπινοεῖσθαι, πάντα πεποιηκότων, καὶ ἀντισχεῖν πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ μὴ δυνηθέντων φοράν. Καὶ ὡς ἂν μάλιστα παρ' αὐτῶν ἐναχθείη πρὸς ἔλεον, αὐτόπτην ἠξίουν γενέσθαι τῆς συμφορᾶς, καὶ μαθεῖν ὡς οὔτε δυνατῶς εἶχον μεταθεῖναι τὴν οἴκησιν, καὶ ὅτι πάντοτε αὐτοῖς ὁ θάνατος ἐπὶ τῇ ὁρμῇ κεῖται τοῦ ὕδατος. Γενόμενος τοίνυν κατὰ τὸν τόπον (οὐδεὶς γὰρ ὄκνος αὐτῷ τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπουδὴν διεκώλυεν)· οὔτε ὀχήματος, οὔτε ἵππων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν διαγαγεῖν αὐτὸν δυναμένων προσδεηθεὶς, ἀλλὰ βακτηρίᾳ τινὶ στηριζόμενος, πᾶσαν διήνυσε τὴν ὁδὸν, καὶ ἅμα προσφιλοσοφῶν τοῖς τῆς ὁδοῦ κοινωνοῦσιν αὐτῷ περὶ τῆς ὑψηλοτέρας ἐλπίδος, ἐν οἷς ἀεὶ κατὰ τὸ προηγούμενον διατρίβων, τὰ ἄλλα πάρεργα τῆς προτιμοτέρας ἐποιεῖτο σπουδῆς· ὡς οὖν ὑπεδείχθη παρά τε τῶν προκαθηγησαμένων ἡ τοῦ ῥείθρου παρατροπὴ, καὶ αὐτὸ τὸ φαινόμενον τὴν συμφορὰν διεμήνυεν, εἰς βαθεῖαν χαραδρωθέντος τοῦ τόπου φάραγγα διὰ τῆς τῶν ὑδάτων ἐμπτώσεως· ταῦτά φησι πρὸς τοὺς

A traduceretur; postea vero rursus una aquæ facies apparuit, atque ea quæ ad exiguum tempus diducta fuerat, rursus contracta atque confusa est. Hic vero quod semel acciderat, sicuti factum erat, ita mansit, adeo ut ne fides quidem miraculo, quod sancti illius precum efficacia editum est, diuturnitate temporis abrogari possit: quippe signa apparentia rem gestam in perpetuum testantur. Atque ea quæ de lacu quidem et dicuntur et ostenduntur, ita se habent. Alterum vero secundum hoc miraculum ejusmodi ab eo factum et ostenditur et memoratur. Amnis quidam per regionem illorum fluit, ipso nomine asperitatem et inclementiam fluminis præ se ferens; Λύκος enim, id est, *lupus*, eo quod noxius esse soleat, ab accolis cognominatur. Hic B copiosus quidem et vehemens etiam ex fontibus delabitur, Armenia per impendentes montes largum ei flumen suppeditante. Profundus autem ubique et alveo depresso rupium ac præcipitiorum præruptorum saxorum radices subterfluens, multo magis voraginibus hibernis exasperatur, omnes ex montibus confluentes aquas in se recipiens. Sed in supina patentique ac plana regione, per quam excurrit, dum crepidinibus et molibus jactis utrinque frequenter coarctaretur, in parte quadam super ripas effundebatur, omne subjectum solum undis ex transverso involvens, adeo ut crebra nec opinantibus accolis loci pericula inveherentur, nocte sæpe intempesta, aut etiam interdiu flumine C agros invadente. Unde non plantæ modo et segetes et pecora aquarum impetu peribant, verum etiam ad ipsos habitatores periculum perveniebat, quippe ex improviso aquis inundantibus veluti naufragio quodam in propriis ædibus opprimebantur. Cum igitur fama miraculorum ante a magno isto viro editorum per universam nationem increbuisset ac divulgata esset: qui illam partem fluminis accolebant, vulgo domo profecti universi viri simul cum uxoribus et liberis supplices magno illi viro fiunt, rogantes ut aliquod eis ex insperato malorum remedium quæreret et excogitaret. Omnia enim in eo Deum posse, quæcunque cogitationibus atque rationibus humanis confici et explicari non possent. Nihil enim ab sese eo- D rum quæ pertinent ad consilium et vires humanas prætermissum esse, saxorum molibus et aggeribus objiciendis, et si quid aliud adversus ejusmodi mala excogitari solet, omnia expertos esse, et adversus impetum mali resistere non potuisse. Ac quo maxime ad misericordiam ab iis adduceretur, rogabant, ut ipse inspector calamitatis esse vellet atque cognoscere, quod fieri non posset ut habitationem transferrent, quodque omni tempore mors eis ab impetu fluminis immineret. Cum igitur ad locum venisset (nulla enim ei pigritia atque desidia ad studium boni impedimento erat), neque vehiculo præterea, nec equis, neque alia re quapiam, qua (commode) transvehi posset, usus esset, sed baculo quodam innitens, totum iter

confecit, simul etiam cum comitibus suis et sociis itineris de sublimi spe serios et philosophicos conferens sermones. In quibus se præcipue semper exercens, et in primis rationem eorum habens, cætera accessoria potioris studii non magnopere curanda esse existimabat. Ut igitur et ab iis qui etiam ante duces itineris fuerant, ostensus est locus, ubi flumen ruptis aggeribus a suo cursu deflexerat, et id ipsum quod apparebat, cladem declarabat : quippe eruptione atque impetu aquarum in profundam voraginem locus excavatus erat : his verbis usus est ad eos, qui convenerant : *Non est hominum, fratres,* inquit, *regere terminis atque distinguere motum aquæ : solius divinæ potentiæ id opus est, intra terminos concludere atque coercere cursum aquarum. Ita enim ait ad Deum Propheta : « Posuisti terminum quem non transibit* [8]. *» Soli Domino creaturæ Christo elementorum natura subdita atque obnoxia est, in quibuscunque locis collocata fuerit, in his in perpetuum permanens. Quoniam igitur Deus est qui terminos aquis constituit, solus ille sua potentia etiam hujus fluminis insolentem et inordinatum cursum coercere et impedire possit.*

A συνειλεγμένους· *Οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων, ἀδελφοί, τὸ διαλαμβάνειν ὅροις τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν· μόνης τῆς θείας δυνάμεως ἔργον τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐντὸς ὅρων κατακλείειν τὴν τῶν ὑδάτων φοράν. Οὕτως γάρ φησι πρὸς τὸν Θεὸν ὁ Προφήτης· ὅτι « Ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσεται. » Μόνῳ τῷ Δεσπότῃ τῆς κτίσεως Χριστῷ ἡ τῶν στοιχείων φύσις ἐστὶν ὑποχείριος, ἐν οἷς ἂν ταχθῇ τόποις, εἰς τὸ διηνεκὲς παραμένουσα. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Θεός ἐστιν ὁ νομοθετῶν τοὺς ὅρους τοῖς ὕδασι, μόνος ἂν ἐκεῖνος τῇ ἰδίᾳ δυνάμει καὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου τὴν ἀταξίαν πεδήσειεν.*

Dixit, ac tanquam afflatu divino animo consternatus, ac magna voce Christum, ut sibi ad propositum opus subsidio veniret, precatus, scipionem quem manu tenebat, in corrupto ripæ loco defigit. Cum autem circa illam partem terra madida, mollis ac laxa esset, et ponderi baculi simul et manui figentis cedens, facile subsedit ad imum. Deinde precatus, ut hoc veluti claustrum quoddam et impedimentum insolentis et inordinati cursus aquarum esset, retro domum reversus est, reipsa demonstrans, quod quidquid ab sese fieret, a divina potentia administraretur. Protinus enim haud multo tempore post baculus quidem, radicibus in ripa actis, arbor evasit. Flumini vero hæc planta pro termino fixa est, eaque ad hoc usque tempus incolis loci cum spectaculo est, tum narrationis et commemorationis argumentum præbet. Cum enim crebris imbribus atque torrentibus (amnis) ille Lycus inundans ex consuetudine et asper rapidusque undarum ac fluctuum se invicem collidentium strepitu terribilis fertur, tunc summis aquis imas arboris radices alluens, rursus intumescens in medium alveum contrahit undas, ac quasi metuens arbori appropinquare curvo flumine locum illum prætcrlabitur. Talis magni Gregorii virtus fuit, imo vero Dei, qui miracula per illum edebat. Nam perinde ac si mancipium quoddam esset elementorum natura, ad arbitrium jubentis immutari videbatur, ut et lacus in frugiferum agrum converteretur, et voragines eluviesque fluminis, scipione securitatem futuram accolis spondente, habitarentur. Nomen autem arbori usque ad hoc tempus est *scipio :* quod pro monumento Gregorii beneficii atque virtutis ab incolis loci in omni tempore servatur. Quid ex propheticis miraculis his rebus ex adverso comparando opponi vis? Dicam Jordanis sectionem, quam percussione pellis ovillæ ante ascensionem fecit Elias, et post illum Eliseus hæres et pellis et spiritus illius? At tempore

B Εἶπεν, καὶ οἷον ἔνθους ἐξ ἐπινοίας θειοτέρας γενόμενος, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν Χριστὸν αὐτῷ σύμμαχον πρὸς τὸ προκείμενον ἐλθεῖν ἐπευξάμενος, καταπήγνυσι τὴν βακτηρίαν, ἣν διὰ χειρὸς ἔφερεν, κατὰ τὸν διεφθορότα τόπον τῆς ὄχθης. Διάβροχος δὲ οὖσα κατ' ἐκεῖνο ἡ γῆ καὶ σομφώδης, ῥᾳδίως ὑπενόστησε κατὰ τὸ βάθος, τῷ τε βάρει τῆς βακτηρίας ἅμα καὶ τῇ χειρὶ τοῦ πηγνύντος ὑπείξασα. Εἶτα τοῦτο καθάπερ τι κλεῖθρον γενέσθαι καὶ κώλυμα τῆς τῶν ὑδάτων ἀταξίας τῷ Θεῷ ἐπευξάμενος, πάλιν ὑπέστρεφεν, ἔργῳ δείξας ὅτι πᾶν τὸ παρ' ἐκείνου γινόμενον ὑπὸ θείας ἐνηργεῖτο δυνάμεως. Εὐθὺς γὰρ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἡ μὲν βακτηρία, ταῖς ὄχθαις ἐῤῥιζωθεῖσα, δένδρον ἐγένετο. Τῷ δὲ ῥείθρῳ τὸ φυτὸν ὅρος ἐπάγη, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοῖς ἐπιχωρίοις θέαμα C γίνεται τὸ φυτὸν καὶ διήγημα. Ὅταν γὰρ ἐξ ἐπομβρίας τε καὶ χειμάῤῥων ὁ Λύκος ἐκεῖνος πλημμυρῶν κατὰ τὸ σύνηθες καὶ τραχυνόμενος φέρηται, φοβερὸς ἐπικαχλάζων τῷ ῥεύματι, τότε περὶ τὸν πυθμένα τοῦ δένδρου κατὰ τὸ ἄκρον ἐπιψαύσας τῷ ὕδατι, πάλιν ὀγκωθεὶς κατὰ τὸ μέσον συστέλλει τὸ ῥεῖθρον, καὶ οἷον φοβούμενος ἐμπελάσαι τῷ δένδρῳ, κυρτῷ τῷ κύματι παραμείβει τὸν χῶρον. Τοιαύτη τοῦ μεγάλου Γρηγορίου ἡ δύναμις, μᾶλλον δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν ἐκείνῳ τὰ θαύματα. Καθάπερ γὰρ ὑποχειρία τις οὖσα τῶν στοιχείων ἡ φύσις ἐδείκνυτο πρὸς τὸ δοκοῦν ἀλλασσομένη τοῖς ἐπιτάγμασιν, ὥστε λίμνην μὲν εἰς πυροφόρον χώραν μετατεθῆναι, τὰς δὲ χαράδρας τοῦ ὕδατος οἰκισθῆναι, τῆς βακτηρίας ᾠκειωμένης τὸ ἀσφαλὲς τοῖς οἰκήτορσιν. Ὄνομα δὲ μέχρι τοῦ νῦν D ἐστι τῷ δένδρῳ, ἡ *βακτηρία*, μνημόσυνον τῆς Γρηγορίου χάριτος καὶ δυνάμεως τοῖς ἐγχωρίοις ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ σωζόμενον. Τί βούλει τούτοις τῶν προφητικῶν θαυμάτων ἀντιπαρατεθῆναι διὰ συγκρίσεως; Εἴπω τὴν τοῦ Ἰορδάνου τομὴν, ἣν τῇ πληγῇ τῆς μηλωτῆς ὁ Ἠλίας πρὸ τῆς ἀνόδου πεποίηται, καὶ μετ' αὐτὸν Ἐλισσαῖος ὁ κληρονόμος τῆς μηλωτῆς καὶ τοῦ πνεύματος; Ἀλλ' ἐπὶ τούτων, μόνοις τοῖς προφήταις ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς χρείας σχισθέντος τοῦ ὕδατος, διὰ τοῦ

[8] Psal. CIII, 9.

ῥεύματος διαβατὸς ὁ Ἰορδάνης ἐγένετο, τοσοῦτον A διασχὼν ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥεῖθρον, ὅσον τοῖς ποσὶ παρασχεῖν τῶν προφητῶν διὰ ξηροῦ τοῦ πυθμένος ἐνδιοδεῦσαι, τῷ δὲ ἐφεξῆς χρόνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων τοιοῦτος ἦν, οἷος καὶ πρόσθεν ἦν. Λύκος ἐκεῖνος ἅπαξ ἀπωσθεὶς τῆς ἀτάκτου φορᾶς, εἰς τὸ ἀεὶ τὸ θαῦμα τοῦ Γρηγορίου ποιεῖ, παντὶ τῷ ἐφεξῆς χρόνῳ τοιοῦτος μένων, οἷον αὐτὸν ἡ τοῦ μεγάλου πίστις ἐν τῷ καιρῷ τῆς θαυματουργίας ἐποίησεν. Ὁ σκοπὸς δὲ τῶν γινομένων οὐχὶ ἡ τῶν ὁρώντων ἔκπληξις ἦν, ἀλλ' ἡ τῶν προσοικούντων τῷ ποταμῷ σωτηρία. Ὥστε τοῦ θαύματος τὸ ἴσον ἔχοντος (ὑποχωρεῖ γὰρ καὶ τοῖς προφήταις καὶ τῷ μιμητῇ τῶν προφητῶν κατὰ τὸ ἴσον ἡ τοῦ ὕδατος φύσις), εἰ χρὴ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, πλεονεκτεῖ τῷ φιλανθρώπῳ τὸ παρὰ τούτου γενόμενον, δι' οὗ τῶν προσοικούντων B ἡ σωτηρία κατησφαλίσθη, τοῦ ὕδατος πεδηθέντος ἅπαξ κατ' ἐκεῖνο τοῦ ῥεύματος, καὶ ἀκινήτου πρὸς τὸ ἐφεξῆς διαμένοντος. Ἐπειδὴ, πανταχοῦ τῆς χώρας τῶν τοιούτων θαυμάτων διαφοιτώντων, τῇ δυνάμει τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐνεργεῖσθαι πεπιστευμένων, καὶ πάντες μετέχειν ἐπεθύμουν ἐκείνης τῆς πίστεως τῆς ὑπὸ τῶν τοιούτων μαρτυρουμένης θαυμάτων, καὶ πανταχοῦ προήει τὸ κήρυγμα, καὶ ἐνεργὸν ἦν τὸ μυστήριον καὶ ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπετείνετο, τῆς ἱερωσύνης παρὰ πᾶσι καθισταμένης, ὡς ἂν διὰ πάντων ἡ πίστις πλεονάζοι καὶ αὔξοιτο· γίνεται οὖν πρεσβεία πρὸς αὐτὸν ἔκ πόλεώς τινος ἀστυγείτονος, ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἱερωσύνης συστήσασθαι. Κώμανα δὲ τῇ πόλει τοὔνομα, ᾗ ἐπιξενωθῆναι τὸν μέγαν ἠξίουν πανδημεὶ C πάντες τὴν χάριν αἰτούμενοι.

horum prophetarum, cum usu poscente aqua scissa esset, accidit, ut ipsi soli prophetæ per flumen Jordanis transire possent, cum tandiu amnis ille in sese flumen diduxisset, dum siccis pedibus per aridum alveum prophetæ transirent. Insequenti vero tempore reliquis quoque hominibus talis erat, qualis etiam ante transitum illorum : Lycus autem ille semel ab insolenti atque inordinato cursu repulsus, recens in perpetuum Gregorii miraculum facit, omni consecuto tempore talis manens, qualem cum magni illius fides, quo tempore miraculum edebatur, effecit. Nam propositum rei gerendæ non eo spectabat, ut qui viderent obstupescerent, sed ut accolæ fluminis servarentur. Itaque cum par sit miraculum (cedit enim ex æquo natura aquæ tam prophetis, quam imitatori prophetarum), si ingenue dicere (id quod res est) oportet : major in hujus, quam in illorum facto humanitas est, per quod salus accolis in tuto collocata est, cum aqua circa illam partem fluminis semel coercita atque repressa etiam in posterum permanserit immota. Posteaquam autem ejusmodi miraculorum, quæ virtute fidei in Christum fieri credebantur, fama in omnes partes regionis dimanante, omnes illius fidei, quæ talium miraculorum testimonio comprobaretur, participes esse cupiebant, et ubique prædicatio procedebat, mysterium (strenue) exercebatur, studium boni intendebatur : quippe apud omnes sacerdotium constituebatur, ut per omnia fides cresceret et augeretur : idcirco ex finitima quadam civitate mittitur ad eum legatio, ut veniret ad ipsos, et Ecclesiam, quæ esset apud eos, sacerdote designato constitueret. Comana autem civitati nomen erat : cujus ut hospes magnus iste vir esse vellet, vulgo omnes hanc veniam sibi dari petentes orabant.

Γενόμενος τοίνυν παρ' αὐτοῖς καὶ συνδιαγαγὼν ἡμέρας τινὰς, καὶ μᾶλλον αὐτοῖς τὴν περὶ τὸ μυστήριον ἐπιθυμίαν ἐξάψας οἷς ἐποίει τε καὶ ἐφθέγγετο· ἐπειδὴ καιρὸς ἦν καὶ τὴν πρεσβείαν αὐτῶν εἰς πέρας ἐλθεῖν, καὶ ἀναδειχθῆναί τινα τῆς παρ' αὐτοῖς Ἐκκλησίας ἀρχιερέα· τότε τῶν μὲν ἐν τέλει πάντων αἱ γνῶμαι τοὺς προέχειν δοκοῦντας λόγῳ τε καὶ γένει, καὶ τῇ λοιπῇ περιφανείᾳ περιειργάζοντο. Ὤοντο γὰρ, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα περὶ τὸν μέγαν Γρηγόριον ἦν, μηδὲ τούτων δεῖν ἄμοιρον εἶναι, τὸν ἐπὶ τὴν χάριν ταύτην ἐρχόμενον. Πολλαχῇ δὲ ταῖς ψήφοις μεριζομένων, καὶ ἄλ- D λων ἄλλον προαιρουμένων, ἀνέμενεν ὁ μέγας θεόθεν αὐτῷ γενέσθαι τινὰ πρὸς τὸ προκείμενον συμβουλήν. Καὶ καθὼς ὁ Σαμουὴλ μνημονεύεται, μὴ καταπλαγῆναι κάλλος σωμάτων καὶ μέγεθος ἐν τῇ τῆς βασιλείας κρίσει, ἀλλὰ ψυχὴν ἐπιζητεῖν βασιλικὴν, κἂν ἐν καταφρονουμένῳ σώματι τύχῃ· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος, τὰς περὶ ἑκάστου τῶν ἐψηφισμένων σπουδὰς παραβλέπων, πρὸς ἓν ἀφεώρα μόνον, εἴ τις καὶ πρὸ τῆς ἀνακηρύξεως, δι' ἐπιμελείας βίου καὶ ἀρετῆς, ἐν τῷ τρόπῳ τὴν ἱερωσύνην φέροι. Ὡς δὲ οἱ μὲν παρῆγον τοὺς ὑπεψηφισμένους μετ' ἐγκωμίων, ἕκαστος τὸν παρ' αὐτοῦ προβαλλόμενος, ὁ δὲ καὶ πρὸς τοὺς εὐτελεστέρους κατὰ τὸ τοῦ βίου σχῆμα βλέπειν ἐκελεύετο (δυνατὸν γὰρ εἶναι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις

Cum venisset ergo ad eos, et aliquot dies una conversatus tum dictis, tum factis suis magis eorum studium erga mysterium incendisset, cum jam tempus esset etiam id negotium, propter quod legati ad eum missi erant, ad exitum deducendi, ac designandi aliquem eorum Ecclesiæ primarium sacerdotem : tunc principum quidem et magistratuum civitatis omnium sententiæ in hoc occupatæ erant, ut anxie atque curiose inquirerent ac sciscitarentur, qui eloquentia, qui genere, reliquoque vitæ splendore cæteros præcedere videretur. Putabant enim, quoniam etiam his bonis magnus Gregorius cumulatus erat, nec earum quidem rerum oportere expertem esse, qui ad hoc munus deligeretur. Cum autem in multas partes suffragiis scinderentur, et alii alium præoptarent atque præferrent, exspectabat ille vir magnus divinitus aliquod sibi consilium ad propositum negotium suppeditari. Ac quemadmodum Samuel in eligendo rege fertur non pulchritudine nec magnitudine corporum motus esse, sed animum regium requisivisse, etiamsi in contempto forte corpore reperiretur : eodem modo etiam ille, studiis erga unumquemque eorum, qui destinabantur, neglectis, id unum duntaxat spectabat, an aliquis etiam ante declarationem indu-

stria vitæ atque virtute in moribus sacerdotium gestaret. Cum autem illi quidem producerent eos de quibus suffragium ferretur, quem quisque promoveret ejus honorificam mentionem facientes, atque hic, ut etiam viliorum (quod ad vitæ speciem attinet) rationem haberent eos hortaretur (posse enim etiam in talibus reperiri aliquem, qui animi bonis super eos emineret, qui vitæ splendore præstarent): quidam ex iis, qui præerant suffragiis ferendis, eam magni illius sententiam pro contumelia atque derisione accepit, si, cum nullus eorum qui et eloquentia et dignitate et manifesto facultatum vitæ splendore cæteris prælati essent, ad sacerdotium admitteretur, ex opificibus sellulariis, quique labore manuum vitam tolerarent, ad ejusmodi munus aliqui magis apti et idonei existimarentur, et simul cavillans cum quadam irrisione ad eum, *Si hæc*, inquit, *jubes, ut hi quidem tales, qui ex omni civium numero electi sunt, prætereantur, atque ex quisquiliis et infima plebe assumamus aliquem ad administrationem sacerdotii, qui tali civitati præsit, tempus tibi deinceps fuerit carbonarium Alexandrum ad sacerdotium vocandi*, *atque ad hunc transitione facta, si videtur, suffragiis inter nos universi cives consentiemus.* Atque ille quidem hæc loquebatur, sententiæ ejus obtrectans, ac per hoc simulatum et cavillatorium suffragium summam et exactam diligentiam in superioribus vituperans ac reprehendens. Sed magno illi per hæc dicta subit animum cogitatio, quod non sine numine divino Alexandri a deliberantibus inter cæteros mentio facta esset. *Et quis*, inquit, *est Alexander, cujus mentionem fecistis?* Deinde cum quidam ex iis, qui una intererant, cum risu memoratum in medium produxisset, pannis vilibus ac sordidis ne toto quidem corpore amictum, et simul apparentibus rebus, manibus pariter et facie, reliquoque corpore carbonibus infecto ac sordidato opificium et quæstum ostendentem; cæteris quidem risus materia erat talis in medio stans Alexander. At perspicacem illum oculum valde id spectaculum obstupefaciebat: vir in extrema paupertate, ac neglecto corpore seipsum solum spectans, ac veluti sibi placens et gaudens eo habitu, qui habitus oculis imperitis ridiculus erat. Etenim ita se res habebat. Non urgente paupertate ad ejusmodi vitæ genus devenerat, sed philosophus quidam vir erat, quemadmodum insecuta vita indicavit, adeo ut etiam ad martyrium usque pervenerit, per ignem cursu confecto. Latere autem dedita opera volebat, altiori animo præditus, quam ut eam, quæ vulgo expetitur, felicitatem curaret, ac pro nihilo sæculum ducebat, eo quod et sublimis et veræ vitæ studio teneretur. Et ut maxime virtutem ad quam aspirabat, assequeretur, operam dabat, ut talis esse ignoraretur, contemptiore genere vitæ veluti turpi quadam persona sese occultans. Atque alioquin etiam, quod eximio flore juventutis præditus esset, periculosum esse ducebat ei, qui continentiam sibi sectandam proposuisset, corporis sui pulchritudinem patefacere, felicitate naturæ tanquam in pompa sese ostentantem: noverat enim ejusmodi rem gravium offensionum ac delictorum occasionem plerisque præbere solere.

A εὑρεθῆναί τινα τῶν περιφανεστέρων τῷ βίῳ κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς ψυχῆς ὑψηλότερον), ὕβριν ᾠήθη τις τῶν προεστηκότων τῆς ψήφου καὶ χλευασμὸν τὴν τοιαύτην τοῦ μεγάλου κρίσιν, εἰ, τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ φαινομένῃ τοῦ βίου μαρτυρίᾳ κεκριμένων τῶν ἄλλων, μηδενὸς ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην παραδεχθέντος, ἐκ τῶν βαναύσων πρὸς τοιαύτην χάριν νομίζοιντό τινες ἀξιώτεροι· καὶ ἅμα κατειρωνευόμενος προσελθὼν πρὸς αὐτὸν, *Εἰ ταῦτα κελεύεις*, φησὶ, *τούτους μὲν τοιούτους ὄντας περιοφθῆναι τοὺς πάσης ἐξειλεγμένους τῆς πόλεως, ἐκ δὲ τῶν συρφετῶν εἰς προστασίαν τῆς ἱερωσύνης ἀναληφθῆναί τινα, ὥρα σοι λοιπὸν τὸν ἀνθρακέα καλεῖν ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην Ἀλέξανδρον· καὶ μεταβάντες ἐπὶ τοῦτον, εἰ δοκεῖ, συμφωνήσωμεν πρὸς*
B *ἀλλήλους ταῖς ψήφοις ἡ πόλις πᾶσα.* Ὁ μὲν οὖν ταῦτα ἐφθέγγετο τὴν γνώμην διαβάλλων αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς εἰρωνικῆς ταύτης ψήφου τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν ἀκρίβειαν καταμεμφόμενος. Τῷ δὲ μεγάλῳ γίνεται διὰ τῶν εἰρημένων ἐνθύμιον, μὴ ἀθεεὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν μνήμῃ τῶν ψηφιζομένων καὶ εἰρημένων γενέσθαι. *Καὶ τίς οὗτος*, φησὶν, *ὁ Ἀλέξανδρος, οὗ τὴν μνήμην πεποίησθε;* Εἶτά τινος τῶν συμπαρόντων ἐν γέλωτι παραγαγόντος εἰς μέσον τὸν μνημονευθέντα, ῥακίοις πιναροῖς ἠμφιεσμένον, οὐδὲ ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ ἅμα δεικνύντα τῷ φαινομένῳ τὴν ἐργασίαν χερσί τε καὶ προσώπῳ, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι κατεῤῥυπωμένον τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἀνθράκων, τοῖς μὲν λοιποῖς γέλωτος ἦν ὑπόθεσις, ἐν μέσοις τοιοῦτος ἑστὼς ὁ Ἀλέξανδρος, τῷ δὲ διορα-
C τικῷ ἐκείνῳ ὀφθαλμῷ πολλὴν παρεῖχεν ἔκπληξιν τὸ γινόμενόν τε καὶ ὁρώμενον· ἀνὴρ ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ, καὶ ἀπημελημένῳ τῷ σώματι πρὸς ἑαυτὸν βλέπων, καὶ οἷον ἐπαγαλλόμενος τούτῳ τῷ σχήματι, ὃ τοῖς ἀπαιδεύτοις ὀφθαλμοῖς ἦν ἐπιγέλαστον. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Καὶ οὐκ ἀνάγκῃ πενίας ἐπὶ τὸν τοιοῦτον ἐληλύθει βίον, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφός τις ἦν ὁ ἀνὴρ, ὡς ὁ μετὰ ταῦτα βίος ἐγνώρισε, καὶ τῶν λοιπῶν ὑψηλότερος, ὡς καὶ μέχρι μαρτυρίου φθάσαι, διὰ πυρὸς τελειώσας τὸν δρόμον. Τὸ δὲ λανθάνειν ἐπεχείρησεν, ἢ μᾶλλον ἐπετήδευσε, κρείττων ὑπάρχων τῆς ἐσπουδασμένης παρὰ τῶν πολλῶν εὐκληρίας, καὶ ἀντ' οὐδενὸς τὸν βίον ποιούμενος, τῆς ὑψηλοτέρας τε καὶ ἀληθοῦς ζωῆς τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων. Καὶ ὡς ἂν
D μάλιστα τὸν πρὸς ἀρετὴν σκοπὸν κατορθώσειε, λανθάνειν ἐμηχανᾶτο τοιοῦτος ὢν, τῷ ἀτιμοτέρῳ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷον εἰδεχθεῖ προσωπείῳ ὑποκρυπτόμενος. Ἄλλως δὲ, καὶ ὑπερανθῶν τῇ νεότητι, σφαλερὸν ἡγεῖτο τῷ τῆς σωφροσύνης σκοπῷ, φανερὸν ποιεῖν τὸ κάλλος τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὥσπερ ἐμπομπεύων τῇ εὐκληρίᾳ τῆς φύσεως· ᾔδει γὰρ χαλεπῶν καταπτωμάτων ἀφορμὴν τοῖς πολλοῖς τὸ τοιοῦτον γινόμενον.

Ὡς ἂν οὖν μήτε πάθοι τι τῶν ἀβουλήτων, μήτε πάθους ὑπόθεσις ἀλλοτρίοις ὀφθαλμοῖς κατασταίη, διὰ τοῦτο καθάπερ τι προσωπεῖον εἰδεχθὲς τὴν ἀνθρακοποιίαν ἑκουσίως ἑαυτῷ περιτίθησι, δι' ἧς τὸ σῶμα τοῖς πόνοις πρὸς ἀρετὴν ἐγυμνάζετο, καὶ τὸ κάλλος τῷ ῥύπῳ τῶν ἀνθράκων ἐπεκαλύπτετο, καὶ ἅμα τὸ ἐκ τῶν πόνων αὐτῷ προσγινόμενον εἰς ἐντολῶν ὑπηρεσίαν ᾠκονόμητο. Ἐπειδὴ τοίνυν μεταστήσας αὐτὸν τοῦ συνεδρίου, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν μετὰ ἀκριβείας ἐπύθετο, τὸν μὲν δίδωσι τοῖς περὶ αὐτὸν ἐντειλάμενος ἃ πράττειν ἐχρῆν· αὐτὸς δὲ πάλιν καταλαβὼν τὸ συνέδριον, ἐκ τῶν ἐν χερσὶ τοὺς συνειλεγμένους ἐπαίδευε, τοὺς περὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῖς λόγους παρατιθέμενος, καὶ διὰ τούτων τὸν κατ' ἀρετὴν ὑπογράφων βίον. Καὶ διῆγεν ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις παρακατέχων τὸν σύλλογον, ἕως ἐκπληρώσαντες οἱ ὑπηρετοῦντες αὐτῷ τὸ προστεταγμένον ἐπέστησαν, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν τὸν Ἀλέξανδρον, λουτρῷ τε τὴν ἐκ τῶν ἀσβόλων ἀηδίαν ἀποκλυσάμενον, καὶ τοῖς τοῦ μεγάλου ἱματίοις ἐστολισμένον. Ταῦτα γὰρ ἦν αὐτοῖς ἐντειλάμενος ποιῆσαι. Πάντων δὲ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐπιστραφέντων, καὶ θαυμαστικῶς πρὸς τὸ φαινόμενον διακειμένων, *Οὐδὲν καινὸν πεπόνθατε*, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ διδάσκαλος, *ὀφθαλμοῖς ἀπατηθέντες, καὶ τῇ αἰσθήσει μόνῃ τὴν κρίσιν τοῦ κάλλους ἐπιτρέψαντες. Σφαλερὸν γὰρ κριτήριον τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας ἡ αἴσθησις, τὴν πρὸς τὸ βάθος τῆς διανοίας εἴσοδον δι' ἑαυτῆς ἀποκλείουσα. Ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ τῷ τῆς εὐσεβείας ἐχθρῷ δαίμονι τοῦτο φίλον ἦν πάντως ἀργῆσαι τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος τῇ ἀγνοίᾳ συγκαλυπτόμενον, μηδὲ παρελθεῖν εἰς μέσον ἄνδρα, τῆς ἐκείνου δυναστείας καθαιρέτην ἐσόμενον.* Ταῦτα εἰπὼν προσάγει τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἱερωσύνης τὸν ἄνδρα κατὰ τὸν νενομισμένον τρόπον τελειώσας τῇ χάριτι. Πάντων δὲ πρὸς τὸν νέον ἱερέα ἀποβλεπόντων, προτραπείς τινα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν λόγον ποιήσασθαι, ἔδειξεν εὐθὺς ἐν προοιμίοις τῆς ἀρχῆς ὁ Ἀλέξανδρος ἄψευστον ἐπ' αὐτῷ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τὴν κρίσιν. Ἦν γὰρ αὐτῷ πλήρης διανοίας ὁ λόγος, ἧττον τῷ ἄνθει κεκαλλωπισμένος τῆς λέξεως. Ὅθεν τις τῶν νέων ἀγέρωχος ἐκ τῆς Ἀτθίδος αὐτοῖς ἐπιχωριάζων, τὸ ἀκαλλὲς τῆς λέξεως ὑπεγέλασεν, ὅτι μὴ τῇ περιεργίᾳ τῇ Ἀττικῇ κεκαλλώπιστο· ὄν φασιν ἐκ θειοτέρας ὄψεως σωφρονισθῆναι, ἰδόντα περιστερῶν ἀγέλην ἀμηχάνῳ τινὶ διαλάμπουσαν κάλλει, καί τινος ἀκηκοέναι λέγοντος, Ἀλεξάνδρου τὰς περιστερὰς εἶναι ταύτας, ἃς ἐν γέλωτι ἐκεῖνος πεποίηται. Τί τούτων ἄν τις πρὸ τοῦ ἑτέρου θαυμάσειε; τὸ μὴ δυσωπηθῆναι τὸν ἄνδρα τῶν ἀξιωμάτων τὴν ψῆφον, καὶ μὴ συναρπασθῆναι πρὸς τὰς μαρτυρίας τῶν προεχόντων· ἢ μᾶλλον τὸ θαυμάσαι τὸν ἐγκεκρυμμένον τοῖς ἄνθραξι πλοῦτον, ᾧ παραχρῆμα παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ τῆς ὀρθῆς κρίσεως μαρτυρία διὰ τῆς τοῦ ῥήτορος ἐπηκολούθησεν ὄψεως; Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τούτων ἑκάτερον τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ, ὡς πρὸς ἄλληλα μὲν ἔχειν τὴν ἅμιλλαν· πάντων δὲ μικροῦ δεῖν τῶν ἐπὶ θαύματι μνημονευομένων πρωτεύειν. Τό τε γὰρ ἀντιβῆναι τῇ τῶν προεχόντων ὁρμῇ, τῆς

Ne igitur vel sibiipsi aliquid accideret imprudenti, quod factum doluisset, vel alienis oculis casus et offensionis materiam præberet, idcirco se carbonario opificio veluti persona quadam deformi consulto circumdat, quo tam corpus laboribus ad virtutem exerceretur, quam pulchritudo sordibus carbonum infecta obtegeretur, et simul pecunia, quam ex laboribus quærebat, ad mandatorum exsecutionem dispensaretur. Posteaquam igitur eum ex concilio abduxit, ac de statu ejus atque conditione omnia diligenter scrutatus et sciscitatus est, illum quidem familiaribus suis tradit, exsequi jussis quæ res postulabat: ipse vero in concilium reversus ex præsenti deliberatione sumpto argumento congregatos instituebat, de sacerdotii officio sermones eis proponens, ac per hos vitam cum virtute conjunctam præscribens. Perseverabat autem in ejusmodi sermonibus conventum detinens, quoad exsecuti mandata, qui operam ei navabant, supervenerunt, secum adducentes Alexandrum, qui et lavacro fuliginis injucunditatem absterserat, et magni istius vestibus indutus et ornatus erat. Hæc enim curare jussi erant. Omnibus autem in Alexandrum conversis, et ad novam eam speciem admiratione defixis, *Nihil novi*, inquit ad eos magister, *accidit vobis, si oculis decepti estis, et sensui soli judicium pulchritudinis permisistis. Fallax enim et incertum rerum veritatis judicium sensus est, aditum per se ad profunditatem mentis et intelligentiæ præcludens. Simul autem etiam pietatis inimico dæmoni prorsus id studio erat, ut vas electionis ignoratione contectum, otiosum et inutile esset, neu prodiret in medium vir, qui ipsius principatum eversurus esset.* Hæc locutus, cum eum juxta consuetum morem ritusque solemnes ad hoc munus idoneum effecisset, per sacerdotium Deo virum dicat. Omnibus autem novum sacerdotem intuentibus, rogatus ut aliquam ad ecclesiam haberet orationem, statim in initio suæ administrationis Alexander ostendit, haud falsum in sese Gregorii judicium fuisse. Erat enim oratio ejus intelligentiæ sententiarumque plena, dicendi floribus minus exornata. Unde petulans quidam ex Attica adolescens apud illos agens incomptam dictionem derisit, quod non ea, quam Attici in dicendo adhiberent, exacta atque supervacanea cura exornata esset, quem aiunt divina quadam visione emendatum esse, cum columbarum gregem incredibili quadam pulchritudine nitentem conspicatus esset, et quemdam audivisset, qui diceret, has esse columbas Alexandri, quas ille derisisset. Utrum horum magis aliquis admiretur? quod vir ille non motus est suffragio eorum, qui dignitate præstabant, neque simul ad testimonia optimatum ac principum virorum raptus est? an magis admirari convenit in carbonibus absconditas divitias, quas statim a Deo editum recti judicii testimonium per visionem oratoris consecutum est? Nam mihi quidem horum utrumque in sese ejusmodi

esse videtur, ut inter se quidem paria sint, ac quasi de principatu certamen habere videantur, inter omnia autem ea, quæ nomine miraculi celebrantur, primas propemodum teneant. Nam quod optimatium studiis adversatus est, constantis, recti atque excelsi animi manifestissimum indicium erat: a quo omnia, quæ per mundum apparent, ex æquo despiciebantur, sive ad magnificentiam atque splendorem, sive etiam ad humilitatem et obscuritatem accedere viderentur: cumque soli virtuti primas tribueret, et vitiosam vitam solam rejiciendam esse judicaret, pro nihilo intuebatur omnia, quæcunque per hoc sæculum vel aliquo studio, vel contemptione digna judicantur. Quod nimirum etiam tunc fecisse demonstratur. Cum enim daret operam, ut Deo gratum ac dignum inveniret, non divitias, non dignitatem, non hujus mundi splendores, quarum rerum nihil in recensione bonorum a divina Scriptura enumeratur, res idoneas putabat quas ad testimonium admitteret. Non igitur hoc solum est, quod et laude et admiratione dignum sit, quod respuit studia principum: verum etiam quod per ea, quæ consecuta sunt, seipse superavit. Nam qui ineptam ac minus idoneam sententiam duntaxat rejicit, neque adjicit id quod res poscit, malum quidem prohibet, bonum vero non conficit. At qui præterquam quod non consentit deteriori, etiam bonum invenit, per utraque bonum perficit, dum neque malo aditum dat, et bonum ad effectum producit: adeo ut utraque ratione beneficium magni Gregorii civitati contigerit, qui et id quod per ignorantiam ab iis delinquebatur, averterit, et bonum apud eos absconditum per sese patefecerit.

A ἀτρέπτου καὶ ὑψηλῆς διανοίας ἐναργέστατον ἐγίνετο γνώρισμα· ᾧ πάντα τὰ κατὰ τὸν κόσμον φαινόμενα ἐν τῷ ὁμοίῳ καθεωρᾶτο, εἴτε πρὸς τὸ μεῖζόν τε καὶ περιφανέστερον, εἴτε καὶ πρὸς τὸ ταπεινόν τε καὶ ἀφανὲς οἰκείως εἶχε· μόνῃ δὲ νέμων τῇ ἀρετῇ τὴν προτίμησιν, καὶ μόνην τὴν ἐν κακίᾳ ζωὴν κρίνων ἀπόβλητον, ἀντ' οὐδενὸς ἑώρα τὰ πάντα, ὅσα κατὰ τὸν βίον ἢ σπουδῆς τινος, ἢ ἀτιμίας ἄξια κρίνεται. Ὃ δὴ καὶ τότε πεποιηκὼς ἐπιδείκνυται. Ζητῶν γὰρ τὸν τῷ Θεῷ κεχαρισμένον καὶ ἄξιον εὑρεῖν, οὐκ ἀξιόπιστον εἰς μαρτυρίαν ᾠήθη πλοῦτον παραλαβεῖν καὶ ἀξίωμα, καὶ τὰς κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον περιφανείας, ὧν οὐδὲν ἐν τοῖς τῶν ἀγαθῶν καταλόγοις ὁ θεῖος ἀπηριθμήσατο λόγος. Οὐ τοῦτο μόνον τοίνυν ἐστὶν ἐπαίνου τε καὶ θαύματος ἄξιον, τὸ μὴ προέσθαι τὰς τῶν δυναστευόντων σπουδάς· ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπερβάλλειν. Ὁ γὰρ μόνον τὴν ἀναξίαν ἀπωσάμενος ψῆφον, μὴ προσθεὶς δὲ τῇ χρείᾳ τὸ λεῖπον, τὸ μὲν κακὸν ἐκώλυσε, τὸ δὲ ἀγαθὸν οὐκ ἐποίησεν. Ὁ δὲ πρὸς τῷ μὴ συνθέσθαι τῷ χείρονι καὶ τὸ καλὸν ἐξευρὼν, δι' ἀμφοτέρων ἐτελείωσε τὸ ἀγαθὸν, οὔτε τῷ κακῷ συγχωρήσας τὴν πάροδον, καὶ τὸ καλὸν προσαγαγὼν εἰς ἐνέργειαν· ὡς κατὰ ἀμφότερα γενέσθαι τὴν εὐεργεσίαν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου ἐν τῇ πόλει, τό τε κατὰ ἄγνοιαν παρ' αὐτῶν πλημμελούμενον ἐπιστρέψαντος, καὶ τὸ κεκρυμμένον παρ' αὐτοῖς ἀγαθὸν δι' ἑαυτοῦ φανερώσαντος.

Cum autem omnia magno illi viro auxilio sancti Spiritus ex sententia successerint, non intempestivum fuerit, etiam accessorium opus itineris commemorare, quo per omnia gratia, quæ viro una aderat, ostendatur. Quoniam enim omnibus palam erat, quod hoc ante omnia sibi studio haberet, ut in omnibus rebus ad egentium consolationem præsto esset: duo quidam Hebræi, sive lucrum spectantes, sive vituperationem quamdam adversus virum, ut qui fraudi ac deceptioni opportunus esset, quærentes ejus reditum observant. Atque horum unus quidem, qui mortuus esse videbatur, supino habitu extensus per transversam viam publicam projectus erat; alter vero jacentem scilicet deplorans, lamentantium voces imitabatur, ac prætereuntem magnum illum virum inclamabat dicens: Repente morte correptus hic miser nudus jacet, eique deest apparatus ad sepulturam. Rogabat igitur magnum istum virum, ne negligeret in eo justa mortuorum, sed misertus aliquo modo paupertatis, præberet ex iis rebus quæ suppeterent, quo extremus ornatus corpori injiceretur. Ille quidem hæc et talia dicens supplicabat; hic vero nihil cunctatus super jacentem injecta diploide, qua circumdatus erat, iter suum porro prosequebatur. Sed posteaquam digresso illo, soli erant a quibus ita delusus erat, mutata in risum simulata lamentatione impostor ille jacentem ut

C Πάντων δὲ κατὰ γνώμην τοῦ μεγάλου προκεχωρηκότων τῇ συμμαχίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ἄκαιρον ἂν εἴη, καὶ τὸ τῆς ὁδοῦ πάρεργον διηγήσασθαι, ὡς ἂν διὰ πάντων ἡ συμπαροῦσα τῷ ἀνδρὶ χάρις ἐπεδείκνυτο. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπασι πρόδηλον ἦν, ὅτι τοῦτο πρὸ πάντων τῷ ἀνδρὶ ἐσπούδαστο τὸ πάντα πρὸς τὴν τῶν δεομένων παραμυθίαν βλέπειν· εἴτε πρὸς κέρδος ὁρῶντες ἐκ τῶν Ἑβραίων δύο τινὲς, εἴτε τινὰ μῶμον κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπινοοῦντες, ὡς εὐκόλως πρὸς τὸ ἐξαπατᾶσθαι διακειμένου, παραφυλάσσουσιν αὐτοῦ τὴν ἐπάνοδον. Καὶ τούτων ὁ μὲν, τεθνάναι δόξας, ἐν ὑπτίῳ τεταμένος τῷ σχήματι, κατὰ τὸ πλάγιον τῆς λεωφόρου προέκειτο· ὁ δὲ ἕτερος ἐπικωκύων δῆθεν τῷ κειμένῳ τὰς τῶν θρηνούντων φωνὰς ὑπεκρίνατο, καὶ παριόντα τὸν μέγαν ἐπεβοᾶτο, λέγων, ἀθρόως συσχεθέντα θανάτῳ τὸν δείλαιον τοῦτον, γυμνὸν κεῖσθαι καὶ πρὸς ταφὴν ἀπαράσκευον. Ἐδεῖτο τοίνυν τοῦ μεγάλου μὴ περιιδεῖν ἐπ' αὐτῷ τὴν ὁσίαν ψυχὴν, ἀλλ' οἶκτόν τινα τῆς πενίας λαβόντα παρασχεῖν ἐκ τῶν ἐνόντων τὸν ἔσχατον κόσμον ἐπιβληθῆναι τῷ σώματι. Ὁ μὲν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγων, ἱκέτευεν· ὁ δὲ μελλήσας οὐδὲν, τὴν περικειμένην αὐτῷ διπλοΐδα ἐπιβαλὼν τῷ κειμένῳ, τοῦ πρόσω τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. Ἐπεὶ δὲ διαβάντος ἐκείνου, ἐφ' ἑαυτῶν ἦσαν οἱ ταῦτα κατ' αὐτοῦ παίξαντες, μεταβαλὼν ὁ ἀπατεὼν ἐκεῖνος τὸν ἐσχηματισμένον θρῆνον εἰς γέλωτα, διανίστασθαι τῷ κειμένῳ παρεκελεύετο, ὑφ' ἡδονῆς τῷ ἐκ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς προσγενομένῳ κέρδει ἐπι-

καγχάζων. Ὁ δὲ ἦν ἐν ὁμοίῳ τῷ σχήματι μηδενὸς ἀκούων τῶν λεγομένων. Τοῦ δὲ γεγωνοτέρᾳ τῇ φωνῇ κεχρημένου, καὶ ἅμα τῷ ποδὶ διεγείροντος, οὐδὲν μᾶλλον ὁ κείμενος, οὔτε τῆς φωνῆς ἐπήκουεν, οὔτε τῆς πληγῆς ἐπῃσθάνετο· ἀλλ' ἦν ὁμοίως ἐκτεταμένος τῷ σχήματι. Νεκρὸς γὰρ ἦν ὁμοῦ τῇ ἐπιβολῇ τοῦ ἱματίου, κατὰ ἀλήθειαν ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος, ὃν ἐπὶ τῇ ἀπάτῃ τοῦ μεγάλου καθυπεκρίνετο· ὥστε μὴ ψευσθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, ἀλλ' οὗ χάριν ἐδόθη παρ' αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, ἐν τούτῳ τοῖς λαβοῦσι γενέσθαι χρήσιμον. Εἰ δὲ σκυθρωπὸν εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ἔργον τῆς τοῦ μεγάλου πίστεώς τε καὶ δυνάμεως, ξενιζέσθω μηδεὶς, πρὸς τὸν μέγαν Πέτρον ὁρῶν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος, οὐ δι' ὧν εὐηργέτει μόνον τὴν προσοῦσαν ἐπεδείκνυτο δύναμιν, τὸν ἐκ γεννητῆς χωλὸν τρέχοντα τῷ λαῷ δεικνύων καὶ διαλλόμενον, ἢ τῇ σκιᾷ τοῦ ἰδίου σώματος ἰατρεύων τῶν ἀῤῥωστούντων τὰ πάθη, οἷς ἂν ἐπήγαγε κατὰ τὴν πάροδον τοῦ ἀποστόλου διὰ πλαγίου τῷ σώματι προσβάλλων ὁ ἥλιος· ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἀνανίου πρὸς τὴν ἐνοικοῦσαν τῷ ἀποστόλῳ δύναμιν καταφρονητικῶς διατεθέντος καταδικάζει τὸν θάνατον· ὡς ἄν, οἶμαι, τῷ κατ' ἐκεῖνον φόβῳ πᾶν τὸ καταφρονοῦν ἐν τῷ λαῷ σωφρονέστερον γένηται τῷ φοβερῷ ὑποδείγματι, πρὸς τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐγγενέσθαι παιδαγωγούμενον. Εἰκότως τοίνυν ὁ μιμητὴς τοῦ Πέτρου διὰ πολλῶν τῶν κατὰ τὰς εὐεργεσίας θαυμάτων δείξας τὸ τῆς δυνάμεως μέγεθος, καὶ τὸν κατὰ τοῦ Πνεύματος χρήσασθαι τῇ ἀπάτῃ ἐπιχειρήσαντα ἀληθεῦσαι περὶ αὐτοῦ παρεσκεύασεν. Ἔδει γὰρ, οἶμαι, τὸν καθαιρέτην τοῦ ψεύδους, καὶ ἐν τῷ ἀπατεῶνι τὸ ψεῦδος μεταλλάττειν εἰς ἀλήθειαν, ὡς ἂν ἅπασι διὰ τοῦτο γένοιτο δῆλον, ὅτι καὶ πᾶν τὸ παρὰ τοῦ μεγάλου λεγόμενον ἀληθὲς ἦν, καὶ ὅπερ ἂν ὡς ἀληθὲς παρεδέξατο, ψεῦδος οὐκ ἦν. Οἱ μὲν οὖν Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον τῆς τοῦ μεγάλου δυνάμεως, ὡς ἐνόμισαν, καταπαίξαντες, παίδευμα τοῖς ἄλλοις ἐγένοντο, μὴ κατατολμᾷν τῆς ἀπάτης, ἐφ' ὧν ὁ Θεὸς γίνεται τῶν τολμηθέντων κατήγορος.

A surgeret, hortabatur, præ gaudio ob lucrum fraude quæsitum cachinnans. At alter erat in eodem habitu, nihil exaudiens eorum quæ dicebantur. Cum autem ille clariore voce uteretur, ac simul pede trudens eum excitare niteretur, nihilo magis qui jacebat vel vocem exaudiebat, vel ictum sentiebat, sed in eodem habitu extensus erat. Mortuus enim erat, cum, simul atque pallium super eum injectum erat, vera morte, quam decipiendi magni illius causa simulaverat, correptus exspirasset, adeo ut homo ille divinus haud falsus sit, sed cujus rei gratia pallium ab eo datum erat, ad hanc rem ei qui accepisset, usui esset. Quod si acerbum et atrox ejusmodi facinus magnæ illius et fidei et potentiæ esse videtur, nemo quasi rem B novam miretur, sed ad magnum illum Petrum respiciat. Nam et ille non benefaciendo duntaxat virtutem, qua præditus erat, demonstrabat, cum et eum, qui claudus natus erat, currentem atque saltantem populo ostenderet, et sui corporis umbra ad quoscunque eam sol, transeunte apostolo, ex transverso corpori incumbens adigeret, ægrotantium morbos sanaret: verum etiam Ananiam, qui insitam apostolo virtutem contemnebat, morte condemnat, ut illius, opinor, pœna quisquis in populo eodem contemptionis morbo laboraret, ad saniorem opinionem revocaretur, cum exemplo horrendo coerceretur, ne et ipse committeret ut iisdem pœnis subjiceretur. Merito igitur imitator Petri, cum per multa benefica miracula magnitu- C dinem potentiæ ostendisset, etiam eum, qui adversus Spiritum fraudem facere conatus esset veracem adversus seipsum effecit. Oportebat enim, opinor, mendacii eversorem etiam deceptoris mendacium convertere in veritatem, ut omnibus per hoc palam fieret, quod et quidquid a magno illo tum diceretur, tum fieret, verum esset, et quodcunque pro vero accepisset, mendacium non esset. Ac Judæi quidem, quemadmodum dictum est, magni illius potentiam, ut rebantur, ludificati, documento cæteris fuerunt: non tentandam esse fraudem, in quibus Deus eorum, quæ tentaveris, accusator exsistit.

Μετὰ ταῦτα δὲ συλλόγου τινὸς κατὰ τὸ ὕπαιθρον ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν χώραν τόπων γεγενημένου ποτὲ, καὶ πάντων θαυμαστικῶς διακειμένων πρὸς τὰ διδάγματα, μειράκιόν τι πρὸς τοὺς συνεστῶτας ἐβόα, μὴ παρ' αὐτοῦ ταῦτα τὸν διδάσκαλον λέγειν, ἀλλ' ἕτερον αὐτῷ παρεστῶτα διεξιέναι τοὺς λόγους. Προσαχθέντος δὲ τοῦ παιδὸς μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸν σύλλογον, εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς παρόντας τὸν μέγαν, μὴ καθαρεύειν ἐκ δαίμονος τὸ μειράκιον· καὶ ἅμα περιελόμενον ἑαυτοῦ τὸ ἐπὶ τὸν ὦμον ὀθόνιον, καὶ παραθέντα τῷ ἄσθματι τοῦ ἰδίου στόματος, οὕτως ἐπιῤῥίψαι τῷ νέῳ. Γενομένου δὲ τούτου, ταράσσεσθαι ἤρξατο καὶ ἀναβοᾷν τὸ μειράκιον, καὶ καταπίπτειν καὶ διαῤῥιπτεῖσθαι, καὶ πάντα πάσχειν τὰ ἐκ δαιμόνων πάθη. Εἶτα ἐπιβαλόντος τοῦ ἁγίου τὴν χεῖρα, καὶ τὴν ταραχὴν κατευνάσαντος, ἀποπτῆναι μὲν αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, τὸν δὲ πάλιν ἐν καταστάσει γενόμενον, μηκέτι λέγειν ὁρᾷν ἐπὶ τοῦ ἁγίου τὸν συμφθεγ-

Post hæc cum quidam conventus sub dio quodam in loco regionis aliquando fuisset, atque omnes admiratione doctrinæ tenerentur, adolescentu- D lus quidam ad congregatos clamabat, non a seipso magistrum ea dicere, sed alterum ei assistentem verba proferre. Cum autem dimisso conventu puer ad eum adductus esset, dixisse magnus iste fertur ad eos, qui aderant, adolescentulum a dæmone integrum non esse: ac simul detractum sibi linteolum, quod in humeris gestabat, et oris sui animæ admotum, ita injecisse juveni. Quo facto, turbari cœpit et exclamare adolescentulus, et humi prosterni et huc illuc jactari, et omnibus affici incommodis, quæ a dæmonibus provenire solent. Deinde cum sanctus ille manum injecisset, et turbationem sedasset, dæmonium quidem ab eo avolasse, ipse vero rursus ad priorem statum atque tranquillitatem redactus, non amplius dixisse

fertur, quod videret sancto assistentem qui una loqueretur. Etenim etiam hoc nimirum ad magna pertinet ejus miracula, quod nulla curiositate et exquisita quadam ratione miracula sanationum efficeret, sed et ad dæmones fugandos et ad corporis morbos profligandos sufficeret oris ejus anhelitus, qui per linteum laboranti cuique admovebatur. Cæterum omnia quidem edita ab eo miracula deinceps ordine persequi, prolixæ scripturæ res fuerit et sermonis qui præsens otium superaret : unius autem præterea alteriusve eorum quæ de eo feruntur miraculorum mentione atque commemoratione facta, his sermonem circumscribam. Nam cum jam in omnes partes divini verbi prædicatio divulgata esset, et omnes tam qui urbem habitarent, quam qui agrum vicinum incolerent, ad piam doctrinæ fidem traducti essent, altaribus atque delubris, quæque inibi inerant simulacris eversis, atque humana vita jam ab inquinamentis simulacrorum expurgata, impuro hostiarum nidore exstincto : altarium spurcitia atque ex mactatione et immolatione animalium contractis inquinamentis abstersis, omnibus item in omni loco templa ad orandum sub nomine Christi studiose exstruentibus : furor quidam atque invidia invasit eum, qui tunc præerat imperio Romanorum, eo quod patrii quidem falsi cultus et religiones negligerentur, cresceret autem mysterium Christianorum, et in multitudine ubique terrarum propagaretur Ecclesia per eos, qui semper sermoni adjungerentur, in magnitudinem excrescens : et arbitratus fieri posse, ut sua sævitia divinæ potentiæ resisteret, et mysterii quidem prædicationem inhiberet, et constitutas Ecclesias everteret, traduceret autem rursus eos, qui sermoni adjuncti essent, ad simulacra : his de causis mittit ad rectores gentium edicta, quæ terribilium pœnarum in eos statuendarum minas continebant, nisi omni genere tormentorum atque suppliciorum mulctassent eos, qui Christi nomen invocarent et adorarent, metuque ac tormentorum vi rursus eos ad patrium dæmonum cultum adduxissent. Ut autem hoc terribile atque impium edictum magistratibus exhibitum est : quippe in omnes imperii partes atque provincias pervenerant, qui ad hoc ipsum a tyrannica crudelitate destinati et ordinati erant : ac talis quidem genti illius loci præerat, qui ad pravum studium atque conatum nihil superioris potestatis indigeret, cum suopte ingenio atque natura sævus, et iis qui sermoni credidissent infensus esset : publice propositis edictis ab eo denuntiatur, quod vel fidem abjurare, vel omni genere suppliciorum ac morte puniri oporteret. Nullaque res alia vel publica vel privata tunc ab iis, qui publica negotia tractabant, gerebatur ac curabatur, nisi ut oppugnarent atque punirent eos, qui fidem amplecterentur.

Erant autem non in verborum duntaxat minis terrores, sed una cum his varius carnificinarum et tormentorum apparatus omnem afferebat concussio-

A γόμενον. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτ᾽ τῶν μεγάλων ἐκείνου θαυμάτων ἐστὶ, τὸ μηδεμιᾷ τινι περιεργίᾳ τὰ κατὰ τὰς ἰάσεις ἐπιτελεῖν θαύματα· ἀλλ᾽ ἀρκεῖν πρός τε τὴν τῶν δαιμόνων ἀπαλλαγὴν, καὶ πρὸς τὴν ἴασιν τῶν ἀῤῥωστημάτων τοῦ σώματος τὸ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἆσθμα διὰ τῆς ὀθόνης τῷ κάμνοντι προσαγόμενον. Ἀλλὰ τὸ μὲν πᾶσιν ἐφεξῆς τοῖς παρ᾽ ἐκείνου θαύμασιν ἐπεξιέναι, μακρᾶς εἴη συγγραφῆς, καὶ λόγου τὴν παροῦσαν σχολὴν ὑπερβαίνοντος· ἑνὸς δὲ ἢ δυοῖν ἔτι τῶν περὶ αὐτοῦ λεγομένων ἐπιμνησθεὶς, ἐν τούτοις περιγράψω τὸν λόγον. Πανταχοῦ γὰρ ἤδη διαπεφοιτηκότος τοῦ θείου κηρύγματος, καὶ πάντων κατά τε τὴν πόλιν, καὶ τὴν περίοικον, πρὸς τὴν εὐσεβῆ τοῦ δόγματος πίστιν μετατεθέντων, βωμῶν τε καὶ ἱερῶν καὶ εἰδώλων ἐν αὐτοῖς ἀνατε-
B τραμμένων, καθαρθείσης δὲ ἤδη τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς τῶν περὶ τὰ εἴδωλα μιασμάτων, καὶ τῆς μιαρᾶς τῶν θυσιῶν κνίσσης ἀποσβεσθείσης, καὶ τοῦ ἐπιβωμίου λύθρου καὶ τῶν ἐκ τῆς ζωοθυσίας μολυσμάτων ἀποκλυσθέντων· πάντων δὲ κατὰ τόπον πάντα εὐκτηρίους ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ κατὰ σπουδὴν ναοὺς ἀνεγειρόντων, θυμὸς καὶ φθόνος εἰσέρχεται τῷ τηνικαῦτα τῆς ἀρχῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπιστατοῦντι, ἐφ᾽ οἷς ἠμελεῖτο μὲν αὐτοῦ τὰ πάτρια τῆς ἀπάτης σεβάσματα, ηὐξεῖτο δὲ τῶν Χριστιανῶν τὸ μυστήριον, καὶ εἰς πλῆθος ἐπεδίδου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἡ Ἐκκλησία, διὰ τῶν ἀεὶ προστιθεμένων τῷ λόγῳ, πρὸς μέγεθος αὔξουσα· καὶ νομίσας δυνατὸν εἶναι τῇ θείᾳ δυνάμει τὴν ἰδίαν ἀντιστῆσαι πικρίαν, καὶ ἐπισχεῖν μὲν τοῦ μυστηρίου τὸ κήρυγμα,
C καταλῦσαι δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν τὰ συστήματα, μεταστῆσαι δὲ πάλιν ἐπὶ τὰ εἴδωλα τοὺς προκεχωρηκότας τῷ λόγῳ· πέμπει τοίνυν πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν καθηγουμένους πρόσταγμα, φοβερὰν κατ᾽ αὐτῶν τὴν ἀπειλὴν τῆς τιμωρίας ὁρίζων, εἰ μὴ παντοίοις αἰκισμοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ προσκυνοῦντας διαλωβήσοιντο, καὶ προσαγάγοιεν πάλιν αὐτοὺς φόβῳ τε καὶ τῇ τῶν αἰκισμῶν ἀνάγκῃ τῇ πατρῴᾳ τῶν δαιμόνων λατρείᾳ. Ὡς δὲ περιηγγέλθη τοῖς ἄρχουσι τὸ φοβερὸν τοῦτο καὶ ἄθεον κήρυγμα, πανταχοῦ τῆς ἀρχῆς διαπεφοιτηκότων τῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο παρὰ τῆς τυραννικῆς τεταγμένων ὠμότητος· καί τις ἐπεκράτει τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἔθνους τοιοῦτος, ὡς μηδὲν τῆς ὑπερκειμένης ἐξουσίας πρὸς τὴν πονηρὰν ὁρμὴν
D δεηθῆναι, οἴκοθεν ἔχων ἐκ φύσεως τὴν ὠμότητά τε καὶ πικρότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πεπιστευκότας τῷ λόγῳ δυσμένειαν· καὶ γίνεται παρ᾽ αὐτοῦ φοβερὸν ἐν δημοσίοις διατάγμασι, τὸ δεῖν ἐξόμνυσθαι τὴν πίστιν, ἢ τιμωρίαις παντοδαπαῖς καὶ θανάτοις κολάζεσθαι. Καὶ οὐδὲν ἦν ἕτερον τηνικαῦτα δημόσιόν τε καὶ ἴδιον παρὰ τῶν τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἐχόντων γινόμενόν τε καὶ σπουδαζόμενον, πλὴν τοῦ πολιορκεῖν τε καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀντεχομένους τῆς πίστεως.

Ἦν δὲ οὐκ ἐν ταῖς τῶν λεγομένων ἀπειλαῖς μόνον τὰ φόβητρα, ἀλλὰ μετὰ τούτων ἡ ποικίλη τῶν κολαστηρίων κατασκευὴ πᾶσαν ἐπῆγε κατάπληξιν, καὶ

πρὸ τῆς πείρας ἐμποιοῦσα τοῖς ἀνθρώποις τὸν φόβον. A Ξίφη τε καὶ πῦρ, καὶ θηρία, καὶ βόθροι καὶ τὰ στρεβλωτικὰ τῶν μελῶν ὄργανα· καὶ σιδηραῖ κατὰ πυρὸς καθέδραι. καὶ ξύλα ὄρθια, οἷς ἐντεινόμενα τῶν ἐνισταμένων τὰ σώματα ταῖς τῶν φοβερῶν ὀνύχων προσβολαῖς κατεξαίνετο, καὶ ἄλλα μυρία πρὸς τὰς πολυειδεῖς βασάνους τῶν σωμάτων ἐξευρημένα παρ' αὐτοῖς ἐπενοεῖτο· καὶ σπουδὴ τοῖς τῶν ἐξουσιῶν τούτων ἐπειλημμένοις ἦν μία, τὸ μηδένα τοῦ ἑτέρου ἐν ὑπερβολῇ πικρίας ἐπιδειχθῆναι πρᾳότερον. Καὶ οἱ μὲν εἰσήγγελλον· οἱ δὲ ἐπεδείκνυον· οἱ δὲ ἠρεύνων τοὺς κεκρυμμένους. Ἄλλοι τοῖς φεύγουσιν ἐπετίθεντο· ἄλλοι δὲ πρὸς τὰς κτήσεις τῶν πιστῶν ὁρῶντες, ὡς ἂν ἐγκρατεῖς γένοιντο τῶν πραγμάτων, ἐπὶ τῷ προσχήματι τῆς εὐσεβείας ἤλαυνον τοὺς ἀντεχομένους τῆς πίστεως. B Σύγχυσις δὲ ἦν πᾶσα κατὰ τὸ ἔθνος καὶ ἀμηχανία πολλὴ, πάντων ἀλλήλοις δι' ὑποψίας ὄντων, οὐ πατράσι τῆς παρὰ τῶν τέκνων εὐνοίας ἐν τοῖς φοβεροῖς παραμενούσης, οὐ παισὶ τὸ πιστὸν τῆς πατρικῆς κηδεμονίας ἐγγυωμένης τῆς φύσεως. Ἐμερίζετο δὲ κατ' ἀλλήλων τὰ γένη πρὸς τὰς θρησκείας σχιζόμενα. Καὶ παῖς Ἑλληνίζων πιστῶν γονέων προδότης ἐγίνετο· καὶ κατὰ παιδὸς πεπιστευκότος ἐν ἀπιστίᾳ μένων ὁ πατὴρ κατήγορος ἦν. Καὶ ἀδελφὸς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐπολέμει τῇ φύσει, ὅσιον κρίνων τὸν ὁμογενῆ τιμωρήσασθαι, εἰ τῆς εὐσεβείας ἀντέχοιτο. Ἐντεῦθεν πλήρεις μὲν ἦσαν αἱ ἐρημίαι τῶν ἐλαυνομένων, κεναὶ δὲ τῶν οἰκητόρων αἱ οἰκίαι. Πολλὰ δὲ τῶν δημοσίων οἰκημάτων, ταῖς τῶν καθειργνυμένων ἀπετέτακτο χρείαις. C Οὐ γὰρ ἦν ἱκανὰ τὰ δεσμωτήρια χωρεῖν ἐν ἑαυτοῖς τῶν διὰ τὴν πίστιν τιμωρουμένων τὸ πλῆθος. Ἀγοραί τε πᾶσαι καὶ σύλλογοι, κοινοί τε καὶ ἰδιάζοντες, ἀντὶ τῆς συνήθους φαιδρότητος, τὰς τοιαύτας μετελάμβανον συμφορὰς, τῶν μὲν ἐφελκομένων, τῶν δὲ ἀπαγομένων· ἄλλων ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἢ γελώντων ἢ δακρυόντων· οὐ νηπίων ἦν ἔλεος, οὐ τιμὴ πολιᾶς, οὐκ ἀρετῆς αἰδὼς εἰσῄει τοῖς δυσμενέσιν· ἀλλ' ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, πᾶσα ἡλικία τοῖς πολεμίοις τῆς πίστεως ἔκδοτος ἦν. Οὐδὲ ταῖς γυναιξὶν ἐδίδου ἡ φυσικὴ τοῦ γένους ἀσθένεια, τῶν τοιούτων ἀναγκῶν ἐκτὸς μένειν· ἀλλ' εἷς ἦν κατὰ πάντων ὁ τῆς ὠμότητος νόμος, ἴσῳ τῷ μέτρῳ τῆς τιμωρίας τῶν γινομένων ὑπάγων τὸν τῶν εἰδώλων ἀλλοτριούμενον, μὴ διακρίνων τὴν φύσιν. D Τότε οὖν ἰδὼν ὁ μέγας ἐκεῖνος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν πολλῶν μέχρι τοῦ θανάτου τῆς εὐσεβείας προαγωνίσασθαι, σύμβουλος γίνεται τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρὸν ὑποχωρῆσαι τῇ φοβερᾷ προσβολῇ, κρεῖττον εἶναι ἡγούμενος διὰ φυγῆς τὰς ψυχὰς αὐτῶν περισώσασθαι, ἢ ἑστῶτας ἐπὶ τῆς τῶν ἀγώνων παρατάξεως, λιποτάκτους γενέσθαι τῆς πίστεως· καὶ ὡς ἂν μάλιστα πεισθεῖεν οἱ ἄνθρωποι, μηδένα κίνδυνον φέρειν τῇ ψυχῇ, τὸ τὴν πίστιν διὰ φυγῆς περισώσασθαι, τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι, σύμβουλος τῆς ἀναχωρήσεως γίνεται· αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων ἀναχωρήσας τῇ τοῦ κινδύνου φορᾷ· ἅμα δὲ καὶ τοῦτο τοῖς κρατοῦσι διὰ σπουδῆς μάλιστα ἦν, τὸ [illegible] ἐκείνου καθάπερ στρατηγοῦ χειρωθέντος, π[illegible] [illegible]

nem, etiam ante periculum hominibus formidinem injiciens. Enses, ignis, bestiæ, scrobes et foveæ, item instrumenta, quibus membra constringerentur et torquerentur, tum ferreæ sellæ ignitæ, tum ligna erecta, in quibus stantium corpora dum intenderentur, terribilium unguium violentis admotionibus lacerarentur, atque alia item innumera ad varia corporum tormenta exquisita ab iis excogitabantur : ac studium iis, qui eas potestates susceperant, unum erat, ne quisquam alteri secundus exsuperantia sævitiæ mitior videretur. Nam alii quidem deferebant, alii vero demonstrabant, nonnulli item celatos et occultatos scrutabantur, pars fugientibus instabant, nonnulli item possessionibus fidelium inhiantes quo potirentur earum, sub prætextu pietatis vexabant et exagitabant eos, qui fidem amplecterentur. Ac summa erat in gente confusio magnaque trepidatio, omnibus inter se suspectis, non patribus filiorum benevolentia in discriminibus atque periculis permanente, non filiis fidam paternam curationem spondente natura. Sed familiæ atque cognationes aliæ ab aliis in religionum sectas diductæ dissidebant. Ac filius Græcorum errores amplectens, fidelium parentum proditor, filii fidem amplexi pater in infidelitate manens accusator erat. Frater item eadem de causa naturam oppugnabat, fas esse judicans a consanguineo pœnas expetere, si pietatem amplecteretur. Hinc plenæ quidem solitudines erant eorum, qui (suspecti accusative) profugissent : vacua vero atque deserta ab habitatoribus domicilia erant : multa item ædificia eorum qui vinculis coercerentur, publicis usibus destinata erant. Carceres enim capere in sese non poterant eorum multitudinem, qui propter fidem punirentur, omniaque fora atque conventus tam publici quam privati, pro consueta hilaritate atque lætitia ejusmodi invicem casus atque calamitates accipiebant, cum alii quidem arriperentur, alii vero abducerentur, cæteri ob ea, quæ fierent, vel riderent vel lacrymarentur : non misericordia infantium, non honor canitiei, non virtutis verecundia in mentem veniebat infensis, sed tanquam in urbe capta omnis ætas hostibus fidei quasi dedititia atque obnoxia erat. Ne mulierum quidem naturali sexus infirmitati indulgebatur, ut ejusmodi periculis exemptæ manerent, sed una adversus omnes crudelitatis erat lex, eodem pœnæ modo, nullo discrimine sexus habito, subjiciens eum qui a simulacris esset alienus. Tunc magnus ille vir, animadversa atque considerata imbecillitate et fragilitate humanæ naturæ, quod plerique non possent usque ad mortem pro pietate decertare, auctor Ecclesiæ fit, ut terribilem illum impetum atque incursum paulisper declinaret, satius esse ducens per fugam animas eorum servari, quam stantes in acie certaminum atque periculorum fidei fieri desertores : ac quo maxime hominibus persuaderetur, nullum animæ periculum afferre, si vel per fugam quis fidem conservaret, suo

exemplo auctor secedendi fit, ipse ante alios secedendo periculi impetum devitans : simul autem etiam hoc iis qui rerum potiebantur, maximo studio erat, ut illo tanquam duce capto omnem fidei aciem funderent ac dissiparent, atque idcirco inimici annitebantur, ut illum redigerent in potestatem.

A χάριν ἐκεῖνον ὑπὸ χεῖρα ποιήσασθαι τοῖς ἐχθροῖς διεσπούδαστο.

At ille una cum eo quem ab initio ad fidem ex æditno adduxerat, diaconi jam munere fungente, collem quemdam desertum occupaverat; persecutores autem indicio cujusdam edocti quo in loco lateret, magna multitudine vestigiis inhærentes : alii quidem radicibus collis circumsessis observabant, ne qua, si fugam tentasset, evadere possit ; nonnulli vero, qui montem subierant, in omnibus partibus scrutantes, jam magno illi erant in conspectu recta ad eum subeuntes. Ille vero comitem hortatus, ut firma atque indubitata erga Deum fiducia consisteret, eique salutem committeret, similiter atque ipse faceret, manus ad orationem extendens, ac ne si prope quidem persecutores accessissent, metu fidem excussam projiceret, exemplum ejus rei, quam præcipiebat diacono seipsum præbebat, cum et immotis oculis, et passis manibus et habitu arduo atque erecto cœlum intueretur. Atque hi quidem hæc agebant; illi vero, qui ad eum evaserant, cum locum totum perlustrassent, et inibi omnia dumeta atque arbusta, omnia prominentia saxa, omnes cavernas voraginum cum summa diligentia perscrutati essent, rursus ad collis radices contendunt, ut metu perscrutantium ille in fugam versus in potestatem eorum veniret, qui infimam partem collis circumsepissent. Ut igitur neque ab his inventus est, neque apud illos erat, atque speculator ille locum ubi magnus ille consisteret, signis describebat, in quo loco scrutatores præter duas duntaxat arbores paululum inter se distantes neminem se vidisse affirmabant. Digressis tandem scrutatoribus cum substitisset index, atque in oratione et ipsum illum virum magnum et comitem ejus offendisset, atque in ope divina factum esse judicaret, ut illi persequentibus arbores esse viderentur, procumbit ei ad pedes, creditque sermoni, et qui paulo ante persecutor fuerat, unus ex profugis fiebat. Cum igitur multo tempore in solitudine manerent (invalescebat enim bellum adversus fidem, præside provinciæ graviter sæviente in eos, qui sermoni pietatis adhærerent), atque omnes in fugam versi essent : posteaquam quod ad magnum illum virum attinet, desperaverant eum aliquando in potestatem persequentium venturum : tunc adversus reliquos rabiosam sævitiam suam vertentes, in omnibus partibus provinciæ perscrutabantur omnes similiter tam mulieres et pueros, quam viros, quicunque nomen Christi venerarentur, ac trahebant ad urbem, et carceres complebant, pietatem eis alterius cujuspiam loco maleficii crimini dantes, adeo ut in nullo alio publico negotio judicia tunc occupata essent, præterquam quod id solum magistratus agebat, ut omne genus suppliciorum variaque tormenta solerter excogitata adhiberent iis, qui fidem amplecterentur.

Ὁ δὲ ἦν ἔρημόν τινα καταλαβὼν λοφιὰν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἐκ νεωκόρου κατ' ἀρχὰς προσαχθέντα τῇ πίστει, ἤδη τῇ χάριτι τῆς διακονίας ὑπηρετούμενον. Τῶν δὲ διωκόντων κατ' ἴχνος ἑπομένων ἐν πλήθει πολλῷ, μηνύσαντος αὐτοῖς τὸν τόπον τινὸς ἐν ᾧ κατεκρύπτετο· οἱ μὲν ἐν κύκλῳ τὴν ὑπώρειαν τῆς λοφιᾶς διαλαβόντες ἐφύλαττον, ὅπως ἂν μηδαμόθεν αὐτῷ γένοιτο διαφυγεῖν, εἴπερ εἰς τοῦτο τραπείη· οἱ δὲ προσβάντες τῷ ὄρει, κατὰ πᾶν μέρος διερευνώμενοι, ἤδη καταφανεῖς ἐγίνοντο τῷ μεγάλῳ, κατ' εὐθεῖαν πρὸς αὐτὸν ἀνατρέχοντες. Ἐκεῖνος δὲ διακελευσάμενος
B τῷ μετ' αὐτοῦ, στερεᾷ τε καὶ ἀδιστάκτῳ τῇ πεποιθήσει στῆναι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ καταπιστεῦσαι τὴν σωτηρίαν αὐτῷ, τὰς χεῖρας εἰς προσευχὴν ἀνατείναντα, καὶ μηδὲ εἰ πλησίον γένοιντο οἱ διώκοντες ἐκκρουσθῆναι τῷ φόβῳ τὴν πίστιν· ὑπόδειγμα δὲ τῆς παραγγελίας ἑαυτὸν ἐποίει τῷ διακόνῳ, βλέπων τε πρὸς οὐρανὸν ἀμετατρέπτῳ ὄμματι, καὶ τεταμέναις ταῖς χερσὶν ἐν ὀρθίῳ τῷ σχήματι· καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. Οἱ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀναδραμόντες, πανταχῇ τὸν τόπον περισκεψάμενοι, καὶ πᾶσαν ἔνστασιν θάμνου, καὶ πᾶσαν πέτρας προσβολὴν, καὶ πᾶσαν ἐκ χαράδρας κοιλότητα μετὰ πάσης ἀκριβείας διερευνησάμενοι, πάλιν τὴν ὑπώρειαν καταλαμβάνουσιν, ὡς φόβῳ τῶν διερευνωμένων εἰς φυγὴν τραπόντων τοῖς
C κάτω περιεστοιχισμένοις ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι. Ὡς οὖν οὔτε παρὰ τούτων εὑρέθη, καὶ παρ' ἐκείνοις οὐκ ἦν· ὁ δὲ τὸν τόπον τῆς τοῦ μεγάλου διαγωγῆς κατασκεψάμενος σημείοις ὑπέγραφεν, ἐν ᾧ διεβεβαιοῦντο οἱ ζητοῦντες μηδένα ἑωρακέναι, πλὴν εἰ μὴ δύο δένδρα μόνον μικρὸν ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότα. Ἀνακεχωρηκότων δὲ τῶν ζητούντων, ὑπολειφθεὶς ὁ μηνυτὴς, καὶ καταλαβὼν ἐν προσευχῇ αὐτόν τε τὸν μέγαν καὶ τὸν σὺν αὐτῷ, καὶ γνοὺς τὴν θείαν φρουρὰν, δι' ἧς ἐκεῖνοι δένδρα τοῖς διώκουσιν ἐνομίσθησαν, προσπίπτει τε αὐτῷ, καὶ πιστεύει τῷ λόγῳ. Καὶ ὁ πρὸ βραχέος διώκτης, εἷς τῶν φευγόντων ἐγένετο. Μενόντων τοίνυν κατὰ τὴν ἔρημον χρόνον πολὺν (ἐπεκράτει γὰρ ὁ κατὰ τῆς πίστεως πόλεμος, χαλεπῶς τοῦ καθηγουμένου κατὰ τῶν προστιθεμένων τῷ λόγῳ τῆς
D εὐσεβείας λυσσῶντος), καὶ πάντων πρὸς φυγὴν τετραμμένων· ἐπειδὴ τὸ κατὰ τὸν μέγαν αὐτοῖς ἀπ' ἐλπίδος ἦν, ὡς οὐκ ἂν ὑπὸ χεῖρά ποτε γενόμενον τοῖς διώκουσι· τότε κατὰ τῶν ὑπολοίπων τὴν λυσσώδη μανίαν ἑαυτῶν τρέψαντες, πανταχῇ κατὰ τὸ ἔθνος διηρευνῶντο πάντας ὁμοίως ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ὅσοις τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ τὸ σεβάσμιον ἦν· καὶ εἷλκον ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ τὰ δεσμωτήρια κατεπλήρουν, ἀντ' ἄλλης τινὸς ἀδικίας ἔγκλημα ποιούμενοι κατ' αὐτῶν τὴν εὐσέβειαν, ὡς μηδενὶ τότε τῶν κοινῶν προσασχολεῖσθαι τὰ δικαστήρια, ἢ τοῦτο μόνον διὰ σπουδῆς τοῖς κρατοῦσιν εἶναι, τὸ πάντας αἰκισμοὺς καὶ παντοίας στρεβλώσεις δι' ἐπινοίας ἐπάγειν κατὰ τῶν ἀντεχομένων τῆς πίστεως.

Ἔνθα δὴ καὶ μᾶλλον πᾶσι κατάδηλον γίνεται, τὸ A μηδὲν ἀθεεὶ τὸν μέγαν ἐκεῖνον βουλεύεσθαι. Φυλάξας γὰρ ἑαυτὸν διὰ τῆς φυγῆς τῷ λαῷ, κοινὴ συμμαχία τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγωνιζομένοις ἅπασιν ἦν. Καθάπερ γὰρ περὶ τοῦ Μωϋσέως ἀκούομεν, ὅτι πόῤῥωθεν ἀφεστηκὼς τῆς τῶν Ἀμαληκιτῶν παρατάξεως, διὰ προσευχῆς ἐνετίθει τοῖς ὁμοφύλοις κατὰ τῶν ὑπεναντίων τὴν δύναμιν· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος, οἷον ἐφορῶν τῷ ὀφθαλμῷ τῆς ψυχῆς τὰ γινόμενα, τὴν θείαν ἐπεκαλεῖτο συμμαχίαν ὑπὲρ τῶν ἐναθλούντων τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως. Καί ποτε μετὰ τῶν συνόντων κατὰ τὸ σύνηθες τῷ Θεῷ προσευχόμενος, ἀθρόως ἀγῶνός τε καὶ θορύβου καταπλησθεὶς, ἔνδηλος ἦν ἐν τοῖς παροῦσιν οἷον ξενιζόμενος, καὶ ἐναγωνιῶν τῷ θεάματι, καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπέχων, καθάπερ ἤχου τινὸς πρὸς αὐτὸν διαβαίνοντος. B Καὶ διαγενομένου διαστήματος οὐκ ὀλίγου, μείνας πάντα τὸν ἐν τῷ μέσῳ χρόνον, ἀκλινὴς καὶ ἀκίνητος, εἶθ' ὥσπερ τοῦ προκειμένου θεάματος εἰς ἀγαθὸν καταλήξαντος, πάλιν ἐπανῆλθέ τε πρὸς τὸ σύνηθες, καὶ ἀνευφήμησε τὸν Θεὸν ἐν λαμπροτάτῃ φωνῇ, τὸν ἐπινίκιόν τε καὶ εὐχαριστήριον ὕμνον ἐπιφθεγξάμενος, ὃν πολλαχῇ τῆς ψαλμῳδίας τοῦ Δαβὶδ ἀκούομεν λέγοντος, τὸ *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν*. Τῶν δὲ περὶ αὐτὸν θαυμαστικῶς διατεθέντων, καὶ μαθεῖν ἀξιούντων, ὅ τί ποτε εἴη τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ γενόμενον θέαμα, εἰπεῖν λέγεται, μέγα πτῶμα κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ἑωρακέναι, καταπαλαισθέντος τοῦ διαβόλου ὑπὸ νεανίου τινὸς ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι. C Τῶν δὲ ἀγνοούντων ἔτι τὸ εἰρημένον, σαφέστερον αὐτοῖς διηγεῖται, ὅτι συμμαχίᾳ κρείττονι κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην νεανίας τις τῶν εὐπατριδῶν, τοῖς ἱδρῶσι τῆς πίστεως ἐνηγωνίσατο, προσαχθεὶς ὑπὸ τῶν δημίων τῷ ἄρχοντι. Προσέθηκε δὲ καὶ τὸ ὄνομα, Τρωάδιον αὐτὸν ὀνομάσας· καὶ ὅτι μετὰ πολλὰς βασάνους, αἷς γενναίως ἐνεκαρτέρησε, τὸν διὰ τῆς μαρτυρίας ἀνεδήσατο στέφανον. Ἐκπλαγεὶς δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν ὁ διάκονος, καὶ οὔτε ἀπιστεῖν τινι τῶν λεγομένων τολμῶν· καὶ ἅμα κρεῖττον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἶναι νομίσας, τὸ πόῤῥωθεν ὄντα τῆς πόλεως, μηδενὸς ἀνθρώπου τὰ κατ' αὐτὸν διαγγείλαντος, ὡς ἐφεστῶτα τοῖς πράγμασι λέγειν πρὸς τοὺς συνόντας περὶ τῶν ἐκεῖ γενομένων, ἱκέτης γίνεται τοῦ διδασκάλου ὀφθαλμοῖς ἐπιτραπῆναι καὶ γνῶναι τὰ πεπραγμένα· καὶ μὴ κωλυθῆναι D παρ' αὐτοῦ γενέσθαι μέχρι τῶν τόπων αὐτῶν, ἐν οἷς τὸ θαῦμα ἐγένετο. Τοῦ δὲ φοβερὸν εἶναι λέγοντος, τὸ ἐν μέσῳ τῶν φονευτῶν γενέσθαι, καὶ πολλάκις ἐξ ἐπηρείας τοῦ ἀντικειμένου τι τῶν ἀβουλήτων παθεῖν, ἐπιθαρσεῖν ἔλεγεν ὁ διάκονος τῇ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ συμμαχίᾳ, φθεγξάμενος ταύτην πρὸς αὐτὸν τὴν φωνήν· *Σύ με παράθου τῷ Θεῷ, καὶ οὐδείς μοι φόβος καὶ τῶν πολεμίων καθάψεται*. Τοῦ δὲ καθάπερ συνέμπορον αὐτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν διὰ τῆς εὐχῆς συνεκπέμψαντος, πεποιθὼς τὴν ὁδὸν διῄει, πρὸς οὐδένα τῶν ἀπαντώντων ἐπιστρεφόμενος. Ἑσπέριος δὲ τῆς πόλεως ἐντὸς γεγονὼς, καὶ κοπώδης ἐκ τῆς

Tunc vero etiam magis palam omnibus fit, quod nihil sine numine divino consilii magnus ille vir iniret. Nam cum per fugam se populo conservasset, commune omnibus pro fide decertantibus auxilium atque præsidium erat. Quemadmodum enim de Moyse audimus, quod cum procul abesset ab acie Amalecitarum, per orationem popularibus vires adversus hostes injiceret, eodem modo etiam ille quasi animi oculis intueretur ea quæ fiebant, divinum auxilium pro iis, qui nomine fidei confessionis decertarent, invocabat, cumque aliquando una cum familiaribus, ut solebat, Deum precaretur, repente angore ac trepidatione repletus iis qui aderant quasi rem novam admirari et eo quod spectaret angi, et veluti sono quodam ad eum pertinente, aures admovere aperte videbatur, atque haud exiguo præterito spatio cum toto hoc intercedente tempore erectus et immotus permansisset, deinde quasi propositum spectaculum bonum eventum habuisset, et ad statum pristinum rediit, et clata voce Deum laudavit, adjiciens eum sermonem, quo victoriam adepti uti ac Deo gratias agere solemus, quem in multis locis libri Psalmorum Davidem audimus pronuntiantem: *Benedictus Deus, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum* [9]. Familiaribus autem ejus admirantibus et scire volentibus, quodnam id tandem spectaculum fuisset, quod ante oculos ejus obversaretur, dixisse fertur, magnam se in illa hora vidisse ruinam, diabolo ab adolescente quodam in certaminibus pro pietate susceptis devicto. Atque illis adhuc non intelligentibus id quod dixisset, apertius eis exponit, quod auxilio divino in illa hora adolescens quidam nobilis in primis ab lictoribus ad præsidem adductus, in certamine pro fide suscepto desudasset. Adjecit autem etiam nomen, Troadium eum nominans, et quod post multa tormenta, quæ fortiter toleravisset, martyrii corona redimitus esset. Obstupefactus autem et attonitus his auditis diaconus, cum neque fidem derogare iis, quæ dicerentur, auderet, et simul excellentius quam humana natura caperet, esse judicaret, qui procul abesset ab urbe, cum nemo hominum eum de suis rebus certiorem fecisset, hunc perinde ac si interfuisset, ad familiares loqui de rebus illis gestis, orat magistrum, ut permitteretur sibi oculis inspicere, quæ acta essent, neu prohiberetur ab eo pervenire usque ad ea loca, in quibus miraculum editum erat: at illo periculosum esse dicente versari in medio virorum cædis avidorum, ac sæpe ex incursu atque impetu adversarii posse accidere aliquid repente præter voluntatem, de quo cogitatum non esset: diaconus se precum ejus auxilio confidere dixit, his verbis ad eum utens: *Tu me commenda Deo, et nullus ab hostibus terror me invadet.* Cumque ille præsidium divinum pro comite per preces una cum eo emisisset, fiduciæ plenus iter faciebat ad neminem ob-

[9] Psal. CXXIII, 6.

viam venientem sese convertens. Cum autem vesperi in urbem pervenisset, et de via fessus esset, defatigatum labore corpus lavacro curare necesse esse putabat. Dominabatur autem in illo loco dæmon quidam homicida, in balneo versari solitus: cujus perniciosa atque pestifera vis in tenebris adversus propinquantes exercebatur, et idcirco post solis occasum balneæ illæ non exercebantur, nemoque eo accedere id temporis solebat, ad quas stans diaconus præfectum loci rogabat, ut ostium aperiret, et aditum sibi præberet, neu invideret sibi quo minus corpus lavacro reficeret. Illo vero testante neminem, qui circa illam horam aquam ingredi ausus esset, suis pedibus reversum esse, sed post vesperum dæmonium omnes in potestate habere, ac multos jam imprudentes in insanabilia mala incurrisse, quos pro sperato levamine lamentationes et sepulturæ, et gemitus exceperunt: hæc et ejusmodi balneatore dicente, nihilo magis ille quidquam de cupiditate remittebat: sed instabat omni modo urgens eum, ut se intromitteret. At balneator in lucro ponens, si non una cum imperito hospite periclitaretur, cum clavem ei tradidisset, procul a lavacro discedit; posteaquam autem nudatus intus erat, multiplices quædam terrorum et concussionum materiæ a dæmonio instruebantur, spectra varia igni et fumo mistam naturam præ se ferentia, in forma hominum et ferarum oculis incidentia, auribus insonantia, anhelitu appropinquantia, undique corpori se circumfundentia. At ille signum (crucis) ante sese objiciens, Christique nomen invocans, primum conclave illæsus transivit, ad interiorem autem partem ædium progressus in molestiora incidit spectacula, in terribiliorem faciem transformato dæmonio; et simul terræ motu concuti conclave ei videbatur, adeo ut etiam solum infra ruptum flammam, quæ subtus esset, nudam conspiciendam præberet, scintillæque flammæ ab aquis emitterentur, ac rursus eisdem armis, signo (crucis scilicet) et nomine Christi, præsidioque precum magistri terrores earum rerum, quæ tum fiebant, discussit. Cumque jam aqua recreatus exire festinaret, rursus prohibebatur a dæmone, qui ostium occupaverat. Verum etiam hoc rursus impedimentum per eamdem vim, sponte sua janua cedente, signo (crucis) discutiebatur. Posteaquam autem ei omnia ex sententia successerant, exclamasse dicitur ad eum humana voce dæmonium, ne sibi virtutem illam imputaret, per quam perniciem effugisset; vocem enim ejus, a quo custodiæ atque præsidio divino commendatus esset, hoc ei præstitisse, ut ab incommodis tutus esset.

Servatus igitur, quemadmodum diximus, admirationi loci præfectis fuit, eo quod nemo eorum, qui unquam id temporis aquam ingredi aussi essent, inter vivos postea conspectus esset. Cum autem et hos quæ sibi accidissent, docuisset, et martyrum in urbe fortia facta ita accidisse cognovisset, quemadmodum magnus ille vir in solitudine degens ante exposuisset, propter eas res quas et vidisset

A ὁδοιπορίας γενόμενος, λουτρῷ θεραπεῦσαι τὸν κόπον ἀναγκαῖον ᾠήθη. Ἐπεκράτει δὲ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον δαίμων τις ἀνθρωποκτόνος ἐπιχωριάζων τῷ λουτρῷ, οὗ ἡ φθοροποιὸς δύναμις ἐνεργὸς μετὰ σκότος κατὰ τῶν προσεγγιζόντων ἐγίνετο, καὶ τούτου χάριν ἄβατον τὸ λουτρὸν ἦν ἐκεῖνο μετὰ τὰς ἡλίου δυσμὰς καὶ ἀνενέργητον· ᾧ παραστὰς ἠξίου τὸν ἐπιτεταγμένον ἀνοῖξαι τὴν θύραν, δοῦναί τε τὴν εἴσοδον αὐτῷ καὶ μὴ φθονῆσαι τῆς ἐκ τοῦ λουτροῦ θεραπείας. Τοῦ δὲ μαρτυρουμένου μηδένα τῶν κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην κατατολμώντων τοῦ ὕδατος ἰδίοις ὑποστρέψαι ποσὶν, ἀλλὰ πάντων μετὰ τὴν ἑσπέραν καταχρατεῖν τὸ δαιμόνιον, καὶ πολλοὺς ὑπ' ἀγνοίας ἤδη παθεῖν τὰ ἀνήκεστα, οὓς ἀντὶ τῆς ἐλπισθείσης ἀνέσεως θρῆνοι καὶ οἰμωγαὶ διεδέξαντο· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα B διεξιόντος, οὐδὲν μᾶλλον ἐκεῖνος ὑφίει τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλ' ἐνέκειτο παντὶ τρόπῳ καταναγκάζων αὐτὸν, εἰς τὰ ἐντὸς παραδέξασθαι. Ὁ δὲ τὸ μὴ συγκινδυνεῦσαι τῇ ἀγνοίᾳ τοῦ ξένου, κέρδος ποιούμενος, τὴν κλεῖν ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενος, πόῤῥω τοῦ λουτροῦ ἀπαλλάσσεται. Ἐπειδὴ δὲ γυμνωθεὶς ἐντὸς ἦν, πολύτροποί τινες φόβων καὶ καταπλήξεων ἀφορμαὶ παρὰ τοῦ δαιμονίου συνεσκευάζοντο, φάσματα παντοδαπὰ πυρὶ καὶ καπνῷ μεμιγμένην τὴν φύσιν ἐπιδεικνύμενα, ἐν ἀνθρώπων καὶ θηρίων μορφῇ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμπίπτοντα, ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχοῦντα, τῷ ἄσθματι προσεγγίζοντα, κύκλῳ περὶ τὸ σῶμα χεόμενα. Ὁ δὲ τὴν σφραγῖδα ἑαυτοῦ προβαλλόμενος, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἀνακαλῶν ὄνομα, C ἀπαθὴς τὸν πρῶτον διεξῆλθε τὸν οἶκον. Ἐπὶ δὲ τὸ ἐνδότερον χωρήσας, χαλεπωτέροις ἐνέτυχε τοῖς θεάμασιν, εἰς φοβερωτέραν μετασκευασθέντος τοῦ δαιμονίου τὴν ὄψιν· καὶ ἅμα σεισμῷ κατακλονεῖσθαι τὸν οἶκον ᾤετο, καὶ τὸ ἔδαφος ὑποῤῥηγνύμενον γυμνὴν ὑποδεικνύειν τὴν κάτω φλόγα, σπινθῆράς τε φλογώδεις ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἐκπέμπεσθαι, καὶ πάλιν αὐτῷ τὸ ἴσον ὅπλον ἡ σφραγὶς, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, καὶ ἡ διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ διδασκάλου βοήθεια, τὰ φοβερὰ τῶν φαινομένων τε καὶ γινομένων διέχεεν. Ἀνεθεὶς δὲ ἤδη τῷ ὕδατι, καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον σπεύδων, πάλιν ἐκωλύετο, τοῦ δαιμονίου τῆς θύρας ἀντειλημμένου. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν τὸ κώλυμα διὰ τῆς ἴσης δυνάμεως αὐτομάτως ἐλύετο, τῇ σφραγῖδι τῆς θύρας ὑποχωρούσης. Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν αὐτῷ προὐD κεχωρήκει τὰ πάντα, ἐκβοῆσαι λέγεται πρὸς αὐτὸν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ τὸ δαιμόνιον, μὴ ἐπ' αὐτῷ τὴν δύναμιν ἐκείνην λογίσασθαι, δι' ἧς τὸν ὄλεθρον ἔφυγεν· ἡ γὰρ φωνὴ τοῦ παραθεμένου αὐτὸν τῷ φυλάσσοντι τὸ ἀπαθὲς ἐχαρίσατο.

Διασωθεὶς τοίνυν κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, ἔκπληξιν παρεῖχε τοῖς ἐπιστατοῦσι τοῦ τόπου, οὐδενὸς τῶν πώποτε κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην κατατολμησάντων τοῦ ὕδατος ἐν τοῖς ζῶσι φανέντος. Ἐπεὶ δὲ τούτοις τὰ καθ' ἑαυτὸν διηγήσατο, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν τῶν μαρτύρων ἀνδραγαθήματα τοῦτον ἔγνω γεγενημένα τὸν τρόπον, ὃν ἐπὶ τῆς ἐρημίας ὁ μέγας διάγων προδιηγήσατο, προσθεὶς τοῖς περὶ αὐτοῦ διηγήμασι

τε καὶ θαύμασι, δι' ὧν τε εἶδε, καὶ δι' ὧν ἤκουσε, καὶ δι' ὧν τῇ ἑαυτοῦ πείρᾳ τῆς τοῦ μεγάλου πίστεως ἐδιδάχθη τὴν δύναμιν, ᾗ προσεμαρτύρησε τὸ δαιμόνιον, πάλιν ἀνατρέχει πρὸς τὸν διδάσκαλον· τοῖς τε κατ' αὐτὸν, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα κοινὸν ἀφεὶς φυλακτήριον, τὸ διὰ τῶν ἱερέων ἕκαστον ἑαυτὸν τῷ Θεῷ παρατίθεσθαι. Καὶ νῦν ἐστι μὲν κατὰ πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν, ἐξαιρέτως δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοιαύτη φωνὴ, τῆς τότε γεγενημένης τῷ ἀνδρὶ παρὰ τοῦ Γρηγορίου βοηθείας μνημόσυνον. Τῆς δὲ τυραννίδος ἐκείνης ἤδη κατὰ θείαν συμμαχίαν διαλυθείσης, καὶ πάλιν εἰρήνης τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν διαδεξαμένης, καθ' ἣν ἄνετος ἦν κατ' ἐξουσίαν προκειμένη πᾶσιν ἡ περὶ τὸ Θεῖον σπουδὴ, καταβὰς πάλιν ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ πᾶσαν περινοστήσας ἐν κύκλῳ τὴν χώραν, προσθήκην ἐποιεῖτο τοῖς ἁπανταχοῦ λαοῖς τῆς περὶ τὸ Θεῖον σπουδῆς, τὰς ὑπὲρ τῶν ἐνηθληκότων τῇ πίστει πανηγύρεις νομοθετήσας. Καὶ διαλαβόντες ἄλλος ἀλλαχῇ τῶν μαρτύρων τὰ σώματα, κατὰ τὴν ἐτήσιον τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου περίοδον συνιόντες, ἠγάλλοντο τῇ τιμῇ τῶν μαρτύρων πανηγυρίζοντες. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τῆς μεγάλης αὐτοῦ σοφίας ἀπόδειξις ἦν, ὅτι πρὸς καινὸν βίον μεταῤῥυθμίζων πᾶσαν ἀθρόως τὴν κατ' αὐτὸν γενεὰν, οἷόν τις ἡνίοχος ἐπιστὰς τῇ φύσει, καὶ τοῖς τῆς πίστεως καὶ θεογνωσίας χαλινοῖς ἀσφαλῶς αὐτοὺς ὑποζεύξας, ἐνεδίδου τι μικρὸν τῷ ζυγῷ τῆς πίστεως δι' εὐφροσύνης ὑποσκιρτᾷν τὸ ὑπήκοον. Συνιδὼν γὰρ ὅτι ταῖς σωματικαῖς θυμηδίαις τῇ περὶ τὰ εἴδωλα πλάνῃ παραμένει τὸ νηπιῶδες τῶν πολλῶν καὶ ἀπαίδευτον· ὡς ἂν τὸ προηγούμενον τέως ἐν αὐτοῖς μάλιστα κατορθωθείη, τὸ πρὸς Θεὸν ἀντὶ τῶν ματαίων σεβασμάτων βλέπειν, ἐπαφῆκεν αὐτοῖς ταῖς τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐμφαιδρύνεσθαι μνήμαις, καὶ εὐπαθεῖν, καὶ ἀγάλλεσθαι, ὡς χρόνῳ ποτὲ κατὰ τὸ αὐτόματον πρὸς σεμνότερόν τε καὶ ἀκριβέστερον μετατεθησομένου τοῦ βίου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο καθηγουμένης τῆς πίστεως, ὅπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς ἤδη κατωρθώθη, πάσης θυμηδίας ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος ἡδέων πρὸς τὸ πνευματικὸν τῆς εὐφροσύνης εἶδος μετατεθείσης.

Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐμπολιτευόμενος τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ σπουδὴν ἔχων πρὸ τῆς ἐκ τοῦ βίου μεταστάσεως πάντας ἰδεῖν πρὸς τὴν σωτήριον πίστιν ἀπὸ τῶν εἰδώλων μεταθέντας· ἐπειδὴ προέγνω ἑαυτοῦ τὴν μετάστασιν, σπουδῇ πᾶσάν τε τὴν περιοικίδα διηρευνᾶτο, μαθεῖν θέλων εἴ τινες εἶεν οἱ περιλειπόμενοι ἔξω τῆς πίστεως. Ἐπεὶ οὖν ἔγνω τοὺς παραμεμενηκότας τῇ ἀρχαίᾳ πλάνῃ μὴ πλείους εἶναι τῶν ἑπτακαίδεκα, Σκυθρωπὸν μὲν καὶ τοῦτο, φησὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέψας, τὸ λιπεῖν τι τῷ τῶν σωζομένων πληρώματι. Πλὴν ἀλλὰ μεγάλης εὐχαριστίας ἄξιον, ὅτι τοσούτους καταλείπει τοὺς εἰδωλολάτρας τῷ μετ' αὐτὸν ἐκδεχομένῳ τὴν Ἐκκλησίαν, ὅσους αὐτὸς Χριστιανοὺς ἐπελάβετο. Ἐπευξάμενος δὲ τοῖς τε πεπιστευκόσιν ἤδη τὴν ἐπὶ τὸ τέλειον προκοπὴν, [illegible]

A et audivisset, et per quas suo periculo atque experientia magni illius viri fidei vim, cui etiam dæmonium insuper testimonium perhiberet, didicisset (de miraculis ejus non amplius dubitans), iterum redit ad magistrum, et suæ ætatis hominibus et posteris commune præsidium relinquens, ut per sacerdotes quisque sese Deo commendet : atque etiam nunc cum per omnem Ecclesiam, tum præcipue apud illos ejusmodi vox pro monumento habetur auxilii atque præsidii, quod tunc illi viro a Gregorio præstitum est. Cæterum cum jam auxilio divino tyrannis illa dissoluta esset, ac pax rursus humanam vitam excepisset, per quam expeditum erat ad arbitrium omnibus abunde propositum studium erga numen divinum, descendit rursus ad urbem, et omni circa regione undique peragrata ac perlustrata, additamentum et quasi corollarium studii erga numen divinum instituebat apud omnes ubique populos sanciens, ut nomine eorum, qui pro fide decertassent, dies festi atque solemnes conventus celebrarentur : cumque alius in alium locum corpora martyrum diduxissent, per anniversarium circuli ambitum congregati lætabantur, in honorem martyrum ferias agentes. Etenim etiam hoc nimirum magnæ sapientiæ atque solertiæ ejus documentum est, quod cum omnes suæ prorsus ætatis ac gentis homines ad novum vitæ institutum transformaret, et tanquam auriga quidam naturæ præfectus fidei ac Dei agnitionis frenis eos firmiter subjugaret, indulgebat, ut paululum quiddam subditi sub jugo fidei lætitia exsultarent. Cum animadvertisset enim quod propter corporis voluptates simplex et imperitum vulgus in errore simulacrorum cultus permaneret, quo maxime id, quod præcipuum est, interim in iis assequeretur, nempe ut vanis superstitionibus relictis ad Deum converterentur, permisit eis, ut in memoriam sanctorum martyrum sese exhilararent et oblectarent, atque in lætitiam effunderentur : quod successu temporis aliquando futurum esset, ut sua sponte homines ad honestiorem et exactiorem vitæ rationem transirent, præsertim cum etiam fides ad illam rem viam præmonstraret : quæ res nimirum jam etiam in plerisque successit atque confecta est, omni voluptate a corporis oblectamentis ad spiritualem lætitiæ formam traducta.

D Cum autem hoc modo se gereret, et munere suo fungeretur in Ecclesia administranda, et antequam excederet vita, cuperet omnes a simulacris ad salutarem fidem videre conversos, ubi suum obitum præsensit, studiose diligenterque totam urbem agrumque circa vicinum perscrutatur, scire volens ecqui adhuc essent extra fidem relicti. Ut igitur cognovit, non plures septemdecim esse, qui in antiquo errore permansissent : Acerbum quidem etiam hoc, inquit ad Deum suspiciens, deesse aliquid eorum plenitudini, qui servantur. Verumtamen magna gratiarum actione dignam rem esse aiebat, quod totidem simulacrorum cultores relinqueret ei, qui sibi successurus esset in Ecclesia, quot ipse Christianos accepisset : precatus autem et iis, qui jam credidissent, incrementum ad perfectionem,

et incredulis conversionem, ita (tandem) ex vita humana ad Deum migrat, obtestatus necessarios suos, ne peculiarem sibi locum sepulturæ compararent. Nam si vivus nullius loci dominus vocari voluisset, sed in alienis tanquam inquilinus et peregrinus habitans vitam transegisset, ne post mortem quidem prorsus inquilinatum sibi dedecori fore putare: *Sed insequenti*, inquit, *sæculo fama prodatur, quod Gregorius nec vivens quidem ab aliquo loco cognominatus sit, et post mortem alienorum locorum fuerit inquilinus, cum ab omni terrena possessione sese abstinuisset, adeo ut ne sepeliri quidem in proprio loco sustinuerit; solam enim illam possessionem pretiosam et expetendam putasse, quæ fraudis et avaritiæ vestigium in sese non admittit.* Cæterum quod universa repente natio a Græcanica vanitate ad agnitionem veritatis traducta est, admiretur quidem quicunque hoc scriptum leget; nemo vero fidem detrahat, sed ad dispositionem atque consilium respiciat, quo tanta mutatio facta est eorum, qui a mendacio ad veritatem traducti sunt. Nam quod in primis sacerdotii ejus temporibus accidit, quod ad reliqua miracula festinans oratio prætermisit, nunc repetitum atque resumptum exponam. Feriæ quædam publicæ et universales erant in urbe dæmoni cuidam domestico, patrio quodam ritu ac more solemni celebrari consuetæ, ad quas una cum urbanis celebrandas universa propemodum gens ex tota ea regione confluebat: atque eorum qui concurrerant, theatrum plenum erat, et eorum, qui postremi affluxerant, multitudo subselliis undique superfundebatur, atque omnibus ad spectacula atque acroamata orchestram intueri cupientibus, plena erat scena tumultus et trepidationis, irritaque præstigiatoribus mirabiliumque spectaculorum artificibus ostentatio, tumultu sese mutuo constipantium non modo oblectationem musicæ impediente, sed ne circulatoribus quidem et præstigiatoribus suas artes ostentandi tempus concedente. Tum vero communis ab omni multitudine erumpit vox dæmonem, cui diem festum agebant, implorantium, et ab illo sibi laxitatem fieri petentium. Posteaquam autem omnibus simul loquentibus in altum vox tollebatur, ac totius civitatis veluti unius oris sermo esse videbatur, quo hæ preces dæmoni adhibebantur (erat autem precatio, ut ipsa verba ejus audiantur: *Jupiter, fac nobis locum*), audito sane magnus ille vir sono nominatim invocantium dæmonem, a quo laxitatem civitati fieri petebant, quodam ex adstantibus ad eos misso, laxitatem ait ipsis mox datum iri majorem, quam optarent.

A πίνου βίου πρὸς τὸν Θεὸν μετανίσταται, ἐπισκήψας τοῖς ἐπιτηδείοις, μὴ κτήσασθαι τόπον αὐτῷ πρὸς ταφὴν ἰδιάζοντα. Εἰ γὰρ ζῶν, κύριος κληθῆναι τόπου τινὸς οὐκ ἐδέξατο, ἀλλὰ παροικῶν ἐν ἀλλοτρίοις τὸν βίον διήγαγεν, οὐδὲ μετὰ θάνατον τῇ παροικίᾳ πάντως ἐπαισχυνθήσεται· *Ἀλλ' ἔστω*, φησὶ, *τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ διήγημα, ὅτι Γρηγόριος οὔτε ζῶν ἐπωνομάσθη τόπῳ τινὶ, καὶ μετὰ θάνατον ἀλλοτρίων τάφων ἐγένετο πάροικος, πάσης τῆς ἐν τῇ γῇ κτήσεως ἑαυτὸν ἀποστήσας, ὡς μηδὲ ἐνταφῆναι ἰδίῳ καταδέξασθαι τόπῳ· μόνην γὰρ αὐτῷ κτῆσιν τιμίαν εἶναι ἔκρινεν ἐκείνην, ἣ πλεονεξίας ἐφ' ἑαυτῆς ἴχνος οὐ δέχεται.* Τὴν δὲ ἀθρόαν παντὸς τοῦ ἔθνους μετάστασιν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς ματαιότητος εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας θαυμαζέτω ἕκα-
B στος τῶν ἐντυγχανόντων τῷ λόγῳ, καὶ μηδεὶς ἀπιστείτω πρὸς τὴν οἰκονομίαν βλέπων, δι' ἧς γέγονεν ἡ τοσαύτη μεταβολὴ τῶν μετατιθεμένων ἀπὸ τοῦ ψεύδους πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις αὐτοῦ τῆς ἱερωσύνης γεγενημένον χρόνοις, ὅπερ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν θαυμάτων ἐπειγόμενος ὁ λόγος παρέδραμε, νῦν ἐπαναλαβὼν διηγήσομαι. Ἑορτή τις ἦν πάνδημος ἐν τῇ πόλει, δαίμονί τινι τῶν ἐγχωρίων κατά τι πάτριον ἀγομένη. Πρὸς ταύτην ἅπαν σχεδὸν συνέῤῥει τὸ ἔθνος, τῆς χώρας πάσης συνεορταζούσης τῇ πόλει. Ἐπεπλήρωτο δὲ τῶν συνδεδραμηκότων τὸ θέατρον, καὶ ὑπερεχεῖτο πανταχόθεν ὑπὲρ τὰς καθέδρας τῶν ἐπιῤῥυέντων τὸ πλῆθος, καὶ πάντων περὶ τὰ θεάματά τε καὶ ἀκροάματα πρὸς τὴν ὀρχήστραν ἀποβλέπειν προθυμουμένων, θορύβου πλήρης ἦν ἡ
C σκηνὴ, καὶ ἄπρακτος ἐγίνετο τοῖς θαυματοποιοῖς ἡ ἐπίδειξις, τῆς ταραχῆς τῶν στενοχωρουμένων οὐ μόνον τὴν ἀπόλαυσιν τῆς μουσικῆς ἐπικοπτούσης, ἀλλ' οὔτε τοῖς θαυματοποιοῖς ἐνδιδούσης καιρὸν τὰ ἑαυτῶν ἐπιδείκνυσθαι. Ἔνθα δὲ κοινὴ παρὰ παντὸς ἐκρήγνυται τοῦ δήμου φωνὴ, τὸν δαίμονα, ᾧ τὴν ἑορτὴν ἦγον, ἀνακαλούντων, καὶ παρ' ἐκείνου τὴν εὐρυχωρίαν αὐτοῖς ἀξιούντων γενέσθαι. Ἐπειδὴ δὲ πάντων ἀλλήλοις συμφθεγγομένων, εἰς ὕψος ἤρετο ἡ φωνὴ, καὶ πάσης ἐδόκει τῆς πόλεως καθάπερ ἑνός τινος στόματος ὁ λόγος εἶναι, ὁ τὴν εὐχὴν ταύτην προσάγων τῷ δαίμονι (ἦν δὲ ἡ εὐχὴ, ὡς ἐπ' αὐτῆς ἀκοῦσαι τῆς λέξεως· *Ζεῦ, ποίησον ἡμῖν τόπον*)· ἀκούσας δὲ ὁ μέγας ἐκεῖνος τοῦ ἤχου τῶν ὀνομαστὶ
D ἐπιβοωμένων τὸν δαίμονα, παρ' οὗ τὴν εὐρυχωρίαν ᾔτουν γενέσθαι τῇ πόλει, φησὶ πρὸς αὐτοὺς, πέμψας τινὰ τῶν παρεστηκότων, δοθήσεσθαι αὐτοῖς ὅσον οὐδέπω πλείονα τῆς εὐχῆς τὴν εὐρυχωρίαν.

Hac autem ab eo voce tanquam tristi quadam sententia prolata, pestilentia frequentem illum ferias agentium et ludos celebrantium conventum excipit. Ac statim tripudiantium choris lamentatio miscebatur, adeo ut in luctus et calamitates eis voluptates converterentur, cum pro plausibus et cantu tibiarum aliæ super alias næniæ cantusque lugubres urbem passim invasissent. Cum enim semel morbus homines invasisset, opinione citius

Ταύτης δὲ παρ' αὐτοῦ τῆς φωνῆς οἷόν τινος σκυθρωπῆς ἀποφάσεως ἐξενεχθείσης, λοιμὸς τὴν πάνδημον ἐκείνην ἱερομηνίαν ἐκδέχεται. Καὶ παραχρῆμα κατεμίγνυτο ταῖς χοροστασίαις ὁ θρῆνος, ὥστε αὐτοῖς εἰς πένθη καὶ συμφορὰς μεταστραφῆναι τὰς θυμηδίας, ἀντὶ αὐλῶν καὶ κρότων τῆς ἐπαλλήλου θρηνῳδίας διαλαβούσης τὴν πόλιν. Ἐνσκῆψαν γὰρ ἅπαξ τοῖς ἀνθρώποις τὸ πάθος, θᾶττον ἢ κατ' ἐλπίδας διεξῄει πυρὸς δίκην τοὺς οἴκους ἐπιβοσκόμενον, ὥστε

πληροῦσθαι μὲν τῶν τῇ νόσῳ καταφθειρομένων τὰ A
ἱερὰ τῶν ἐλπίδι θεραπείας προσφευγόντων· γέμειν δὲ πηγὰς, καὶ κρουνοὺς, καὶ φρέατα, τῶν ὑπὸ τῆς τοῦ νοσήματος ἀμηχανίας διακαιομένων ἐν τῇ δίψῃ (ἐφ' ὧν ἠτόνει τὸ ὕδωρ τὸν ἐκ τοῦ πάθους κατασβέσαι φλογμὸν, ὁμοίως ἐχόντων καὶ μετὰ τὸ ὕδωρ, καὶ πρὸ τοῦ ὕδατος, τῶν ἅπαξ κατασχεθέντων τῷ πάθει)· πολλοὺς δὲ αὐτομολεῖν πρὸς τοὺς τάφους, καὶ μηκέτι τοὺς περιόντας ἐξαρκεῖν ταῖς τῶν κατοιχομένων ταφαῖς. Γενέσθαι δὲ οὐκ ἀδόκητον τοῦ κακοῦ τὴν προσβολὴν τοῖς ἀνθρώποις· ἀλλά τινος φάσματος ἐπιγινομένου τῇ μελλούσῃ καταφθείρεσθαι οἰκίᾳ, οὕτως ἐπακολουθεῖν τὴν φθοράν. Ἐπεὶ οὖν πᾶσι καταφανὴς ἐγένετο ἡ αἰτία τῆς νόσου, ὅτι τὸ ἐπικληθὲν παρ' αὐτῶν δαιμόνιον κακῶς ἐπλήρου τὴν εὐχὴν τῶν ματαίων, τὴν πονηρὰν ταύτην ἐκ τοῦ πάθους εὐρυχωρίαν ἐμποιοῦν τῇ πόλει· ἔνθα ἱκέται γίνονται τοῦ B
μεγάλου, στῆσαι δεόμενοι τοῦ κακοῦ τὴν φορὰν διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ γινωσκομένου τε καὶ κηρυττομένου Θεοῦ, ὃν μόνον ὡμολόγουν ἀληθῶς εἶναι Θεὸν, καὶ κατὰ πάντων τὸ κράτος ἔχειν. Τοῦ γὰρ φάσματος ἐκείνου πρὸ τῆς ἐσομένης τῷ οἴκῳ διαφθορᾶς προφαινομένου, καὶ παραχρῆμα τὴν ἀπόγνωσιν τῆς ζωῆς ἐμποιοῦντος, εἷς ἐγίνετο τοῖς κινδυνεύουσι σωτήριος τρόπος, τὸ ἐντὸς ἐκείνου γενέσθαι τοῦ οἴκου τὸν μέγαν Γρηγόριον, καὶ δι' εὐχῆς τὸ ἐνσκῆψαν τῷ οἴκῳ πάθος ἀπώσασθαι. Ταχείας δὲ διὰ τῶν τετυχηκότων ἐν πρώτοις τῆς τοιαύτης σωτηρίας ἐπὶ πάντας τῆς φήμης διαδραμούσης, πάντα ἀργὰ ἦν, ἃ πρότερον ὑπὸ ματαιότητος αὐτοῖς ἐσπουδάζετο, χρηστήριά τε C
καὶ καθάρσια, καὶ ἡ ἐν τοῖς εἰδώλοις διατριβὴ, πάντων πρὸς τὸν μέγαν ἱερέα βλεπόντων, καὶ ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ γένους ἐφελκομένου. Μισθὸς δὲ ἦν αὐτῷ παρὰ τῶν σωζομένων ἡ τῶν ψυχῶν σωτηρία. Τῇ γὰρ τοιαύτῃ πείρᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ ἱερέως φανερουμένης, οὐκέτι ἦν ἀναβολὴ πρὸς τὴν συγκατάθεσιν τοῦ μυστηρίου, τοῖς διὰ τῶν ἔργων διδασκομένοις τὴν τῆς πίστεως δύναμιν. Οὕτως ἐγένετο τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις ἰσχυροτέρα τῆς ὑγείας ἡ νόσος. Ὅσον γὰρ ἐν τῇ ὑγιείᾳ πρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου παραδοχὴν τοῖς λογισμοῖς ἀσθενοῦντες ἦσαν, τοσοῦτον τῇ σωματικῇ νόσῳ πρὸς τὴν πίστιν ἐῤῥώσθησαν. Καὶ οὕτω τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης ἐλεγχθείσης, πάντες πρὸς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ μετετίθεντο, οἱ μὲν διὰ τῆς ἐπιγενομένης νόσου χει- D
ραγωγηθέντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ καὶ προφυλακὴν τοῦ λοιμοῦ, τὴν πίστιν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν προβαλλόμενοι. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα τῇ μνήμῃ μέχρι τοῦ δεῦρο διασωζόμενα τοῦ μεγάλου Γρηγορίου θαύματα, ἅπερ φειδόμενοι τῆς ἀπιστούσης ἀκοῆς, ὡς ἂν μὴ βλαβεῖεν οἱ τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ μεγέθει τῶν λεγομένων ψεῦδος οἰόμενοι, τοῖς γεγραμμένοις οὐ προσεθήκαμεν. Χριστῷ δὲ τῷ τοιαῦτα διὰ τῶν δούλων αὐτοῦ τερατουργοῦντι πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

propagabatur atque serpebat, ignis in modum domos depascens, adeo ut ædes quidem sacræ, quo spe sanationis atque remedii confugiebant, iis, qui morbo peribant, repletæ: fontes vero, aquæ ductus, scaturiginesque ac putei eorum, quos atrocitate morbi sitis exurebat, referti essent (in quibus aqua morbi incendium restinguere non valebat, qui semel morbo correpti essent, perinde post aquam sumptam, atque antequam eam sumpsissent affectis), multi item ultro transirent ad sepulcra, eo quod superstites sepeliendis mortuis non amplius sufficerent, nec inopinato malum homines invaderet, sed quasi spectrum quoddam ad eas ædes quibus pernicies imminebat, accederet, ita certum exitium subsequeretur. Ut igitur causa morbi omnibus patefacta est, nempe quod dæmon ab ipsis invocatus male stultorum ac miserorum preces impleret, qui hanc quæ morbum consecuta esset, laxitatem in urbe efficeret, magno isti viro supplices fiunt orantes, ut per eum, quem ipse Deum agnosceret ac prædicaret, quem solum revera Deum esse, et in omnes imperium habere confiterentur, mali impetum sisteret et inhiberet. Nam cum spectrum illud ante futuram pestem alicui domui appareret, ac protinus desperationem vitæ habitatoribus injiceret, una periclitantibus salutis ratio erat, si illas ædes magnus Gregorius ingrederetur, ac per preces morbum, qui domum invasisset, repelleret ac submoveret. Cum autem celeriter per eos, qui primi ea ratione servati erant, ad omnes fama permanasset, omnia, quæ prius vanitate atque stultitia adducti curabant, omittebantur, oracula, sacrificia piacularia, in delubris simulacrorum commoratio, omnibus magnum sacerdotem intuentibus, et unoquoque eum ad se totius familiæ suæ servandæ gratia alliciente. Mercedem autem ab iis, qui servabantur, salutem animarum consequebatur. Cum enim ejusmodi experimento pietas sacerdotis pateficret, non amplius differendum censebant, quin mysterium approbarent, qui per opera virtutem fidei cognoscebant. Adeo illis hominibus sanitate morbus validior erat. Qui enim in sanitate ad approbationem mysterii rationibus infirmi essent, corporali morbo ad fidem convaluerunt. Atque ita simulacrorum cultus errore deprehenso, omnes ad nomen Christi traducebantur, pars urgente morbo ad veritatem quasi manuducti, pars etiam fidem in Christum quasi munimentum, quo tuti essent adversus pestem, objicientes. Sunt autem etiam alia magni Gregorii miracula, quæ memoria usque adhuc tenentur: ea nos incredulis auribus parcentes, ne offendantur qui propter amplitudinem earum rerum quæ memorantur, veritatem mendacium esse putant, scriptis non adjecimus. Christo porro talia per servos suos miracula operanti, convenit gloria, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΜΑΚΡΙΝΗΣ

ἈΔΕΛΦΗΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

—

S. P. N. GREGORII

VITA S. MACRINÆ VIRGINIS

SORORIS BASILII MAGNI.

Interprete Francisco Zino Veronensi.

—

Hoc quidem voluminis genus ex inscriptione epistola videtur esse (1) : sed ejus longitudo modum epistolæ superat, et justam libri complectitur magnitudinem : me tamen rei, quam ut litteris consignarem imperasti, defendit argumentum. Est enim majus et uberius, quam ut epistolæ terminis concludi possit. Omnino consuetudinis illius oblitus esse non debes, cum ad urbem Antiochi congressi sumus, quo tempore petebas Hierosolymam, ut monumenta Christi peregrinationis, dum in carne esset, inviseres, eorumque sermonum, quos variis de rebus inter nos contulimus. Neque enim congressus ille tacitus esse potuit, cum prudentia tua multiplicem colloquendi occasionem subjiceret.

Inter disputandum igitur, ut in ejusmodi congressionibus fit, in mentionem probæ cujusdam mulieris incidimus. Si tamen ex natura mulier a nobis appellanda est, quæ naturæ conditione præstantior fuit. Non autem ex alienis sermonibus narrationi fidem faciebat oratio, sed diligenter ea, quorum experientia magistra fuerat, persequebatur, et nihil fere alieno auditus testimonio confirmabat. Neque enim virgo, qua de verba faciebamus, genere nobis erat peregrina, ut quæ admirabilia de illa dicenda erant, per alios nos cognoscere oporteret, sed eisdem orta parentibus : quippe quæ tanquam fructus primitiarum ex materno utero prima pullulaverat. Quoniam igitur bonorum historiam esse frugiferam censuisti, ne vitæ illius virginis, quæ ad humanæ virtutis fastigium per sapientiæ studium pervenit, exemplum posteros lateat, neve sine fructu transeat involutum, mihi faciendum existimavi, ut tibi parerem, et incomposita simplicique oratione vitam ejus quam brevissime possem explicarem.

Macrinæ virgini nomen erat, sic a parentibus appellatæ, quod olim insignis quædam in nostra

A Τὸ μὲν εἶδος τοῦ βιβλίου, ὅσον ἐν τῷ τῆς προγραφῆς τύπῳ, ἐπιστολὴ εἶναι δοκεῖ· τὸ δὲ πλῆθος ὑπὲρ τὸν ἐπιστολιμαῖον ὅρον ἐστὶν, εἰς συγγραφικὴν μακρηγορίαν παρατεινόμενον· ἀλλ' ἀπολογεῖται ὑπὲρ ἡμῶν ἡ σύνθεσις, ἧς ἕνεκεν γράψαι παρεκελεύσω, πλείων οὖσα, ἢ κατ' ἐπιστολῆς συμμετρίαν. Πάντως δὲ οὐκ ἀμνημονεῖς τῆς συντυχίας, ὅτε κατ' εὐχὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπιφοιτᾷν μέλλων, ἐφ' ᾧ τὰ σημεῖα τῆς τοῦ Κυρίου διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας ἐν τοῖς τύποις ἰδεῖν, συνέδραμόν σοι, κατὰ τὴν Ἀντιόχου πόλιν, καὶ παντοίων ἀνακινουμένων ἡμῖν λόγων· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν ἐν σιωπῇ τὴν συντυχίαν εἶναι· πολλὰς τῷ λόγῳ τὰς ἀφορμὰς τῆς σῆς συνέσεως ἐπιβαλλούσης.

Οἷα δὲ φιλεῖ πολλάκις ἐν τούτοις γίνεσθαι, εἰς μνή-
B μην βίου τινὸς εὐδοκίμου προῆλθε ῥέων ὁ λόγος· γυνὴ δὲ ἦν ἡ τοῦ διηγήματος ἀφορμή· εἴπερ γυνή· οὐκ οἶδα γὰρ εἰ πρέπον ἐστὶν ἐκ τῆς φύσεως αὐτὴν ὀνομάζειν, τὴν ἄνω γενομένην τῆς φύσεως. Τὸ δὲ διήγημα ἡμῖν οὐκ ἐξ ἀκοῆς ἑτέρων διηγημάτων τὸ πιστὸν εἶχεν· ἀλλ' ὧν ἡ πεῖρα διδάσκαλος ἦν, ταῦτα δι' ἀκριβείας ἐπεξῄει ὁ λόγος, εἰς οὐδὲν ἀκοὴν ἀλλοτρίαν ἐπιμαρτυρούμενος. Οὐδὲ γὰρ ξένη τοῦ γένους ἡμῶν ἡ μνημονευθεῖσα παρθένος, ὡς ἀνάγκην εἶναι δι' ἑτέρων γινώσκειν τὰ κατ' ἐκείνην θαύματα, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτων ἡμῖν γονέων, ὥσπερ τις ἀπαρχὴ καρπῶν, πρώτη τῆς μητρῴας νηδύος ἀναβλαστήσασα. Ἐπεὶ οὖν ἐδοκίμασας φέρειν τι κέρδος τὴν τῶν ἀγαθῶν ἱστορίαν· ὡς ἂν μὴ λάθοι τὸν κατὰ ταῦτα χρόνον ὁ τοιοῦτος βίος, μηδὲ ἀνωφελὴς παραδράμοι διὰ
C σιωπῆς συγκαλυφθεῖσα ἡ πρὸς τὸν ἀκρότατον τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς ὅρον ἑαυτὴν διὰ φιλοσοφίας ἐπάρασα, καλῶς ἂν ἔχειν ᾠήθην, σοί τε πεισθῆναι, καὶ δι' ὀλίγων, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τὰ κατ' αὐτὴν ἱστορῆσαι, ἐν ἀκατασκεύῳ τε καὶ ἁπλῷ διηγήματι.

Μακρίνα ἦν ὄνομα τῇ παρθένῳ· εὐδόκιμος δέ τις πάλαι κατὰ τὸ γένος ἦν ἡ Μακρίνα, μήτηρ τοῦ πατρὸς

(1) Est epistola ejus ad Olympium monachum.

ἡμῶν γεγενημένη, ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ ὁμολογίαις τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ἐναθλήσασα, ἡ ἐπωνομάσθη παρὰ τῶν γονέων ἡ παῖς. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἦν ἐν φανερῷ τὸ ὄνομα, τὸ παρὰ τῶν γινωσκόντων ὀνομαζόμενον. Ἕτερον δὲ κατὰ τὸ λεληθὸς αὐτῇ ἐπεκέκλητο· ὃ πρὶν ἐλθεῖν διὰ τῶν ὠδίνων εἰς φῶς, ἔκ τινος ἐπιφανείας ἐπωνομάσθη· ἦν γὰρ δὴ τοιαύτη κατ' ἀρετὴν καὶ ἡ μήτηρ, ὡς πανταχοῦ τῷ θείῳ βουλήματι χειραγωγεῖσθαι· διαφερόντως δὲ τὴν καθαράν τε καὶ ἀκηλίδωτον τοῦ βίου διαγωγὴν ἠσπασμένη, ὡς μηδὲ τὸν γάμον ἑκουσίως ἑλέσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὀρφανὴ μὲν ἐξ ἀμφοτέρων ἦν· ὑπερήνθει δὲ τῇ ὥρᾳ τοῦ σώματος· καὶ πολλοὺς ἡ φήμη τῆς εὐμορφίας πρὸς τὴν μνηστείαν συνήγειρε· κίνδυνος δὲ ἦν, εἰ μὴ κατὰ ἑκούσιόν τινι συναρμοσθείη, παθεῖν τι τῶν ἀβουλήτων ἐξ ἐπηρείας, πρὸς ἁρπαγὰς παρεσκευασμένων τῶν ἐπιμεμηνότων τῷ κάλλει· διὰ τοῦτο ἑλομένη τὸν ἐπὶ σεμνότητι βίου γνωριζόμενόν τε καὶ μαρτυρούμενον, ὥστε φύλακα κτήσασθαι τῆς ἰδίας ζωῆς, εὐθὺς ἐν ταῖς πρώταις ὠδῖσι, ταύτης γίνεται μήτηρ· καὶ ἐπειδὴ παρῆν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἔδει λυθῆναι τὴν ὠδῖνα τῷ τόκῳ, εἰς ὕπνον τραπεῖσα, φέρειν ἐδόκει διὰ χειρὸς τὸ ὥς τι ὑπὸ τῶν σπλάγχνων περιεχόμενον· καί τινα ἐν εἴδει καὶ σχήματι μεγαλοπρεπεστέρῳ, ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐπιφανέντα, προσειπεῖν τὴν βασταζομένην ἐκ τοῦ ὀνόματος Θέκλην· Θέκλης ἐκείνης, ἧς πολὺς ἐν ταῖς παρθένοις ὁ λόγος. Ποιήσαντα δὲ τοῦτο καὶ μαρτυρούμενον εἰς τρὶς, μεταστῆναι τῶν ὄψεων, καὶ δοῦναι τῇ ὠδῖνι τὴν εὐκολίαν, ὡς ὁμοῦ τε τοῦ ὕπνου αὐτὴν διαστῆναι, καὶ τὸ ἐνύπνιον ὕπαρ ἰδεῖν. Τὸ μὲν οὖν ὄνομα τὸ κεκρυμμένον ἐκεῖνο ἦν. Δοκεῖ δέ μοι μὴ τοσοῦτον πρὸς τὴν ὀνομαστικὴν κλῆσιν ὁδηγῶν τὴν γειναμένην ὁ ἐπιφανεὶς τοῦτο προφθέγξασθαι· ἀλλὰ τὸν βίον προειπεῖν τῆς νέας, καὶ τὴν τῆς προαιρέσεως ὁμοιότητα διὰ τῆς ὁμωνυμίας ἐπιδείξασθαι.

Τρέφεται τοίνυν τὸ παιδίον· οὔσης μὲν αὐτῷ καὶ τιθήνης ἰδίας, τὰ δὲ πολλὰ τῆς μητρὸς ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς ἰδίαις τιθηνουμένης. Ὑπερβᾶσα δὲ τὴν τῶν νηπίων ἡλικίαν, εὐμαθὴς ἦν τῶν παιδικῶν μαθημάτων· καὶ πρὸς ὅπερ ἂν ἡ τῶν γονέων κρίσις ἦγε μάθημα, κατ' ἐκεῖνο ἡ φύσις τῆς νέας διέλαμπεν. Ἦν δὲ τῇ μητρὶ σπουδὴ, παιδεῦσαι μὲν τὴν παῖδα· μὴ μὴν ταύτην τὴν ἔξωθεν καὶ ἐγκύκλιον παίδευσιν, ἣν, ὡς τὰ πολλὰ, διὰ τῶν ποιημάτων αἱ πρῶται τῶν παιδευομένων ἡλικίαι διδάσκονται. Αἰσχρὸν γὰρ ᾤετο, καὶ παντάπασιν ἀπρεπὲς, ἢ τὰ τραγικὰ πάθη, ὅσα ἐκ γυναικῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις τοῖς ποιηταῖς ἔδωκαν, ἢ τὰς κωμῳδικὰς ἀσχημοσύνας, ἁπαλὴν καὶ εὔπλαστον φύσιν διδάσκεσθαι, καταμολυνομένην τρόπον τινὰ τοῖς ἀσεμνοτέροις περὶ τῶν γυναικείων διηγήμασιν. Ἀλλ' ὅσα τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀληπτότερα ταῖς πρώταις ἡλικίαις δοκεῖ, ταῦτα ἦν τῇ παιδὶ τὰ μαθήματα, καὶ μάλιστα ἡ τοῦ Σολομῶντος Σοφία· καὶ ταύτης πλέον, ὅσα πρὸς τὸν ἠθικὸν ἡμῶν ἔφερε βίον. Ἀλλὰ καὶ τῆς ψαλμῳδουμένης Γραφῆς οὐδ' ὁτιοῦν ἠγνόει· καιροῖς ἰδίοις ἕκαστον μέρος τῆς ψαλμῳδίας διεξιοῦσα· τῆς τε κοίτης διανισταμένη, καὶ τῶν σπουδαίων ἁπτομένη τε καὶ ἀναπαυομένη, καὶ προσιεμένη τροφὴν, καὶ ἀναχωροῦσα

A familia Macrina fuerat, patris nostri videlicet mater, quæ tempore persecutionum pro Christi confessione pugnaverat. Hoc quidem vulgato nomine a familiaribus vocabatur : sed arcanum et reconditum alterum habebat nomen, quo per visum fuerat insignita priusquam in lucem a matre per dolores ederetur. Nam ipsa quoque mater ea virtute erat, ut consilio Dei sese in omnibus regeret, puramque et integram vivendi rationem in primis diligeret, adeo ut non sponte, sed invita quodammodo nupserit : etenim cum utroque parente orbata in ipso esset ætatis flore, famaque pulchritudinis multos, ut eam sibi uxorem cuperent, incitaret, et periculum esset nisi volens in matrimonio cuipiam collocaretur, ne per vim adversi B aliquid ei contingeret (nam ejus forma capti ad rapinam spectabant), ut saluti consuleret, vitæ gravitate spectatum commendatumque virum sibi elegit, primoque partu hujusce est facta mater. Verum cum pariendi tempus instaret, somno consopita, manu gestare sibi visa est id quod adhuc intra viscera continebat, et quemdam humana specie et forma augustiorem intueri, qui Theclæ nomine filiolam appellavit, Theclæ, inquam, illius inter martyres celeberrimæ : id autem cum ter repetens testatum reliquisset, discessit. Ea vero statim somno soluta est, et partu facile levata, ut et somno simul excitata sit, et quod in quiete viderat, effectum inspexerit. Arcanum igitur nomen hoc illi fuit. Videtur autem mihi is, qui per quietem apparuerat, C eam vocem pronuntiasse, non tam, ut quo nomine appellanda esset, indicaret, quam ut similitudine nominis idem ostenderet vivendi studium et institutum.

Educatur ergo puellula et quanquam propria illi nutrix aderat, tamen in manibus fere matris enutriebatur. Cum autem infantiæ ætatem esset egressa, docilem admodum naturam in perdiscendis puerilibus illis institutis præ se tulit ; quidquid enim ei discendum parentes indicabant, in eo puellæ ingenium excellebat. Studebat autem mater ut filia erudiretur, sed non ista tamen externa disciplinarum serie, qua plerumque ex poetarum lectione D primæ discentium ætates imbuuntur : turpe enim et indecorum prorsus existimabat, vel tragicis feminarum perturbationibus, unde scribendi principia et argumenta poetæ sumpserunt, vel comœdiarum fœditatibus, vel pudendis eorum, qui tot ærumnas ad Ilium pertulerant, factis tenerum et bene formatum animum infici, et minus gravibus de feminis narrationibus quodammodo coinquinari. Proinde quæ ex divino Spiritu dictata Scriptura primæ illi ætatulæ faciliora aptioraque videbantur, discenda proponebat, cum primis autem Sapientiam Salomonis, idque ex ea potissimum, quod ad vitam et mores maxime conducebat. Erat etiam Psalmorum haudquaquam ignara præfinitamque eorum partem statutis temporibus percurrebat. Nam sive sur-

geret e lectulo, sive ad studia accederet, sive discederet ab eis, sive cibum sumeret, sive a mensa recederet, sive cubitum se conferret, sive ad precandum exsurgeret, semper ut bonam, seque nullo tempore deserentem comitem, Psalmorum habebat cantilenam.

Dum his et similibus institutis educatur, manumque tractanda lana excellenter exercet, ad duodecimum ætatis annum pervenit. Quo quidem tempore juventæ flos mirifice splendere cœpit, et quod admiratione dignum est, quamvis celaretur puellæ pulchritudo, latere tamen non potuit. Nec in patria quidquam æque admirabile videbatur, atque forma et venustas illius, ut ne pictorum quidem manus ejus decorem assequerentur, et quæ ars nihil non machinatur et effingit, maxima quæque audens et ipsorum etiam imagines elementorum imitatione exprimens, ea illius formæ felicitatem imitari non posset. Quamobrem magnum juvenum nuptias ejus ambientium examen parentes circumstabat. Pater autem, qui sanequam prudens et in rebus honestis dijudicandis expertus erat, quemdam tum genere, tum moribus honestum probatumque adolescentem reliquis prætulit, eique si ad ætatem pervenisset, filiam despondit. Interim ille magnam de se exspectationem concitare, in judiciisque reos defendendo egregiam dicendi facultatem præ se ferre, atque ita patri puellæ tanquam gratum dare sponsalium munus. Quam tamen præclaram spem interrupit invidia cum vitæ in ipsa miseranda subripiens adolescentia.

Quæ autem a patre statuta fuissent, puella non ignorabat : nam adolescentis obitu cognovit consilium patris : itaque judicium illius connubium vocans, tanquam id quod pater decreverat effectum esset, in reliquum vitæ tempus apud se manere constituit, in sententiaque permansit constantius quam ab illa ætate postulabatur. Etenim cum sæpenumero parentum ad eam deferrentur sermones, propterea quod multi erant, qui fama pulchritudinis ejus adducti illam sibi cuperent uxorem adjungere, absurdum et iniquum esse dicebat, sibi non permitti ut illud conjugium coleret, quo semel a patre devincta esset, sed ad alterum cogi respicere; cum unum natura sit matrimonium, quemadmodum unus ortus et una mors. Eum vero, cui a parentibus fuisset desponsa, non esse mortuum contendebat, sed spe resurrectionis Deo vivere. Quapropter cum se non obiisse, sed peregre profectum esse judicare, et nefas fore si peregrinanti sponso fidem non servaret. Ejusmodi rationibus repellens eos, qui sibi persuadere conabantur, decrevit in eo, quod sibi proposuerat, perstare ac ne momento quidem temporis a latere matris unquam discedere. Quamobrem ei sæpe dicebat mater, se reliquos liberos in utero tempore quodam præfinito gessisse, illam vero perpetuo in visceribus suis quodammodo circumferre. Filiæ tamen convictus nec laborem matri nec damnum afferе-

A τραπέζης, καὶ ἐπὶ κοίτην ἰοῦσα, καὶ εἰς προσευχὰς διανισταμένη, πανταχοῦ τὴν Ψαλμῳδίαν εἶχεν, οἷόν τινα σύνοδον ἀγαθὴν μηδενὸς ἀπολιμπανομένην χρόνου.

Τούτοις συναυξανομένη καὶ τοῖς τοιούτοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ τὴν χεῖρα πρὸς τὴν ἐρουργίαν διαφερόντως ἀσκήσασα, πρόεισιν εἰς δωδέκατον ἔτος· ἐν ᾧ μάλιστα τὸ τῆς νεότητος ἄνθος ἐκλάμπειν ἄρχεται. Ἔνθα δὴ καὶ θαυμάζειν ἄξιον, ὅπως οὐδὲ κεκρυμμένον τὸ κάλλος τῆς νέας ἐλάνθανεν. Οὐδέ τι κατὰ τὴν πατρίδα πᾶσαν ἐκείνην τοιοῦτον θαῦμα ἐδόκει, οἷον ἐν συγκρίσει τοῦ κάλλους ἐκείνου καὶ τῆς εὐμορφίας εἶναι· ὡς μηδὲ ζωγράφων χεῖρας ἐφικέσθαι δυνηθῆ-B ναι τῆς ὥρας· ἀλλὰ τὴν πάντα μηχανωμένην τέχνην, καὶ τοῖς μεγίστοις ἐπιτολμῶσαν, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυποῦσθαι, τὴν τῆς μορφῆς ἐκείνης εὐκληρίαν μὴ ἰσχῦσαι δι' ἀκριβείας μιμήσασθαι. Τούτου χάριν πολὺς ἑσμὸς τῶν μνηστευόντων τὸν γάμον αὐτῆς τοῖς γονεῦσι περιεχεῖτο. Ὁ δὲ πατὴρ (ἦν γὰρ δὴ σώφρων καὶ κρίνειν τὸ καλὸν ἐπεσκεμμένος) εὐδόκιμόν τινα τῶν ἐκ γένους γνώριμον ἐπὶ σωφροσύνῃ, ἄρτι τῶν παιδευτηρίων ἐπανήκοντα, τῶν λοιπῶν ἀποκρίνας, ἐκείνῳ κατεγγυᾶσθαι ἐγνώκει τὴν παῖδα, εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ μὲν ἐν ἐλπίσιν ἦν ταῖς χρηστοτέραις· καὶ καθάπερ τι τῶν κεχαρισμένων ἕδνων, τὴν διὰ τῶν λόγων εὐδοκίμησιν προσῆγε τῷ πατρὶ τῆς νέας, ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἀγῶσι C τὴν τῶν λόγων ἐπιδεικνύμενος δύναμιν. Ὁ δὲ φθόνος ἐπικόπτει τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας, ἀναρπάσας αὐτὸν ἐκ τῆς ζωῆς ἐν ἐλεεινῇ τῇ νεότητι.

Οὐκ ἠγνόει δὲ τὰ τῷ πατρὶ δεδογμένα ἡ κόρη. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ θανάτῳ τοῦ νεανίου τὸ κεκριμένον ἐπ' αὐτῇ διεκόπη· γάμον ὀνομάσασα τὴν τοῦ πατρὸς κρίσιν, ὡς γεγενημένου τοῦ κεκριμένου, μένειν ἐφ' ἑαυτῆς τὸ λοιπὸν ἠξίου. Καὶ ἦν ἡ κρίσις τῆς ἡλικίας παγιωτέρα. Πολλάκις γὰρ αὐτῇ τοὺς περὶ τῶν γάμων προσαγαγόντων λόγους τῶν γεννησαμένων, διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς κατὰ φήμην τοῦ κάλλους μνηστεύειν ἐθέλοντας, ἄτοπον εἶναι ἔλεγε καὶ παράνομον, μὴ στέργειν τὸν ἅπαξ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῇ κυρωθέντα γάμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἕτερον ἀναγκάζεσθαι βλέπειν· ἑνὸς ὄντος ἐν τῇ φύσει τοῦ γάμου, ὡς μία γένεσις, καὶ θάνατος εἷς· τὸν δὲ συναρμοσθέντα D κατὰ τὴν τῶν γονέων κρίσιν μὴ τεθνάναι διισχυρίζετο, ἀλλὰ τὸν τῷ Θεῷ ζῶντα, διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, ἀπόδημον κρίνειν, καὶ οὐ νεκρόν· ἄτοπον δὲ εἶναι τῷ ἐκδημοῦντι νυμφίῳ μὴ φυλάσσειν τὴν πίστιν. Τοῖς τοιούτοις λόγοις ἀπωθουμένη τοὺς παραπείθειν ἐπιχειροῦντας, ἓν ἐδοκίμασεν ἑαυτῇ τῆς ἀγαθῆς κρίσεως φυλακτήριον, τὸ μηδέποτε τῆς ἰδίας μητρὸς, μηδὲ ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου διαζευχθῆναι· ὡς πολλάκις τὴν μητέρα πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν, ὅτι τὰ λοιπὰ τῶν τέκνων τεταγμένῳ τινὶ χρόνῳ ἐκυοφόρησεν, ἐκείνην δὲ διαπαντὸς φέρει πάντοτε τρόπον τινὰ τοῖς σπλάγχνοις ἑαυτῆς περιέχουσα. Ἀλλ' οὐκ ἦν ἐπίπονος, οὐδὲ ἀκερδὴς τῇ μητρὶ τῆς θυγατρὸς ἡ συνδιαγωγή. Ἀντὶ γὰρ πολλῶν αὐτῇ θεραπαινίδων ἦν ἡ παρὰ τῆς θυγατρὸς θεραπεία· καὶ ἦν ἀντίδοσίς τις

ἀγαθὴ παρ' ἀμφοτέρων ἀλλήλαις ἀντιπληρουμένη. A Ἡ μὲν γὰρ τὴν ψυχὴν τῆς νέας, ἡ δὲ τὸ σῶμα τῆς μητρὸς ἐθεράπευεν, ἔν τε τοῖς ἄλλοις πᾶσι τὴν ζητουμένην ὑπηρεσίαν ἀποπληροῦσα· καὶ ἐν τῷ ταῖς ἰδίαις χερσὶ πολλάκις τῇ μητρὶ παρασκευάζειν τὸν ἄρτον. Ὅπερ οὐ κατὰ τὸ προηγούμενον αὐτῇ διεσπουδάσθη. Ἀλλ' ἐπειδὴ ταῖς μυστικαῖς ὑπηρεσίαις τὰς χεῖρας ἑαυτῆς ἔχρισε, πρέπειν ἡγησαμένη τῷ ἐπιτηδεύματι τοῦ βίου τὴν περὶ τοῦτο σπουδήν, ἐκ τοῦ περιόντος τῇ μητρὶ παρεχορήγει τὴν ἐκ τῶν οἰκείων πόνων τροφήν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν αὐτῇ συνδιῳκονόμει τὴν ἐπικειμένην φροντίδα. Τεσσάρων γὰρ υἱῶν ἦν μήτηρ, καὶ πέντε θυγατέρων, καὶ τρισὶν ἄρχουσιν ὑπετέλει, διὰ τὸ ἐν τοσούτοις ἔθνεσιν αὐτῆς κατεσπάρθαι τὴν κτῆσιν.

Ποικίλως τοίνυν τῆς μητρὸς ταῖς φροντίσι διὰ B τοῦτο μεριζομένης· ἤδη γὰρ ὁ πατὴρ ἐξεληλύθει τὸν βίον· ἐν πᾶσι τούτοις κοινωνὸς ἦν τῇ μητρὶ τῶν πόνων, συνδιαιρουμένη τὰς φροντίδας, καὶ τὸ βαρὺ τῶν ἀλγηδόνων ἐπικουφίζουσα· καὶ ὁμοῦ μὲν τῇ παιδαγωγίᾳ τῆς μητρὸς ἄμωμον διεφύλασσεν ἑαυτῇ τὸν βίον ἐν μητρῴοις ὀφθαλμοῖς διαπαντὸς εὐθυνόμενόν τε καὶ μαρτυρούμενον· ὁμοῦ τε παρέσχε πρὸς τὸν ἴσον σκοπὸν, τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λέγω, μεγάλην τῇ μητρὶ διὰ τοῦ βίου ἑαυτῆς τὴν ὑφήγησιν, κατ' ὀλίγον αὐτὴν πρὸς τὴν ἄϋλόν τε καὶ τελειοτέραν ζωὴν ἐφελκομένη. Καὶ ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὰς ἀδελφὰς πρὸς τὸ δοκοῦν ἑκάστῃ μετ' εὐσχημοσύνης ἡ μήτηρ ᾠκονομήσατο, ἐπάνεισιν ἐν τούτῳ τῶν παιδευτηρίων πολλῷ χρόνῳ προσασκηθεὶς τοῖς λόγοις, ὁ πολὺς Βασίλειος, ὁ ἀδελφὸς τῆς προειρημένης. Λαβοῦσα τοίνυν αὐτὸν C ὑπερφυῶς ἐπηρμένον τῷ περὶ τοὺς λόγους φρονήματι, καὶ πάντα περιφρονοῦντα τὰ ἀξιώματα, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ δυναστείᾳ λαμπροὺς ἐπηρμένον τῷ ὄγκῳ, τοσούτῳ τάχει κἀκεῖνον πρὸς τὸν τῆς φιλοσοφίας σκοπὸν ἐπεσπάσατο, ὥστε ἀποστάντα τῆς κοσμικῆς περιφανείας, καὶ ὑπεριδόντα τοῦ διὰ τὸν λόγον θαυμάζεσθαι, πρὸς τὸν ἐργατικὸν τουτονὶ καὶ αὐτόχειρα βίον αὐτομολῆσαι, διὰ τῆς τελείας ἀκτημοσύνης, ἀνεμπόδιστον ἑαυτῷ τὸν εἰς ἀρετὴν βίον παρασκευάζοντα. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκείνου βίος, καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐπιτηδεύματα, δι' ὧν ὀνομαστὸς ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἥλιον γενόμενος, ἀπέκρυψε τῇ δόξῃ πάντας τοὺς ἐν ἀρετῇ διαλάμψαντας, μακρᾶς ἂν εἴη συγγραφῆς καὶ χρόνου πολλοῦ· ἐμοὶ δὲ πρὸς τὸ προκείμενον πάλιν ὁ λόγος D τετράφθω. Ἐπειδὴ γὰρ πάσης ὑλωδεστέρας ζωῆς ὑπόθεσις ἤδη αὐτῆς περικέκοπτο, πείθει τὴν μητέρα καταλιποῦσαν τὸν ἐν ἔθει βίον, καὶ τὴν κομπωδεστέραν διαγωγὴν, καὶ τὰς ἐκ τῶν ὑποχειρίων θεραπείας, αἷς προσείθιστο κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, ὁμότιμον γενέσθαι τοῖς πολλοῖς τῷ φρονήματι, καὶ καταμῖξαι τὴν ἰδίαν ζωὴν τῇ μετὰ τῶν παρθένων διαγωγῇ, ὅσας εἶχε μεθ' ἑαυτῆς ἐκ δουλίδων, καὶ ὑποχειρίων ἀδελφὰς, καὶ ὁμοτίμους ποιησαμένη· μᾶλλον δὲ μικρόν τι βούλομαί παρενθεῖναι τῷ διηγήματι, καὶ μὴ παραδραμεῖν ἀνιστόρητον πρᾶγμα τοιοῦτον, δι' οὗ μᾶλλον τὸ ὑψηλὸν τῆς παρθένου καταμηνύεται.

Ἦν τῶν τεσσάρων ἀδελφῶν, ὁ δεύτερος μετὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, Ναυκράτιος ὄνομα, φύσεως εὐκληρίᾳ, καὶ σώματος κάλλει, καὶ ῥώμῃ, καὶ τάχει, καὶ τῇ πρὸς πᾶν ἐπιτηδειότητι διαφέρων τῶν ἄλλων.

bat. Quin etiam officiosa ejus sedulitas multarum ancillarum instar erat, et mutua quædam inter eas vigebat remuneratio. Siquidem altera custodiebat animum filiæ, altera corpori matris inserviebat, eique in reliquis officiis omnibus ministrabat, ut propriis etiam manibus matri panem præberet. Quæ tamen illi præcipua cura non erat : sed posteaquam sacris officiis satisfecerat, existimans id suo vitæ instituto convenire, ex labore suo matri victum subministrabat. Idque non ei solum cordi erat, sed etiam ut matrem curarum mole levaret. Mater enim quatuor filios et quinque filias habebat : tribus præterea principibus vectigal præstabatur, quoniam ejus possessio in tot gentibus disseminata erat.

Cum igitur mater variis curis distringeretur (pater enim jam naturæ concesserat), in omnibus laboribus matri se sociam præbebat, et sollicitudinum partem ipsa subiens eam gravi molestiarum onere levabat. Simul autem et matris disciplina vitam ab omni reprehensione integram servavit, cum in ejus oculis semper ageret ejusdemque testimonio probaretur, et se vicissim ei magnam ad parem philosophiæ scopum exemplo vitæ suæ ducem præbuit, paulatim ipsam ad puriorem perfectioremque vitam trahens. Cum autem reliquæ sorores honeste collocatæ essent a matre, a publicis litterarum gymnasiis, in quibus diu versatus fuerat, revertitur magnus Basilius ipsius Macrinæ frater : quem illa scientia et eloquentia vehementer elatum existimans omnesque despicientem dignitates, et fastu superantem eos qui in magistratu essent, tanta celeritate ad idem sapientiæ studium incitavit, ut mundi posthabita claritate, despectaque eloquentiæ gloria, laboriosum hoc operosumque vivendi genus per paupertatem perfectam amplexus, expeditam sibi ad virtutem viam struxerit. Cæterum illius vita ac instituta quibus in omnibus orbis partibus, quæ illustrantur a sole, celebratus, gloria sua splendorem omnium virtute illustrium obscuravit, longam scriptionem et multum temporis desiderant. Quapropter illuc, unde digressa est, nostra revertatur oratio. Cum ipsa a se omnem turbulentioris vitæ materiam amputasset, persuasit matri, ut, relicta pristinæ vitæ consuetudine, elatioreque vivendi modo, quas arte subditas et ancillas ad usus proprios adhibuerat, secum ejusdem sortis atque ordinis esse vellet, atque una cum illis vitam cum virginibus traduceret. Sed narrationis filum volo parumper intermittere, ne rem, qua sublimitas virginis magis declaratur, silentio transeamus.

Ex quatuor fratribus is qui secundum Basilium natu maximus erat, Naucratius vocabatur, juvenis eximiis tum ingenii tum corporis dotibus præditus : nam et pulchritudine et robore et celeritate,

et habilitate quadam ad omnia peragenda reliquis præstabat. Qui cum vicesimum secundum ætatis annum confecisset, dicendoque publice tale studiorum suorum specimen dedisset, ut omne audientium theatrum ipsius admiratione commoveretur, divina quadam providentia magno mentis impetu ductus, spretis omnibus quæ in manibus habebat, ad solitariam et inopem vitam se contulit, nihil secum præter seipsum ferens. Secutus est eum e domesticis unus Chrysaphius nomine qui et illum diligebat, et eodem vitæ studio tenebatur. Nactus igitur secessum quemdam propter Iridem (est autem Iris fluvius qui per mediam Ponti provinciam labitur, ortus principium ab ipsa ducens Armenia, per regionemque nostram influit in Pontum Euxinum), apud hunc fluvium nactus adolescens locum quemdam densis nemoribus consitum, et collem dorso præcelsi montis superextenso reconditum, in eo procul ab urbanis tumultibus omnibusque tum militiæ tum judiciorum perturbationibus et strepitu constitutus, vitam agebat, seque ab illis molestiis, quibus humana vita vexatur, liberans, senes quosdam simul viventes egestate et morbo laborantes curabat, studium et negotium illud putans a suo vivendi instituto non abhorrere. Venando igitur (quoniam ad omne genus venaticæ industriæ solertissimus erat) victum senibus quæritabat, et his laboribus pariter domabat adolescentiam: nec ob id alacri animo maternæ voluntati parere desinebat, si quid ab ea aliquando mandabatur, duplici studio recte vitam instituens, ut et labore fervorem ætatis exstingueret, et obsequendo matri recta via ad Deum per divina mandata contenderet.

Sic igitur philosophans, et vita sua matrem beatam reddens, quintum annum exegerat, cum et temperantia pectus instrueret et totis viribus matris obsequeretur voluntati, quando misere dolis, ut opinor, adversarii grave et tragicum vulnus inflictum est quod calamitate et mœrore totam familiam affecit. Repente enim adolescens vitæ subripitur, non morbo aliquo aut solita ulla ratione, immatura morte sublatus: sed cum ad venationem profectus esset, qua industria senio confectis illis victui suppeditabat necessaria, mortuus domum reportatur, una cum illo ipso socio et in omni vita conjunctissimo Chrysaphio. Procul autem aberat mater, trium dierum itinere ab ea remota calamitate. Quæ licet in omni genere virtutis perfecta esset, tamen cum tam acerbum nuntium a quodam accepisset, natura, ut par est, superante, collapsa exanimataque tantum non simul cum voce spiritum amisit. Ratio enim doloris magnitudine victa succubuit, ipsaque veluti generosus quidam athleta improviso vulnere afflicta jacuit.

A Προελθὼν οὗτος εἰς δεύτερον ἔτος καὶ εἰκοστὸν, καὶ δοὺς τῶν οἰκείων πόνων ἐπὶ δημοσίας ἀκοῆς τὰς ἀποδείξεις, ὥστε ἅπαν ἐπ' αὐτῷ σεισθῆναι τῶν ἀκουόντων τὸ θέατρον, θείᾳ τινὶ προμηθείᾳ τῶν ἐν χερσὶν ἁπάντων ὑπεριδὼν, πρὸς τὸν μονήρη καὶ ἀκτήμονα βίον ἀπῆλθεν ἐν μεγάλῃ τινὶ τῆς διανοίας ὁρμῇ, οὐδὲν ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ πλὴν ἑαυτοῦ· εἵπετο δέ τις αὐτῷ καὶ τῶν οἰκετῶν Χρυσάφιος τοὔνομα, τῷ τε πρὸς αὐτὸν ἔχειν ἐκεῖνον ἐπιτηδείως, καὶ τῷ τὴν αὐτὴν προαίρεσιν περὶ τὸν βίον ἐνστήσασθαι. Διῆγε τοίνυν καθ' ἑαυτὸν ἐσχατιάν τινα καταλαβὼν, πρὸς τῷ Ἴριδι. Ποταμὸς δὲ ὁ Ἶρις ἐστὶ, μέσον διαῤῥέων τὸν Πόντον· ὃς ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, διὰ τῶν ἡμετέρων τόπων, ἐπὶ τὸν Εὐξείνου Πόντον τὸ ῥεῖθρον ἐκδίδωσι. Περὶ τοῦτον εὑρών τινα τόπον ὁ νεανίας ὕλῃ
B βαθείᾳ κομῶντα, καὶ λόφον τινὰ τῆς ὑπερτεταμένης τοῦ ὄρους ῥαχίας ἐγκεκρυμμένον, ἐν αὐτῷ διῆγε, τῶν ἀστυκῶν θορύβων καὶ τῶν ἀπὸ στρατείας τε καὶ τῶν ἐν δικαστηρίοις ῥητορικῆς ἀσχολημάτων πόῤῥω γενόμενος. Καὶ πάντων τῶν περὶ τὸν βίον περιηχούντων τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ἑαυτὸν ἐλευθερώσας, τοὺς πρεσβύτας τινὰς πενίᾳ καὶ ἀῤῥωστίᾳ συζῶντας, ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἐθεράπευε· πρέπειν δοκιμάσας τῷ ἰδίῳ βίῳ τὴν τοιαύτην ἀσχολίαν διὰ φροντίδος ἔχειν. Θηρεύων τοίνυν ἰχθύας ἤγρευεν ὁ γεννάδας· καὶ διὰ τὸ πρὸς πᾶν εἶδος θηρευτικῆς ἐπινοίας ἐπιτηδείως ἔχειν, ἐπόριζε διὰ τῆς θήρας τοῖς στέργουσι τὴν τροφήν· καὶ τὴν νεότητα τοῖς τοιούτοις ἅμα κατεδάμαζε πόνοις· ἀλλὰ καὶ τοῖς μητρῴοις θελήμασιν, εἴ ποτέ τι παρ' αὐτῆς προσταχθείη, προθύμως ὑπηρετῶν, δι'
C ἀμφοτέρων κατώρθου τὸν βίον· τοῖς τε πόνοις κατακρατῶν τῆς νεότητος, τῇ τε περὶ τὴν μητέρα σπουδῇ, διὰ τῶν θείων ἐντολῶν, πρὸς τὸν Θεὸν εὐοδούμενος.

Πέμπτον διήγαγεν ἔτος τοῦτον τὸν τρόπον φιλοσοφῶν, καὶ μακαριστὴν ποιῶν τὴν μητέρα τῇ ἰδίᾳ ζωῇ, οἷς τε κατεκόσμει διὰ σωφροσύνης τὴν οἰκίαν ζωὴν, οἷς τε παρεῖχε πᾶσαν τὴν δύναμιν ἑαυτοῦ τῷ θελήματι τῆς γεννησαμένης. Εἶτα βαρύ τι καὶ τραγικὸν πάθος ἐξ ἐπιβουλῆς, οἶμαι, τοῦ ἀντικειμένου τῇ μητρὶ συνηνέχθη, ὃ παντὶ τῷ γένει πρὸς συμφοράν τε καὶ πένθος ἐπήρκεσεν. Αἰφνιδίως γὰρ ἐκ τῆς ζωῆς ἀναρπάζεται, οὐ νοσήματος προελπισθῆναι τὸ πάθος παρασκευάσαντος, οὐκ ἄλλου τοιούτου τινὸς τῶν συνήθων καὶ γνωρίμων ἐπαγαγόντος τῷ νέῳ τὸν θάνα-
D τον· ἀλλ' ἐπὶ θήραν ὁρμήσας, δι' ἧς παρεῖχε τοῖς γηρωκομουμένοις τὰ ἐπιτήδεια, νεκρὸς τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐπανάγεται, αὐτός τε ἐκεῖνος, καὶ ὁ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου Χρυσάφιος. Πόῤῥω δὲ ἦν τῶν γινομένων ἡ μήτηρ, τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστῶσα τῆς συμφορᾶς. Καί τις ἀφίκετο παρ' αὐτὴν μηνύων τὸ πάθος· ἡ δὲ τελεία μὲν τοῖς κατ' ἀρετὴν ἅπασιν ἦν, πλὴν ἐκράτει κἀκείνης κατὰ τὸ ἴσον ἡ φύσις. Ὀκλάσασα γὰρ τὴν ψυχὴν, ἄπνους τε καὶ ἄφθογγος παραχρῆμα ἐγένετο, τοῦ λογισμοῦ τῷ πάθει παραχωρήσαντος,

[illegible]

Hic magnæ Macrinæ virtus apparuit, quæ non solum se invictam atque erectam servavit, verum

[illegible] τῆς μεγάλης Μακρίνης ἡ [illegible] πάθει τὸν λογισμὸν ἀντιστήσασα,

ἑαυτήν τε ἄπτωτον διεφύλαξε, καὶ τῆς μητρικῆς ἀσθενείας ἔρεισμα γενομένη, πάλιν ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς λύπης αὐτὴν ἀνενεώσατο· τῷ καθ' ἑαυτὴν στεῤῥῷ τε καὶ ἀνενδότῳ, καὶ τὴν τῆς μητρὸς ψυχὴν πρὸς ἀνδρείαν παιδοτριβήσασα.

Οὐκοῦν οὐ παρεσύρη πρὸς τὸ πάθος ἡ μήτηρ, οὐδὲ ἔπαθε δυσγενές τι καὶ γυναικεῖον, ὥστε βοῆσαι πρὸς τὸ κακὸν, ἢ περιῤῥήξασθαι τὸ ἱμάτιον, ἢ ἐπικωκῦσαι τῷ πάθει, ἢ ταῖς γοεραῖς μελῳδίαις ἀνακινῆσαι τοὺς θρήνους. Ἀλλὰ ἡσυχῇ διεκαρτέρει τοῖς λογισμοῖς, ταῖς τῆς φύσεως προσβολαῖς διωθουμένη, λογισμοῖς τε τοῖς ἰδίοις καὶ τοῖς παρὰ τῆς θυγατρὸς αὐτῇ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ θεραπείαν προσαγομένοις. Τότε γὰρ δὴ μάλιστα ὑψηλή τε καὶ ἐπηρμένη ἡ τῆς παρθένου ψυχὴ διεφάνη· ὅτι καὶ ἐν ἐκείνῃ μὲν ἡ φύσις τὸ ἴδιον ἔπασχεν· ἀδελφὸς γὰρ ἦν, καὶ ἀδελφῶν ὁ κεχαρισμένος, ὁ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ θανάτου ἀναρπασθείς. Ὅμως ὑψηλοτέρα γενομένη τῆς φύσεως, συνεπῆρε τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς τὴν μητέρα, καὶ ὑπεράνω τοῦ πάθους ἔστησε· τῷ καθ' ἑαυτὴν ὑποδείγματι, πρὸς ὑπομονήν τε καὶ ἀνδρείαν παιδαγωγήσασα· ἄλλως δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῆς ἀεὶ δι' ἀρετῆς ὑψούμενος, οὐ παρεῖχε τῇ μητρὶ καιρὸν ἐπὶ τῷ λείποντι δυσχεραίνειν μᾶλλον, ἢ τῷ ὁρωμένῳ ἀγαθῷ ἐπαγάλλεσθαι.

A etiam matris imbecillitatem fulsit atque sustinuit. Nam animum ejus gravissimo casu dejectum excitans et recreans, invicto robore suo ad fortitudinem et tolerantiam instituit.

Sic igitur tandem mater dolori restitit, nec indignum aut effeminatum quidpiam admisit, ut vel vociferaretur, vel pallium scinderet, vel ejularet, vel luctuosis clamoribus lamentationes intenderet. Sed ratione sensim impetus naturæ depulit, tum propriis, tum filiæ consiliis ægritudini medicinam afferentibus. Tunc enim maxime virginis animus excelsus et sublimis exstitit. Etenim quamvis in ea vim suam natura exerceret (erat enim frater et fratrum charissimus qui tam acerbo genere mortis B exstinctus fuerat), tamen natura sublimior facta, rationibus suis matrem sublevabat, exemploque suo ad patientiam et virtutem erudiens perficiebat ut dolore superior exsisteret: quanquam et ejus vita virtute semper excellens nullum sinebat esse tempus, quo mater propter mœstitiam potius angeretur, quam præsenti bono gauderet.

Ἐπεὶ οὖν ἐπαύσατο τῇ μητρὶ, ἥ τε τῆς παιδοτροφίας φροντὶς καὶ ἡ τῆς παιδεύσεώς τε καὶ καταστάσεως τῶν τέκνων μέριμνα, καὶ αἱ πλείους τῆς ὑλωδεστέρας ζωῆς ἀφορμαὶ, εἰς τὰ τέκνα κατεμερίσθησαν· τότε, καθὼς προείρηται, γίνεται σύμβουλος τῆς μητρὸς ἡ τῆς παρθένου ζωὴ πρὸς τὴν ἐμφιλόσοφον ταύτην καὶ ἄϋλον τοῦ βίου διαγωγήν· καὶ ἀποστήσασα τῶν ἐν συνηθείᾳ πάντων, πρὸς τὸ ἴδιον τῆς ταπεινοφροσύνης μέτρον μετήγαγεν· ὁμότιμον αὐτὴν γενέσθαι τῷ πληρώματι τῶν παρθένων παρασκευάσασα, ὡς καὶ τραπέζης μιᾶς, καὶ κοίτης, καὶ πάντων τῶν πρὸς τὴν ζωὴν κατὰ τὸ ἴσον συμμετέχειν αὐταῖς, πάσης τῆς κατὰ τὴν ἀξίαν διαφορᾶς ὑφαιρεθείσης αὐτῶν τῆς ζωῆς. Καὶ τοιαύτη τις ἦν ἡ τοῦ βίου τάξις, καὶ τοσοῦτον τὸ ὕψος τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἡ σεμνὴ τῆς ζωῆς πολιτεία ἐν τῇ καθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτα διαγωγῇ, ὡς ὑπερβαίνειν τὴν ἐκ τῶν λόγων ὑπογραφήν. Καθάπερ γὰρ αἱ διὰ θανάτου τῶν σωμάτων ἐκλυθεῖσαι ψυχαὶ, καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον μεριμνῶν συνεκλύονται, οὕτως κεχώριστο αὐτῶν ἡ ζωὴ, καὶ ἀπῴκιστο πάσης βιωτικῆς ματαιότητος, καὶ πρὸς μίμησιν τῆς τῶν ἀγγέλων ζωῆς ἐῤῥυθμίζετο. Ἐν οἷς γὰρ οὐ θυμὸς, οὐ φθόνος, οὐ μῖσος, οὐχ ὑπεροψία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐνεωρᾶτο· ἥ τε τῶν ματαίων ἐπιθυμία, τιμῆς τε καὶ δόξης, καὶ τύφου, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἐκβεβλημένων. Τρυφὴ δὲ ἦν ἡ ἐγκράτεια, καὶ δόξα τὸ μὴ γινώσκεσθαι. Πλοῦτος δὲ ἦν ἡ ἀκτημοσύνη, καὶ τὸ πᾶσαν τὴν ὑλικὴν περιουσίαν, οἷόν τινα κόνιν τῶν σωμάτων, ἀποτινάξασθαι. Ἔργον δὲ τῶν κατὰ τὴν ζωὴν ταύτην σπουδαζομένων οὐδὲν, ὅτι μὴ πάρεργον. Μόνη δὲ ἡ τῶν θείων μελέτη, καὶ τὸ τῆς προσευχῆς ἀδιάλειπτον, καὶ ἡ ἄπαυστος ὑμνῳδία· κατὰ τὸ ἴσον συμπαρατεινομένη τῷ χρόνῳ, διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας πάσης· ὥστε αὐταῖς καὶ ἔργον

Cum igitur jam et nutriendorum liberorum cura et educationis atque collocationis eorum esset sollicitudine liberata, et molestiæ domesticæ majore ex parte inter ipsos filios divisæ forent: auctor, ut dictum est, matri virgo fuit, ut ad sapientiæ studium et puram vivendi rationem sese conferret: eamque a reliquis omnibus rebus et pristina C consuetudine, ad propriam humilis abjectæque vitæ moderationem adduxit, ut in ea virginum multitudine eadem cum illis conditione viveret, unaque mensa, simili lectulo, pari denique et æqua rerum omnium quæ ad vitam pertinent, ratione uteretur, omni ex ipsarum vita dignitatis differentia sublata. Quamobrem talis erat vitæ ordo tantaque in sapientiæ studio præstantia et tam gravis vivendi disciplina, ut nulla describi possit orationis facultate: quales enim sunt animi, qui corporis vinculis soluti molestiisque liberati ex hoc vitæ carcere avolaverunt: talis erat earum vita, quippe quæ ab omni rerum humanarum vanitate aliena ad angelorum vitæ similitudinem proxime accedebat. Non ira, non invidia, non odium, non su- D spicio inter eas cernebatur; omnis honoris, gloriæ et aliarum id genus inanium rerum cupiditas, omnis fastus et superbia, et reliqua similia vitia inde rejecta erant. Delicias suas in temperantia collocabant; gloriam suam in eo putabant sitam quod notæ essent nemini; divitias, quod nihil possiderent, quodque terrenas omnes copias, tanquam pulverem, a corporibus suis excussissent. Nullum autem non inane studium esse ducebant, quod in hac vita curanda colendaque poneretur. Sola illic rerum divinarum vigebat cura, perpetuumque precandi studium, et assidua psalmorum decantatio, quæ nullo unquam tempore nec die nec

nocte intermittebatur : ut in ea re et opus ipsarum pariter et quies consisteret. Quænam igitur humana dicendi vis hanc vivendi rationem explicare queat? Erat ipsarum vita inter humanam cœlestemque naturam interjecta, utriusque particeps, utrique finitima : etenim quatenus ab humanis perturbationibus se vindicarat, hominis conditione præstantior erat; quatenus autem in corpore cernebatur, et hominis continebatur figura et sensuum instrumentis utebatur, angelicæ et corporis experti naturæ cedebat : ausit forsitan aliquis etiam non inferiorem esse contendere. Quandoquidem cum carne viventes, ad similitudinem vacantium corpore potestatum, onere corporis non premebantur : sed excelsa et sublimis erat earum vita, quippe quæ alto erectoque animo cum cœlestibus illis potestatibus versabantur. In hoc vivendi instituto non parvo tempore vixerant, cum assiduis inventorum bonorum accessionibus, sapientiæ studium augentes ad majorem animi munditiam appropinquarent.

A εἶναι τοῦτο, καὶ ἔργον, ἀνάπαυσιν. Τὴν τοίνυν τοιαύτην διαγωγὴν τίς ἂν ὑπ' ὄψιν ἀγάγοι λόγος ἀνθρώπινος; Παρ' οἷς μεθόριος ἦν ἡ ζωὴ τῆς τε ἀνθρωπίνης καὶ τῆς ἀσωμάτου φύσεως. Τὸ μὲν γὰρ ἐλευθερωθῆναι τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων τὴν φύσιν κρεῖττον ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἦν· τὸ δὲ ἐν σώματι φαίνεσθαι καὶ σχήματι περιειλῆφθαι, καὶ τοῖς αἰσθητικοῖς ὀργάνοις συζῆν, ἐν τούτῳ τῆς ἀγγελικῆς τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως τὸ ἔλαττον εἶχον. Τάχα δ' ἂν τις τολμήσας εἴποι μηδὲ καταδεεστέραν τὴν παραλλαγὴν εἶναι· ὅτι σαρκὶ συζῶντες, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, οὐκ ἐβαροῦντο τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος· ἀλλ' ἀνωφερής τε καὶ μετέωρος ἦν αὐτῶν ἡ ζωή, ταῖς οὐρανίαις συμμετεωροποροῦσα δυνάμεσι· χρόνος ἦν τῆς τοιαύτης διαγωγῆς, οὐκ B ὀλίγος· καὶ συνηύξετο τῷ χρόνῳ τὰ κατορθώματα, ἀεὶ πρὸς τὸ καθαρώτερον ταῖς τῶν ἐφευρισκομένων ἀγαθῶν προσθήκαις τῆς φιλοσοφίας ἐπιδιδούσης.

Ad hunc autem tam præclarum scopum assequendum magno erat adjumento frater quidam eodem ex utero editus, qui Petrus appellabatur, in quo pariendi dolores finierat mater : hic enim ultimus a parentibus susceptus est filius, qui simul et natus et orbus fuit. Quo enim tempore ipse in lucem edebatur, pater e vita decessit. Hunc, quæ inter liberos erat natu maxima, qua de instituta hæc est oratio, paulo post ejus ortum ab ubere nutricis sublatum ipsa statim enutriit, excellentique disciplina educavit, sacris institutis a puero ipsum erudiens, adeo ut nihil otii concesserit, quo posset studiis inanibus vacare; nam illi se et patrem et magistrum et custodem, et matrem, et ad optima quæque consultricem præbuit, talemque reddidit ut antequam excederet e pueritia in tenero illo ætatis flore ad excelsum philosophiæ gradum ascenderit. Ea quidem erat ingenii bonitate, ut ad omnia artium genera etiam quæ manibus exercentur perdiscenda natus esse videretur : quare nullo duce perfectam eorum peritiam est assecutus quæ cæteri multo tempore et labore discunt a præceptoribus. Is ergo studiorum externorum occupationes aspernatus, et ingenium ad omnes bonas disciplinas percipiendas aptum habens, semperque respiciens ad sororem, quam sibi tanquam totius boni scopum proposuerat, eos ad virtutem progressus fecit, ut in reliqua vita magno Basilio virtutis præstantia nihilo inferior fore judicaretur : Tunc autem sorori et matri erat instar omnium, et una cum illis ad angelicam illam vitam contendebat.

Ἦν δὲ αὐτῇ, ὁ μάλιστα πρὸς τὸν μέγαν τοῦτον τοῦ βίου σκοπὸν ὑπηρετῶν, ἀδελφός τις ὁμογάστριος, Πέτρος ὄνομα αὐτῷ, ἐφ' ᾧ ἔληξαν τῆς μητρὸς ἡμῶν αἱ ὠδῖνες. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ τελευταῖος τῶν ὠδίνων βλαστός· ὃς ὁμοῦ τε υἱὸς, καὶ ὀρφανὸς ὠνομάσθη· ἅμα γὰρ τῷ παρελθεῖν τοῦτον εἰς φῶς, καταλείπει ὁ πατὴρ τὸν βίον. Ἀλλ' ἡ πρεσβυτάτη τῶν ἀδελφῶν, περὶ ἧς ὁ λόγος, μικρὰ τῆς θηλῆς αὐτὸν παρὰ τὴν πρώτην γένεσιν μετασχόντα, εὐθὺς ἀποσπάσασα τῆς C τιθηνουμένης, δι' ἑαυτῆς ἀνατρέφει τε καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ὑψηλοτέραν ἤγαγε παίδευσιν, τοῖς ἱεροῖς τῶν μαθημάτων ἐκ νηπίων αὐτὸν ἐνασκήσασα, ὡς μὴ δοῦναι τῇ ψυχῇ σχολὴν πρός τι τῶν ματαίων ἐπικλιθῆναι. Ἀλλὰ πάντα γενομένη τῷ νέῳ, πατὴρ, διδάσκαλος, παιδαγωγὸς, μήτηρ, ἀγαθοῦ παντὸς σύμβουλος, τοιοῦτον αὐτὸν ἀπειργάσατο, ὥς πρὶν ἐξελθεῖν τὴν ἡλικίαν τῶν παίδων ἔτι ἐν μειρακίῳ, τῇ ἁπαλότητι τῆς ἡλικίας ἀνθοῦντα, πρὸς τὸν ὑψηλὸν τῆς φιλοσοφίας σκοπὸν ἐπαρθῆναι. Καί τινι φύσεως εὐκληρίᾳ πρὸς πᾶσαν τέχνην ἰδίαν τὴν διὰ χειρὸς ἐνεργουμένην ἐπιτηδείως ἔχειν, ὡς μηδενὸς καθηγουμένου, διὰ πάσης ἀκριβείας ἑκάστου τὴν ἐπιστήμην κατωρθωκέναι, ὧν χρόνῳ καὶ πόνῳ τοῖς πολλοῖς ἡ μάθησις γίνεται. Οὗτος τοίνυν τῆς περὶ τοὺς ἔξωθεν D τῶν λόγων ἀσχολίας ὑπεριδὼν, ἱκανὴν δὲ διδάσκαλον παντὸς ἀγαθοῦ μαθήματος τὴν φύσιν ἔχων, ἀεί τε πρὸς τὴν ἀδελφὴν βλέπων, καὶ σκοπὸν ἀγαθοῦ παντὸς ἐκείνην ποιούμενος, εἰς τοσοῦτον ἐπέδωκεν ἀρετῆς εἶδος, ὡς μηδὲν ἔλαττον τοῦ μεγάλου Βασιλείου δοκεῖν ἔχειν ἐν τοῖς κατ' ἀρετὴν προτερήμασιν ἐν τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ. Τότε δὲ ἀντὶ πάντων ἦν τῇ ἀδελφῇ καὶ τῇ μητρὶ, συνεργῶν αὐταῖς πρὸς τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην ζωήν.

Cum autem gravi quodam tempore laboraretur inopia et fame, multique fama beneficentiæ excitati undique confluerent ad eum recessum, quem incolebant; tantum industria sua pauperibus cibariorum subministravit, ut adventantium frequentia locus ille, non solitudo videretur esse, sed civitas.

Ὅς ποτε καὶ σιτολειψίας χαλεπῆς γεγενημένης, καὶ πολλῶν πανταχόθεν κατὰ φήμην τῆς εὐποιίας πρὸς τὴν ἐσχατιὰν, ἐν ᾗ κατῴκουν, ἐπιρρεόντων· τοσοῦτον δι' ἐπινοιῶν τὰς τροφὰς ἐπλεόνασεν, ὡς τῷ πλήθει τῶν ἐπιφοιτώντων, πόλιν εἶναι τὴν ἐρημίαν δοκεῖν· ἐν τούτῳ εἰς γῆρας λιπαρὸν προελθοῦσα ἡ

μήτηρ, πρὸς τὸν Θεὸν μετανίστατο, ἐν ταῖς ἀμφοτέρων τῶν τέκνων χερσὶ τὸν βίον ἑαυτῆς ἀναπαύσασα. Ὡς ἄξιον τὴν τῆς εὐλογίας ἱστορῆσαι φωνὴν, ᾗ ἐπὶ τῶν τέκνων ἐχρήσατο, τῶν τε μὴ παρόντων ἑκάστου κατὰ τὸ πρὸς φίλον ἐπιμνησθεῖσα, ὡς μηδὲ ἕνα γενέσθαι τῆς εὐλογίας ἀπόκληρον, καὶ διαφερόντως τοὺς παρόντας αὐτῇ τῷ Θεῷ διὰ προσευχῆς παραθεμένη. Παρακαθημένων γὰρ αὐτῇ κατὰ τὸ πλάγιον ἐφ' ἑκάτερα τῆς κλίνης τῶν δύο τούτων, ἑκατέρᾳ χειρὶ ἐφαψαμένη τῶν τέκνων, ταῦτα πρὸς τὸν Θεὸν εἶπεν ἐν τελευταίαις φωναῖς· « Σοὶ, Κύριε, καὶ ἀπάρχομαι, καὶ ἀποδεκατῶ τὸν καρπὸν τῶν ὠδίνων. Ἀπαρχή μοι ἡ πρωτότοκος αὕτη, καὶ ἐπιδέκατος οὗτος ἡ τελευταία ὠδίς. Σοὶ δὲ ἀφιέρωται παρὰ τοῦ νόμου ἑκάτερα, καὶ σά ἐστιν ἀναθήματα. Οὐκοῦν ἔλθοι ὁ ἁγιασμὸς ἐπί τε τὴν ἀρχήν μου ταύτην, καὶ ἐπὶ τὸ ἐπιδέκατον τοῦτο· » δείξασα ταῖς ἐπιδεικτικαῖς φωναῖς τὴν θυγατέρα καὶ τὸν παῖδα. Ἡ μὲν οὖν τοῦ εὐλογεῖν παυσαμένη, καὶ τοῦ ζῆν ἐπαύσατο, τοῖς παισὶν ἐπισκήψασα τὸ τῇ πατρῴᾳ σορῷ καὶ τὸ ἐκείνης ἐναποθέσθαι σῶμα. Οἱ δὲ πληρώσαντες τὸ διατεταγμένον, ὑψηλότερον εἴχοντο τῆς φιλοσοφίας, ἀεὶ πρὸς τὸν ἴδιον διαμιλλώμενοι βίον, καὶ τὰ φθάσαντα τῶν κατορθωμάτων τοῖς ἐφεξῆς ἀποκρύπτοντες.

Ἐν τούτῳ ὁ πολὺς ἐν ἁγίοις Βασίλειος τῆς μεγάλης Καισαρέων Ἐκκλησίας ἀνεδείχθη προστάτης· ὃς ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς ἐν τῷ πρεσβυτερείῳ ἱερωσύνης τὸν ἀδελφὸν ἄγει, ταῖς μυστικαῖς ἑαυτοῦ ἱερουργίαις ἀφιερώσας. Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν αὐτοῖς ἐπὶ τὸ σεμνότερόν τε καὶ ἁγιώτερον προήει ὁ βίος, τῇ ἱερωσύνῃ τῆς φιλοσοφίας ἐπαυξηθείσης. Ὀκτὼ δὲ μετὰ τοῦτο διαγενομένων ἐτῶν, τῷ ἐννάτῳ ἐνιαυτῷ, ὁ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὀνομαστὸς Βασίλειος, ἐξ ἀνθρώπων πρὸς τὸν Θεὸν μετοικίζεται, κοινὴ πένθους ἀφορμὴ τῇ πατρίδι καὶ τῇ οἰκουμένῃ γενόμενος. Ἡ δὲ πόρρωθεν ἐκ φήμης ἀκούσασα τὴν συμφορὰν, ἔπαθε μὲν τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ζημίᾳ (πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἅπτεσθαι κἀκείνης τὸ πάθος, οὗ καὶ οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας ἐπῄσθοντο;)· καθάπερ δὲ τὴν τοῦ χρυσοῦ φασι δοκιμασίαν ἐν διαφόροις γίνεσθαι χωνευτηρίοις, ὡς εἴ τι τὴν πρώτην διαφύγοι χωνείαν, ἐν τῇ δευτέρᾳ διακριθῆναι, καὶ πάλιν ἐν τῇ τελευταίᾳ πάντα τὸν ἐμμεμιγμένον ῥύπον τῇ ὕλῃ ἀποκαθαίρεσθαι· τὴν δὲ ἀκριβεστέραν εἶναι βάσανον τοῦ δοκίμου χρυσοῦ, ἢ διὰ πάσης διεξελθὼν χωνείας μηδένα ῥύπον ἀποποιήσειε· τοιοῦτόν τι καὶ ἐπ' ἐκείνης συνέβη· ταῖς διαφόροις τῶν λυπηρῶν προσβολαῖς τῆς ὑψηλῆς διανοίας βασανισθείσης, πανταχόθεν ἀναδειχθῆναι τὸ τῆς ψυχῆς ἀκιβδήλευτόν τε καὶ ἀταπείνωτον. Πρότερον μὲν ἐν τῇ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ἄλλου μεταστάσει· μετὰ ταῦτα δὲ ἐν τῷ χωρισμῷ τῆς μητρός· ἐκ τρίτου δὲ, ὅτε τὸ κοινὸν τῆς γενεᾶς καλὸν, ὁ μέγας Βασίλειος, τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἐχωρίζετο. Ἔμεινε τοίνυν, καθάπερ τις ἀθλητὴς ἀκαταγώνιστος, οὐδαμοῦ τῇ προσβολῇ τῶν συμφορῶν ἀποκλάσασα.

Ἔννατος ἦν μετὰ τὸ πάθος τοῦτο μὴν, ἢ μικρὸν ὑπὲρ τοῦτο, καὶ σύνοδος ἐπισκόπων κατὰ τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἠθροίζετο, ἧς καὶ ἡμεῖς μετέσχομεν. Καὶ ἐπειδὴ πάλιν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀπελύθημεν,

A Interim senex admodum mater in utriusque filii manibus moriens, migravit ad Deum. Cujus quæ benedictionis vox fuerit illius, qua erga liberos usa est, commemorare non erit alienum. Nam cum de absentibus singulatim amanter mentionem fecit, ut nullus esset expers benedictionis: tum præcipue præsentes ipsa precibus suis obtulit Deo. Etenim cum ei ex utraque parte lectuli adversi assiderent, altera manu utrumque tangens, hisce verbis postremis Deum allocuta est: « Tibi, Domine, et primitias et decumam dico fructuum uteri mei. Primitiarum enim locum hæc mihi obtinet primogenita, decumæ vero extremus hic decimus filius. Tibi autem lege utraque debentur, et tua sunt munera. In hanc igitur primogenitam meam B et hunc decimum veniat sanctimonia», oratione perspicua designans et filiam et filium. Ita et benedictioni et vitæ finem statuit, cum prius mandasset filiis ut se in sepulcrum paternum inferrent: id illi uti jussi fuerant cum præstitissent, in reliquum tempus ad sapientiæ fastigium, semper cum anteacta vita pugnantes, et præterita benefacta posterioribus superare studentes contendebant.

Interea insignis inter sanctos Basilius, magnæ Cæsareæ declaratus est antistes, et mysticis sacrificiis suis fratrem consecrans, ad sacram presbyterii dignitatem provexit. Atque hic rursus eis vitæ C cursus ad graviora sanctioraque dirigebatur, cum sacerdotii dignitas sapientiæ conjuncta studio cumularetur. Post autem annis octo transactis et nono inchoato per totum orbem celeberrimus Basilius ab hominibus ad Deum concessit, communem patriæ et Ecclesiæ luctus occasionem præbens. Hanc calamitatem cum ad Macrinam rumor detulisset, animo illa quidem non potuit in tanto detrimento non commoveri: (qui enim sororem non tangeret dolor quo ipsi quoque inimici afficiebantur ?) attamen ut aurum diversis aiunt fornacibus explorari, ut si primam evaserit, in altera adjudicetur, et rursum in extrema omnes ejus materiæ commistæ sordes eluantur: exquisitum autem optimi auri indicium esse, si per omnes transiens nihil emittat D sordium: sic ei contigit, ut variis molestiarum casibus explorata, præstantis illius animi probitate, nihil unquam in ea sordidi, nihil adulterini reperiretur. Ac primo quidem periculum factum fuerat in obitu alterius fratris: deinde in matris funere tertio quando commune generis decus Basilius decessit. Stetit igitur, tanquam invictus pugil, nullo calamitatum impetu labefacta.

Erat post hanc jacturam nonus mensis, aut paulo amplius, cum episcoporum concilium indictum est Antiochiæ, cui nos item interfuimus. Sed posteaquam domum quisque suam discessimus, ante-

quam annus præteriret, mihi Gregorio cupiditas incidit ut sororem inviserem. Magnum enim intercesserat temporis intervallum, quo mutuo inter nos conspectu non potueramus frui, prohibentibus tentationum molestiis quas ab hæresis principibus patria pulsus ubique sustinueram. Nam dimetienti mihi temporis spatium, quod interim fluxerat, dum ejusmodi perturbationibus congressus noster impeditur, octo plus minus annorum videbatur. Cum igitur jam multum itineris confecissem, nec amplius quam unius diei via restaret, visio mihi per quietem manifestum eorum quæ erant eventura judicium ostendit. Videbar enim mihi gestare manibus martyrum reliquias, ex quibus splendor elucebat, qualis e levi speculo, si adverso soli opponatur, egreditur, quo quidem luminis fulgore oculi mei perstringebantur. Hoc autem visum mihi ter occurrit eadem nocte, nec plane, quid portenderet conjicere poteram; sollicitus itaque animo agitabam, observabamque ut ejus significationem exitu judicarem.

Cum jam ad secessum, in quo illa angelicam cœlestemque vitam degebat, appropinquassem, familiarium quemdam interrogavi primum de fratre, an adesset: quo respondente illum jam quarto die discessisse, cognoscens eum altera nobis via prodiisse obviam, tum etiam de magna illa percontatus sum: cumque ille respondisset, eam quodam morbo laborare, majore incensus studio, quod reliquum erat viæ festinanter arripui. Nam timore etiam quodam perterritus animus futurum præsagiebat: sed cum ad locum accederem, conventus hominum (fama enim me jam adesse fratribus prænuntiaverat) ex locis in quibus habitabant ad nos confluxit. Nam honoris gratia amicis obviam procedere consueverunt. At virginum chorus ad ecclesiam modeste nostrum adventum exspectabat. Verum cum fecissemus et precandi et benedicendi finem, atque illæ, inclinato prius capite benedictioni, honeste discedentes abiissent ad loca sua, nec una quidem earum apud nos relicta esset, facile id quod erat conjeci, non esse inter eas ipsarum ducem; et præcedente quodam atque ostium aperiente, sacram illam domum, in qua inerat illa magna ingressus sum; vehementer autem tunc ægrotabat, neque vero in lecto aut strato quopiam, sed humi quiescebat, subjecta sacco tabula, et altera caput ejus sustinente tabula, quæ pulvinaris loco insigni figura collum ejus subibat, et cervicem ipsius in se decore recipiebat.

Cum igitur vidisset me prope fores esse, sese in cubitum erigens, accurrere illa quidem non potuit (nam febri defecerant vires), sed tamen solo manum affigens, seque quantum poterat ex humili lectulo promovens, honorem habuit, quem mihi obvians præstare non poterat: sed ego accurrens manibusque suscipiens humi dejectam excitavi, et

A πρὶν τὸν ἐνιαυτὸν παρελθεῖν, ἐνθύμιον ἐμοὶ τῷ Γρηγορίῳ γίνεται πρὸς αὐτὴν διαβῆναι. Πολὺς γὰρ ἦν ὁ διὰ μέσου χρόνος, ἐν ᾧ τὰς ἐπισκέψεις αἱ τῶν πειρασμῶν περιστάσεις ἐκώλυσαν, ἃς ὑπέμενον πανταχοῦ τῆς πατρίδος ὑπὸ τῶν τῆς αἱρέσεως ἐπιστατούντων ἐξελαυνόμενος. Καὶ ἀριθμοῦντί μοι τὸν διὰ μέσου χρόνον, ἐν ᾧ τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίαν οἱ πειρασμοὶ διεκώλυσαν, οὐκ ὀλίγον ἐφαίνετο τὸ διάστημα ὀκτὼ μικροῦ δεῖν παραμετρούμενον ἔτεσιν. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ πολὺ τῆς ὁδοῦ διανύσας, μιᾶς ἡμέρας ἀπεῖχον ὁδὸν, ὄψις τις ἡμῖν ἐξ ἐνυπνίου φανεῖσα, φοβερὰς ἐποίει τὰς ἐλπίδας τοῦ μέλλοντος. Ἐδόκουν γὰρ λείψανα μαρτύρων διὰ χειρὸς φέρειν· εἶναι δὲ ἀπ' αὐτῶν αὐγὴν, οἷα ἐκ καθαροῦ τινος γίνεται κατόπτρου, ὅταν πρὸς τὸν ἥλιον τεθῇ ἀντιπρόσωπον, B ὥστε μοι τὰς ὄψεις πρὸς τὴν μαρμαρυγὴν τῆς λαμπηδόνος ἀμβλύνεσθαι. Καὶ τῆς αὐτῆς μοι νυκτὸς εἰς τρὶς γενομένης τῆς τοιαύτης ὄψεως, συμβαλεῖν μὲν οὐκ εἶχον καθαρῶς τοῦ ἐνυπνίου τὸ αἴνιγμα· λύπην δέ τινα τῇ ψυχῇ προσεώρων, καὶ ἐπετήρουν τῇ ἐκβάσει κρῖναι τὴν φαντασίαν.

Καὶ δὴ γενόμενος πλησίον τῆς ἐσχατιᾶς, ἐν ᾗ διῆγεν ἐκείνη τὴν ἀγγελικήν τε καὶ ἐπουράνιον κατορθοῦσα ζωὴν, ἠρόμην τῶν ἐπιτηδείων τινὰ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ πρῶτον, εἰ παρὼν εἴη· φήσαντος δὲ πρὸς ἡμᾶς, αὐτὸν ἐξωρμηκέναι, καὶ τετάρτην ἄγειν, συνεὶς ὅπερ ἦν, ὅτι δι' ἑτέρας ὁδοῦ γέγονεν αὐτῷ πρὸς ἡμᾶς ἡ ὁρμὴ, τότε καὶ περὶ τῆς Μεγάλης ἐπυνθανόμην· τοῦ δὲ φήσαντος, ἐν ἀῤῥωστίᾳ γεγενῆσθαί τινι, σπουδαιότερον εἰχόμην, ἐν ἐπείξει τὸ λειπόμενον τῆς C ὁδοῦ διανύων. Καὶ γάρ με λύπη τις καὶ φόβος μηνυτὴς τοῦ μέλλοντος ὑποδραμὼν διετάρασσεν· ὡς δὲ καὶ κατ' αὐτὸν ἐγενόμην τὸν τόπον, καὶ προκατήγγε[ι]λε τῇ ἀδελφότητι τὴν παρουσίαν ἡ φήμη· τότε σύνταγμα τῶν ἀνδρῶν ἅπαν, ἐκ τοῦ ἀνδρῶνος πρὸς ἡμᾶς προσεχέθη· σύνηθες γὰρ αὐτοῖς τιμᾷν τῇ ὑπαντήσει τοὺς καταθυμίους. Ὁ δὲ ἐν γυναιξὶ τῆς παρθενίας χορὸς εὐκόσμως κατὰ τὴν ἐκκλησίαν τὴν εἴσοδον ἡμῶν ἀνέμενεν. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν ἡ εὐχή τε καὶ ἡ εὐλογία, καὶ αἱ μὲν μετὰ τὸ ὑποσχεῖν τῇ εὐλογίᾳ τὴν κεφαλὴν εὐσχημόνως ἀναποδίζουσαι πρὸς ἑαυτὰς ἀνεχώρουν, ὑπελείπετο δὲ ἐξ αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς οὐδεμία· εἰκάσας ὅπερ ἦν, μὴ ἐν ἐκείναις εἶναι τὴν καθηγουμένην, προηγησαμένου τινὸς ἐπὶ τὸν οἶκον, D ἐν ᾧ ἦν [ἡ] Μεγάλη, καὶ τὴν θύραν διαπετάσαντος, ἐντὸς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἐγενόμην μονῆς· ἡ δὲ σφοδρῶς ἤδη τῇ ἀῤῥωστίᾳ κατείχετο· ἀνεπαύετο δὲ οὐκ ἐπὶ κλίνης τινὸς ἢ στρωμνῆς, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, σανίδος ὑποτεταμένης τῷ σάκκῳ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἑτέρας πάλιν σανίδος ὑπερειδούσης, ἧς ἡ ἐργασία τοιαύτη τις ἦν, ὡς ἀντὶ προσκεφαλαίου τῇ κεφαλῇ γίνεσθαι, ἐν λοξῷ τῷ σχήματι τοὺς τένοντας ὑποβαίνουσα, καὶ καταθυμίως ἀνέχουσα ἐφ' ἑαυτῆς τὸν αὐχένα.

Ἐπεὶ οὖν εἶδεν ἐγγὺς τῶν θυρῶν με γενόμενον, ὀρθώσασα ἑαυτὴν ἐπ' ἀγκῶνος, προσδραμεῖν οὐχ οἷά τ' ἦν, ἐν τῷ πυρετῷ ἤδη τῆς ἰσχύος ὑπολυθείσης· πήξασα δὲ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους τὰς χεῖρας, καὶ ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἦν, ἔξω ἑαυτὴν τοῦ χαμευνίου προτείνασα, τὴν τῆς ὑπαντήσεως ἐπλήρου τιμήν· κἀγὼ προσδραμὼν, καὶ ταῖς χερσὶν ὑποβαλὼν χαμαὶ τὸ

πρόσωπον κεκλιμένον, ἀνώρθωσά τε αὐτὴν πάλιν, A καὶ ἀπέδωκα τῷ συνήθει τῆς κατακλίσεως σχήματι. Ἡ δὲ προτείνασα τῷ Θεῷ τὴν χεῖρα, « Καὶ ταύτην ἐπλήρωσάς μοι, » φησὶ, « τὴν χάριν, ὁ Θεός· καὶ οὐχ ὑστέρησάς με ἐκ τῆς ἐπιθυμίας μου· ὅτι ἐκίνησας τὸν σὸν οἰκέτην εἰς ἐπίσκεψιν τῆς παιδίσκης σου. » Καὶ ὡς ἂν μηδεμίαν ἐπαγάγοι τῇ ἐμῇ ψυχῇ δυσθυμίαν, τὸν στεναγμὸν κατεπράϋνε, καὶ τὴν συνοχὴν τοῦ ἄσθματος κρύπτειν πως ἐβιάζετο· διὰ πάντων τε πρὸς τὸ εὐθυμότερον μεθηρμόζετο, τῶν καταθυμίων λόγων αὐτή τε κατάρχουσα, καὶ ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς, δι' ὧν ἠρώτα, παρασκευάζουσα. Τῆς δὲ περὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου μνήμης τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ λόγου παρεμπεσούσης, ἐμοὶ μὲν ἐπώκλαζεν ἡ ψυχὴ, καὶ συνέπιπτεν ἐν κατηφείᾳ τὸ πρόσωπον· ἡ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχε τῷ ἡμετέρῳ συνταπεινωθῆναι B πάθει, ὥστε ἀφορμὴν ποιησαμένη ὑψηλοτέρας φιλοσοφίας τὴν περὶ τοῦ Ἁγίου μνήμην, τοιούτους διεξῆλθε λόγους φυσιολογοῦσά τε τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τὴν θείαν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῶν σκυθρωπῶν κεκρυμμένην τῷ λόγῳ διακαλύπτουσα· τά τε περὶ τῆς μελλούσης ζωῆς, καθάπερ θεοφορουμένη τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, διεξιοῦσα· ὥστε μοι τὴν ψυχὴν ἔξω μικροῦ δεῖν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἶναι δοκεῖν συνεπαρθεῖσαν τοῖς λεγομένοις, καὶ ἐντὸς τῶν οὐρανίων ἀδύτων τῇ χειραγωγίᾳ τοῦ λόγου καθισταμένην.

Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς τοῦ Ἰὼβ ἱστορίας ἀκούομεν, ὅτι πανταχόθεν τῇ σηπεδόνι τῶν τραυμάτων ὅλῳ τῷ σώματι δι' ἰχώρων ὁ ἀνὴρ συντηκόμενος, οὐ πρὸς τὸ ἀλγῦνον τὴν αἴσθησιν τοῖς λογισμοῖς ἐπεκλίνετο, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ σώματι, τὸ ἀλγοῦν εἶχεν· ὁ δὲ πρὸς τὴν C ἰδίαν ἐνέργειαν οὐκ ἠμβλύνετο, οὐδὲ διέκοπτε τὸν λόγον τοῖς ὑψηλοτέροις ἐμβατεύοντα· τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τῆς μεγάλης ἑώρων ἐκείνης, τοῦ πυρετοῦ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῆς καταφρύγοντος, καὶ πρὸς τὸν θάνατον συνελαύνοντος, καθάπερ δρόσῳ τινὶ τὸ σῶμα ἑαυτῆς ἀναψύχουσα, οὕτως ἀπαραπόδιστον εἶχεν ἐν τῇ περὶ τῶν ὑψηλῶν θεωρίᾳ τὸν νοῦν, οὐδὲν ὑπὸ τῆς τοσαύτης ἀῤῥωστίας παραβλαπτόμενον. Καὶ εἰ μὴ πρὸς ἄπειρον ἐξετείνετο μῆκος ἡ συγγραφὴ, πάντα ἂν καθεξῆς διηγησάμην· ὅπως ἐπήρθη τῷ λόγῳ περί τε τῆς ψυχῆς ἡμῖν φιλοσοφοῦσα, καὶ τῆς διὰ σαρκὸς ζωῆς τὴν αἰτίαν διεξιοῦσα· καὶ ὅτου χάριν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅπως θνητὸς· καὶ ὅθεν ὁ θάνατος· καὶ τίς ἡ ἀπὸ τούτου πρὸς τὴν ζωὴν πάλιν ἀνάλυσις. Ἐν οἷς D ἅπασιν, ὥσπερ ἐμπνευσθεῖσα τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος πάντα διεξῄει σαφῶς τε καὶ ἀκολούθως, ἐν εὐκολίᾳ πάσῃ τοῦ λόγου ῥέοντος καθάπερ ἐκ πηγῆς τινος, καὶ ἀπαραποδίστως πρὸς τὸ πρανὲς φερομένου τοῦ ὕδατος.

Ἐπεὶ δὲ συνεπεράσθη ὁ λόγος, « Ὥρα σοι, » φησὶν, « ἀδελφὲ, πολλῷ τῷ κόπῳ τῆς ὁδοιπορίας πεπονηκότι, βραχύ τι διαναπαῦσαι τὸ σῶμα. » Κἀμοὶ μεγάλη μὲν καὶ ἀληθὴς ἄνεσις ἦν τὸ προσορᾶν τε αὐτὴν καὶ τῶν μεγάλων ἐπακροᾶσθαι λόγων· ἐπεὶ δὲ τοῦτο κεχαρισμένον ἦν καὶ φίλον αὐτῇ, ὡς ἂν διὰ πάντων πείθεσθαι τῇ διδασκάλῳ δοκοίην, ἔν τινι τῶν παρακειμένων κηπίων χαρίεσσάν τινα καταγωγὴν παρεσκευασμένην εὑρὼν, ὑπὸ τὴν τῶν ἀναδενδράδων σκιὰν ἀνεπαυόμην· ἀλλ' οὐκ ἦν δυνατὸν τῶν εὐφραι-

cubili solito restitui. Hic illa manibus ad Deum sublatis: « Gratias, » inquit, « tibi ago, Domine Deus, qui et hoc mihi largitus es, nec quod optabat animus meus ei denegasti: sed impulisti servum tuum, ut me tuam ancillam inviseret. » Ac ne quam animo molestiam aspergeret, gemitum molliebat, et celare difficultatem spirandi conabatur, seque ad hilaritatem omni ratione revocabat, jucundi sermonis et ipsa quærens occasionem, et nobis interrogationibus suis materiam præbens. Sed cum series ipsa sermonis nos ad mentionem de Basilio perduxisset, mihi quidem commotus est animus, et præ mœstitia vultus concidit, et ex oculis lacrymæ defluebant. At illa tantum abfuit, ut eadem perturbatione nobiscum dejiceretur, ut ex Basilii memoria, sublimioris philosophiæ materiam arripiens, ea disputarit, rerum humanarum causas exquirens, et occultam in rebus adversis providentiam Dei dicendo aperiens, et quæ pertinent ad vitam futuram tanquam divino spiritu afflata, percurrens, ut animus meus dictis illius excitatus et ejus oratione in cœlestibus adytis constitutus extra naturam hominis positus esse videretur.

Ac quemadmodum Job, ut in ejus historia legimus, quamvis totum corpus, ulceribus undique putrescentibus, sanie contabesceret, sensum ad dolorem ratiocinando non demittebat: sed corpore quidem sentiebat dolorem, animo vero ad propriam actionem nihilo factus erat imbecillior; nec sermonem altioribus de rebus institutum interrumpebat: sic in magna illa cernebam: etenim licet febris omne robur ipsius exsiccasset, et corpus ejus tanquam rore quodam frigefaciens ad mortem compelleret, mentem tamen expeditam, et tanquam morbo illæsam, in rerum sublimium contemplatione detinebat. Quod nisi vererer, ne in immensum oratio protraheretur, ordine cuncta persecutus essem: quomodo dicendo provecta sit, ut et de hominis animo disputaret, rationemque vitæ hujus in carne percurreret, et quem ad finem homo, et quomodo mortalis et qua de causa immortalis, et quæ hinc ad alteram vitam resolutio. Quæ quidem omnia tanquam vi spiritus rapta, sapienter distincteque declaravit, oratione ipsius facile tanquam aqua ex aliquo fonte defluente et sine ullo impedimento per pronum delata.

Facto autem dicendi fine: « Tempus est, » inquit, « frater, ut paulisper quiescas, et corpus cures, quippe qui de via longa fessus sis. » Ego autem quamvis in ejus aspectu et sermone, tam gravibus de rebus vehementer vereque conquiescerem, tamen quoniam sic ei gratum erat, ne non in omnibus magistræ parerem, in hortis proximis gratum quoddam diversorium nactus, sub arbustorum umbra quiescebam, sed nullam ex rebus jucundis poteram oblectationem percipere, cum animus

intus rerum tristium exspectatione premeretur. Nam eorum quæ per quietem aspexeram ænigma ex præsentibus explicari videbatur. Spectaculum enim propositum vere sancti martyris reliquias referebat, quæ peccato quidem mortuæ inhabitante Spiritus gratia splendescerent. Et hæc cuidam eorum qui mecum erant exposui : cum autem demissiore animo tristia exspectaremus, illa nescio quomodo cogitationes nostras conjiciens, misit qui lætiora denuntiaret, jubens nos bono esse animo et meliorem de se spem concipere : sensisse enim morbum in melius verti. Hæc autem non ad nos decipiendos dicebantur, sed ex vero, licet eo tempore nos id ignoraremus : revera enim tanquam cursor aliquis adversario superato jamjam stadii metam attingens et ad præmium appropinquans, victoriæque coronam aspiciens, tanquam voti jam compos effectus sit, lætatur, sibique et amicis lætum victoriæ nuntium affert : sic illa quoque affecta meliora de se jubebat sperare : jam supernæ vocationis præmium spectans, ac tantum non illa Apostoli verba de se etiam dicens [1], « De reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi justus Judex, » quandoquidem « bonum certamen certavi, et cursum consummavi, et fidem servavi. »

A νόντων τὴν αἴσθησιν ἔχειν, τῆς ψυχῆς ἔνδοθεν τῇ τῶν σκυθρωπῶν ἐλπίδι συνεχομένης. Τῶν γὰρ ἐνυπνίων ἡ ὄψις ἐκκαλύπτειν μοι διὰ τῶν φαινομένων ἐδόκει τὸ αἴνιγμα. Ἦν γὰρ ὡς ἀληθὲς τὸ προκείμενον θέαμα, μάρτυρος ἁγίου λείψανα, ἃ τῇ μὲν ἁμαρτίᾳ ἐνενέκρωτο, τῇ δὲ ἐνοικούσῃ τοῦ Πνεύματος χάριτι κατελάμπετο. Καὶ ταῦτα πρός τινα διεξῄειν τῶν προακηκοότων μου τὸ ἐνύπνιον· κατηφέστερον δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς ἡμῶν ἐν τῇ προσδοκίᾳ τῶν λυπηρῶν διακειμένων, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως στοχασαμένη τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας, ἀγγελίαν τινὰ τῶν εὐθυμοτέρων πρὸς ἡμᾶς διαπεμψαμένη, θαῤῥεῖν ἐνεκελεύετο, καὶ τὰς ἀμείνους ὑπὲρ αὐτῆς ἔχειν ἐλπίδας· ἐπῄσθετο γὰρ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπῆς. Ταῦτα δὲ οὐ πρὸς ἀπάτην ἐλέγετο, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ὁ λόγος B ἦν, κἂν ἡμεῖς πρὸς τὸ παρὸν ἠγνοήσαμεν. Τῷ ὄντι γὰρ καθάπερ τις δρομεὺς παραδραμὼν τὸν ἀντίπαλον, καὶ ἤδη πρὸς τῷ τέρματι τοῦ σταδίου γενόμενος, προσεγγίζων τῷ βραβείῳ, καὶ τὸν ἐπινίκιον στέφανον βλέπων, ὡς ἤδη τετυχηκὼς τῶν προκειμένων ἐπαγάλλεται αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ τοῖς εὐνουστέροις τῶν θεατῶν τὴν νίκην εὐαγγελίζεται· ἀπὸ τοιαύτης ἡμῖν διαθέσεως κἀκείνη τὰ χρηστότερα περὶ αὐτῆς ἐλπίζειν ἐδήλου· ἤδη πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως βλέπουσα, καὶ μονονουχὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου φθεγγομένη, ὅτι « Ἀπόκειταί μοι λοιπὸν ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ δίκαιος Κριτής· » ἐπειδὴ « τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, καὶ τὸν δρόμον τετέλεκα καὶ τὴν πίστιν τετήρηκα. »

Ad bonorum igitur nuntium recreati surreximus ut iis præsentibus frueremur : erant autem hæc varia, et lætitiæ plenus apparatus. Nam hucusque studio magna illa descenderat : verum cum rursus in ejus conspectum venissemus, non permisit inaniter tempus consumere, sed a pueritia sua memoriam eorum repetens, quæ contigerant, tanquam de scripto omnia recensebat, neque illa prætermittens, quæ de parentum nostrorum vita recordabatur, quæque vel ante vel post ortum meum evenerant : narrationi autem is erat propositus finis ut Deo gratias ageret : ipsorum enim parentum vitam, non tam opibus claram et illustrem, quam divina benignitate auctam cumulatamque demonstrabat, cum propter confessionem Christi patris genitores fuissent oppugnati atque vexati : avum autem maternum indignatio regia sustulisset, omniaque illius bona aliis dominis distribuisset : attamen adeo per fidem crevisse, ut eo tempore nullus eis clarior exstiterit. Rem autem familiarem, quamvis pro numero liberorum multiplici ratione fuisset divisa, tamen eum cumulum divina clementia suscepisse, ut parentum opes, singulorum liberorum sors superaverit : sibi autem ex æqua in fratres partitione, reliquum fecisse nihil, sed omnia manibus sacerdotis divino mandato dispensasse, et Deo suppeditante talem sibi fuisse vitam, ut neque tunc juxta præceptum, manibus desierit laborare, neque ad hominem unquam respexerit, aut in cujusquam beneficentia honeste vivendi spem collocaverit.

Ἡμεῖς μὲν οὖν πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀγγελίαν εὔθυμοι καταστάντες, τῆς τῶν προκειμένων ἀπο- C λαύσεως ἦμεν. Ποικίλα δὲ ἦν ταῦτα, καὶ πάσης πεπλήρωτο θυμηδίας ἡ παρασκευή, οὕτω τῆς Μεγάλης καὶ μέχρι τούτων τῇ σπουδῇ κατιούσης. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐν ὀφθαλμοῖς ἦμεν αὐτῆς, οὐ γὰρ εἴα τὴν εὔσχολον ὥραν ἐφ᾽ ἑαυτῶν διάγειν, ἀναλαβοῦσα τῶν ἐκ νεότητος αὐτῇ βεβιωμένων τὴν μνήμην, καθάπερ ἐπὶ συγγραφῆς πάντα καθεξῆς διεξήρχετο· καὶ ὅσα τῆς τῶν πατέρων ζωῆς διὰ μνήμης εἶχε, καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐμῆς γεννήσεως, καὶ τὸν μετὰ ταῦτα βίον· σκοπὸς δὲ αὐτῇ τοῦ διηγήματος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστία. Τῶν γὰρ γονέων ἀπεδείκνυ τὸν βίον, οὐ τοσοῦτον ἐκ περιουσίας λαμπρὸν τοῖς τότε καὶ περίβλεπτον ὄντα, ὅσον ἐκ θείας φιλανθρωπίας ἐπαυξηθέντα, τῶν μὲν τοῦ πατρὸς γονέων διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν δεδημευμένων· τοῦ δὲ κατὰ D μητέρα προπάτορος ἐκ βασιλικῆς ἀγανακτήσεως ἀνῃρημένου, καὶ πάντων τῶν προσόντων εἰς ἑτέρους μετακεχωρηκότων δεσπότας· καὶ ὅμως εἰς τοσοῦτον διὰ πίστεως τὴν ζωὴν αὐξηθῆναι, ὡς μὴ εἶναι τὸν ὑπὲρ αὐτοὺς ἐν τοῖς τότε χρόνοις ὀνομαζόμενον. Πάλιν δὲ τῆς περιουσίας αὐτῶν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν τέκνων ἐννεαχῇ διατμηθείσης, οὕτως ἑκάστῳ δι᾽ εὐλογίας πληθυνθῆναι τὴν μοῖραν, ὡς ὑπὲρ τὴν τῶν γονέων εὐκληρίαν τὴν ἑκάστου τῶν τέκνων εἶναι ζωήν· αὐτῆς δὲ ἐκείνης τῶν μὲν ἐπονομασθέντων αὐτῇ κατὰ τὴν τῶν ἀδελφῶν ἰσομοιρίαν ὑπολειφθῆναι μηδὲν, ἀλλὰ πάντα ταῖς χερσὶ τοῦ ἱερέως κατὰ τὴν θείαν ἐντολὴν οἰκονομηθῆναι· τὸν δὲ βίον αὐτῆς

[1] II Timoth. IV, 7.

A τοιοῦτον ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χορηγίας γενέσθαι, ὡς μηδέποτε λῆξαι τὰς χεῖρας εἰς ἐντολὴν ἐνεργούσας, μηδὲ πρὸς ἄνθρωπον ἀποβλέψαι ποτέ· μηδὲ διά τινος ἀνθρωπίνης εὐεργεσίας γενέσθαι αὐτῇ τὰς πρὸς τὴν εὐσχήμονα διαγωγὴν ἀφορμάς· ἀλλὰ μήτε τοὺς αἰτοῦντας ἀποστραφῆναι, μήτε τοὺς διδόντας ἐπιζητῆσαι, λεληθότως τοῦ Θεοῦ καθάπερ τινὰ σπέρματα τὰς βραχείας ἐκ τῶν ἔργων ἀφορμὰς εἰς πολύχουν καρπὸν ταῖς εὐλογίαις ἐπαύξοντος. Ἐμοῦ δὲ τοὺς ἰδίους πόνους, ἐν οἷς ἤμην, διεξιόντος, πρότερον μὲν τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος διὰ τὴν πίστιν ἐλαύνοντος, μετὰ δὲ ταῦτα τῆς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις συγχύσεως πρὸς ἄθλους ἡμᾶς καὶ καμάτους ἐκκαλουμένης, « Οὐ παύσῃ, φησὶν ἡ Μεγάλη, ἀγνωμόνως ἐπὶ τοῖς θείοις ἀγαθοῖς διακείμενος; Οὐ θεραπεύσεις τῆς ψυχῆς τὸ B ἀχάριστον; Οὐκ ἀντιπαραθήσεις τοῖς τῶν πατέρων τὰ σά; Καίτοι γε κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα μεγαλαυχοῦμεν, ἐν τῷ εὖ γεγονέναι, καὶ ἀπὸ εὐγενῶν φῦναι δοκεῖν. Πολὺς, φησὶ, κατὰ τὴν παίδευσιν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ὁ πατὴρ ἐνομίζετο, ἀλλὰ μέχρι τῶν ἐγχωρίων δικαστηρίων ἡ κατ' αὐτὸν ἵστατο δόξα. Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν λοιπῶν διὰ τῆς σοφιστικῆς αὐτοῦ καθηγουμένου, οὐκ ἐξῆλθε τὸν Πόντον ἡ φήμη· ἀλλ' ἀγαπητὸν ἦν ἐκείνῳ τὸ ἐν τῇ πατρίδι περίβλεπτον. Σὺ δὲ, » φησὶ, « πόλεσι, καὶ δήμοις, καὶ ἔθνεσιν ὀνομαστὸς εἶ· καὶ σὲ πρὸς συμμαχίαν τε καὶ διόρθωσιν Ἐκκλησίαι πέμπουσι, καὶ καλοῦσι· καὶ οὐχ ὁρᾷς τὴν χάριν; Οὐδὲ ἐπιγινώσκεις τῶν τηλικούτων ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν, ὅτι σε τῶν γονέων αἱ εὐχαὶ πρὸς ὕψος αἴρουσιν, οὐδεμίαν, ἢ ὀλίγην οἴκοθεν ἔχοντα πρὸς τοῦτο παρασκευήν; »

Quinetiam ut nunquam petentes repulerit, sic dantes nunquam quæsivisse : cum Deus occulta quadam ratione parvos labores suos tanquam semina ad fructum multiplicem benignitate sua perduceret. Sed cum proprios ego labores, quos sustinueram, recenserem, primum cum a Valente imperatore propter fidem fuissemus in exsilium pulsi; deinde cum Ecclesiarum perturbatio nos ad certamina et sudores evocaret : «Non desines,» inquit illa, « divinorum beneficiorum immemor esse? ingrati animi vitium non cohibebis? non comparabis parentum rationibus tuas? Atqui si quantum pertinet ad hanc vitam ea re gloriamur, quod claro genere nati, et honestis orti parentibus sumus, pater quidem illis temporibus et juvenis eatenus floruit, ut inter cives et in judiciis ejus gloria consisteret. Post autem eruditio quidem ipsius se longius extulit, fama tamen Pontum non est egressa. Satis enim illi fuit in patria clarum esse. Tu autem, » inquit, « civitatibus, populis, nationibus celebris es, te ad ferendum auxilium, te ad res constituendas Ecclesiæ et mittunt et vocant, et Dei munus non aspicis? nec talium bonorum causam agnoscis? Parentum enim preces te ad hoc fastigium tollunt, nihil aut perexiguum ad eam rem opis habentem domesticæ. »

C Ταῦτα διεξιοῦσα, ἐγὼ μὲν παρατείνεσθαι πλέον τὸ ἡμερήσιον ἐπόθουν μέτρον, ὡς ἂν μὴ λήξειε καταγλυκαίνουσα ἡμῶν τὴν ἀκοήν· ἀλλ' ἡ φωνὴ τῶν ψαλλόντων πρὸς τὰς ἐπιλυχνίους εὐχαριστίας ἐξεκαλεῖτο, κἀμὲ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐκπέμψασα, πάλιν ἡ Μεγάλη διὰ τῶν εὐχῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἀνεχώρει. Καὶ ἡ μὲν νὺξ ἐν τούτοις ἦν. Ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἐμοὶ μὲν πρόδηλον ἐκ τῶν ὁρωμένων ἦν, ὅτι ὁ ἔσχατος αὐτῇ τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς ὅρος ἡ ἐνεστῶσα ἡμέρα ἦν, πᾶσαν τὴν ἐγκειμένην τῇ φύσει δύναμιν τοῦ πυρετοῦ δαπανήσαντος. Ἡ δὲ πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῆς διανοίας ἡμῶν βλέπουσα, παράγειν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατηφεστέρας ἐλπίδος ἐμηχανᾶτο, πάλιν τοῖς καλοῖς ἐκείνοις λόγοις διαχέουσα τῆς ψυχῆς τὸ λυπούμενον ἐν λεπτῷ λοιπὸν καὶ συνεχομένῳ τῷ ἄσθματι. Ἔνθα D δὴ καὶ μάλιστα ποικίλως διετίθετό μοι πρὸς τὸ φαινόμενον ἡ ψυχή· τῆς μὲν φύσεως εἰς σκυθρωπότητα, κατὰ τὸ εἰκὸς, βαρουμένης, διὰ τὸ μηκέτι προσδοκᾶν τῆς τοιαύτης φωνῆς καὶ αὖθις ἀκούσεσθαι, ἀλλ' ὅσον οὐδέπω τὸ κοινὸν καύχημα τῆς γενεᾶς ἐλπίζειν ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου μεταστήσεσθαι· τῆς δὲ ψυχῆς, οἷον ἐνθουσιώσης ἐκ τῶν φαινομένων, καὶ ὄντως ἐκβεβηκέναι τὴν κοινὴν φύσιν ὑπονοούσης. Τὸ γὰρ μηδὲ ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς οὖσαν παθεῖν τινα ξενικὸν ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς μεταστάσεως, μηδὲ δειλιάσαι πρὸς τὸν χωρισμὸν τῆς ζωῆς, ἀλλ' ὑψηλῇ τῇ διανοίᾳ τοῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ περὶ τοῦ τῇδε βίου κεχριμένοις μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐμφιλοσοφεῖν ἀναπνοῆς, οὐκέτι μοι ἐδόκει τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι· ἀλλ' οἷον ἀγγέλου τινὸς, οἰκονομικῶς ἀνθρωπίνην ὑπελ-

Hæc illa cum persequeretur, diem equidem produci longius optabam, ne dulci sermone aures nostras desisteret oblectare : sed cantantium vox me ad gratias agendas vespertinas vocabat. Quamobrem cum me ad ecclesiam dimisisset, rursum magna illa precibus ad Deum accessit. Ac nox quidem ita transacta est. Cum autem diluxisset, mihi quidem ex indiciis manifestum erat, diem illum ei ejus vitæ terminum fore, cum quidquid naturæ virium inerat, febris consumpsisset. Sed illa cogitationis nostræ respiciens imbecillitatem, præclaris illis sermonibus effundens, quod reliquum erat afflictæ animæ, in summa spirandi difficultate, nos a tristiore spe abducere conabatur. Tum vero animus meus præsenti spectaculo variis afficiebatur modis : nam et natura ipsa me, ut par est, ad mœstitiam impellebat, cum non sperarem amplius me talem vocem auditurum, sed quamprimum communem gloriam nostri generis ex humana vita migraturam putarem, et mens ex eis quæ videbat, erat tanquam numine afflata, eamque vere ex communi natura excessisse arbitrabatur. Etenim cum extremum vitæ spiritum duceret, in spe migrationis nihil novi sentire, nec timere in ipso vitæ exitu : sed animo excelso de hac vita judicantem, quoad animam ageret; philosophari, mihi non hominis amplius videbatur, sed cujusdam angeli, qui divina providentia formam subiisset humanam, nec ulla cognatione aut necessitudine cum hac vita mortali conjunctus esset, atque ita nihil indecorum admit-

tens, sine perturbatione in carne permaneret, ad propriās affectiones non attrahente. Itaque mihi videbatur divinum illum et purum sponsi cœlestis amorem, quem in animi arcanis absconditum aluerat, tunc iis qui aderant ostendere, et cordis affectionem indicare, ad eum quem desiderabat, festinans, ut corporis vinculis liberata, celeriter illum conveniret: vere enim ad virtutem cursum intendebat, cum nihil eorum quæ in hac vita jucunda sunt, oculos ejus ad se converteret.

παρὰ πάντων ὁμοφώνως τὰ αὐτὰ πρὸς ἡμᾶς ἀπηγγέλλετο, καὶ συνέβαινε ταῖς φήμαις τὰ πράγματα, πρέπειν ᾠήθην μὴ περιϊδεῖν ἀθεράπευτον τὴν ἄῤῥιζον καὶ ἀφύτευτον ταύτην δυσμένειαν. Διὸ καὶ πρὸς τὴν σὴν ἐπιστείλας θεοσέβειαν, καὶ πολλοὺς ἄλλους τοὺς δυναμένους συμβαλέσθαι τι πρὸς τὸ προκείμενον, ἐπὶ τὴν σπουδὴν ταύτην παρώρμησα. Καὶ τέλος, τὴν μνήμην τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου παρὰ Σεβαστηνοῖς πρώτως ἀγομένην ἐπιτελέσας, καὶ τὰς συνήθως παρ' αὐτῶν ἐπιτελουμένας τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας, τὸν αὐτὸν χρόνον συνδιαγαγόντων ἐκείνῃ· ἐπὶ τὴν ἐμαυτοῦ πάλιν Ἐκκλησίαν ὑπέστρεφον. Καί τινος μηνύσαντος κατὰ τὴν ὀρεινὴν αὐτὸν ἐνορίαν διάγειν μαρτύρων ἐπιτελοῦντα μνήμας, τὰ μὲν πρῶτα τῆς ὁδοῦ εἰχόμην, εὐπρεπέστερον εἶναι κρίνων ἐπὶ τῆς μητροπόλεως γενέσθαι τὴν συντυχίαν. Ὡς δέ τις τῶν γνησίων κατὰ σπουδήν μοι συντετύχηκε, καὶ ἀῤῥωστεῖν αὐτὸν διεβεβαιώσατο· καταλιπὼν ἐν τῷ τόπῳ τὸ ὄχημα, ἐν ᾧ παρὰ τῆς τοιαύτης κατελήφθην φήμης, ἵππῳ τὸ μεταξὺ διῆλθον διάστημα, κρημνῶδες καὶ ὀλίγου ἀπόρευτον ταῖς τραχυτάταις ἀνόδοις. Ἦν δὲ πεντεκαίδεκα σημεῖα, οἷς τὸ ἐν τῷ μέσῳ διεμετρεῖτο διάστημα. Τούτων τὰ μὲν ἐκ ποδὸς, τὰ δὲ διὰ τοῦ ἵππου μόλις διελθὼν, ὄρθριος, μέρει τινὶ καὶ τῆς νυκτὸς συγχρησάμενος, κατὰ τὴν πρώτην τῆς ἡμέρας ὥραν ἐφίσταμαι τοῖς Ἀνδουμοκίνοις. Οὕτω γὰρ ὀνομάζεται τὸ χωρίον, ἐν ᾧ ἦν ἐκκλησιάζων ἐκεῖνος μετὰ ἄλλων ἐπισκόπων δύο. Ἄπωθεν δὲ κατιδόντες ἐξ αὐχένος τινὸς ὑπερκειμένου τῆς κώμης τὴν ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἐκκλησίας συνδρομὴν, βάδην τὸν μεταξὺ διήλθομεν τόπον, ἐκ ποδός τε προϊόντες ἐγὼ καὶ ἡ μετ' ἐμοῦ συνοδία, καὶ τοὺς ἵππους διὰ χειρὸς ἐφελκόμενοι. Ὥστε φθάσαι ὁμοῦ τὰ δύο γενέσθαι, ἐκεῖνόν τε ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τὴν οἰκίαν ὑποστρέψαι, καὶ ἡμᾶς πλησιάσαι τῷ μαρτυρίῳ. Μηδεμιᾶς δὲ γενομένης ἀναβολῆς, ἐπέμφθη παρ' ἡμῶν ὁ μηνύσων αὐτῷ τὴν παρουσίαν· καὶ μικροῦ διαγεγονότος διαστήματος, ὁ ὑπηρετούμενος αὐτῷ διάκονος συνέτυχεν ἡμῖν, ὃν παρεκαλέσαμεν διὰ τάχους μηνῦσαι, ὥστε ἐπὶ πλέον αὐτῷ συνδιαγαγεῖν, ἐφ' ᾧ τε καιρὸν εὑρεῖν, πρὸς τὸ μηδὲν περιοφθῆναι τῶν ἐν ἡμῖν ἀθεράπευτον. Μετὰ τοῦτο ἐγὼ μὲν ἐκαθήμην κατὰ τὸ ὕπαιθρον, ἀναμένων τὸν εἰσκαλοῦντα, καὶ προεκείμην ἄκαιρον θέαμα τοῖς ἐπιδημοῦσι κατὰ τὴν σύνοδον. Καὶ χρόνος διεγένετο οὐκ ὀλίγος, καὶ νυσταγμὸς ἐπὶ τούτοις, καὶ ἀκηδία, καὶ ὁ ἐκ τῆς ὁδοῦ κόπος ἐπιτείνων τὴν ἀκηδίαν, καὶ τὸ θάλπος ἰσχυρὸν, καὶ οἱ πρὸς ἡμᾶς ἀποβλέποντες, καὶ ἀλλήλοις διὰ τῶν δακτύλων ὑποδεικνύοντες. Καὶ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα οὕτω μοι βαρέα ἦν, ὡς ἀληθεύειν ἐπ' ἐμοῦ τὸ τοῦ Προφήτου, ὅτι « Ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. » Καὶ πρὸς μεσημβρίαν ἤδη προελθούσης τῆς ὥρας εἰσηνέχθην, πολλὰ μεταμεληθεὶς καὶ τῆς συντυχίας, ὡς ἐμαυτῷ τῆς ἀτιμίας ἐκείνης παρασχὼν τὴν αἰτίαν.

A esse. Ego vero illis, quæ dicerentur, fidem non habebam : ut qui et ipsarum rerum veritatem intuerer. At cum ab omnibus eadem eodem velut ore nobis renuntiarentur, cumque rumoribus ipsæ res convenirent, decere me statuebam, ut ne hostilitatem hanc incuratam negligerem, præsertim quæ needum radices firmas egisset. Itaque tuam ad pietatem, multosque alios scriptis litteris, qui conferre nobis aliquid ad hoc institutum possent, monui hanc ut in curam incumberetis. Tandem cum memoriam beatissimi Petri, quæ tum primum celebrari cœpta esset, apud Sebastenos peregissem, itidemque reliquorum fidei testium, qui ut eodem cum Petro vixerunt tempore, ita celebrari una cum ipso consueverunt : converso itinere meam me ad
B Ecclesiam recipiebam. Hæc cum significasset nobis quidam, degere Helladium in finitimis montibus, martyrumque memoriam peragere : primo quidem instituto in itinere pergebam, quod magis esse decoro consentaneum putarem, ut ipsa in metropoli hominem convenirem. Verum ubi cognatorum quispiam data opera me accessisset, atque hominem adversa valetudine laborare pro certo confirmasset : relicto ibidem curru, ubi nuntium hunc acceperam, equo reliquum itineris intervallum confeci, sane præceps et quod ob ascensus asperrimos prope a nobis peragrari non posset. Spatium ipsum, quod nobis emetiendum erat, habebat milliaria ad quindecim. Hæc ubi partim pedibus partim equo vectus,
C vix matutino tempore, atque etiam aliqua noctis parte absolvissem, prima diei hora jam Andumocinis eram. Nam hoc loco illi erat nomen, in quo cum duobus aliis episcopis in hominum cœtu frequenti concionabatur. Cumque procul e tumulo quodam, qui vico immineret, concionis sub dio concursum vidissemus : gradatim deinceps progressi sumus pedites, tam ipse quam comites mei, manuque nostros equos ductavimus. Quo factum, ut eadem celeritate duo conficerent, nimirum ut ipse domum e concione rediret, ac nos martyrum ad locum perveniremus. Neque mora ulla interposita missus a nobis est, qui adventum ei nostrum indicaret : et paulo post minister ipsius in nos incidit, quem rogavimus ut celeriter ad eum rem
D deferret, quo diutius apud ipsum versari possemus, et opportunitatem aliquam invenire, ne nihil non curatum relinqueretur. Secundum hæc sedebam equidem sub dio, exspectans aliquem, qui nos intro vocaret : adeoque propositus eram omnibus ut importunum spectaculum, quotquot eo convenerant. Non jam exiguum temporis spatium intercesserat, et nictabant oculi, et consequebatur quidam torpor et ex itinere fatigatio molestiam augebat, itemque æstus vehemens, et homines nos intuentes, nosque digitis inter se ostentantes : hæc igitur, aliaque hujusmodi omnia tam mihi erant gravia, ut in me Vatis illud verbum vere competeret : « Obtorpuit in me spiritus meus. » Instabat jam meridies, et me vehementer congressus hujus pœnitebat, ut qui mihimet talis ignominiæ auctor exstitissem.

[1] Psal. CXLVII, 7.

Cumque gravior hæc mihi accideret injuria, quam si ab hostibus profecta fuisset, ipsa mihi cogitatio mea molestiam exhibebat, secum modo quodam pugnans, et sententiam suam mutans in consilio sinistro quod instituisset. Ubi vero vix tandem nobis sacrarium apertum esset, jamque ingressi fuissemus adyta; vulgus quidem hominum quominus introiret, aditu prohibebatur, meo mecum intrante ministro, qui manu corpus e labore fatigatum fulciret. Hinc cum hominem compellassem, et aliquantulum stetissem, exspectans ut sedere juberet, ut nihil horum accidit, conversus ad gradus quosdam procul inde dissitos, in eorum uno consideo, et nunquid amanter humaniterve dicturus esset nobis, vel saltem superciliis annuturus, opperior. Verum omnia contra spem nostram evenere. Nam silentium nocturnum erat, et tristitia quædam tragica, et stupor, et in universum nulla vox est prolata. Denique non exiguum temporis intervallum quasi nigra in nocte silenter exigebatur. Ad ea toto animo perculsus, quod ne vulgari quidem voce nos dignaretur, per illa hominum in usu frequentia verba, quibus vel obiter saltem excipere nosmet solemus, cujusmodi sunt, « Salvus advenisti : » vel, « Unde nobis ades? qua de causa? quamobrem huc properasti? taciturnitatem illam mihi quasi quandam vitæ apud inferos imaginem proponebam. Quamquam hoc exemplum ne quidem usurpare debebam. Etenim apud inferos magna est æqualitas in conditione omnium, quippe ubi nihil eorum, quæ supra terram totam illam vitæ humanæ tragœdiam efficiunt, turbæ quidquam afferat. Nam gloria quemadmodum vates quidam loquitur, una cum hominibus non descendit : sed cujusvis hominis anima relictis iis, quæ in hac vita expetuntur a plerisque summo studio petulantia, inquam, et superbia, et fastu, simplex et omni absque apparatu ad inferos sese confert, ita ut nihil rerum in hac vita molestarum quidquam istis negotii exhibeat. Utut res sese habeat, mihi quidem certe illa, quæ tum accidebant, vel infernus, vel caliginosus carcer, vel alia quædam tristis officina pœnæ videbantur esse : præsertim cum mecum ipse perpenderem, quantis in bonis a patribus acceptis successores facti fuerimus, et quales posteris narrationes de nobis relicturi simus. Quid dicam de summa amoris affectione, qua sese mutuo patres nostri complectebantur? Nihil certe miri est, eos qui sint homines in natura, cujus per omnia par est dignitas, nolle potiori cæteris esse loco, sed existimare, mutuo nos debere nosmet humilitate superare. Enimvero maxime ad animum mihi accidebat, universæ creaturæ Dominum, unigenam illum Filium, qui est in sinibus Patris, qui exstitit initio rerum, qui exstitit in forma Dei, qui universa gestat verbo potentiæ suæ, hunc ergo non in hoc solum abjecisse se, quod per carnem quasi peregrinatus sit in humana natura : sed quod etiam proditorem Judam ore suo propius ad

Καὶ χαλεπώτερον τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν μοι γενομένης ὕβρεως, ὁ ἐμός με λογισμὸς ἠνία, μαχόμενος τρόπον τινὰ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ μεταγινώσκων ἐν ὑστεροβουλίᾳ ὑπὲρ ὧν προέθετο. Ὡς δ' οὖν μόλις ἠνοίγη ἡμῖν τὰ ἀνάκτορα, καὶ τῶν ἀδύτων ἐντὸς ἐγενόμεθα· οἱ μὲν πολλοὶ ἀπεκλείσθησαν τῆς εἰσόδου· ὁ δὲ ἐμὸς συνεισῆλθε διάκονος, ὅς τῇ χειρὶ τὸ σῶμα ὑπήρειδε πεπονηκὸς ἐκ τοῦ κόπου. Ἐγὼ δὲ προσειπὼν αὐτῷ, καὶ ἐπ' ὀλίγον σταθεὶς, ὥστε μοι γενέσθαι προτροπὴν εἰς καθέδραν, ὡς οὐδὲν τούτων ἐγίνετο, ἐπί τινος τῶν πόῤῥωθεν βάθρων διατραπεὶς ἀνεπαυσάμην, ἀναμένων εἰ ἄρα τι φθέγξαιτο πρὸς ἡμᾶς εὐμενὲς, ἤ τι φιλάνθρωπον, ἢ ταῖς γοῦν ὀφρύσι λοιπὸν ἐπινεύσειεν. Ἀλλ' ἀπ' ἐναντίων τῇ ἐλπίδι τὰ πάντα. Σιωπὴ γὰρ ἦν τὸ ἀπὸ τούτου νυκτερινὴ, καὶ κατήφεια τραγικὴ, καὶ θάμβος, καὶ ἔκπληξις, καὶ παντελὴς ἀφωνία, καὶ χρόνος οὐκ ἐν μικρῷ διαστήματι καθάπερ ἐν μελαίνῃ νυκτὶ δι' ἡσυχίας παρατεινόμενος. Ἐγὼ δὲ τούτοις ἐναποπλαγεὶς τὴν διάνοιαν, διὰ τὸ μηδὲ τῆς κοινῆς αὐτὸν ἐθελῆσαι μεταδοῦναι φωνῆς, διὰ τῶν κατημαξευμένων τούτων τὴν συντυχίαν ἀφοσιουμένων· οἷον τὸ, « Εὖ ἥκεις, ἢ πόθεν ἥκεις; ἢ ὑπὲρ τίνος; ἢ τίς ἡ τῆς παρουσίας σπουδή; » τὴν ἡσυχίαν ἐκείνην τῆς ἐν ᾄδου διαγωγῆς ἐποιούμην εἰκόνα. Μᾶλλον δὲ καταγινώσκω τοῦ ὑποδείγματος. Ἐν ᾄδου γὰρ ἰσονομία πολλὴ, μηδενὸς τῶν ὑπὲρ γῆς τὴν περὶ τὸν βίον τραγῳδίαν ἐργαζομένων, ἐκείνην τὴν διαγωγὴν διοχλοῦντος. Οὐ γὰρ συγκαταβαίνει, καθά φησιν ὁ Προφήτης, τοῖς ἀνθρώποις ἡ δόξα· ἀλλὰ καταλιποῦσα ἡ ἑκάστου ψυχὴ τὰ νῦν σπουδαζόμενα τοῖς πολλοῖς, ὕβριν λέγω καὶ ὑπερηφανίαν καὶ τῦφον, ἁπλῆ καὶ ἀκατάσκευος ἐπιχωριάζει τοῖς κάτω, ὡς μηδὲν τῶν τῇδε μοχθηρῶν καὶ παρ' ἐκείνοις εἶναι. Πλὴν ἀλλ' ἐμοὶ ᾄδης ἢ δεσμωτήριον ἀφεγγὲς, ἢ ἄλλο τι σκυθρωπὸν κολαστήριον ἐδόκει τὰ παρόντα εἶναι, λογιζομένῳ ὅσων ἀγαθῶν ἐγενόμεθα παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν διάδοχοι, καὶ οἷα διηγήματα τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλείψομεν. Τί δὲ λέγω τῶν πατέρων τὴν ἀγαπητικὴν πρὸς ἀλλήλους σχέσιν; Θαυμαστὸν γὰρ οὐδὲν, ἀνθρώπους ὄντας ἐν ὁμοτίμῳ τῇ φύσει, μηδὲν ἐθέλειν πλέον ἀλλήλων ἔχειν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγεῖσθαι ἑαυτῶν ὑπερέχειν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μάλιστά μου τῆς διανοίας καθήπτετο, ὅτι ὁ πάσης κτίσεως Δεσπότης, ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ὁ τὰ σύμπαντα φέρων τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οὐκ ἐν τούτῳ μόνον ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἐν τῷ διὰ σαρκὸς ἐπιδημῆσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· ἀλλὰ καὶ τὸν προδότην ἑαυτοῦ Ἰούδαν τῷ ἰδίῳ στόματι, διὰ φιλήματος προσεγγίζοντα δέχεσθαι, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, τὸ μὴ φιληθῆναι παρ' αὐτοῦ, ὡς φιλάνθρωπος, ὀνειδίζειν. Ἐγὼ δὲ οὔτε ἀντὶ τοῦ λεπροῦ ἐλογίσθην· τῷ τίνι; Ὁ τίς; Τὴν διαφορὰν εὑρεῖν οὐκ ἔχω. Τῷ πόθεν καταβεβηκότι; Ὅπου κείμενος; Εἴγε τὰ τοῦ κόσμου βλέποι τις τούτου. Εἰ μὲν γὰρ τὰ τῆς σαρκὸς ἐξετάζοι τις, τοσοῦτον ἴσως ἀνεπαχθές ἐστι λέγειν, ὅτι ὁμότιμα ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον.

Εἰ δὲ τὴν ἀληθῆ τις ἐπιζητοίη τῆς ψυχῆς ἐλευθερίαν τε καὶ εὐγένειαν, ἐπίσης δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας ἀμφότεροι, ἐπίσης τοῦ αἴροντος τὰς ἁμαρτίας δεόμεθα· ἄλλος ἐστὶν, ὁ τῷ ἰδίῳ αἵματι τοῦ θανάτου καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμᾶς λυτρωσάμενος, ὃς καὶ ἐξηγόρασεν ἡμᾶς, καὶ ὑπερηφανίαν τινὰ κατὰ τῶν ἐξαγορασθέντων οὐκ ἐπεδείξατο, νεκροὺς εἰς ζωὴν ἀνακαλούμενος, ὁ πᾶσαν ἐξιώμενος ἀῤῥωστίαν καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων.

A ipsum sub osculi specie accedentem admiserit: quodque domum leprosi Simonis ingressus, eidem pro summa humanitate sua exprobret, quod osculo non fuisset exceptus. Ego vero ne pro leproso quidem sum habitus. At qui vir, a quo? Nequeo certe quidquam discriminis invenire. Unde is descenderat? Ubi abjectus ipse jacueram, si quidem mundana quis intueatur. Nam quæ carnis sunt, si quis exploret, fortasse tantum dici absque molestia cujusquam potest, parem utriusque dignitatem esse, qua nobilitatem, qua ingenuitatem. At si veram quis animi tam ingenuitatem, quam nobilitatem inquirat, æquali ratione peccati sumus uterque servi: æquali ratione peccata tollentis indigemus; alius est, qui proprio sanguine nos de morte peccatisque persoluto pretio redemit; qui mercatus est nos, neque tamen ulla adversus emptos ab sese superbia usus est, qui mortuos in vitam revocavit: qui omnem et animorum et corporum debilitatem sanavit.

Ἐπεὶ οὖν ὁ καθ' ἡμῶν τῦφος καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας ὄγκος μικροῦ δεῖν τῷ οὐρανίῳ ὕψει στενοχωρούμενος ἦν, ὕλην δέ τινα καὶ ἀφορμὴν πρὸς τὴν νόσον οὐδεμίαν ἑώρων, ὅθεν συγγνωστὸν γίνεται τὸ τοιοῦτον πάθος, ἐπὶ τῶν ἐκ περιστάσεώς τινος ταύτην ἀναλαμβανόντων τὴν νόσον, ὅταν ἢ γένος, ἢ παίδευσις, ἢ ἀξιωμάτων ὑπεροχὴ τὰ χαυνότερα ἤθη διαφυσήσῃ· οὐκ εἶχον ὅπως ἐμαυτὸν ἀτρεμεῖν νουθετήσω, διοιδούσης μοι πρὸς τὴν ἀλογίαν τῶν γινομένων ἔνδοθεν τῆς καρδίας, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς λογισμοὺς διαπτυούσης. Ὅτε καὶ μάλιστα τὸν θεῖον ἠγάσθην Ἀπόστολον, οὕτως ἐναργῶς τὸν ἐμφύλιον ἐν ἡμῖν διαγράφοντα πόλεμον, λέγοντα εἶναί τινα ἐν τοῖς μέλεσι νόμον ἁμαρτίας, τὸν ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, καὶ ποιοῦντα πολλάκις ἑαυτῷ τὸν νοῦν αἰχμάλωτόν τε καὶ ὑποχείριον. Ταύτην ἐμαυτῷ βλέπων τῶν δύο λογισμῶν τὴν ἐξ ἐναντίου παράταξιν, τοῦ τε χαλεπαίνοντος πρὸς τὴν ἐκ τῆς ὑπερηφανίας ὕβριν, καὶ τοῦ τὸ διοιδοῦν καταστέλλοντος· ἐπειδὴ κατὰ Θεοῦ χάριν οὐκ ἐκράτησεν ἡ χείρων ῥοπὴ, τότε πρὸς αὐτὸν εἶπον ἐγώ· « Μή ἄρα τί σοι τῶν περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ σώματος σπουδαζομένων τῇ παρουσίᾳ μου βλάπτεται, καὶ ὑπεξελθεῖν ἐστιν εὔκαιρον; » Τοῦ δὲ εἰπόντος μὴ χρῄζειν τοῦ θεραπευθῆναι τὸ σῶμα, εἶπόν τινας λόγους θεραπευτικοὺς πρὸς αὐτὸν, ὡς οἷόν τε ἦν. Κἀκείνου δι' ὀλίγων τὸ ἐπὶ πολλοῖς ἀδικήμασι τὴν καθ' ἡμῶν ἔχειν λύπην ἐνδειξαμένου, ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρινάμην ἐγώ· « Ὅτι ἐν ἀνθρώποις πολλὴν ἔχει δύναμιν πρὸς ἀπάτην τὸ ψεῦδος· τὸ δὲ θεῖον κριτήριον τὸν ἐξ ἀπάτης παραλογισμὸν οὐ προσδέχεται. Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτο πέποιθεν ἐν τοῖς πρὸς σὲ πράγμασιν ἡ συνείδησις, ὡς εὔχεσθαι τῶν μὲν ἄλλων ἁμαρτιῶν γενέσθαι μοι τὴν συγχώρησιν· εἰ δέ τι κατὰ σοῦ πέπρακταί μοι, τοῦτο μεῖναι εἰς τὸ διηνεκὲς ἀσυγχώρητον. » Σχετλιάσας δὲ τῷ λόγῳ, οὐκέτι προστεθῆναι τὰς ἀποδείξεις τοῖς εἰρημένοις ἐδέξατο. Ὥρα ἦν πλείων ἢ κατὰ τὴν ἕκτην· καὶ τὸ λουτρὸν εὐπρεπὲς, καὶ ἐν παρασκευῇ ἡ ἑστίασις, καὶ Σάββατον ἡ ἡμέρα, καὶ μαρτύρων τιμή. Καὶ πάλιν ὁ μαθητὴς τοῦ Εὐαγγελίου πῶς μιμεῖται τὸν τοῦ Εὐαγγελίου Δεσπότην; ὁ μὲν μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίων καὶ

B Cum igitur insignis ille adversus nos fastus, et superbiæ magnitudo parum abesset quin cœlesti a sublimitate non caperetur: cumque materiem nullam, nullam occasionem morbo huic præbitam cernerem, quibus ex rebus hæc animi perturbatio veniam mereri consuevit, quoties aliqui tenentur hoc morbo quadam ex circumstantia, nimirum ubi vel genus, vel institutio, vel dignitatum præstantia mores leviusculorum hominum inflat: nesciebam quo pacto meipsum erudirem, uti memet continerem; quod animus mihi ob insolentiam eorum quæ acciderent, interius intumesceret, et cogitationes omnes de tolerantia respueret. Atque hoc tempore vel maxime divinum illum Apostolum admiratus sum, qui tam illustri ratione bellum intra nos civile depinxerit, cum ait esse quamdam in membris C nostris legem peccati, quasi copias suas objicientem legi mentis, sæpiusque mentem sibi captivam reddentem, ac suam in potestatem redigentem [2]. Hujusmodi cum in me duarum cogitationum velut instructam utrinque ex adverso aciem cernerem, quarum altera graviter ferret illam a superbia profectam injuriam, altera id quod intumuerat pacaret: posteaquam Dei beneficio victoria non potiebatur id quod in pejus momento suo impellebat, tum demum sic eum compello: Num quid eorum, quæ ad corporis tui curam pertinent, propter adventum meum omittitur cum incommodo tuo, ut nos exire sit opportunum? Ad quæ cum dixisset, D non esse sibi opus curatione corporis, subjeci verba quædam, quibus ægrum hominis animum pro virili curarem. Cumque paucis ille se nobis irasci propter multas injurias ostendisset, respondi ego: « Mendacium inter homines ad fraudem ac deceptionem vim habere permagnam; verum in Dei judicio non posse fraudis falsitatem locum habere. Meæ vero conscientiæ tanta est in his adversus te negotiis confidentia, ut exoptem aliorum quidem mihi delictorum veniam contingere, at si quid contra te commisi, hoc ut in perpetuum non condonatum maneat. » Hanc ille orationem cum graviter molesteque tulisset, non amplius

[2] Rom. VII, 23.

addi ad ea quæ dixissem probationes quasdam passus est. Sexta jam hora præterierat, et balneum eleganter instructum erat, et apparabatur epulum, et ipsa dies Sabbatum erat, et martyrum celebratio. Hæc rursum mihi vide, quo pacto discipulus Evangelii Dominum Evangelii imitetur. Nam hic quidem cum publicanis ac peccatoribus comedens, sic sese purgabat ad illos, qui hoc ei loco probri objicerent, ut diceret id se ex benigno quodam erga homines studio facere. At ille piaculi loco ducit et inquinamenti adhibere nos mensæ suæ post defatigationem illam ortam ex itinere : post tantum æstum, in quo assidentes ipsius ad ostium sub dio torrebamur : post tristem illam taciturnitatem, quam experti eramus, posteaquam in conspectum ejus veneramus. Nimirum nos rursus ad idem spatium emetiendum dimittit, ut per eamdem viam nosmet affligeremus, corpore jam defecto et laboribus macerato. Quo factum, ut vix sub serum multas medio in itinere perpessi ærumnas comites nostros assequeremur. Nam et nubes quædam ex turbine subito in aere orta, copioso imbre ad ipsas usque medullas nostras penetrabat. Etenim tegumentis ob ingentem æstum instructi non eramus, ut adversus pluviam nosmet munire possemus. Verumenimvero per Dei gratiam quasi qui ex tempestate vel naufragio salvi evaserunt, ita et ipsi comites nostros magna cum lætitia sumus assecuti. Cumque per noctem quievissemus, vivi et incolumes una cum aliis ad nostra usque loca pervenimus, hoc præter alia consecuti forte fortuna, quod eorum omnium quæ prius acciderunt, hæc adversus nos in hoc tempore exercita injuria memoriam renovarit. Adeoque necessitas ipsa nos cogit, ut in posterum et ipsi nostra causa consilii quidpiam capiamus, vel potius illius ipsius causa. Nam quod ejus institutum in illis, quæ accidere prius, impeditum non fuerit, id vero hominem tam immodicum ad fastum provexit. Quamobrem ut seipso reddatur melior, convenit forsan a nobis quoque nonnihil suscipi, ut se hominem esse discat, qui nullam adversus eidem addictos sententiæ, dignitateque pares, vel injuriæ vel ignominiæ potestatem habeat. Ecce enim, verum esse largiamur (dicam quidem sub conditione) designatum a me quiddam esse, quod esset ipsi ingratum molestumque : quodnam adversum nos ob ea quæ vel facta sunt, vel ex conjecturis collecta, judicium est institutum ? quæ rei probatio de illata injuria nos convicit ? Qui canones adversus nos producti ? Quænam legitime ab episcopo enuntiata verba sententiam contra nos latam approbarunt ? Quod si quid ejusmodi maxime factum est, et quidem legitime : omnino tamen in aliquo saltem gradu erat periculum. At petulantiam adversus ingenuos homines, et ignominiam adversus dignitate pares, quinam quæso canones unquam comprobarunt ? Judicate justum judicium vos qui Deum respicitis, quamobrem hanc nobis

A πίνων, ἀπελογεῖτο τοῖς ὀνειδίζουσιν, ὡς κατὰ φιλανθρωπίαν τοῦτο ποιῶν. Ὁ δὲ ἄγος κρίνει καὶ μίασμα, τὴν ἐπὶ τραπέζης κοινωνίαν, μετὰ τὸν κόπον ἐκεῖνον, ὃν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ὑπέστημεν· μετὰ τὸ θάλπος τὸ τοσοῦτον, ἐν ᾧ ὑπαίθριοι ταῖς θύραις αὐτοῦ προσκαθεζόμενοι κατεφρύγημεν· μετὰ τὴν σκυθρωπὴν ἐκείνην κατήφειαν, ἣν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ γεγονότες ἀνέτλημεν· καὶ ἀποπέμπεται ἡμᾶς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ διάστημα, διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, ταλαιπωροῦντας ἐν ἐκλελοιπότι ἤδη καὶ καταπεπονημένῳ τῷ σώματι· ὥστε μόλις ἡμᾶς περὶ δείλην ὀψίαν πολλὰ διὰ μέσου κακοπαθήσαντας καταλαβεῖν τὴν συνοδίαν. Καὶ γάρ τι καὶ νέφος ἐκ λαίλαπος κατὰ τὸ ἀθρόον ἐν τῷ ἀέρι γενόμενον, αὐτῶν τῶν μυελῶν ἡμᾶς λάβρῳ τῷ ὄμβρῳ καθίκετο. Ἀπαράσκευοι γὰρ B ἦμεν διὰ τὸ ὑπερβάλλον θάλπος, ὡς πρὸς ὑετοῦ φυλακήν. Πλὴν ἀλλὰ κατὰ Θεοῦ χάριν, ὡς οἱ ἀπὸ κλύδωνος ἢ ναυαγίου περισωθέντες, ἄσμενοι τὴν συνοδίαν ἡμῶν κατελάβομεν· καὶ ἀναπαυσάμενοι τὴν νύκτα μετὰ ἀλλήλων, ζῶντες μέχρι τῶν ἡμετέρων διεσώθημεν τόπων· τοῦτο προσλαβόντες ἐκ τῆς συντυχίας, ὅτι πάντων τῶν πρότερον γεγονότων, ἡ ἔναγχος γενομένη καθ' ἡμῶν ὕβρις τὴν μνήμην ἀνενεώσατο. Καί τοι ἀναγκαζόμεθα λοιπὸν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν βουλεύσασθαι· μᾶλλον δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκείνου. Τὸ γὰρ μὴ ἀνακοπῆναι τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρότερον γεγενημένοις, εἰς ταύτην αὐτὸν ἤγαγε τοῦ τύφου τὴν ἀμετρίαν. Οὐκοῦν ὡς ἂν κἀκεῖνος ἑαυτοῦ γένοιτο κρείττων, τάχα τι προσήκει καὶ παρ' ἡμῶν C γενέσθαι, ὡς ἂν μάθῃ ἄνθρωπος ὤν, καὶ οὐδεμίαν κατὰ τῶν ὁμοφρόνων τε καὶ ὁμοτίμων ὕβρεώς τε καὶ ἀτιμίας τὴν αὐθεντίαν ἔχων. Ἰδοὺ γὰρ ἀληθὲς εἶναι δεδόσθω, (λέγω καθ' ὑπόθεσιν) γεγενῆσθαι παρ' ἐμοῦ τι λυπηρὸν κατ' ἐκείνου· ποῖον συνέστη καθ' ἡμῶν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, ἢ ὑπονοουμένοις κριτήριον; Τίς ἀπόδειξις τὴν ἀδικίαν ἀπήλεγξε; Τίνες κανόνες καθ' ἡμῶν ἀνεγνώσθησαν; Ποία ἔννομος ἐπισκόπου ἀπόφασις τὴν καθ' ἡμῶν κρίσιν ἐκύρωσεν; Εἰ δέ τι καὶ ἐγεγόνει τούτων ἐννόμως, πάντως ἂν περὶ τὸν βαθμὸν ὁ κίνδυνος ἦν. Ὕβριν δὲ κατὰ τῶν ἐλευθέρων, καὶ ἀτιμίαν κατὰ τῶν ὁμοτίμων, ποῖοι κανόνες ἐνομοθέτησαν; Κρῖμα δίκαιον κρίνατε, οἱ πρὸς Θεὸν ὁρῶντες, ἐν τίνι συγγνωστὸν ἡγεῖσθε τὴν καθ' ἡμῶν ἀτιμίαν; Εἰ κατὰ τὴν ἱερωσύνην τὸ ἀξίωμα D κρίνοιτο, ἴση παρὰ συνόδου καὶ μία γέγονεν ἀμφοτέρων ἡμῶν ἡ προνομία, μᾶλλον δὲ ἡ φροντὶς τῆς τῶν κοινῶν διορθώσεως, ἐν τῷ τὸ ἴσον ἔχειν. Εἰ δέ τινες ἡμᾶς γυμνοὺς τοῦ κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἀξιώματος ἐφ' ἑαυτοὺς βλέποιεν, τί τοῦ ἑτέρου πλεῖον ἔχει ὁ ἕτερος; γένος; παίδευσιν; ἐλευθερίαν πρὸς τοὺς ἀρίστους τε καὶ εὐδοκίμους; γνῶσιν; Ταῦτα ἢ ἐν τῷ ἴσῳ καὶ παρ' ἡμῖν ἔστιν εὑρεῖν, ἢ πάντως οὐκ ἐν ἐλάσσονι. Ἀλλὰ πλοῦτον λέγει; Μὴ γένοιτο εἰς ἀνάγκην ἐλθεῖν, ταῦτα περὶ αὐτοῦ διηγήσασθαι ἢ τοσοῦτον ἀρκεῖ μόνον εἰπεῖν, ὅσος ἦν τὸ καταρχὰς, καὶ νῦν ὅσος ἐγένετο, καὶ καταλιπεῖν ἄλλοις ἀναζητῆσαι τῆς αὐξήσεως τοῦ πλούτου τὰς ἀφορμὰς, τοῦ μέχρι του παρόντος καὶ καθ' ἑκάστην μικροῦ δεῖν ἡμέραν διὰ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων αὐξανομένου τε καὶ

τρεφομένου. Τίς οὖν τῆς καθ' ἡμᾶς ὕβρεως ἡ ἐξουσία, εἰ μήτε γένους ὑπεροχὴ, μήτε ἀξιώματος περιφάνεια, μήτε δύναμις ὑπερβάλλουσα λόγῳ, μήτ' εὐεργεσία τις προϋπάρξασα; ὁπότε καὶ εἰ ταῦτα ἦν, καὶ οὕτως ἂν τὸ κατὰ τὴν ὕβριν ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων, ἀσύγγνωστον. Μηδενὸς δὲ τούτων ὄντος, οὐκ οἶμαι καλῶς ἔχειν· τὴν τοσαύτην τοῦ τύφου νόσον περιιδεῖν ἀθεράπευτον. Θεραπεία δέ ἐστι τὸ ἐπικλῖναι τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ διαστεῖλαι τὸν διάκενον ὄγκον, μικρὸν διαπνευσθέντος τοῦ κατὰ τὸν τύφον φυσήματος. Ὅπως δ' ἂν γένοιτο τοῦτο, Θεῷ μελήσει.

illatam contumeliam mereri veniam putetis? Quod si ex sacerdotio dignitas æstimanda venit, par et idem a Synodo concessum utrique privilegium est, vel potius cura emendationis publicæ, idque in eo quod jure pari esse jussi sumus. Quod si qui nos extra sacerdotii dignitatem, seorsum quemlibet, intueri velint, quid amplius alter habet altero? genus, institutionem, ingenuitatem collatam ad præstantissimos et claros quoque, scientiam? Ea vero vel paria reperiri possunt in nobis, vel saltem non minora. Fortasse de divitiis dicet? Nolim me cogi, ut hæc de ipso commemorem. Hoc modo dicere sufficiat, quantæ fuerint illæ initio, tantas etiam nobis nunc esse: præterea nos quibus occasionibus eas opes amplificaverimus, quas hactenus et quidem prope quotidie præclaris conatibus augemus quasique alimus, aliis perquirendum relinquere. Quamnam igitur ille potestatem habet inferendæ nobis injuriæ, si nulla hæc generis est præstantia, neque dignitatis splendor, neque eximia dicendi vis, neque beneficentia prius erga me declarata? quandoquidem etiamsi hæc essent, nihilominus condonari non debet exercita adversus homines ingenuos petulantia. Verum cum nihil horum sit, non arbitror recte nos facturos, si tantum fastus morbum incuratum negligamus. Neque vero alia potest esse curatio, quam si deprimatur superbia, et inanis ille fastus coerceatur, inflatione tam elata nonnihil exspirante. Ut autem id fiat, Deo permittimus, cui hanc rem curæ futuram non dubitamus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

EPISTOLA II.

Reprehendit abusus tunc temporis in peregrinationibus ad loca sancta obvios.

Περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα.

Ἐπειδήπερ ἠρώτησας, ὦ φίλε, διὰ τοῦ γράμματος, πρέπειν ᾠήθην περὶ πάντων σοι καθεξῆς ἀποκρίνασθαι. Ἐγὼ τοὺς ἅπαξ ἀνατεθεικότας ἑαυτοὺς τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ, καλῶς ἔχειν φημὶ πρὸς τὰς τοῦ Εὐαγγελίου διὰ παντὸς ἀποβλέπειν φωνάς· καὶ ὥσπερ οἱ τῷ κανόνι τὸ ὑποκείμενον ἀπευθύνοντες, κατὰ τὴν ἐπὶ τοῦ κανόνος εὐθεῖαν τὰ σκολιὰ τὰ ἐν χερσὶν εἰς εὐθύτητα μεταβάλλουσιν· οὕτως προσήκειν ἡγοῦμαι οἷόν τινα κανόνα ὀρθὸν καὶ ἀδιάστροφον, τὴν εὐαγγελικὴν λέγω δὴ πολιτείαν, τούτοις ἐπιβάλλοντας, κατ' ἐκείνην πρὸς τὸν Θεὸν ἀπευθύνεσθαι. Ἐπεὶ τοίνυν εἰσί τινες τῶν τὸν μονήρη καὶ ἰδιάζοντα βίον ἐπανῃρημένων, οἷς ἐν μέρει εὐσεβείας νενόμισται τὸ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις τόπους ἰδεῖν, ἐν οἷς τὰ σύμβολα τῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας τοῦ Κυρίου ὁρᾶται, καλῶς ἂν ἔχοι πρὸς τὸν κανόνα βλέπειν· καὶ εἰ ταῦτα βούλεται ἡ παρὰ τῶν ἐντολῶν χειραγωγία, ποιεῖν τὸ ἔργον, ὡς πρόσταγμα Κυρίου. Εἰ δὲ ἔξω ἐστὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Δεσπότου, οὐκ οἶδα τί ἐστι τὸ διατεταγμένον τι θέλειν ποιεῖν αὐτὸν ἑαυτοῦ τοῦ καλοῦ νόμον γινόμενον. Ὅπου προσκαλεῖται πρὸς τὴν κληρονομίαν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ὁ Κύριος τοὺς εὐλογημένους, τὸ ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα ἐν τοῖς κατορθώμασιν οὐκ ἀπηρίθμησεν· ὅπου τὸν μακαρισμὸν διαγγέλλει, τὴν τοιαύτην σπουδὴν οὐ περιέλαβεν. Ὃ δὲ μήτε μακάριον ποιεῖ, μήτε πρὸς τὴν βασιλείαν εὔθετον, ἀντὶ τίνος σπουδάζεται, ὁ νοῦν ἔχων ἐπισκεψάσθω. Καὶ εἰ μὲν ἐπωφελὲς ἦν τὸ γινόμενον, οὐκ ἦν οὐδὲ οὕτως καλὸν παρὰ τῶν τελείων σπουδάζεσθαι.

De iis qui adeunt Jerosolyma (1).

Quia me rogasti, amice, per epistolam, mihi ordine de omnibus tibi respondendum existimavi. Equidem qui semel se altiori vivendi rationi dedicarunt, cum eis præclare agi censeo, si perpetuo ad Evangelii voces inducantur, ac tanquam, qui regula quidquid propositum est dirigunt, ejus rectitudine, tortuosa quæ in manibus habent, ad rectitudinem adducunt: ita convenire arbitror, ut veluti quamdam regulam rectam et immutabilem, evangelicam dico politiam, his admoventes, juxta illam ad Deum dirigamur. Cum itaque sint aliqui ex iis qui solitariam et privatam vitam sibi delegerunt, qui in parte pietatis ponant Jerosolymitana loca vidisse, in quibus indicia Domini adventus per carnem conspiciuntur, præclare se res habebit, si ad regulam ipsam respiciamus, idque si velit præceptorum ductus, ut opus faciamus quasi mandatum Domini: sin præter Domini præcepta id appareat introductum, haud scio quid sit, quod præcipiat velle quid aliquem facere, qui se sibi legem boni fecerit ipsum. Ubi ad regni cœlorum hæreditatem consequendam vocat Dominus benedictos, profectionem in Jerosolyma inter recte facta, quæ eo dirigant, non enumeravit: ubi beatitudinem annuntiat, tale studium, talemque operam non est complexus. Quod autem neque beatum efficit, neque ad regnum conducibile est, quare in eo studium et operam poni oporteat, qui mentem habet, consideret. Atqui licet id opus

(1) Incerto interprete. — Ed. 1638, III, 651. — Cf. Gretseri, Soc. Jesu, Notæ, ad calcem hujus voluminis.

utilitatis quid haberet, ne sic quidem honeste a perfectis studio dignum videri deberet. Quoniam autem id factum diligenter examinatum, animo detrimentum conciliat, iis qui vitæ accurate degendæ incumbunt, longo studio indignum est : imo maxime cavendum, ut nihil ab eo lædatur is, qui secundum Deum vitam instituit agendam. Quid igitur est in his quod lædat? Sancta et gravis vitæ institutio eadem omnibus et viris et feminis proposita est. Peculiaris est vitæ philosophicæ honestas et castitas : quæ in vita sua eaque non mista ac seorsim acta consummatur, ita ut impermista sit, et minime confusa natura : neque feminis in consortium virorum, neque viris in mulierum ad tuenda castitatis et honestatis officia contendentibus. At vero itineris conficiendi necessitas nunquam non diligentem in his observandis indifferentiam adducit. Nam tantam viam femina, nisi qui eam conservet, habeat, percurrere nequit : tum quia propter naturalem imbecillitatem jumento imponenda est, illincque deponenda : tum quia in difficultatibus tuenda ac servanda. Quidquid autem supponere possimus, sive notum habet, qui ei præstet obsequium, sive mercenarium, qui famuletur, ex utraque parte quod fiet, reprehensionem non effugiet. Nam sive externo se committat, sive domestico acquiescens, continentiæ legem non conservat. Cum autem in locis illis Orientalibus diversoria et hospitia, urbesque in multis licentiam et ad malum indifferentiam habeant, qui fieri poterit, ut qui per fumum ambulet, non exasperetur oculis? Ubi inquinatur auris, inquinatur oculus, inquinatur et cor, per oculos et auditum nefanda excipiens, qui fieri poterit, ut non afficiatur, qui affecta loca transgreditur? Quid vero etiam plus est habiturus, qui loca illa adit, quasi vero etiamnum Dominus corporaliter in locis illis degat, atque a nobis abierit : aut veluti sanctus Spiritus apud Jerosolymitanos abundet, ad nos autem transire non possit? Atque si ex iis quæ conspiciuntur Dei præsentiam conjicere licet, potius in natione Cappadocum Deum moram trahere quis statuerit, quam in externis locis. Nam quot sunt in iis altaria, per quæ Domini nomen celebratur? Nec sane quis totius fortasse orbis totidem enumeraret altaria. Deinde etiamsi in locis Jerosolymitanis plus divinæ gratiæ inesset, illic viventium peccatum non tam frequens et consuetum esset. Jam vero nullum est immunditiæ genus, quod apud eos non perpetretur : ac malitiæ, adulteria, furta, idololatriæ, veneficia, invidiæ et cædes, ac tantum in primis malum illis tam frequens et assiduum est, ut nusquam tanta sit ad trucidandum promptitudo, quanta illis locis inhabitat, ubi belluino more in sanguinem contribulium mutuo incurrunt, frigidi lucri causa.

Ubi ergo hæc fiunt, quo argumento intelligas, illis in locis ampliorem gratiam esse? Sed scio quid mihi multi adversus ea, quæ dicta sunt, objiciant. Aiunt enim : quamobrem hæc contra te

A Ἐπεὶ δὲ καταμανθανόμενον δι' ἀκριβείας τὸ γινόμενον, καὶ ψυχικὴν προστρίβεται βλάβην τοῖς τὸν ἀκριβῆ βίον ἐνστησαμένοις, οὐκ ἔστι τῆς μακρᾶς σπουδῆς ἄξιον, ἀλλὰ τῆς μεγίστης φυλακῆς, ὡς μηδενὶ τῶν καταβλαπτόντων ὁ κατὰ Θεὸν προῃρημένος ζῆν περιπείροιτο. Τί οὖν ἐστιν ἐν τούτοις τὸ βλάπτον; Ἡ σεμνὴ πολιτεία πᾶσι πρόκειται, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, ἴδιον τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν βίου, ἡ εὐσχημοσύνη· αὕτη δὲ ἐν τῷ ἀμίκτῳ καὶ ἰδιάζοντι βίῳ τῆς ζωῆς κατορθοῦται, ὡς ἀνεπίμικτον καὶ ἀσύγχυτον εἶναι τὴν φύσιν, μήτε τῶν γυναικῶν ἐν ἀνδράσι, μήτε τῶν ἀνδρῶν ἐν γυναιξὶ πρὸς τὰ παρατετηρημένα τῆς εὐσχημοσύνης ὁρμώντων. Ἀλλ' ἡ τῆς ὁδοιπορίας ἀνάγκη ἀεὶ τὴν ἐν τούτοις ἀκρίβειαν καὶ πρὸς ἀδιαφορίαν τῶν παρατετηρημένων ἄγει· ἀμήχανον B γὰρ γυναικὶ τοσαύτην ὁδὸν διαδραμεῖν, εἰ μὴ τὸν διασώζοντα ἔχοι, καὶ διὰ τὴν φυσικὴν ἀσθένειαν ἀναγομένη ὑπὸ τὸ ὑποζύγιον, κἀκεῖθεν καταγομένη, καὶ ἐν ταῖς δυσχερείαις παρακρατουμένη. Ὅπερ δ' ἂν ὑποθώμεθα, εἴτε γνώριμον ἔχει τὸν τὴν θεραπείαν ἀποπληροῦντα, εἴτε μισθωτὸν τὸν τὴν διακονίαν παρεχόμενον, καθ' ἑκάτερον μέρος οὐ διαφεύγει τὴν μέμψιν τὸ γινόμενον· οὔτε γὰρ τῷ ξένῳ ἑαυτὴν προσαναπαύουσα, οὔτε τῷ ἰδίῳ, τὸν τῆς σωφροσύνης φυλάττει νόμον. Τῶν δὲ κατὰ τοὺς Ἀνατολικοὺς τόπους πανδοχείων καὶ καταλυμάτων, καὶ πόλεων πολλὰ τὴν ἄδειαν καὶ πρὸς τὸ κακὸν τὴν ἀδιαφορίαν ἐχόντων, πῶς ἔσται δυνατὸν διὰ καπνοῦ παριόντα μὴ δριμυχθῆναι τὰς ὄψεις; Ὅπου μολύνεται μὲν ἀκοὴ, μολύ- C νεται δὲ ὀφθαλμὸς, μολύνεται δὲ καρδία, δι' ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς δεχομένη τὰ ἄτοπα· πῶς ἔσται δυνατὸν ἀπαθῶς παρελθεῖν τοὺς ἐμπαθεῖς τόπους; Τί δὲ καὶ πλέον ἕξει ὁ ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις γενόμενος, ὡς μέχρι τοῦ νῦν σωματικῶς τοῦ Κυρίου ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις διάγοντος, ἡμῶν δὲ ἀποφοιτῶντος· ἢ ὡς τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρὰ τοῖς Ἱεροσολυμίταις πλεονάζοντος, πρὸς δὲ ἡμᾶς διαβῆναι ἀδυνατοῦντος; Καὶ μὴν εἰ ἔστιν ἐκ τῶν φαινομένων, Θεοῦ παρουσίαν τεκμήρασθαι, μᾶλλον ἄν τις ἐν τῷ ἔθνει τῶν Καππαδοκῶν τὸν Θεὸν διαιτᾶσθαι νομίσειεν, ἤπερ ἐν τοῖς ἔξω τόποις. Ὅσα γάρ ἐστιν ἐν τούτοις θυσιαστήρια, δι' ὧν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου δοξάζεται; οὐκ ἄν τις τοσάδε πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἐξαριθμήσαιτο θυσιαστήρια. Ἔπειτα εἰ καὶ ἦν πλέων ἡ χάρις ἐν τοῖς D Ἱεροσόλυμα τόποις, οὐκ ἂν ἐπεχωρίαζε τοῖς ἐκεῖ ζῶσιν ἡ ἁμαρτία. Νῦν μέν τοι οὐκ ἔστιν ἀκαθαρσίας εἶδος, ὃ μὴ τολμᾶται παρ' αὐτοῖς. Καὶ πονηρίαι, καὶ μοιχεῖαι, καὶ κλοπαὶ, καὶ εἰδωλολατρεῖαι, καὶ φαρμακεῖαι, καὶ φθόνοι, καὶ φόνοι, καὶ μάλιστά γε τὸ τοιοῦτον ἐπιχωριάζει κακὸν, ὥστε μηδαμοῦ τοιαύτην ἑτοιμότητα εἶναι πρὸς τὸ φονεύειν, ὅσον ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, θηρίων δίκην τῷ αἵματι τῶν ὁμοφύλων ἐπιτρεχόντων ἀλλήλων, ψυχροῦ κέρδους χάριν.

Ὅπου τοίνυν ταῦτα γίνεται, ποίαν ἀπόδειξιν ἔχεις τοῦ πλείονα χάριν εἶναι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις; Ἀλλ' οἶδα τὸ ἀντιλεγόμενον τῶν πολλῶν πρὸς τὰ παρ' ἐμοῦ εἰρημένα. Λέγουσι γάρ· Διὰ τί ταῦτα καὶ ἐπὶ

σὲ αὐτὸν οὐκ ἐνομοθέτησας; Εἰ γὰρ μηδὲν ἦν κέρδος τῷ κατὰ Θεὸν ἐκδημήσαντι, ἀντὶ τοῦ γενέσθαι ἐκεῖ, ὑπὲρ τίνος μάτην ὑπέστης τὴν τοσαύτην ὁδόν; Ἀκουσάτωσαν οὖν τῆς ὑπὲρ τούτων παρ' ἐμοῦ ἀπολογίας. Ἐμοὶ διὰ τὴν ἀνάγκην ταύτην ἐν ᾗ ζῆν ἐτάχθην παρὰ τοῦ οἰκονομοῦντος ἡμῶν τὴν ζωὴν, ἐγένετο τῆς ἁγίας συνόδου διορθώσεως ἕνεκεν τῆς κατὰ τὴν Ἀραβίαν Ἐκκλησίας, μέχρι τῶν τόπων γενέσθαι. Καὶ ἐπειδὴ ὅμορός ἐστιν ἡ Ἀραβία τοῖς κατὰ Ἱεροσόλυμα τόποις, ὑποσχόμενος καὶ συσκεψόμενος τοῖς προεστῶσι τοῖς τῶν ἁγίων Ἱεροσολυμιτῶν Ἐκκλησιῶν, διὰ τὸ εἶναι αὐτῶν ἐν ταραχῇ τὰ πράγματα, καὶ χρῄζειν τοῦ μεσιτεύοντος. Ἔπειτα δὲ, καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως παρασχομένου τὴν εὐκολίαν τῆς ὁδοῦ διὰ δημοσίου ὀχήματος, οὐδεμία ἡμῖν ἀνάγκη ἐγένετο ταῦτα πάσχειν, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατενοήσαμεν. Τὸ γὰρ ὄχημα ἡμῖν ἀντὶ Ἐκκλησίας καὶ μοναστηρίου ἦν, διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ συμψαλλόντων πάντων καὶ συννηστευόντων τῷ Κυρίῳ. Τὸ οὖν ἡμέτερον μηδένα σκανδαλιζέτω· μᾶλλον δὲ πιθανὴ γενέσθω ἡ συμβουλία ἡμῶν, ὅτι περὶ ὧν τῷ ὀφθαλμῷ ὑπεβάλομεν, περὶ τούτων καὶ συμβουλεύομεν. Ἡμεῖς γὰρ τὸν ἐπιφανέντα Χριστὸν εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν ὡμολογήσαμεν καὶ πρὶν ἐπὶ τοῦ τόπου γενέσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα, οὔτε τῆς πίστεως ἐλαττουμένης, οὔτε μετὰ ταῦτα προσαυξηθείσης. Καὶ τὴν διὰ τῆς Παρθένου ἐνανθρώπησιν καὶ πρὸ τῆς Βηθλεὲμ ἠπιστάμεθα. Καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασιν καὶ πρὸ τοῦ μνήματος ἐπιστεύσαμεν· καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν καὶ δίχα τοῦ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν ἰδεῖν, ἀληθῆ εἶναι ὡμολογήσαμεν. Τοσοῦτον δὲ μόνον ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ὠφελήθημεν, ὅσον ἐν συγκρίσει γνῶναι, ὅτι τὰ ἡμέτερα τῶν ἔξω πολὺ ἁγιώτερά ἐστιν. Ὅθεν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ἐν οἷς ἐστε τόποις, αἰνέσατε αὐτόν. Θεοῦ γὰρ προσεγγισμὸν τοπικὴ μετάστασις οὐ κατεργάζεται· ἀλλ' ὅπουπερ ἂν ᾖς, πρὸς σὲ ἥξει ὁ Θεὸς, ἐάν γε τὸ τῆς ψυχῆς σου καταγώγιον τοιοῦτον εὑρεθῇ, ὥστε ἐνοικῆσαι τὸν Κύριον ἐν σοὶ καὶ ἐμπεριπατῆσαι. Εἰ δὲ πλήρη ἔχεις τὸν ἔσω ἄνθρωπον λογισμῶν πονηρῶν, κἂν ἐπὶ τοῦ Γολγοθᾶ ᾖς, κἂν ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, κἂν ὑπὸ τὸ μνῆμα τῆς ἀναστάσεως, τοσοῦτον ἀπέχεις τὸν Χριστὸν δέξασθαι ἐν ἑαυτῷ, ὅσον οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὁμολογήσαντες. Συμβούλευσον οὖν, ἀγαπητὲ, τοῖς ἀδελφοῖς ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος πρὸς τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἀπὸ Καππαδοκίας εἰς Παλαιστίνην. Εἰ δέ τις τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν προβάλοι τὴν παραγγείλασαν τοῖς μαθηταῖς, μὴ χωρίζεσθαι ἀπὸ Ἱεροσολύμων, νοησάτω τὸ εἰρημένον· ἐπειδήπερ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις καὶ διανομὴ οὔπω ἐπεφοίτησε τοῖς ἀποστόλοις, προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Κύριος ἐπὶ τὸ αὐτὸ μένειν, ἕως ἂν ἐνδύσωνται δύναμιν ἐξ ὕψους. Εἰ μὲν ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς ἐγίνετο μέχρι τοῦ νῦν, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει πυρὸς τῶν χαρισμάτων οἰκονομοῦντος ἕκαστον, ἔδει πάντας εἶναι ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἐν ᾧ ἡ διανομὴ τοῦ χαρίσματος ἐγίνετο· εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ οἱ ἐνταῦθα πιστεύ-

A etiam non decernis? Si enim nullum operæ pretium facit, qui secundum Deum illuc peregrinatus fuerit, quamobrem frustra tantam viæ molestiam sustinuisti? Audiant igitur, quo jure me in iis defendam. Mihi propter hanc vivendi rationem, in qua ut vivam, ab eo qui dispensat vitam nostram constitutus sum, necesse fuit pro sancto concilio habito emendandæ Arabicæ Ecclesiæ gratia, ad loca ista proficisci. Ac cum esset Arabia locis Jerosolymitanis contermina, pollicitus eram me una cum iis qui sanctis Jerosolymitanis præsunt Ecclesiis disceptaturum, quod rerum illis esset status perturbatus, ac quodam qui medius intercederet egerent. Præterea vero, ipso quoque piissimo imperatore viæ facilitatem concedente curru publico, nulla nobis ne-
B cessitas fuit ea perpeti, quæ in aliis animadvertimus. Vehiculum enim nobis pro Ecclesia et monasterio erat, omnibus per totam viam simul psallentibus et jejunantibus Domino. Nostrum ergo exemplum neminem offendat: quin potius probabilius inde nostrum consilium fiat, quod de rebus iisdem quas nos aspeximus, consilium nostrum demus. Nos enim Christum qui apparuit, esse Deum verum confessi sumus, etiam antequam eo ivissemus: et item, fide neque imminuta, neque postea adaucta. Quodque homo per Virginem natus sit, antequam Bethleem intueremur, scivimus. Et a mortuis resurrectionem etiam ante monumentum visum credidimus: atque ascensionem in cœlos, nondum
C conspecto monte Olivarum, veram fuisse confessi sumus. Emolumenti autem id tantulum ex itineris concessione habuimus, quod ex collatione cognovimus, nostra externis longe sanctiora esse. Unde vos qui timetis Dominum, in quibus locis estis, eum laudate. Localis enim mutatio, ut Deus propior sit, non efficit; sed ubiubi fueris, ad te Deus veniet, siquidem animæ tuæ diversorium tale inveniatur, ut in te Dominus inhabitet, inambuletque. Sin hominem interiorem perversis cogitationibus plenum habeas, etiamsi in Golgotha fueris, etiamsi in monte Olivarum, etiamsi sub monumento resurrectionis, tantum a Christi in animum tuum receptione abes, quantum qui ne ab initio quidem fidem professi sunt. Consule ergo, dilecte, fratri-
D bus, ut a corpore peregrinentur ad Dominum, non e Cappadocia in Palæstinam. Quod si quis objiciat Domini vocem discipulis præcipientem, ne discederent ab Jerosolymis [1], intelligat quid dictum illud voluerit. Cum sancti Spiritus gratia et dispersio nondum venisset apostolis, jussit eis Dominus eodem in loco simul manere, donec induti essent virtute ex alto. At si, quod initio fiebat, ut Spiritus sanctus ignis specie dona singulis impertiret, hucusque fieret, omnes oporteret in eo loco esse ubi dona distribuerentur: sin Spiritus ubi vult spirat: ii quoque qui hic sunt, ac credunt, parti-

[1] Act. I, 4.

cipes fiunt, juxta fidei analogiam, non juxta peregrinationem in Jerosolyma susceptam.

EPISTOLA III.

Commoda et utilitates spirituales ex visitatione locorum sanctorum provenientes agnoscit multumque conquestus de dissidiis Ecclesiæ Jerosolymitanæ, mysterium incarnationis Domini exponit monens ut firmiter adhæreant antiquæ fidei regulæ a Patribus per traditionem acceptæ.

Vere ornatiss. et religiosiss. sororibus, Eustathiæ et Ambrosiæ, necnon ornatissimæ et honestissimæ filiæ Basilissæ, Gregorius salutem in Domino (1).

Congressus bonorum, mihique ex animo dilectorum, et illius ingentis humanitatis nobis a Domino præstitæ monumenta, quæ isthic ostenduntur, maximi gaudii et voluptatis argumento mihi fuerunt. Utroque enim modo feriari Deo quid esset experiebar, cum et Dei, qui vitam nobis dedit, symbola salutaria videbam, et in ejusmodi personas incideram, in queis illa ipsa signa gratiæ Domini spiritualiter est contemplari, ut credere liceat esse revera in animo illius qui Deum in se habet, Bethlehem, Golgotham, Olivetum, Resurrectionem. Nam ubi in aliquo per bonam conscientiam Christus fuerit informatus, aut aliquis metu divino veluti clavis carnes suas confixerit, fueritque cum Christo cruci affixus, et grave saxum mundanæ fraudis fuerit amolitus, corporeoque monumento egressus, velut in nova vita ambulare instituerit: relicta hac humili atque humi repente mortalium vita, sublimi desiderio in cœlestem rempublicam ascenderit, superna cogitans, ubi est Christus: nil pondere corporis gravatus, sed puriore vita factus a seipso levior, ut per sublimia sursum tendentem carnem ipsius nubis instar comitari valeat: hic meo quidem judicio inter illas celebris famæ res censeri debet, in quibus benignitatis Domini nostri erga humanum genus monumenta visuntur. Cum igitur et sensibus meis loca sancta intuerer: intuerer vero hoc amplius etiam in vobis ejusmodi locorum expressa signa: tanto equidem repletus sum gaudio, ut illud enarrare nulla vis dicendi queat. Sed difficile est, ne dicam fieri omnino haud posse, ut homo natus bono aliquo fruatur, cui nihil mali sit admistum: propterea mihi quoque cum dulcia gustarem, simul et illorum aliquid est mistum, quæ sensum amarore afficiunt, ob quæ post suavem rerum lætarum perceptionem, mœstus ac tristis domum revertebar: reputans apud me, verum esse quod Dominus dixit, mundum universum in malo cubare [1]: ita ut pars nulla orbis terrarum nequioris illius portionis sit immunis. Nam si locus ipse qui sanctum vestigium veræ vitæ suscepit, purus a malis sentibus non est, quid de cæteris opinari debemus, qui sola auditione et prædica-

A σαντες, μέτοχοι γίνονται τοῦ χαρίσματος, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, οὐ κατὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'.

Ταῖς κοσμιωτάταις ἀληθῶς καὶ εὐλαβεστάταις ἀδελφαῖς, Εὐσταθίᾳ καὶ Ἀμβροσίᾳ, καὶ τῇ κοσμιωτάτῃ καὶ σεμνοτάτῃ θυγατρὶ Βασιλίσσῃ Γρηγόριος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

B Ἡ μὲν τῶν ἀγαθῶν καὶ καταθυμίων συντυχία, καὶ τὰ γνωρίσματα τῆς μεγάλης τοῦ Δεσπότου ὑπὲρ ἡμῶν φιλανθρωπίας, τὰ ἐν τοῖς τόποις δεικνύμενα, τῆς μεγίστης ἐγένετό μοι χαρᾶς τε καὶ εὐφροσύνης ὑπόθεσις. Ἀμφοτέρων γὰρ ἐδηλώθη μοι ἡ κατὰ Θεὸν ἑορτὴ, διά τε τοῦ ἰδεῖν τὰ σωτήρια σύμβολα τοῦ ζωοποιήσαντος ἡμᾶς Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ ψυχαῖς συντυχεῖν, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα τῆς τοῦ Κυρίου χάριτος σημεῖα πνευματικῶς θεωρεῖται, ὥστε πιστεύειν ὅτι ἀληθῶς ἐν τῇ καρδίᾳ ἐστὶ τοῦ τὸν Θεὸν ἔχοντος ἡ Βηθλεὲμ, ὁ Γολγοθᾶς, ὁ Ἐλαιὼν, ἡ Ἀνάστασις. Ὅτε γὰρ διὰ τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ὁ Χριστὸς ἐμμορφωθῇ, καὶ καθηλώσας τῷ θείῳ φόβῳ τὰς σάρκας αὐτοῦ, καὶ συσταυρωθεὶς τῷ Χριστῷ, καὶ ἀποκυλίσας
C ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν βαρὺν τῆς βιωτικῆς ἀπάτης λίθον, καὶ ἐξελθὼν τοῦ σωματικοῦ μνημείου, ὡς ἐν καινότητι ζωῆς περιεπάτησε, καὶ ὁ καταλιπὼν τὴν κοίλην καὶ χαμαίζηλον τῶν ἀνθρώπων ζωὴν, ἀναβὰς δὲ διὰ τῆς ὑψηλῆς ἐπιθυμίας εἰς τὴν ἐπουράνιον πολιτείαν, καὶ τὰ ἄνω φρονῶν, οὗ ὁ Χριστὸς, καὶ μὴ βαρυνόμενος τῷ ἄχθει τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐξελαφρύνας διὰ καθαρωτέρας ζωῆς, ὥστε αὐτῷ νεφέλης δίκην συμμετεωροπορεῖν ἐπὶ τὰ ἄνω τὴν σάρκα· οὗτος, κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, ἐκείνων ἐστὶ τῶν κατωνομασμένων, ἐν οἷς τὰ ὑπομνήματα τῆς τοῦ Δεσπότου ὑπὲρ ἡμῶν φιλανθρωπίας ὁρᾶται. Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδον μὲν καὶ αἰσθητῶς τοὺς ἁγίους τόπους, εἶδον δὲ καὶ ἐν ὑμῖν τῶν τοιούτων τόπων ἐναργῆ τὰ σημεῖα, τοσαύτης ἐπληρώθην χαρᾶς, ὥστε ὑπὲρ λόγον εἶναι
D τοῦ ἀγαθοῦ τὴν διήγησιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἔοικεν ἄνθρωπον ὄντα δύσκολον εἶναι, ἵνα μὴ εἴπω ὅτι ἀδύνατον, ἀμιγὲς τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν καρποῦσθαι· διὰ τοῦτό μοι τῇ γεύσει τῶν γλυκέων συγκατεμίχθη τι καὶ τῶν πικραινόντων τὴν αἴσθησιν· ἐφ' οἷς μετὰ τὴν ἀγαθὴν τῶν εὐφραινόντων ἀπόλαυσιν, πάλιν ἐπὶ τὴν πατρίδα σκυθρωπάζων ἐπορευόμην, λογιζόμενος, ὅτι ἀληθὴς ὁ τοῦ Κυρίου λόγος ὁ εἰπὼν ὅλον τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι· ὡς μηδὲν τῆς οἰκουμένης μέρος ἐλεύθερον εἶναι τῆς μοίρας τοῦ χείρονος. Εἰ γὰρ ὁ τὸ ἅγιον τῆς ὄντως ζωῆς ἴχνος ὑποδεξάμενος τόπος τῆς πονηρᾶς ἀκάνθης οὐ καθαρεύει, τί χρὴ περὶ τῶν λοιπῶν ἐννοεῖν τόπων, οἷς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ μετουσία κατεσπάρη διὰ ψιλῆς ἀκοῆς καὶ κηρύγματος; ταῦτα δὲ

[1] I Joan. v, 19.

(1) Isaac. Casaubono interprete. — Ed. 1638, III, [illegible].

A πρὸς ὅ τι βλέπων φημὶ, πάντως οὐδὲν χρὴ γυμνότερον διὰ τῶν λόγων ἐκτίθεσθαι, αὐτῶν τῶν πραγμάτων πάσης φωνῆς γνωρίμου γεγωνότερον διαβοώντων τὰ λυπηρά. Μίαν ἔχθραν ἐνομοθέτησεν ἡμῖν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν νομοθέτης, τὴν πρὸς τὸν ὄφιν λέγω· πρός οὐδὲν ἄλλο τὴν τοῦ μισεῖν δύναμιν ἐνεργεῖσθαι προστάξας, εἰ μὴ πρὸς τὴν ἀποστροφὴν τῆς κακίας. *Ἔχθραν γὰρ θήσω*, φησὶν, *ἀνὰ μέσον σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον ἐκείνου*. Ἐπειδὴ ποικίλη τις καὶ πολυειδής ἐστιν ἡ κακία, διὰ τοῦ ὄφεως ὁ λόγος ταύτην αἰνίττεται, τῇ πυκνῇ τῶν φολίδων θέσει τὸ πολύτροπον τῆς κακίας χαρακτηρίζων. Ἡμεῖς δὲ πρὸς μὲν τὸν ὄφιν ἔνσπονδοι, διὰ τοῦ τὰ θελήματα τοῦ ἀντικειμένου ποιεῖν, ἐγενόμεθα· τὸ δὲ μῖσος κατ' ἀλλήλων ἐτρέψαμεν· τάχα δὲ οὐδὲ καθ' ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ τὴν ἐντολὴν B δεδωκότος. Ὁ μὲν γάρ φησιν, *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου*· τὸν τῆς φύσεως ἡμῶν πολέμιον μόνον ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι προστάξας· πάντα δὲ τὸν κοινωνοῦντα τῆς φύσεως, πλησίον ἑκάστου εἶναι εἰπών· ἡ δὲ βαρυκάρδιος ἡμῶν γενεὰ τοῦ πλησίον ἡμᾶς διαστήσασα, θάλπειν τὸν ὄφιν ἐποίησε, καὶ τοῖς τῶν φολίδων αὐτοῦ στίγμασιν ἐπιτέρπεσθαι. Ἐγὼ γὰρ τὸ μὲν τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ μισεῖν ἔννομον εἶναί φημι, καὶ ἀρέσκειν τῷ Δεσπότῃ τὸ τοιοῦτον μῖσος· ἐχθροὺς δὲ λέγω τοὺς κατὰ πάντα τρόπον τὴν τοῦ Δεσπότου δόξαν ἀπαρνουμένους, εἴτε τοὺς Ἰουδαίους, εἴτε τοὺς φανερῶς εἰδωλολατροῦντας, εἴτε τοὺς διὰ τῶν Ἀρείου δογμάτων εἰδωλοποιοῦντας τὴν κτίσιν, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν πλάνην ἀναλαμβάνοντας. C Εἰ δὲ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα εὐσεβῶς δοξάζοιτο, καὶ προσκυνοῖτο παρὰ τῶν πιστευόντων ἐν ἀσυγχύτῳ καὶ διακεκριμένῃ τῇ ἁγίᾳ Τριάδι μίαν εἶναι καὶ φύσιν, καὶ δόξαν, καὶ βασιλείαν, καὶ δύναμιν, καὶ τὴν ἐπὶ πάντων ἐξουσίαν· ἐνταῦθα ὁ πόλεμος τίνα εὔλογον αἰτίαν ἔχει;

A tione boni illius communione sunt aspersi? Quo spectem cum hæc dico nihil quidquam attinet evidentioribus verbis explicare : cum res ipsæ altius ac clarius quam cujusquam vox vel maxime nota clament, quænam illa sint quæ molesta fuerint. Unum odium lege sua sanxit vitæ nostræ Legislator : odium, dico, cum serpente : neque ullam aliam ad rem exercere vim illam per quam odimus nos jussit, nisi ad aversandum malum. *Odium*, inquit, *ponam inter te, atque inter ipsum* [2], nempe quia varia et multiformis est vitiositas, serpentis appellatione eam hic sermo designat : per squamarum densum situm multiplices vitiorum modos ac formas velut indicio notarum exprimens. Nos vero dum adversarii voluntates exsequimur, fœdus cum B serpente colimus, odium vero mutuum in nos ipsos convertimus : ac fortasse ne in nos quidem, sed in eum qui mandatum illud dedit. Ait enim ille : *Amabis proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum* [3], solum illum qui naturæ nostræ hostis est, habere pro inimico nos jussit : quemcunque vero, qui naturæ hujus sit particeps, proximum cujusque esse pronuntiavit : at nostra hæc maligna ætas ut abalienaremur a proximis, et serpentem foveremus, effecit, utque squamarum ejus puncturis gauderemus. Nam equidem Dei hostes odisse justum esse aio, idque odii genus Domino placere. Sed hostes Dei esse illos dico, qui omnibus modis Domini gloriam negant : sive illi sunt Judæi, sive C manifesti idololatræ, sive de eorum numero, qui per Arii dogmata de creatura idolum fingunt, et errorem Judæorum suscipiunt. At si Pater, Filius, et Spiritus sanctus pie asseratur, et adoretur ab iis qui credunt in non confusa et distincta sancta Trinitate unam esse et naturam et gloriam et regnum et vim, et pium cultum et supra omnia diffusam potestatem : hic, inquam, ecquæ belli probabilis causa esse queat?

Ὅτε ἐπεκράτει τὰ τῆς αἱρέσεως δόγματα, καὶ τὸ παρακινδυνεῦσαι πρὸς τὰς ἐξουσίας, δι' ὧν ἐδόκει τὸ τῶν ἀντικειμένων δόγμα κρατύνεσθαι, καλῶς εἶχεν· ὡς ἂν μὴ καταδυναστεύοιτο ταῖς ἀνθρωπίναις δυναστείαις ὁ σωτήριος λόγος· νυνὶ δὲ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἕως τοῦ ἄκρου αὐτοῦ ἴσως κηρυσσομένης ἐν φανερῷ τῆς εὐσεβείας, D ὁ τοῖς κηρύσσουσι τὴν εὐσέβειαν πολεμῶν, οὐκ ἐκείνοις μάχεται, ἀλλὰ τῷ παρ' αὐτῶν εὐσεβῶς κηρυσσομένῳ. Τίς γὰρ εἶναι σκοπὸς ἄλλος ὀφείλει τῷ τὸν θεῖον ἔχοντι ζῆλον, εἰ μὴ τὸ παντὶ τρόπῳ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καταγγέλλεσθαι; Ἕως γὰρ οὖν ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ ψυχῆς καὶ διανοίας προσκυνῆται ὁ μονογενὴς Θεὸς, ἐκεῖνο εἶναι πεπιστευμένος ἐν πᾶσιν ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατήρ· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοτίμῳ προσκυνήσει δοξάζηται, οἱ τὰ περιττὰ σοφιζόμενοι ποίαν τοῦ πολέμου εὐπρόσωπον ἔχουσιν ἀφορμὴν, σχίζοντες τὸν χιτῶνα τὸν ἄῤῥηκτον, καὶ πρὸς Παῦλον, καὶ Κηφᾶν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου καταμερίζοντες, καὶ τὸν προσεγγισμὸν τῶν τὸν Χριστὸν

Tunc sane cum late obtinebant hæretica dogmata, vel cum præsenti periculo opponere se potestatibus, per quas stabiliri videbatur adversariorum dogma, bonum factum erat, ne ab humanis potentatibus salutaris doctrina vi opprimeretur : nunc, cum toto orbe terrarum atque ab uno cœli cardine D ad alterum ex æquo palam prædicetur pietas, qui cum hominibus piam doctrinam prædicantibus bellum gerit, nequaquam ille quidem cum iis pugnat, sed cum eo qui pie ab iis prædicatur. Nam qui divino zelo feruntur, quid aliud spectare debent, nisi ut quoquo modo gloria Dei annuntietur? At quandiu ex toto corde, anima et cogitatione Deus unigenitus adoratur, idque esse in omnibus creditur, quod Pater est; quandiu Spiritus quoque sanctus pari adoratione colitur, ecquam satis speciosam belli causam habere homines curiose arguti queant, qui tunicam illam indivisam lacerant, et Christi nomen in Pauli et Cephæ appellationes secant : et accedentes ad se eos qui Christum

[2] Gen. III, 15. [3] Levit. XIX, 18; Matth. V, 43.

adorant, abominabiles pronuntiant : tantum non disertis verbis illud palam clamantes : *Procul a me; Ne accedas ad me; ego enim purus sum*. Detur sane illis plus cognitionis, quam præ cæteris se putant esse consecutos, eos habere. Quid? ampliusne aliquid credent, quam Deum esse eum qui verus est Dei Filius? Quippe veri Dei confessio omnes pias et salutares nobis notiones in se complectitur : bonum esse, justum, potentem, immutabilem, invariabilem, semper eumdem, qui neque in deterius, neque in melius verti queat : illud namque naturæ ipsius repugnat : hoc non est in natura. Quid enim eo quod supra omnia est sublime sublimius? Quid bono melius? Itaque in omni perfectione boni consideratus, per omnes mutationis formas expers est variationis, neque certo tempore hanc sibi naturam esse demonstravit, sed semper eodem se modo habuit : et priusquam ut homo conversaretur in mundo, et dum in eo est, et postea ; neque ullam partem naturæ suæ immutabilis atque invariabilis in iis quæ pro nobis effecit, ac quidquam accommodavit, quod a sua natura esset alienum. Quod enim natura neque corruptioni, neque mutationi est obnoxium, eodem modo semper se habet, neque cum humili natura variatur, quando ratione dispensationis in ea versatur, evenitque sicut in sole, qui radium suum caligini subjiciens, lumen radii sui non obscurat, sed ipsius vi atque efficacia tenebras in lucem transmutat ; ad eumdem modum quando verum lumen in tenebris nostris refulsit, nequaquam obscuratum ipsum est a tenebris, sed sua ipsius vi caliginem illustravit. Cum igitur in tenebris humanum genus versaretur, sicut scriptum est : *Non agnoverunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*[4], is qui tenebrosam naturam illustravit, per universam compagem nostram deitatis radio transmisso (per animum dico et corpus) universum genus humanum proprio sibi lumine participavit, dum illud sibi copulavit atque conjunxit : effecitque ut illud esset quod est ipse : atque ut corrupta deitas non est, habitans in obnoxio corruptioni corpore : sic nec ullius mutationis variationem sustinuit, quando mutabilitatem animi nostri sanavit. Quippe et in arte medica qui corporibus medicinam facit, cum affectum corpus tangit, nequaquam ipse ægritudinem contrahit, sed ægrotum ad sanitatem perducit. Nemo tamen propterea, perperam acceptis Evangelii verbis, existimet, naturam nostram in Domino progressu quodam et consequentia paulatim esse immutatam et diviniorem effectam. Quod enim dicitur, *Progressum faciebat in statura, sapientia et gratia*[5]; ideo commemoratur a Scriptura, ut demonstretur, vere in massa nostra Dominum fuisse generatum, ne quis locus eorum relinquatur errori, quorum scitum est, pro vera Dei apparitione, speciem duntaxat quamdam esse genitam, quæ figuram assumpserit humanæ

A προσκυνούντων, βδελυκτὸν ἀποφαίνοντες· μονονοὺ φανερῶς ἐκεῖνο βοῶντες τοῖς ῥήμασι, *Πόῤῥω ἀπ' ἐμοῦ· Μὴ ἐγγίσῃς μοι· ὅτι καθαρός εἰμι*. Δεδόσθω δὲ καὶ πλέον τι αὐτοῖς κατὰ τὴν γνῶσιν, ἥνπερ αὐτοὶ οἴονται κατειληφέναι, προσεῖναι. Μὴ πλέον τοῦ πιστεύειν ἀληθινὸν εἶναι Θεὸν τὸν τοῦ Θεοῦ ἀληθινὸν Υἱὸν ἔχουσιν; Τῇ γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ὁμολογίᾳ πάντα συμπεριλαμβάνεται τὰ εὐσεβῆ καὶ σώζοντα ἡμᾶς νοήματα· ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι δίκαιος, ὅτι δυνατὸς, ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος, καὶ ἀεὶ ὁ αὐτὸς, οὔτε πρὸς τὸ χεῖρον, οὔτε πρὸς τὸ βέλτιον τραπῆναι δυνάμενος· τὸ μὲν γὰρ οὐ πέφυκε, τὸ δὲ οὐκ ἔχει· τί γὰρ ὑψίστου ὑψηλότερον; Τί τοῦ ἀγαθοῦ ἀγαθώτερον; Ὥστε ἐν πάσῃ τοῦ ἀγαθοῦ τελειότητι θεωρούμενος, κατὰ πᾶν εἶδος τροπῆς τὸ ἀναλλοίωτον ἔχει· οὐ κατὰ B καιρούς τινας τὸ τοιοῦτον ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς, ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἔχων, καὶ πρὸ τῆς κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομίας, καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ μετὰ τοῦτο. Οὐδὲν τῆς ἀτρέπτου καὶ ἀναλλοιώτου φύσεως ἐν ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἐνεργείαις πρὸς τὸ ἀπεμφαῖνον μεθαρμοζόμενος. Τὸ γὰρ φύσει ἄφθαρτον καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ τοιοῦτόν ἐστιν, οὐ συναλλοιούμενον τῇ ταπεινῇ φύσει, ὅταν ἐν ἐκείνῃ κατ' οἰκονομίαν γένηται, κατὰ τὸ τοῦ ἡλίου ὑπόδειγμα· ὃς ὑποβαλὼν τὴν ἀκτῖνα τῷ ζόφῳ, τὸ φῶς τῆς ἀκτῖνος οὐκ ἠμαύρωσεν· ἀλλὰ τὸ σκότος διὰ τῆς ἀκτῖνος εἰς φῶς μετεποίησεν· οὕτως καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ ἡμῶν λάμψαν, οὐκ αὐτὸ ὑπὸ τοῦ σκότους κατεσκιάσθη, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ τὸν ζόφον ἐφώτισεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν σκότῳ τὸ ἀνθρώπινον ἦν· C καθὼς γέγραπται, ὅτι *Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότῳ διαπορεύονται*, ὁ ἐλλάμψας τῇ ἐσκοτισμένῃ φύσει διὰ παντὸς τοῦ συγκρίματος ἡμῶν τῆς θεότητος τὴν ἀκτῖνα διαγαγὼν, διὰ ψυχῆς, λέγω, καὶ σώματος, ὅλον τὸ ἀνθρώπινον τῷ ἰδίῳ φωτὶ προσῳκείωσε, τῇ πρὸς ἑαυτὸν ἀνακράσει ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς, κἀκεῖνο ἀπεργασάμενος, καὶ ὡς οὐκ ἐφθάρη ἡ θεότης ἐν τῷ φθαρτῷ σώματι γινομένη· οὕτως οὔτε εἰς τροπὴν ἠλλοιώθη, τὸ τρεπτὸν τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἰασαμένη. Καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ὁ θεραπεύων τὰ σώματα, ἐπειδὰν ἅψηται τοῦ πεπονθότος, οὐκ αὐτὸς ἐμπαθὴς γίνεται, ἀλλὰ τὸ νοσοῦν ἐξιάσατο. Μηδεὶς δὲ διὰ τοῦτο τὸ τοῦ Εὐαγγελίου μὴ δεόντως ἐκλαμβάνων, ἡγείσθω, κατὰ προκοπήν τινα καὶ ἀκολουθίαν κατ' ὀλίγον πρὸς τὸ θειότερον μεταποιεῖσθαι τὴν ἡμετέραν D φύσιν ἐν τῷ Χριστῷ. Τὸ γὰρ *Προκόπτειν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι*, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῶς ἐν τῷ ἡμετέρῳ φυράματι γεγενῆσθαι τὸν Κύριον παρὰ τῆς Γραφῆς ἱστόρηται. Ὡς ἂν μή τινα χώραν ἔχοι τὸ τῶν ἀντὶ τῆς ἀληθοῦς θεοφανίας δόκησίν τινα γεγενῆσθαι δογματιζόντων, ἐν σωματικῇ μορφῇ κατεσχηματισμένην. Διὰ τοῦτο ὅσα τῆς φύσεως ἡμῶν ἴδια ἀνεπαισχύντως καὶ περὶ αὐτὸν ἱστορεῖ ἡ Γραφὴ, τὴν βρῶσιν, τὴν πόσιν, τὸν ὕπνον, τὸν κόπον, τὴν τροφὴν, τὴν προκοπὴν τῆς σωματικῆς ἡλικίας, τὴν αὔξησιν· πάντα δι' ὧν ἡ ἡμετέρα χαρακτηρίζεται φύσις, πλὴν τῆς καθ' ἁμαρτίαν ὁρμῆς. Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀπότευγμα φύσεώς ἐστιν, οὐκ ἰδίωμα. Ὡς καὶ ἡ

[4] Psal. LXXXI, 5. [5] Luc. II, 52.

νόσος καὶ ἡ πήρωσις, οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν συμπέφυκεν, ἀλλὰ παρὰ φύσιν συμβαίνει· οὕτως καὶ ἡ κατὰ κακίαν ἐνέργεια καθάπερ τις πήρωσις τοῦ ἐμπεφυκότος ἡμῖν ἀγαθοῦ νοεῖται· οὐκ ἐν τῷ αὐτὴν ὑφεστάναι καταλαμβανομένη, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπουσίᾳ θεωρουμένη. Ὁ οὖν τὴν φύσιν ὑμῶν πρὸς τὴν θείαν δύναμιν μεταστοιχειώσας, ἄπηρον αὐτὴν καὶ ἄνοσον ἐν ἑαυτῷ διεσώσατο, τὴν ἐξ ἁμαρτίας γινομένην τῇ προαιρέσει πήρωσιν οὐ προσδεξάμενος. « Ἁμαρτίαν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐποίησεν· οὐδ' εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τοῦτο δὲ οὐ κατά τι χρονικὸν διάστημα περὶ αὐτὸν θεωροῦμεν, ἀλλ' εὐθὺς ὁ ἐν Μαρίᾳ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ᾠκοδόμησεν ἡ Σοφία τὸν ἴδιον οἶκον· τῇ μὲν ἑαυτοῦ φύσει ἐκ τοῦ ἐμπαθοῦς φυράματος ἦν· ὁμοῦ δὲ τῇ ἐπελεύσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῇ ἐπισκηνώσει τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως, ὅπερ τὸ ἐπισκηνῶσαν ἦν φύσει τῇ ἰδίᾳ, εὐθὺς ἐκεῖνο ἐγένετο. Χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται.

Ἐπεὶ οὖν ἄπειρόν τί ἐστι καὶ ἀμέτρητον ἡ τῆς θεότητος δύναμις, βραχὺ δὲ καὶ οὐτιδανὸν τὸ ἀνθρώπινον· ἅμα τε ἐπῆλθε τὸ Πνεῦμα τῇ Παρθένῳ, καὶ ἡ τοῦ Ὑψίστου ἐπεσκίασε δύναμις, τὸ διὰ τῆς τοιαύτης ἀφορμῆς πηγνύμενον σκήνωμα οὐδὲν τῆς ἀνθρωπίνης σαπρίας συνεπεσπάσατο, ἀλλ' ὥσπερ ἦν ἐν τῷ συστήματι, εἰ καὶ ἄνθρωπος ἦν, πλὴν ἀλλὰ καὶ πνεῦμα καὶ χάρις καὶ δύναμις ἦν, ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῆς θείας δυνάμεως τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἡμῶν ἰδιότητος ἐκλαμπούσης. Καὶ ἐπειδὴ δύο πέρατα τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ ζωῆς, ὅθεν ἀρχόμεθα καὶ εἰς ὃ καταλήγομεν· ἀναγκαίως ὁ πᾶσαν ἡμῶν τὴν ζωὴν θεραπεύων διὰ τῶν δύο ἄκρων ἡμᾶς περιπτύσσεται, καὶ τῆς ἀρχῆς ἡμῶν καὶ τοῦ τέλους περιδρασσόμενος, ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων ὑψώσῃ τὸν κείμενον. Ὅπερ οὖν ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸ τέλος μέρους καταλαμβάνομεν, τοῦτο καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς λογιζόμεθα. Ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ μὲν σῶμα τῆς ψυχῆς διαζευχθῆναι κατ' οἰκονομίαν ἐποίησεν· ἡ δὲ ἀμέριστος θεότης ἅπαξ ἀνακραθεῖσα τῷ ὑποκειμένῳ, οὔτε τοῦ σώματος, οὔτε τῆς ψυχῆς ἀνεσπάσθη· ἀλλὰ μετὰ μὲν τῆς ψυχῆς ἐν τῷ παραδείσῳ γίνεται ὁδοποιοῦσα διὰ τοῦ λῃστοῦ τοῖς ἀνθρωπίνοις τὴν εἴσοδον· διὰ δὲ τοῦ σώματος ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, ἀναιροῦσα τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ σῶμα Κύριος λέγεται, διὰ τὴν ἐγκειμένην θεότητα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς λογιζόμεθα, ὅτι ὅλῃ τῇ φύσει ἡμῶν ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις διὰ τῆς ἐπελεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγκραθεῖσα, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν γίνεται, καθὸ εἰκὸς ἐν ψυχῇ γενέσθαι· καὶ τῷ σώματι καταμίγνυται, ὡς ἂν διὰ πάντων ὁλοτελὴς ἡ σωτηρία γένηται· φυλασσομένης τῇ θεότητι καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς θεοπρεποῦς τε καὶ ὑψηλῆς ἀπαθείας· οὔτε γὰρ ἡ ἀρχὴ κατὰ τὴν

A formæ. Propterea non erubescit Scriptura omnia de eo narrare quæ sunt naturæ nostræ propria: esum, potum, somnum, lassitudinem, cibi sumptionem, progressum corporeæ staturæ, incrementum: omnia denique per quæ naturæ nostræ character exprimitur, excepta propensione ad peccatum. Peccatum enim, aberratio a natura est, non ejus proprietas. Sicut morbus, et membrorum debilitas, non coalescunt naturæ nostræ a principio; sed contra naturam accidunt: sic et actio ex vitiositate manans, velut debilitas quædam boni naturæ nostræ ingeniti esse intelligitur: quæ non eo percipitur quod ipsum per se vitium subsistat, sed in absentia boni consideratur. Is igitur qui naturam nostram ad divinam virtutem transformavit, B integram illam et a morbis immunem in se conservavit; cum debilitatem voluntati ex peccato inhærentem non suscepit. *Peccatum enim*, inquit, *non fecit: neque inventus est dolus in ore ejus*[6]. Id vero nequaquam cum intervallo temporis in ipso consideramus: sed extemplo cum conceptus est homo in Maria (in quo domum suam Sapientia exstruxit), ad naturam quidem ipsius, quod attinet, e massa affectibus obnoxia prodiit: sed simul ac Spiritus sanctus supervenit, et virtus Altissimi Mariam inumbravit, repente illud fuit quod erat propria sua natura qui inumbrabat: nam absque omni controversia, quod minus est ab eo quod majus est benedicitur.

Cum igitur infinitum aliquid et quod sub mensuram non cadat vis deitatis sit: contra parvum quid et pene nihil humana natura; eodem momento et Spiritus sanctus Virgini supervenit, virtusque Altissimi eam inumbravit, et id quod ea ratione C compactum est tabernaculum, humanæ corruptionis nihil attraxit, sed sicut erat in prima constitutione, etiam posteaquam factus erat homo, nihilominus tamen spiritus, et gratia, et virtus erat, in abundantia divinæ virtutis proprietate naturæ nostræ refulgente. Quoniam vero humanæ vitæ duo sunt extrema, unde ordimur, et in quod desinimus, necessario qui vitam nostram universam medetur, illa duo nostra extrema amplectitur, initium finemque nostrum apprehendens, ut jacentem utrinque hominem in sublime tollat. Quod igitur in ea parte quæ ad finem spectat deprehendimus, id ipsum etiam in principio evenisse statuimus. Nam sicut in morte ut corpus ab anima separaretur per dis- D pensationem fecit: at deitas quæ divisionem nullam admittit, ubi semel ei subjecto cohæsit, neque a corpore, neque ab anima unquam fuit divulsa: sed cum anima quidem in paradisum venit, per latronem viam muniens qua mortalibus pateret illuc aditus: per corpus vero, in medio terræ illum sustulit, penes quem erat mortis imperium: quam ob causam et corpus appellatione Domini afficimus, propter inhærentem ei deitatem; sic etiam de principio statuimus, Altissimi nempe virtutem superventu Spiritus sancti toti naturæ nostræ coaluisse: ut et animæ nostræ insit, quomodo ratio postulat ut insit in anima: et corpori quoque nostro commisceatur, quo perfecta sit modis omnibus salus

[6] I Petr. II, 22.

nostra : et deitati conservetur, tam in principio vitæ humanæ, tum in fine, Deo conveniens ac sublimis vacuitas affectuum : quippe nec principium ejus simile fuit principio nostro : neque finis fini nostro respondet, sed utrobique Deo propriam potentiam ostendit, quando neque principium voluptate fuit inquinatum, neque finis in corruptionem desiit. Si igitur hæc voce alta prædicamus, et testificamur, Christum nempe, Dei virtutem esse, et Dei sapientiam, semper immutabilem, semper incorruptibilem : qui licet in mutabili et corruptibili versetur corpore, ipse tamen non inquinatur, sed quod erat inquinatum purificat : quæ nostra injuria est ? Aut quam ob causam odio habemur ? Aut quid sibi volunt nova hæc adversus nos erecta altaria? Num alium Jesum annuntiamus? Num alium designamus? Num alias Scripturas proferimus ? Num Virginem sanctam et Deiparam ausus est quisquam nostrum Hominiparam dicere, quo modo illorum nonnullos eam irreverenter nominare audimus? Num trium resurrectionum fabulam probamus? Num mille annorum ingurgitationem pollicemur? Num Judaicam victimarum mactationem iterum restitutum iri docemus? Num ad terrestrem Jerusalem spes hominum inclinamus, et instaurandam illam esse illustrioris materiæ lapidibus fingimus? Quid horum nobis objici potest, cur fugiendi judicemur, et cur adversus nos altare quidam exstruant, quasi ipsi sancta pollueremus? Propter ista cum excitata mihi bilis esset, et dolor cordi obortus, simul ac reversus pedem posui in metropoli, faciendum duxi, ut litteris ad vos scribendis acerbitatem animi mei exhaurirem. Vos vero, quo deducemini a Spiritu sancto, in eo manete : pone Dominum ingredientes, carni et sanguini non acquiescentes, neque occasionem gloriandi nonnullis præbentes, ut ne jactent se de vobis, neve propter vestram vitam, ambitio ipsorum capiat incrementum. Estote memores sanctorum Patrum, quibus commendatæ fuistis a beato patre vestro, et quorum in locum ipsi ut succederemus, per Dei factum est gratiam, quæ eo honore nos est dignata. Nolite quos Patres nostri posuerunt terminos mutare, neque aspernemini simplicioris prædicationis idiotismum, neque potiorem putetis doctrinam, quæ per varias successiones mutavit ; sed antiquæ fidei regulæ congruite, et Deus pacis vobiscum erit, et animo et corpore valentibus. Dominus vos servet incorruptas, sicut optamus.

A ἡμετέραν ἀρχὴν, οὔτε τὸ τέλος κατὰ τὸ ἡμέτερον τέλος, ἀλλὰ ἔδειξε κἀκεῖ καὶ ὧδε τὴν θεϊκὴν ἐξουσίαν, μήτε τῆς ἀρχῆς ἐν ἡδονῇ μολυνθείσης, μήτε τοῦ τέλους εἰς φθορὰν καταλήξαντος. Εἰ οὖν ταῦτα βοῶμεν καὶ διαμαρτυρόμεθα, ὅτι Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, ἀεὶ ἄτρεπτος, ἀεὶ ἄφραστος, κἂν ἐν τῷ τρεπτῷ καὶ φθαρτῷ γένηται, οὐκ αὐτὸς μολυνόμενος, ἀλλὰ τὸ μολυνθὲν καθαρίζων· τί ἀδικοῦμεν, καὶ ὑπὲρ τίνος μισούμεθα; Καὶ τί βούλεται ἡ τῶν καινῶν θυσιαστηρίων ἀντεξαγωγή; Μὴ ἄλλον Ἰησοῦν καταγγέλλομεν; Μὴ ἕτερον ὑποδεικνύομεν; Μὴ ἄλλας Γραφὰς ἐκτιθέμεθα; Μὴ τὴν ἁγίαν Παρθένον τὴν Θεοτόκον ἐτόλμησέ τις ἡμῶν καὶ Ἀνθρωποτόκον εἰπεῖν· ὅπερ ἀκούομέν τινας ἐξ αὐτῶν ἀφειδῶς λέγειν; Μὴ τρεῖς ἀναστάσεις μυθοποιοῦμεν; Μὴ χιλίων ἐτῶν B γαστριμαργίας ἐπαγγελλόμεθα; Μὴ τὴν Ἰουδαϊκὴν ζωοθυσίαν πάλιν ἐπαναληφθήσεσθαι λέγομεν; Μὴ περὶ τὴν κάτω Ἱερουσαλὴμ τὰς ἐλπίδας τῶν ἀνθρώπων κλίνομεν, ἀνοικισμὸν αὐτῆς διὰ τῆς εὐφανεστέρας τῶν λίθων ὕλης ἀναπλάσσοντες; Τί τοιοῦτον ἔχοντες ἐγκαλεῖσθαι φευκτοὶ ἐνομίσθημεν, καὶ ἄλλο παρά τινων ἀντεγείρεται ἡμῖν θυσιαστήριον, ὡς ἡμῶν βεβηλούντων τὰ ἅγια; Ὑπὲρ τούτων ἐν φλεγμονῇ καὶ λύπῃ τὴν καρδίαν ἔχων, ὁμοῦ τῷ ἐπιβῆναι τῆς μητροπόλεως, ἀποκενῶσαι τῆς ψυχῆς τὴν πικρίαν, διὰ τοῦ γράψαι πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν, προεθυμήθην. Ὑμεῖς δὲ ἐφ' ὅπερ ἂν ὑμᾶς χειραγωγήσῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ἐκείνῳ εἴητε, ὀπίσω τοῦ Θεοῦ πορευόμεναι, σαρκὶ δὲ καὶ αἵματι μὴ προσανέχουσαι, μηδὲ ἀφορμὴν παρασκευάζουσαί τισι καυχήματος, C ἵνα μὴ ἐν ὑμῖν καυχήσωνται, διὰ τοῦ ὑμετέρου βίου τῆς φιλοδοξίας αὐτῶν ἐπαυξανομένης. Ἀναμνήσθητε τῶν ἁγίων Πατέρων, οἷς παρὰ τοῦ μακαρίου πατρὸς ὑμῶν ἐνεχειρίσθητε, ὧν καὶ ἡμεῖς κατὰ Θεοῦ χάριν τὴν διαδοχὴν ἔχειν κατηξιώθημεν. Καὶ μὴ μεταίρετε ὅρια, ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες ἡμῶν, μηδὲν ἀτιμάζετε τὸν ἰδιωτισμὸν τοῦ ἁπλουστέρου κηρύγματος. Μηδὲ ποικίλαις διαδοχαῖς τὸ πλέον νείματε· ἀλλὰ στοιχεῖτε τῷ ἀρχαίῳ κανόνι τῆς πίστεως, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν ἐῤῥωμένων ψυχῇ καὶ σώματι. Ὁ Κύριος φυλάσσοι ὑμᾶς ἐν ἀφθαρσίᾳ, καθὼς εὐχόμεθα.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ' (1).

EPISTOLA IV.

Scripta fuisse videtur hæc epistola ad Eusebium veterem S. Basilii sodalem, ad quem exstat ejusdem epistola 11, *in qua se communem cum ipso domum, eumdem pædagogum, aliaque omnia habuisse testatur; par est enim et hunc Gregorii Nysseni sodalem amicumque fuisse. Fortasse ad hunc Eusebium scripta etiam est Gregorii Nazianzeni epistola* 171, *in qua de ejus nuptiis gratulatur.*

Πρὸς Εὐσέβιον (2).

A Ὅταν πλεονάζειν ἄρχηται τὸ ἡμερήσιον μέτρον κατὰ τὴν χειμέριον ὥραν, τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν ἄνω δρόμον ἀναποδίζοντος, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς θεοφάνειαν, τοῦ διὰ σαρκὸς ἐπιλάμψαντος τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ ἑορτάζομεν· νυνὶ δὲ μεσουρανήσαντος ἤδη τοῦ φωστῆρος κατὰ τὸν δρόμον, ὡς νύκτα τε, καὶ ἡμέραν πρὸς ἴσον ἀλλήλαις ἀντιμετρεῖσθαι διάστημα, ἡ ἐκ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν ζωὴν ἐπάνοδος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὑπόθεσις ἡμῖν γίνεται τῆς μεγάλης ταύτης καὶ καθολικῆς ἑορτῆς, ἣν σύμπασα κατὰ ταὐτὸν (3) ἑορτάζει τῶν ἀνθρώπων ζωὴ, τῶν τὸ μυστήριον ἀναδεξαμένων τῆς ἀναστάσεως. Τί μοι βούλεται τῆς ἐπιστολῆς ἡ ὑπόθεσις; ἐπειδὴ συνῆθές ἐστιν ἐν ταῖς πανδήμοις ταύταις ἱερομηνίαις διὰ πάντων ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐγκειμένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν διάθεσιν (5), καί που (6) τινὲς τοῖς B ἰδίοις δώροις δωροφοροῦντες εὐφροσύνην ἐπισημαίνουσι, καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν, μὴ παραδραμεῖν σε τῶν ἡμετέρων δώρων ἀγέραστον, ἀλλά σου τὴν ψυχὴν τὴν ὑψηλήν τε, καὶ μεγαλόφρονα, τοῖς πενιχροῖς ξενίοις ἐκ τῆς πτωχείας ἡμῶν δεξιώσασθαι. Ξένιον δὲ ἡμέτερον τὸ διὰ τοῦ γράμματός σοι προσαγόμενον, αὐτὸ τὸ γράμμα ἐστὶν, ἐν ᾧ λόγος μέν τις περιηνθισμένος ταῖς καλλιφώνοις τε, καὶ εὐσυνθέτοις τῶν λέξεών ἐστιν οὐδεὶς, ὡς διὰ τοῦτο δῶρον τὴν ἐπιστολὴν τοῖς φιλολόγοις νομίζεσθαι, ἀλλ' ὁ μυστικὸς χρυσὸς, ὁ τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν οἱόν τινι ἀποδέσμῳ ἐνειλημμένος, γένοιτο ἂν σοι δῶρον, ἐξαπλωθεὶς, ὡς οἷόν τε, διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ τὴν κεκρυμμένην λαμπηδόνα προσδείξας. Οὐκοῦν ἐπαναληπτέον ἡμῖν τὸ προοίμιον. Τί δήποτε προελθούσης μὲν πρὸς τὸ C ἀκρότατον (7) τῆς νυκτὸς, ὅτε οὐκέτι προσθήκη νυκτερινὴ ἐπαύξησιν δέχεται, τότε ἡμῖν διὰ σαρκὸς

Ad Eusebium.

Cum superiores cœli partes cursu suo sol repetens, hiberno tempore, diurni spatii mensuram auget, veræ lucis per carnem humano generi affulgentis apparitionem festiva solemnitate celebramus; nunc vero medium cœli ita cursu suo jam tenente sole, ut noctem, diemque æquali invicem temporis intervallo dimetiatur, humanæ naturæ e morte ad vitam reditio argumentum nobis est magnæ hujus, atque universalis festivitatis, quam per totum orbem uno eodemque tempore celebrant, quotquot resurrectionis mysterium agnoscunt. Quorsum hoc epistolæ argumentum (4)? Quoniam mos est in universalibus hujusmodi festivitatibus nostram erga alios voluntatem modis omnibus palam facere, ac nonnulli, missis etiam muneribus, benevolentiam suam aliis testantur, nos quoque recte factum iri censuimus, te munerum nostrorum expertem esse non sinere, sed potius magnum et excelsum animum tuum exiguis paupertatis nostræ donis prosequi. Donum autem, quod cum his litteris offero, ipsæmet litteræ sunt, in quibus sane nulla est oratio verborum delectu, eleganti que compositione nitescens, ut propterea apud eloquentiæ studiosos muneris loco epistola haberi possit; sed mysticum aurum, quod Christianorum fide, velut linteo quodam, involutum, muneris vicem subeat, dum hisce litteris, quantum fieri poterit, suis integumentis evolutum, edito fulgore splendescet. Itaque resumendum nobis epistolæ procemium est. Quid est, quod nocti ad longitudinis summum jam provectæ, nulla cum fieri potest accessio, tunc nobis in carne apparet, qui cuncta complectitur, et propria potestate rebus universis dominatur, qui

(1) *Ἐπιστολὴ δ'*. Has Gregorii Nysseni epistolas quas e codice Vaticano edidit Zacagnius, contulit cum ms. Mediceo Joannes Baptista Caracciolus, variasque lectiones cum nonnullis observationibus adjecit, septem aliis ejusdem sancti Patris epistolis ex ipso Mediceo codice descriptis ac Florentiæ anno 1731 evulgatis, mox subjiciendis. Quas propterea lectiones cum V. C. animadversionibus hic subnotandas curavimus. Quindecim epistolas sequentes edidit et interpretatus est Laur. Zacagni. (Biblioth. Galland, VI, 604. Vide præfationem t. II, hujusce editionis præfixam).

(2) *Πρὸς Εὐσέβ.* Ms. Med. Εὐσεβίῳ.

(3) *Κατὰ ταὐτόν.* Id. cod. κατ' αὐτόν.

(4) Cujus moris in hac epistola mentio fit, exstant et alia hoc Nysseni ævo exempla. Sic Helladium quemdam episcopum munus una cum epistola, in qua Paschatis mysterium explicabat, Nazianzeno misisse liquet ex ejus epistola 54, quæ responsiva est ad Helladium. Sic idem Nazianzenus Theodoro Tyanensi, a quo epistolam de Paschatis festivitate acceperat, Origenis Philocaliam una cum responsione ad ejus litteras pro munere mittit, ut patet ex ejus epistola 87. Sic idem Nyssenus Petro fratri in Paschatis festo librum de formatione hominis dono dedit, ut in epistola eidem libro præfixa dicitur. Factum et hoc fuisse in Natalis festivitate testis est S. Basilius in epist. 404, in qua Amphilochium illius festi occasione munuscula quædam sibi misisse testatur.

(5) *Τινές.* Ms. Medic. τιμαῖς, quemadmodum et Vat. adeoque non necessaria videtur correctio. Sensus enim hoc modo recte esse potest: *Et honoribus quasi propriis donis munerantes* (populi, cives, homines) *benevolentiam suam significant.* Neque D novus est loquendi modus Nyssenianus, præsertim in epistolis quæ familiares locutiones continere solent, atque idcirco quosdam orationis defectus interdum deferre. Caracc. pag. 94.

(6) Ita emendandum censui Vat. cod. in quo scribitur, καί που τιμαῖς τοῖς ἰδίοις δώροις.

(7) *Πρὸς τὸ ἀκρ.* Ms. Med. εἰς τὸ ἀκρ.

o nulla re, quæ sub intelligentiam cadat, capi potest, sed cuncta continet, et angustissimum jam corporis humani domicilium inhabitat; summa, scilicet, potestate ita ejus bonam voluntatem obsecundante, eamque, quocunque inclinet, æquo passu, umbræ instar, comitante, ut nec in rebus creandis voluntate infirmior deprehensa sit, neque rursus ubi ad nostræ sese naturæ humilitatem pro communi hominum salute demittere voluit, tanto muneri præstando impar fuerit; sed et suscepta infirmitate nostra, universi tamen gubernationem nunquam dimiserit? Quoniam igitur aliquid prorsus causæ est, cur utrumque festum temporibus illis celebretur; quare ea anni tempestate, qua longissimæ noctes sunt, carne apparet, cum vero dies noctibus æquantur, hominem propter peccatum in terram reversum, ad vitam rursus revocat? Hujus rei causam dum pro virili breviter expono, epistola hæc ut muneris loco sit, efficiam. Num prorsus sagacitate tua jam intellexisti mysterium, quod in ea temporum diversitate latere opinamur, noctem nempe lucis incremento contrahi, et tenebras, sensim crescente spatio diurno, breviores fieri? Nam nemo fortasse ignorat non modicam tenebras inter et peccatum similitudinem esse atque affinitatem; et sane malitia eo nomine in Scriptura appellatur. Tempus itaque ipsum, in quo redemptionis mysterium incipit, dispensationis, quam pro nostrarum animarum salute Deus instituit, quædam explicatio est. Oportuit enim, ut malitia jam in infinitum propagata, ab eo nos virtutum diem acciperemus, qui talem animis nostris lucem affundit, ut luminosa vita, novis probitatis accessionibus adaucta, quam maxime amplificetur; mala vero vita, paulatim facta diminutione decrescens, in minimum contrahatur; nam bonitatis incrementum, malitiæ prorsus imminutio est. At vero resurrectionis festum, eo adveniens tempore, quo noctes diebus æquantur, hoc nobis intelligendum innuit, virtutem scilicet non amplius adversus malitiam, æqualibus ac ipsa viribus pollentem, ancipiti marte pugnaturam; sed idololatriæ tenebris diei, hoc est, fidei incremento disjectis, luminosam prævalituram esse vitam. Et hujus quoque rei gratia luna decimum quartum cursus sui diem complente, solis radios adversa fronte excipiens, se ipsam omni lucis copia affluentem, nullaque sui parte caligantem ostendit. Occidenti enim soli succedens, non antea ipsa occidit, quam veris ejusdem solis fulgoribus proprios immisceat, ita ut una eademque lux, utroque tum diurni, tum nocturni cursus spatio continuata,

A ἐπιφαίνεται ὁ τοῦ παντὸς περιδεδραγμένος, καὶ περικρατῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει τὸ πᾶν, ὁ μήτε ὑπὸ πάντων τῶν νοητῶν χωρούμενος, ἀλλὰ τὸ πᾶν περιέχων, καὶ τῷ βραχυτάτῳ εἰσοικιζόμενος, οὕτω τῆς μεγάλης δυνάμεως τῷ ἀγαθῷ θελήματι συνδιεξιούσης, καὶ κατὰ ἴσον, ὅπουπερ ἂν ῥέψῃ τὸ θέλημα, σκιᾶς ἑαυτὴν δεικνυούσης, ὡς μήτε ἐν τῇ κτίσει τῶν ὄντων ἀτονωτέραν τῆς βουλήσεως εὑρεθῆναι τὴν δύναμιν, μήτε ὁρμήσαντα τῷ ταπεινῷ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων συγκαταβῆναι, πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀδυνατῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ γενέσθαι, καὶ μὴ διαφεῖναι τὸ πᾶν ἀκυβέρνητον; Ἐπεὶ οὖν πάντως τις λόγος ἐπ' ἀμφοτέρων ἐστὶ τῶν καιρῶν, πῶς τότε μὲν διὰ σαρκὸς ἐπιφαίνεται, τῇ δὲ ἰσημερίᾳ τὸν εἰς γῆν ἀναλυθέντα διὰ τῆς ἁμαρτίας ἄνθρωπον, τῇ B ζωῇ πάλιν ἀποκαθίστησι; Ταῦτα διὰ βραχέων, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, παραστήσας τῷ λόγῳ, δῶρον τὸ γράμμα ποιήσομαι. Ἢ πάντως προέλαβες ἀπὸ ἀγχινοίας τὸ ὑποπτευόμενον ἐν τούτοις μυστήριον, ὅτι ἐγκόπτεται τῆς νυκτὸς ἡ πρόοδος τῇ τοῦ φωτὸς προσθήκῃ, καὶ συστέλλεσθαι τὸ σκότος ἄρχεται, αὐξομένου ταῖς προσθήκαις τοῦ ἡμερινοῦ διαστήματος; τοῦτο γὰρ ἴσως καὶ τοῖς πολλοῖς (8) ἂν γένοιτο φανερὸν, ὅτι συγγενῶς ἔχει πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τὸ σκότος καὶ οὕτω τὸ κακὸν παρὰ τῆς Γραφῆς ὀνομάζεται. Οὐκοῦν ἑρμηνεία τίς ἐστι τῆς ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν οἰκονομίας ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ τὸ μυστήριον ἡμῶν ἄρχεται. Ἔδει γὰρ πρὸς ἄπειρον ἤδη τῆς κακίας ἐκχυθείσης (9), τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν ἡμῖν λαμβανομένην ἡμέραν παρὰ τοῦ τὸ τοιοῦτον φῶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντιθέντος (10), C ὥστε τὸν μὲν φωτεινὸν βίον εἰς ὅτι μήκιστον παρατείνεσθαι, ταῖς ἀγαθαῖς προσθήκαις αὐξανόμενον· τὴν δὲ ἐν τῇ κακίᾳ ζωὴν διὰ τῆς κατ' ὀλίγον ὑφαιρέσεως εἰς ἐλάχιστον συσταλῆναι· ἡ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἐπαύξησις τοῦ κακοῦ μείωσις γίνεται. Ἡ δὲ ἰσημερία τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν δεξαμένη, τοῦτο δι' ἑαυτῆς ἑρμηνεύει, ὅτι οὐκέτι πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀντικαταστήσεται, ἰσοπάλως τῷ ἀγαθῷ τῆς κακίας συμπλεκομένης· ἀλλ' ὁ φωτεινὸς ἐπικρατήσει βίος, τοῦ ζόφου τῆς εἰδωλολατρίας ἐν τῷ πλεονασμῷ τῆς ἡμέρας διαπαυομένου. Οὗ χάριν, καὶ τοῦ σεληναίου δρόμου, τοῦ κατὰ τὴν ιδ' ἡμέραν, ἀντιπρόσωπον δείκνυσιν αὐτὴν ταῖς τοῦ ἡλίου βολαῖς, πληθύνουσαν παντὶ τῷ πλούτῳ τῆς λαμπηδόνος, καὶ μηδεμίαν τοῦ σκότους διαδοχὴν ἐν τῷ μέρει γενέσθαι παρασκευάζουσαν. D Δυόμενον γὰρ διαδεξαμένη τὸν ἥλιον, οὐ πρότερον αὐτὴ καταδύεται, πρὶν ταῖς ἀληθιναῖς αὐγαῖς τοῦ ἡλίου τὰς ἰδίας συμμίξειεν, ὥστε ἓν φῶς κατὰ τὸ συνεχὲς διαμεῖναι, κατὰ τὸ διάστημα τοῦ νυκτερινοῦ (11) τε, καὶ ἡμερινοῦ δρόμου, τῇ παρεμπτώσει τοῦ σκότους μηδαμοῦ διαιρούμενον. Ταῦτά σοι, ὦ φίλη κεφαλὴ,

(8) *Τοῦτο γὰρ — πολλοῖς*. Id. cod. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πολλοῖς ἴσως.

(9) *Ἔδει γὰρ — ἐντιθέντος*. Corruptum locum putans Zacagnius ob orationis constructionem, addit ἐπίδοσιν δέχεσθαι. Sed nulla opus est immutatione. Verbum enim δεῖ, *oportet*, accusativum et dativum bene potest accipere. Ἕν δεῖ μόνον μοι, est in Euripide. Sic et apud Latinos. Plautus *Trucul*. V. 1, 10, *Puero opus est cibum*. Ait igitur Nyssenus: Ἔδει ἡμῶν τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν λαμβανομένην ἡμέραν παρὰ τοῦ. — *Oportebat nobis diem* (lucem) *accipere virtutum ab eo*. — Perplexa aliquantulum oratio Zacagnium turbavit. CARACC. p. 94 sqq.

(10) *Ἐκχυθείσης*. Cod. Med. ἐγχυθείσης.

(11) *Νυκτερ*. Id. cod. ἡμερινοῦ τε δρόμου καὶ νυκτερινοῦ.

τῇ πενιχρᾷ ἡμῶν χειρὶ τοῦ λόγου δωροφοροῦμεν. Καί σοι πᾶς ἔστω ὁ βίος ἑορτή, καὶ ἡμέρα μεγάλη, τοῦ νυκτερινοῦ ζόφου καθαρεύων ὅτι μάλιστα.

A nullo tenebrarum interventu dirimatur. Hanc tibi, carum caput, paupere nostra manu orationem pro munere damus. Tibi autem tota vita unum sit festum, magnaque dies, nocturnarumque quam maxime tenebrarum expers.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

EPISTOLA V.

Marcello Ancyræ episcopo jam ab æræ Christianæ anno 336 in synodo Constantinopolitana deposito, Basilius, et Athanasius, qui dei nceps Ecclesiam illam gubernarunt, eos omnes, qui Marcelli communionem amplectebantur, a fidelium consortio excludi curarunt. Et hi quidem Ecclesia extorres ad illud usque tempus fuere, quo Valens Augustus adversus catholicos persecutionem excitavit; tunc enim cum quosdam Ægypti episcopos, apud Diocæsaream fidei causa exsulantes, convenissent anno circiter 375, ab eisdem in Ecclesiæ communionem, edita prius catholicæ fidei professione, recepti sunt, moxque eorumdem communicatoriis litteris freti, ut in catholicorum numero a cæteris Orientis episcopis haberentur, postularunt. Ægre id ferens S. Basilius Cæsariensis, aliique non pauci episcopi, eorumdem confessorum factum improbarunt; sed postea, re melius perspecta, Marcellianos et ipsi in suam communionem admisere. Nyssenus quoque Basilii, aliorumque episcoporum exemplum secutus, non antea cum Marcellianis communicavit, quam ipsorum fidei professione, Orientalium episcoporum rogatu, accurate discussa, eosdem Ecclesiæ catholicæ consortio dignos esse cognovit; cumque propterea neglectorum canonum, rejectæque Nicænæ fidei insimularetur, hanc epistolam in sui defensionem ad catholicos Sebastenæ urbis cives dedit.

Πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας τῇ ὀρθοδοξίᾳ κατὰ Σεβάστης.

Ἐγνώρισαν ἡμῖν τινες τῶν ὁμοψύχων ἀδελφῶν περὶ τῆς κατασκευαζομένης καθ' ἡμῶν δυσφημίας παρὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, καὶ καταλαλούντων λάθρα τῶν πλησίων αὐτοῦ, καὶ μὴ φοβουμένων τὸ φοβερὸν, καὶ μέγα κριτήριον τοῦ ἐπαγγειλαμένου καὶ ὑπὸ τῶν ἀργῶν ῥημάτων ἀπαιτεῖσθαι τὸν λόγον ἐν τῇ προσδοκωμένῃ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐξετάσει, λέγοντες τὰ περιθρυλλούμενα καθ' ἡμῶν ἐγκλήματα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι ἡμεῖς ὑπεναντία φρονοῦμεν τοῖς κατὰ Νίκαιαν ἐκθεμένοις τὴν ὀρθὴν, καὶ ὑγιαίνουσαν πίστιν, καὶ ὅτι τοὺς ἐν Ἀγκύρᾳ ἐπ' ὀνόματι Μαρκέλλου ποτὲ τὴν σύναξιν ἔχοντας, ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας παρεδεξάμεθα. Ἵν' οὖν μὴ κατακρατῇ τῆς ἀληθείας C τὸ ψεῦδος, δι' ἑτέρων γραμμάτων αὐτάρκη ἐποιησάμεθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἐπενεχθέντων ἡμῖν ἐγκλημάτων ἀπολογίαν, καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου διεβεβαιωσάμεθα, μήτε τῆς πίστεως τῶν ἁγίων Πατρῶν ἐκβεβηκέναι, μήτε περὶ τῶν προσθεμένων ἐκ τῆς Μαρκέλλου συνάξεως εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν κοινωνίαν, ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως τι πεποιηκέναι· ἀλλὰ τῶν κατὰ ἀνατολὴν ὀρθοδόξων, καὶ συλλειτουργῶν ἐπιτρεψάντων βουλεύσασθαι τὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῖς γεγενημένοις συναινεσάντων, πάντα ἐπράξαμεν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀπολογίαν ἐκείνην ἔγγραφον ἡμῶν ποιησαμένων, πάλιν τινὲς τῶν ὁμοψύχων ἀδελφῶν, ἰδίως ἐκ τῆς ἡμετέρας φωνῆς ἐπεζήτησαν γενέσθαι τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν, καθ' ἣν πεπληροφορήμεθα ταῖς θεοπνεύστοις φωναῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν Πατέρων ἀκολουθοῦντες, ἀναγκαῖον ἐλογισάμεθα καὶ περὶ τούτων βραχέα διαλεχθῆναι. Ἡμεῖς τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐποιήσατο, παραδιδοὺς αὐτοῖς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, θεμέλιον εἶναι, καὶ ῥίζαν τῆς ὀρθῆς, καὶ ὑγιαινούσης

B *Ad Sebastenos, qui de recta ejus in fidei rebus opinione dubitabant.*

Ab unanimis quibusdam fratribus certiores facti sumus de obtrectationibus, quæ adversus nos ab iis conflatæ sunt, qui pacem odio habent, et proximo suo occulte detrahunt, nil veriti tremendum magnumque illius tribunal, qui de otiosis quoque verbis in futura actionum nostrarum disquisitione se rationem exacturum fore denuntiavit, dum inquiunt, crimina de nobis ubique divulgata, hæc esse: nos contraria sentire Patribus, qui apud Nicæam rectam atque salutarem fidem exposuerunt, ac præterea in communionem catholicæ Ecclesiæ inexplorato, atque indiscriminatim illos suscepisse, qui aliquando apud Ancyram in Marcelli nomine ecclesiasticos cœtus agebant. Ne igitur veritati mendacium præferatur, aliis litteris nosmet ipsos ab illatis criminibus satis purgavimus, et Dominum testati, validis rationibus confirmavimus, nec sanctorum Patrum fidem nos transgressos esse, nec in recipiendis Ecclesiæ communionem Marcellianis, inexplorato, ac sine debita deliberatione quidpiam fecisse; sed orthodoxis in Oriente fratribus, atque comministris, ut istorum hominum negotium tractaretur, hortantibus, et quod a nobis factum fuit comprobantibus, omnia peregisse. Quoniam vero postquam apologiam illam scripto edidimus (1), rursus quidam unanimi fratres postularunt, ut seorsim, ac disertis verbis fidei professionem ederemus, qua sacris nos D Scripturis, ac Patrum traditioni penitus inhærere persuasum omnibus foret, de his quoque breviter disserendum nobis esse putavimus. Nos itaque Christi doctrinam, quam discipulos suos docuit, cum pietatis mysterium eisdem traderet, fundamentum esse, et radicem rectæ, et salutaris fidei

(1) Apologia ista aut periit, aut in aliquo Bibliothecarum angulo adhuc latet; sed et nulla ejus mentio fit apud antiquos scriptores.

confitemur, nec quidpiam sublimius, nec tutius certiusque ea traditione esse credimus. Domini autem doctrina hæc est : *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [1]. Quoniam igitur sanctæ Trinitatis dono, vivificæ virtutis compotes fiunt, qui ex morte ad æternam vitam regenerantur, et gratia ista per fidem digni facti sunt ; ita quoque imperfecta gratia est, si unum aliquod sanctæ Trinitatis nomen, qualecunque illud sit, in salutari baptismo prætermittatur. Nam neque in solo Patre, et Filio, sine sancto Spiritu, mysterium regenerationis adimpletur ; neque si Filius silentio prætereatur, in solo Patre, et Spiritu baptismus habet, unde nobis perfectam vitam largiatur ; nec in Patre et Filio, prætermisso Spiritu, resurrectionis nostræ gratia consummatur. Quapropter omnem spem, atque fiduciam nostrarum animarum salutis in tribus personis, quæ iis nominibus nobis innotescunt, habemus, et credimus in Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui est vitæ fons, et in Filium Patris unigenitum, qui est vitæ auctor, quemadmodum ait Apostolus [2], et in Spiritum sanctum Dei, de quo Dominus ait, *Spiritus est, qui vivificat* [3]. Quia vero nobis a morte redemptis, immortalitatis gratia per fidem in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, in sancto baptismate, quemadmodum diximus, impertitur ; hac ratione adducti, nil servile, nil creatum, nil Patris majestate indignum sanctæ Trinitati connumerari credimus ; quippe una tantum est vita nostra, quam per fidem in sanctam Trinitatem consequimur, ex Deo quidem universorum, veluti fonte, promanans, per Filium vero procedens, et in Spiritu sancto consummata. Hoc igitur certum atque exploratum habentes, baptizamur quidem, quemadmodum nobis mandatum est ; credimus autem, quemadmodum baptizati sumus ; sentimus autem, quemadmodum credimus ; ita ut sine ulla discrepantia baptisma, et fides, et sententia nostra in Patre, Filio, et Spiritu sancto consistat. Si quis autem duos, vel tres deos, vel tres divinitates dicit, anathema sit. Et si quis secundum Arii perversitatem ex non entibus Filium, vel Spiritum sanctum factum fuisse dicit, anathema sit. Quotquot autem veritatis regulam secuti, tres confitentur personas, easque in suis proprietatibus pie ac religiose cognoscunt, et unam credunt esse divinitatem, unam bonitatem, unum principatum, unam potestatem, atque virtutem, nec monarchiæ potentiam abrogant, nec ad asserendam deorum multitudinem delabuntur, nec personas confundunt, nec ex dissimilibus diversique generis rebus sanctam Trinitatem componunt, sed fidei dogma in simplicitate suscipiunt, omnem salutis suæ spem in Patre, Filio, et Spiritu sancto collocantes, hi unum idemque nobiscum sentiunt, cum quibus et nos partem in Domino habere precamur.

A πίστεως ὁμολογοῦμεν, καὶ οὔτε ὑψηλότερον τῆς παραδόσεως ἐκείνης, οὔτε ἀσφαλέστερον ἄλλο τι εἶναι πιστεύομεν. Ἡ δὲ τοῦ Κυρίου διδασκαλία ἐστὶν αὕτη· *Πορευθέντες*, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ζωοποιὸς δύναμις ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀναγεννωμένων, διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος περιγίνεται τοῖς μετὰ πίστεως καταξιουμένοις τῆς χάριτος, καὶ ὁμοίως ἀτελὴς ἡ χάρις, ἑνός τινος, οἵου δήποτε, τῶν ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομάτων παραλειφθέντος ἐν τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι· οὐ γὰρ χωρὶς Πνεύματος ἐν μόνῳ Υἱῷ, καὶ Πατρὶ τὸ μυστήριον τελεῖται τῆς ἀναγεννήσεως· οὔτε Υἱοῦ σιωπηθέντος, ἐν Πατρὶ, καὶ Πνεύματι τὸ τέλειον B τῆς ζωῆς παραγίνεται βαπτίσματι· οὔτε ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, παρεθέντος τοῦ Πνεύματος, ἐκτελεῖται ἡ τῆς ἀναστάσεως χάρις· διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἐλπίδα, καὶ τὴν πεποίθησιν τῆς τῶν ψυχῶν ἡμῶν σωτηρίας ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἔχομεν, διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων γνωριζομένην· καὶ πιστεύομεν εἴς τε τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ὅς ἐστιν ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι *Τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν*. Καὶ ἐπειδὴ τοῖς λυτρωθεῖσιν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θανάτου, ἡ χάρις τῆς ἀφθαρσίας διὰ τῆς εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστεως, ἐν τῷ σωτηρίῳ C βαπτίσματι, καθὼς εἰρήκαμεν, παραγίνεται, ἐκ τούτων ὁδηγούμενοι, οὐδὲν δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν, οὐδὲ τῆς μεγαλειότητος τοῦ Πατρὸς ἀνάξιον τῇ ἁγίᾳ Τριάδι συναριθμεῖσθαι πιστεύομεν. Ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ ζωὴ ἡμῶν, ἡ διὰ τῆς εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα πίστεως παραγινομένη· ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων πηγάζουσα, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ προϊοῦσα, ἐν δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐνεργουμένη. Ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πληροφορίαν βαπτιζόμεθα μὲν, ὡς προσετάχθημεν, πιστεύομεν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα, δοξάζομεν δὲ, ὡς πιστεύομεν· ὥστε ὁμοφώνως τὸ βάπτισμα, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν δόξαν, εἰς Πατέρα εἶναι, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Εἰ δέ τις δύο, ἢ τρεῖς θεοὺς, ἢ τρεῖς θεότητας λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις κατὰ τὴν Ἀρείου διαστροφὴν ἐκ μὴ ὄντων λέγει τὸν D Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα ἅγιον γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. Ὅσοι δὲ τῷ κανόνι τῆς ἀληθείας στοιχήσουσι, καὶ τὰς τρεῖς ὁμολογοῦσιν ὑποστάσεις, εὐσεβῶς ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἰδιώμασι γνωριζομένας, καὶ μίαν πιστεύουσιν εἶναι θεότητα, μίαν ἀγαθότητα, μίαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν· καὶ οὔτε τὸ τῆς μοναρχίας ἀθετοῦσι κράτος, οὔτε εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτουσιν, οὔτε τὰς ὑποστάσεις συγχέουσιν, οὔτε ἐξ ἑτερογενῶν, καὶ ἀνομοίων τὴν ἁγίαν Τριάδα συντίθενται· ἀλλ' ἐν ἁπλότητι δέχονται τὸ τῆς πίστεως δόγμα, πᾶσαν τὴν ἐλπίδα τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι καταπιστεύοντες, οὗτοι κατὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν, τὰ αὐτὰ φρονοῦσι, μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἔχειν ἐν Κυρίῳ μέρος εὐχόμεθα.

[1] Matth. xxviii, 19. [2] Act. iii, 15. [3] Joan. vi, 63.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ϛ' (13)

EPISTOLA VI.

Hæc epistola, in qua Nysseni ad Ecclesiam sibi commissam reditus describitur, scripta fuisse videtur vel post Constantinopolitanam primam synodum, vel eo tempore, quo Nyssenus ab exsilio reversus est. Quis enim crederet, redeuntem episcopum eo cum honore, cumque iis lætitiæ significationibus, quæ in hac Epistola describuntur, exceptum fuisse, nisi vel diuturno tempore procul ab Ecclesia exstitisset, vel post egregiam aliquam operam Ecclesiæ navatam, ad sedem suam reversus esset? Si prior conjectura placet, scripta est hæc Epistola anno 381 desinente; sin vero posterior conjectura magis arriserit, dicendum est scriptam fuisse vel paulo ante Valentis obitum, vel statim ab ejus morte, quæ contigit die nona Augusti anno 378.

Διέσωσεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, ὡς εἰκὸς ἦν, ὑπὸ τῶν A σῶν προπεμφθέντας εὐχῶν, καί σοι τεκμήριον τῆς εὐμενείας (14) σαφὲς διηγήσομαι· ὡς γὰρ ἤδη ἥλιος ἦν ἀνὰ τὸ χωρίον, ὃ κατόπιν Ἐαρσοῦ (15-16) κατελίπομεν, ἀθρόον ἐγένετο νεφῶν συστροφὴ, καὶ εἰς βαθὺν ζόφον (17) ἐξ αἰθρίας μετέπεσε. Ψυχρὰ δέ τις αὔρα τῶν νεφῶν διαπνέουσα, δροσώδης, καὶ ὑγροτάτη τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσπίπτουσα, ὅσον οὐδέπω τὸν ὑετὸν ἠπείλει, καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον βρονταὶ συνεχεῖς ὑπεῤῥήγνυντο, καὶ ἀστραπαὶ ὀξεῖαί τε καὶ ἐπάλληλοι τῶν βροντῶν προηγοῦντο, τά τε ὄρη πάντα πρόσω τε καὶ ὀπίσω, καὶ καθ' ἑκάτερα τῶν πλαγίων, κατηρεφῆ τοῖς νέφεσιν ἦν. Καὶ ἤδη ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν βραχεῖα νεφέλη (18), πνεύματι βιαίῳ ὑπολη φθεῖσα, τὸν ὑετὸν ὤδινε, καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ Ἰσραηλιτικὸν θαῦμα, μέσοι πανταχόθεν τῶν ὑδάτων B διειλημμένοι, ἄβροχοι τὴν μέχρις Οὐεστηνῆς (19) ὁδὸν ἐπεράσαμεν· ἐν ᾗ καταχθέντων ἡμῶν ἤδη, καὶ γὰρ (20) ἡμιόνων ἀναπαυσάντων (21), τότε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδόθη τῷ ἀέρι τοῦ ὄμβρου τὸ σύνθημα. Τριῶν δὲ ὡρῶν, ἢ καὶ τεσσάρων ἐκεῖσε διαγόντων ἡμῶν, καὶ ἱκανῶς εἴχομεν τῆς ἀναπαύσεως, πάλιν διέσχεν ὁ Θεὸς τὸν ὄμβρον, καὶ τὸ ὄχημα εὐδρομώτερον ἑαυτῷ (22) ἢ πρόσθεν ἦν, ἐν ὑγρῷ τε καὶ ἐπιπολαίῳ τῷ πηλῷ τοῦ τροχοῦ δι' εὐκολίας ἐνολισθαίνοντος. Ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπ' ἐκείνου ἐπὶ τὴν πολίχνην ἡμῶν πᾶσα ἐπιποτάμιος, κατὰ ῥοῦν συγκατιοῦσα τῷ ὕδατι, χωρία τε συνεχῆ περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, παρόδια τὰ πάντα, καὶ οὐ πολλῷ τῷ μέσῳ ἀπ' ἀλλήλων διῳκισμένα. Πᾶσα τοίνυν ἡ ὁδὸς ἐκ τῆς ἐπαλλήλου C ταύτης οἰκήσεως, τῶν μὲν ὑπαντώντων, τῶν δὲ παραπεμπόντων κατὰ τὸ συνεχὲς ἀνθρώπων ἐπεπλήρωτο, πολὺ τῇ ἡδονῇ καταμιγνύντων τὸ δάκρυον. Ἦν δὲ ψεκὰς ἀνεπαχθὴς τὸν ἀέρα ὑπονοτίζουσα· μικρὸν δὲ πρὸ τῆς πολίχνης εἰς βιαιότερον ὄμβρον τὸ ὑπερκείμενον ἐθλίβετο νέφος (23), ὥστε καθ' ἡσυχίαν ἡμῖν γενέσθαι τὴν εἴσοδον, μηθενὸς προαισθομένου

Salvavit nos, ut par erat, Dominus, quos tuis precibus prosequens, dimisisti, ejusque erga nos benignitatis argumentum evidens tibi narrabo. Ubi enim primum sol supra locum illum stetit, quem pone Earsum reliquimus, coactis illico nubibus, serenum cœlum in profundas se tenebras densamque caliginem induit: tum nostra e nubibus corpora perflans, frigida, roscidaque aura, eademque humidissima, magnam vim imbris jamjam ruituram prænuntiare; ad lævam crebra erumpere tonitrua, quibus rapida et alternantia præcedebant fulgura: quin etiam quotquot erant tam hinc atque inde, quam a fronte et a tergo montes nubibus undequaque tegebantur; jamque nubes, quæ nostro impendebat capiti, postquam acri vehementique vento abrepta, alio delata fuit, hiemem peperit, ac nos, quod olim Israelitis Dei miraculo contigit, quantumvis pluvia undequaque circumdati, nullis tamen aquis aspersi, Vestenam usque iter confecimus; ubi divertentibus nobis et quietem capientibus mulis, tum a Deo datum est aeri pluviæ signum. At postquam eo in loco trium quatuorve circiter horarum spatio corpora abunde curavimus, Deus rursus pluviam cohibet, et rheda velocius quam antea ferebatur, in molli scilicet luto minimeque alto facillime currentibus rotis. Porro via, quæ inter locum illum et civitatulam nostram est, tota flumine alluitur, et in eamdem partem in quam fluit amnis, ducitur. Ripæ quoque crebris distinctæ sunt oppidulis, iisque apud viam sitis nec inter se multum distantibus. Tota itaque, ob hanc nunquam interruptam oppidorum seriem, hominibus partim obviam venientibus, partim prosequentibus, iisque omnibus multas gaudio miscentibus lacrymas, sine intermissione repleta erat. Aerem non admodum molesta aquæ irroratio humectabat; parum

(13) *Ἐπιστολή*. Hæc epistola in codice Medic. inscribitur Ἀβλαβίῳ, *Ablabio*.

(14) *Εὐμενείας*. Ms. Med. εὐμενειας Θεοῦ.

(15-16) *Ἐαρσοῦ*. Pro Ἐαρσοῦ quod est in Vaticano ms. scribitur in Mediceo ἑαυτῶν· ut obscuritas et difficultas omnis illico sublata fuerit. CARACC. pag. 92. — Qui hujus loci meminerit, nullum reperi.

(17) *Ζόφον*. Ms. Med. ζόφον ὁ ἀήρ, pro quo *cœlum* Zacagnius supplevit. Mox in eodem cod. αὔρα δρωσώδης τε scribitur. Id. ibid. pag. 98.

(18) Fortasse legendum βαρεῖα νεφέλη, *gravis nubes*. — *Βραχεῖα νεφέλη*. Hanc lectionem codicis Vat. exhibet quoque Mediceus. Atque optime uterque: ut proinde inopportuna videatur Zacagnii emendatio, βαρεῖα νεφέλη. Agitur enim a Gregorio, non de nube quavis, sed de ea quæ caput suum obtexit: idcirco rectissime *brevis* seu parva, nominata. Id. pag. 95.

(19) *Μέχρις Οὐεστηνῆς*. Cod. Med. μέχρι Οὐεστίνην. — Nescio an apud alium quempiam scriptorem loci hujus mentio habeatur.

(20) Supervacanea hic videtur particula γάρ.

(21) *Καὶ γὰρ ἡμιόνων ἀναπαυσάντων*. Id. cod. καὶ τοὺς ἡμιόνους ἀναπαυσάντων [ἡμῶν].

(22) *Ἑαυτῷ*. Med. ἑαυτοῦ.

(23) Ita emendandum censui Vaticanum codicem in quo scribitur ἔθλιβε τὸ νέφος.

autem longe ab urbe, nubes quæ nostro capiti A imminebat, in vehementiorem pluviam resolvitur: quare licuit nobis quiete urbem ingredi, nemine adventum nostrum præsentiente. Verum ut porticum (24) ingressi fuimus, cum ob soli duritiem ac siccitatem currus sonitum ederet, nescio quo pacto ac unde, veluti ex quadam machina, repente circa nos ita confertus populus exstitit ut nulla nobis de rheda desiliendi copia esset; ac tandem a turba nos undique comprimente, vix ac ne vix quidem obtinere licuit ut nobis descendendi, mulisque transeundi tempus concederent; quare parum abfuit, quin amoris atque benevolentiæ excessus nobis animi defectionem intulerit. Cæterum cum intra porticum longius progressi, haud procul ab ecclesiæ limine essemus, vidimus B ignis rivum in ecclesiam influentem. Sacrarum enim virginum chorus, ardentes cera lampades in manibus gestantes, ad ecclesiæ limen, aliæ aliis ordine succedentes, processerant, facibus undequaque splendentes. Ingressus autem ecclesiam, et una cum populo gaudens, unaque lacrymans (utroque enim modo nos affici par erat, vel ex hoc quod in frequenti populo duos hosce animi motus intuebamur), statim atque precibus finem imposui, hanc Sanctitati tuæ epistolam festinanter conscripsi, ut possem, eo quod siti urgerer, post exaratam epistolam corpori curando vacare.

τῆς παρουσίας. Ὡς δὲ ἤδη τῆς στοᾶς ἐντὸς ἐγενόμεθα, ἐπειδὴ διὰ ξηροῦ τοῦ ἐδάφους κατεκτύπει τὸ ὄχημα, οὐκ οἶδα ὅθεν, ἢ ὅπως, ὡς ἐκ μηχανῆς τινος, ἀθρόως ἀνεφάνη δῆμος, κύκλῳ περὶ ἡμῶν πεπυκνωμένος (25), ὡς μηδὲ κατελθεῖν τοῦ ὀχήματος εὔπορον εἶναι· οὐ γὰρ ἦν εὑρεῖν τόπον κενὸν ἀνθρώπων. Μόγις δὲ (26) πείσαντες ἡμῖν τε δοῦναι καιρὸν πρὸς τὴν κάθοδον, καὶ τοῖς ἡμιόνοις ἐπιτρέψαι τὴν πάροδον, παρὰ τῶν παραῤῥεόντων ἡμῖν κατὰ πᾶν μέρος συνθλιβόμενοι, ὥστε τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλοφροσύνην, μικροῦ δεῖν καὶ λειποθυμίας γενέσθαι αἰτίαν. Ὡς δὲ πλησίον τοῦ ἔνδον ἐγενόμεθα ἐπὶ στώου (27), ὁρῶμεν ῥύακα πυρὸς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν εἰσρέουσαν· ὁ γὰρ τῶν παρθένων χορὸς, τὰς ἐκ κήρης (28) λαμπάδας διὰ χειρὸς φέρουσαι, στοιχηδὸν ἀλλήλαις κατὰ τὴν εἴσοδον τῆς ἐκκλησίας προῄεσαν, τοῖς πυρσοῖς διόλου καταλαμπόμεναι. Ἐντὸς δὲ γενομένου, καὶ συνησθεὶς τῷ λαῷ, καὶ συνδακρύσας (ταῦτα γὰρ ἦν ἀμφότερα πάσχειν τῷ κἂν τῷ πλήθει βλέπειν τὰ δύο πάθη), ὁμοῦ τε τῶν εὐχῶν ἐπαυσάμην, καὶ ταύτην τῇ ὁσιότητί σου τὴν ἐπιστολὴν διεχάραξα ἐπισπεύδων, ὡς οἷόν τε, τῷ τῇ δίψῃ προσαναγκάζεσθαι, προσασχοληθῆναι μετὰ τὸ γράμμα τῇ θεραπείᾳ τοῦ σώματος.

EPISTOLA VII.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ζ' (29).

Tam hæc, quam sequens epistola scripta fortasse fuit Cynegio Nysseni amicissimo viro, ut patet ex ejusdem epistolis nona et decima; nam hunc Præfecturam prætorii in Oriente ab an. 384 usque ad an. 390 gessisse ex pluribus Theodosiani codicis legibus apparet. Vide accuratissimum Gotofredum in Prosopographia et in notitia dignitatum ejusdem codicis.

Lex nobis est cum flentibus flere jubens, et cum C gaudentibus gaudere; sed, ut res ferunt, hujus legis pars altera tantum apud nos viget: rari enim admodum sunt qui securo atque alacri sint animo, ut facile inveniri nequeant qui nos felicium lætarumque rerum participes faciant; eorum vero qui secus se habent, uberrima est copia. Hæc præfati sumus propter infelicem tragœdiam, quam malus quidam dæmon adversus illos quorum integerrima semper vita fuit, excitavit. Nobilis juvenis, Synesius nomine, ex cognatione nostra, in ipso ætatis flore et nondum fere vitam exorsus, in magnis periculis versatur ex quibus illum eripere solus Deus potest, ac post Deum tu, cui de morte

Νόμος ἐστὶν ἡμέτερος κλαίειν μετὰ κλαιόντων νομοθετῶν, καὶ συγχαίρειν τοῖς χαίρουσιν· ἀλλὰ τούτων, ὡς ἔοικε, τὸ ἕτερον ἐφ' ἡμῖν (30) τῆς νομοθεσίας ἐνεργόν ἐστι μόνον· πολλὴ γὰρ τῶν εὐθυμούντων ἡ σπάνις, ὡς μὴ ἔχειν εὑρεῖν ῥᾳδίως τίσι τῶν ἀγαθῶν συμμετάσχωμεν· τῶν δὲ ὡς ἕτερον πραττόντων, ἀφθονία πολλή. Ταῦτα προοιμιάζομαι διὰ τὴν δυστυχῆ τραγῳδίαν, ἣν πονηρός τις δαίμων ἐν τοῖς πάλαι (31) γνησίοις ἐδραματούργησε. Νέος τῶν εὐπατριδῶν, Συνέσιος (32) ὄνομα αὐτῷ, οὐκ ἔξω τοῦ ἐμοῦ γένους, ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, οὔπω σχεδὸν τοῦ ζῆν ἀρξάμενος, ἐν μεγάλοις κινδύνοις ἐστὶν, ὃν ἐξελέσθαι μόνος ὁ Θεὸς ἰσχὺν ἔχει, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν σὺ, ὁ τὴν περὶ θανάτου καὶ ζωῆς ψῆφον πεπιστευ-

(24) Nota morem construendi longas porticus, per quas iter ad majorem ecclesiam pateret, Romæ olim servatum, apud Nyssam quoque viguisse, licet eam Nyssenus parvam fuisse urbem in hac eadem epistola testetur.

(25) *Περὶ ἡμῶν πεπυκνωμένος*. Cod. Med. περὶ ἡμᾶς πεπυκνωμένοι. Paulo ante pravam Vat. codicis lectionem Zacagnius recte emendavit, rescribens ἐθλίβετο νέφος· quæ est quidem Medicei scriptura. Caracc. pag. 95.

(26) *Μόγις δέ*. Id. cod. μόγις τε. Mox vero παραῤῥεόντων.

(27) *Ἐπὶ στώου*. Med. περὶ στώου. Et mox ῥύακα — εἰσρέοντα.

(28) *Ἐκ κήρης*. Id. cod. ἐκ κηροῦ. Paulo post, ἐντὸς δὲ γενόμενος.

(29) *Ἐπιστ.* In cod. Med. inscribitur Ἱερίῳ ἡγεμόνι· estque V. Statim vero Νόμος τις.

(30) *Ἐφ' ἡμῖν*. Med. ἐφ' ἡμᾶς. Paulo post, ὡς ἑτέρως.

(31) *Πάλαι*. Med. πάνυ. Mox, Συνέσιος τοὔνομα.

(32) Hujus Synesii, Nysseno consanguinitate conjuncti, nulla, quod sciam, apud alium quempiam scriptorem mentio habetur.

μένος. Δυστύχημα γέγονεν ἀκούσιον· τίς δ' ἂν ἑκὼν δυστυχήσειε; Καὶ νῦν ἔγκλημα τὴν δυστυχίαν πεποίηνται οἱ κατ' αὐτοῦ τὴν ἐπιθανάτιον ταύτην δίκην συστήσαντες. Ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἰδίοις γράμμασι καθυφεῖναι τῆς ὀργῆς δυσωπῆσαι πειράσομαι· τὸ δὲ σὸν εὐμενὲς μετὰ τοῦ δικαίου καὶ μεθ' ἡμῶν γενέσθαι παρακαλῶ, ὅπως ἂν τὴν ἀθλιότητα τοῦ νέου ἡ σὴ φιλανθρωπία νικήσειε, πᾶσαν μηχανὴν ἐξευροῦσα, δι' ἧς ἔξω κινδύνων ἔσται ὁ νέος, τὸν πονηρὸν κατ' αὐτοῦ δαίμονα διὰ τῆς σῆς συμμαχίας νικήσας. Πάντα εἶπον ἐν κεφαλαίῳ, ἃ βούλομαι· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον ὑποτίθεσθαι, ὅπως ἂν κατορθωθείη τὸ σπουδαζόμενον, οὔτε ἐμὸν ἂν εἴη τὸ λέγειν, οὔτε σὸν τὸ διδάσκεσθαι.

A ac vita suffragium creditum est. Involuntarie infortunium accidit. Quis enim sponte sua infelix est? Et nunc infortunium istud crimini vertunt qui illum rei capitalis accusarunt. Sed eos quidem, ira deposita, mites pacatosque, missis ad singulos litteris, reddere conabor: at vero clementia tua, cum justitia conjuncta, ne a nobis hac in re desideretur enixe rogo, ut scilicet benignitas tua adolescentis vincat calamitatem, nihil intentatum omittens, quo adolescens, ope tua improbo illo genio sibi adversante superato, extra discriminis aleam constituatur. Quæ animus erat dicere, paucis exsecutus sum; qua vero ratione rite recteque negotium perfici queat, nec meum est dicere, nec tuum doceri.

—

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η' (33).

EPISTOLA VIII.

Scripta ad Cynegium, ut videtur. Vide superioris epistolæ synopsin.

(12) *Ὅσα τῆς αὐτῆς.* Id. ὅσα τῆς ἐπιλεκτῆς ἐστι. Et mox, ἀνενέγκατε. Paulo post, ἀχρ. ἡρμηνευμένα.

(13) *Ἐπιστ.* Hæc epistola in cod. Med. inscripta legitur Στρατηγίῳ· estque ordine 12. Zacagnius vero ex Vat. mistim edidit cum præcedente, hoc pacto: ἀναγνώσεσθε [τῷ μὴ πράττοντι] οἷόν τι· *Iis legetis (qui non faciunt) quemadmodum*, etc.

(14) *Ἀλλήλοις.* Codex Med. ita supplet lacunam editi ex Vat.

(15-17) In his duabus lacunis, cum sine ullo supplemento sensus constet, supervacaneum videtur quidpiam addere; quod si istas quoque implere lubet, in priori fortasse legendum, ἀντιπέμπωσι τῆς σφαίρας ἐν εὐστοχίᾳ τὴν βολήν· in posteriori vero addendum videtur pronomen, αὐτῶν.

(16) *Ἐν τῷ μέσῳ.....* Id. ἐν τῷ μ. πρὸς αὐτήν.

(18) *Ὁρμ. μέρος.* Id. ὁρμ. κατὰ τὸ ἐναντίον. Mox vero, κατώρθωται — παρά. Et paulo post in eodem cod. videtur scriptum ἡμῶν pro ἡμῖν suppleto. — Vide an melius sit, ἐφ' ὅπερ ἂν ἴδωσιν αὐτὸν ὁρμῶντα, ἐκεῖθεν ἀποπεμπόμενοι.

(19) *Προτείνομεν.* Id. προϊσχόμεθα. Et paucis interjectis, ἀγαπητικαὶ — περιπλοκαί. — Vide an supplendum hic, προδείκνυμεν, quo verbo in eadem epistola non semel utitur Nyssenus.

(20) Ita legendum esse videtur, licet in scripto codice sit αὐτῶν.

πράττειν σεαυτοῦ ἀξίως, καὶ τῷ Θεῷ ἐλπίζειν, καὶ A μὴ ἐγκόπτεσθαι πρὸς τὸ καλός τε καὶ ἀγαθὸς εἶναι, διὰ τὰ παρ' ἡμῶν ὑποδείγματα· ἐπιτρέπειν δὲ τῷ Θεῷ τῷ δικαιοκρίτῃ (21) τὴν συμφέρουσάν τε καὶ δικαίαν τῶν πραγμάτων ἀπόβασιν, ταύτῃ τε ἄγειν, ὅπηπερ ἂν ἡ θεία κατευθύνῃ σοφία. Πάντως οὐδὲ ὁ Ἰωσὴφ τῷ φθόνῳ τῶν ἀδελφῶν ἐδυσχέραινε, διότι τῶν ὁμογενῶν ἡ κακία ὁδὸς αὐτῷ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐγένετο.

vindicta, ego retribuam, dicit Dominus [5]. Tu autem, vir optime, fac digna te agas, Deo confide, nec infortunia nostra te a bonis rectisque operibus retrahant. Quod autem ad felicem rerum exitum attinet, id totum Deo commenda atque concrede, eoque modo age, quo divina sapientia tibi agendum fore monstrabit; nam nec Josepho male cessit invidia fratrum, quandoquidem consanguineorum malitia viam ipsi stravit ad regnum.

—

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΖ' (22).

EPISTOLA XVII.

Elegantissimam hanc Nysseni epistolam scriptam fuisse ad Ecclesiam Nicomediensem, non modo quæ in ipsa fit Euphrasii episcopi mentio demonstrat, verum etiam clare colligitur ex aliis quibusdam ejusdem epistolæ locis, de quibus agimus in nostra ad hoc opus præfatione. Scripta autem fuit post primam generalem Constantinopolitanam synodum, cui Euphrasius interfuit, cum post ejus mortem multæ in Ecclesia illa turbæ iterum essent excitatæ, quas dum hac epistola componere studet Nyssenus, fortissimis rationibus evincit, in episcopi electione non tam mundanæ nobilitatis atque potentiæ, quam animi virtutum rationem habendam esse.

Ὑμᾶς μὲν, ὁ *Πατὴρ τῶν οἰκτειρμῶν καὶ Θεὸς* B *πάσης παρακλήσεως*, ὁ πάντα ἐν σοφίᾳ πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν, διὰ τῆς ἰδίας ἐπισκοπήσειε χάριτος, καὶ παρακαλέσειεν ἑαυτῷ, ποιῶν (23) ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον, καὶ ἔλθοι ἐφ' ὑμᾶς ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμῖν θεραπείαν μὲν πάσης θλίψεως καὶ δυσχερ[ε]ίας, [προκοπὴν δὲ] πρὸς πᾶν ἀγαθὸν, εἰς καταρτισμὸν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οἰκοδομὴν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, καὶ εἰς [ἔπαινον] τῆς δόξης τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ ταύτην ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ἀπολογίαν πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν ποιούμενοι (24), οὐκ ἠμελήσαμεν πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τῆς κεχρεωστημένης ἡμῖν ἐπισκέψεως, ἢ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, [ἢ μετὰ (25)] τὴν γενομένην τοῦ μακαρίου Πατρικίου (26) μετάστασιν (27)· ἀλλ' ὅτι C πολλαὶ μὲν αἱ τῶν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησιῶν (28) [ταραχαὶ (29)], πολλὴ δὲ ἡ τοῦ σώματος σαθρότης, ὡς εἰκὸς, προϊόντι τῷ χρόνῳ συνεπιδιδοῦσα, πολλὴ δὲ καὶ ἡ τῆς ὑμετέρας ἀγαθότητος εἰς ἡμᾶς ῥᾳθυμία, ὅτι οὐδεὶς οὐδέποτε λόγος εἰς προτροπὴν ἐν γράμματι, [οὐδὲ σχέσις πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν (30)] Ἐκκλησίαν, τοῦ μακαρίου Εὐφρασίου (31) τοῦ ἐπισκόπου διὰ πάσης ὁσιότητος ἑαυτῷ τε καὶ ὑμῖν, οἷον σει-

Vos quidem *Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis* [6], qui cuncta sapienter ad utilitatem nostram moderatur, gratia sua gubernet, sibique conciliet, faciens in vobis beneplacitum suum; et veniat super vos gratia Domini nostri Jesu Christi, et ejus Spiritus sancti communicatio, ut fiat vobis quidem afflictionum omnium atque tribulationum solamen; (profectus vero) in omni virtute, ad Ecclesiæ tranquillitatem et animarum vestrarum ædificationem atque (laudem) gloriæ nominis ejus. Nos autem excusationem hanc nostram apud charitatem vestram instituentes dicimus, nec anteactis temporibus, nec post beati Patricii obitum, in suscipienda Ecclesiæ vestræ curatione, quemadmodum muneris nostri ratio postulabat, negligentes unquam fuisse; sed quoniam (turbæ) multæ sunt in Ecclesiis nostræ curæ commissis, multa etiam corporis nostri infirmitas, una cum ætate, ut par est, quotidie crescens, multa denique vestra neglectio nostri, quandoquidem nulla unquam ad nos excitandos litterarum collocutione usi estis, (nec) ullam cum Ecclesia nostra necessitudinem habuistis; cum alioqui beatus Euphrasius episcopus charitate, veluti catenis quibusdam, se ipsum et vos

[5] Rom. XII, 10. [6] II Cor. I, 3.

(21) *Δικαιοκρίτῃ*. Id. δικαίῳ κριτῇ.
(22) *Ἐπιστ.* Cod. Med. inscriptam refert hanc epistolam τοῖς ἐν Νικομηδείᾳ πρεσβυτέροις· estque ordine XX.
(23) *Ποιῶν*. Abest hæc vox a cod. Med. Paulo post, ubi προκοπήν supplet editor, idem codex præfert εὐοδίαν. Et mox προσθήκην pro ἔπαινον.
(24) *Αὐτῶν — ποιούμενοι*. Id. codex, ἑαυτῶν — ποιοῦμεν ὅτι.
(25) *Ἡμῖν*. — [*ἢ μετά*]. Med. ὑμῖν — ἢ καὶ νῦν κατά.
(26) Patricii hujus Nicomediensis episcopi nulla, quod sciam, mentio in antiquis monumentis habetur.
(27) Vox, μετάστασις, potest etiam significare translationem, et exsilium; sed utrumque sensum excludere videtur vox μακάριος, quæ mortuorum epitheton plerumque esse solet.
(28) Vide, an supplendum potius sit, φροντίδες, ut respexisse videatur Nyssenus ad curam illam componendarum per Ponticam diœcesim turbatæ nimium Ecclesiæ rerum, quam sibi et Helladio Cæsariensi ac Otrejo Melitinensi Constantinopolitana prima generalis Synodus commisit. Vide Baronium an. 381, tom. IV, pag. 445, et Hermantium in Vita S. Basilii lib. IX, cap. 50.
(29) *Ταραχαί*. Id. ἀσχολίαι.
(30) *Οὐδὲ — ὑμῶν*. Id. ἢ δηλωματικὴ — ἡμᾶς. Mox vero διὰ πάσης γνησιότητος — τὴν βραχ. ἡμῶν.
(31) Euphrasius Nicomediensis episcopus Constantinopolitanæ primæ generali synodo subscripsit; hinc autem apparet post eamdem synodum scriptam fuisse hanc epistolam.

cum humilitate nostra sanctissime conjunxerit. Sed A quamvis debitum charitatis officium, nec a nobis, curam Ecclesiæ vestræ impendendo, nec a vestra religiositate, ad id nos adhortando, expletum antea fuerit; tamen assumptis nunc demum in votorum nostrorum societatem precibus vestris, Deum oramus, ut nos quam celeriter fieri poterit, ad vos venire permittat, ut invicem consolemur, et, Deo viam rationemque monstrante, operam demus ut iis quæ dudum evenere, malis occurramus, et in posterum securi esse possimus, ne amplius hac vestra discordia invicem divulsi, dum alius alio consilio sese ab Ecclesia separat, diabolo risus materiam præbeatis, cujus voluntas (atque opus est divinæ voluntati contrarium, neminem salvum fieri et ad veritatis cognitionem pervenire. Quanto B enim putatis, fratres, dolore nos angi, dum ex iis qui de rebus vestris nuntium afferunt, intelligimus nullam rerum apud vos mutationem de integro factam esse, sed eos qui semel a mutua charitate declinarunt, eodem semper impetu ferri? Et quemadmodum si aquæ rivus frequenter marginem superet, et sinistrorsum delapsus, defluat, ægre fieri potest ut ad pristinum cursum revocetur, subjacente, videlicet solo aquæ impetu excavato, ni locus, unde aqua defluit, obstruatur; ita et eorum qui a fratrum communione discesserunt, animi affectio, semel a recta et sincera fide, præ contentionis æstu, veluti distorto cursu, deflectens, profundam jamdudum consuetudine fossam egit ægreque ad pristinam charitatem benevolentiamque C revertitur. Quapropter rectore aliquo sapiente atque eximio res vestræ opus habent, qui probe sciat in alveum quodammodo aberrantes reducere, ut inordinatus hujus fluenti decursus ad primævum ordinem iterum possit revocari, et rursus pietatis segetes vobis multiplicentur, perennibus concordiæ aquis irrigatæ. In hoc itaque negotio multum studii atque alacritatis unusquisque vestrum adhibere debet, ut talis episcopus sancti Spiritus gratia designetur, qui studiose, quæ Dei sunt, solummodo (intueatur), et nunquam ad ea de quibus adeo in hac vita solliciti sumus, oculos adjiciat.

Propterea enim (antiqua) lex, arbitror, Levitas D terrenæ hæreditatis exsortes esse jussit, ut ejus possessionis loco solum Deum (privatim ac præcipue) haberent, cumque de terrenis rebus nihil (solliciti) apud se perpetuo custodirent. Quod si nonnulli apud vos, aut etiam unusquisque vestrum neutram in partem propendat, non idcirco debet

A ραῖς τισι, τῇ ἀγάπῃ τὴν βραχύτητα ὑμῶν συνδήσαντος. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον τὸ τῆς ἀγάπης χρέος, ἢ παρ' ὑμῶν διὰ τῆς ἐπισκέψεως, ἢ παρὰ τῆς ὑμετέρας (32) εὐλαβείας διὰ τῆς προτροπῆς ἀπεπληρώθη, νῦν γοῦν εὐχόμεθα τῷ Θεῷ, σύμμαχον πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν καὶ τὴν ὑμετέραν εὐχὴν πρὸς Θεὸν συμπαραλαβόντες, διὰ τάχους (33), ὡς ἔστι δυνατὸν, ἐπιδημῆσαί τε ὑμῖν, καὶ συμπαρακληθῆναι, καὶ συσπουδάσαι, ὡς ἂν ὑφηγῆται ὁ Κύριος, ὥστε καὶ τῶν ἤδη γεγενημένων λυπηρῶν διόρθωσιν ἐξευρεῖν, καὶ εἰς τὸν ἐφεξῆς χρόνον ἀσφάλειαν· ὥστε μηκέτι ὑμᾶς (34) ἐν τῇ ἀσυμφωνίᾳ ταύτῃ διεσπασμένους, ἄλλου κατ' ἄλλην ὁρμὴν ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀπάγοντος, γέλωτα προκεῖσθαι τῷ διαβόλῳ, ᾧ βούλημα καὶ ἔργον ἐστὶν ἐξ ἐναντίου τῷ θείῳ θελήματι, τὸ B μηδένα σωθῆναι, μηδὲ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Πῶς γὰρ οἴεσθε ἡμᾶς, ἀδελφοὶ, θλίβεσθαι πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν διαγγειλάντων ἡμῖν τὰ ὑμέτερα, ὅτι οὐδεμία γέγονε τῶν ἐφεστώτων ἐπιστροφή· ἀλλ' ἡ τῶν ἅπαξ ἀποκλινάντων προαίρεσις ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῆς ἀεὶ φέρεται, καὶ ὥσπερ ἐκ τοῦ ὀχετοῦ (35) ὕδωρ πολλάκις εἰς τὴν παρακειμένην ὄχθην ὑπερεκχεῖται, καὶ κατὰ τὸ πλάγιον διαδὺν, ἀποῤῥέει, μὴ ἀποσφαλέντος δὲ τοῦ ὑπαιτίου τόπου, δυσανάκλητον γίνεται, κοιλανθέντος τοῦ ὑποκειμένου, πρὸς τὴν τοῦ ῥείθρου φοράν· οὕτως ἡ τῶν ἀποστάντων ὁρμὴ, ἅπαξ τῆς εὐθείας τε καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐκ φιλονεικίας παραῤῥυεῖσα, ἐνεβάθυνεν ἤδη τῇ συνηθείᾳ, καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπανέρχεται χάριν. Διὸ σοφοῦ C τινος καὶ μεγάλου χρῄζει τὰ καθ' ὑμᾶς ἐπιστάτου, καλῶς τὰ τοιαῦτα ὀχετεύειν (36) ἐπισταμένου, ὥστε δυνηθῆναι πάλιν τὴν ἄτακτον τοῦ ῥεύματος τούτου περιτροπὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀνακαλέσασθαι, ὡς ἂν πάλιν ὑμῖν τὰ τῆς εὐσεβείας ἀδρύνοιτο λήϊα, τῇ τῆς εἰρήνης ἐπιῤῥοῇ καταρδόμενα. Διὰ ταῦτα πολλὴ χρεωστεῖται τῷ πράγματι παρὰ πάντων ὑμῶν σπουδή τε καὶ ἐπιθυμία, πρὸς τὸ ἀναδειχθῆναι προστάτην ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοιοῦτον, ὅς ὅλῳ τῷ ὀφθαλμῷ τὰ τοῦ Θεοῦ [βλέψῃ (37)] μόνα, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ζωῇ σπουδαζομένων μετεωρίζων τὸ ὄμμα.

Διὰ τούτου γὰρ οἶμαι τὸν [παλαιὸν] νόμον ἀπόκληD ρον τῆς γηΐνης κληρονομίας τὸν Λευΐτην ποιεῖν, ὡς ἂν μερίδα κτήσεως καθ' [ἑαυτὸν (38)] τὸν Θεὸν μόνον ἔχοι, καὶ τοῦτο περιέποι διὰ παντὸς ἐν ἑαυτῷ τὸ κτῆμα, πρὸς οὐδὲν ὑλῶδες [ἀποβλέπων (39)]· εἰ δέ τινές εἰσιν, ἢ καὶ ἐσμὲν ἀδιάφοροι, μηδεὶς πρὸς τοῦτο βλέπων ἐπὶ τῶν... πτέσθω (40). Οὐ γὰρ νόμος ἐστὶ

(32) Male in Vaticano codice, ἡμετέρας.

(33) *Καὶ τὴν ὑμετ. — διὰ τάχους*. Med. καὶ τὴν ὑμετέραν πρὸς Θεὸν συμπαραλαβόντες διὰ τάχους εὐχήν.

(34) *Ὑμᾶς*. Med. legit cum Vat. ἡμᾶς. Et mox, κατ' ἄλλου ὁρμήν.—Lego ὑμᾶς, sensu ita postulante, licet in Vaticano codice sit ἡμᾶς.

(35) Fortasse legendum, εἰ τοῦ ὀχετοῦ.

(36) *Ὀχετεύειν*. Med. ὀχετηγεῖν.

(37) *Βλέψῃ*. Id. ὄψεται· et paulo post λευιτικὸν oro παλαιόν.

(38) *Καθ' ἑαυτόν*. Id. καθὼς γέγραπται. Et mox τὸ κτῆμα ἑαυτῷ.

(39) *Ἀποβλέπων*. Med. τῇ ψυχῇ καθελκόμενος.

(40) ... *πτέσθω*. Id. ἰδίων βλαπτέσθω. Mox vero, ἄλλοις pro καλῶς. Et paulo post, ὅπως ἂν πρὸς τὸ κρεῖττον γένοιτο ἡ τῆς ἐκκλησίας ἐπίδοσις τῶν διεστ.—Fortasse hic legendum supplendumque est πρὸς τοῦτο βλέπων τῶν μὴ δεόντων ἀπτέσθω· nisi quis malit, ἐπὶ τὰ μὴ δέοντα καμπτέσθω, vel κυπτέσθω.

τοῖς ἁπλοῖς πρὸς τὸ μὴ τὰ δέοντα πράσσειν, τὸ παρ' ἑτέροις [καλῶς] γινόμενον· ἀλλ' ὑμᾶς χρὴ τὰ ἑαυτῶν βλέπειν, ὅπως ἂν τὸ κρεῖττον γένοιτο ἡ [σπουδὴ (41)], τῶν διεσκορπισμένων πάλιν εἰς τὴν τοῦ ἑνὸς σώματος ἁρμονίαν ἐπανελθόντων, καὶ τῆς πνευματικῆς εἰρήνης [ὑπὸ τῶν (42)] εὐσεβῶς τὸν Θεὸν δοξαζόντων εὐθηνουμένης. Πρὸς τοῦτο καλῶς ἔχει (43), οἶμαι, σκοπεῖν τὰ καλὰ τῇ ἐκ[λογῇ, ὡς] ἂν ὁ ἀναδεικνύμενος εἰς προστασίαν ἐπιτηδείως ἔχοι· γένος δὲ, καὶ πλοῦτον, καὶ κοσμικ[ὴν περιφάνειαν (44)] ἐν τοῖς ἐπισκοπικοῖς κατορθώμασιν ὁ ἀποστολικὸς οὐκ ἐνομοθέτησε λόγος· ἀλλ' εἰ [πᾶν τοῦτο] αὐτόματον ἕποιτο τοῖς προηγουμένοις, ὡς σκιὰν κατὰ τὸ συμβὰν ἀκολουθοῦσαν, οὐκ ἀποβάλλομεν, [ἀλλ' οὐδὲν (45)] ἧττον ἀγαπήσομεν τὰ προτιμότερα, κἂν χωρὶς τύχῃ. Αἰπόλος ἦν ὁ προφήτης ['Αμὼς], ἁλιεὺς ὁ Πέτρος, καὶ τῆς αὐτῆς τέχνης ὅ τε τούτου ἀδελφὸς Ἀνδρέας, καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, σκηνοῤῥάφος ὁ Παῦλος, καὶ ὁ Ματθαῖος τελώνης, καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁμοίως ἅπαντες, [οὐχ ὕ]πατοί τινες, καὶ στρατηλάται, καὶ ὕπαρχοι, ἢ κατὰ ῥητορικὴν, καὶ φιλοσοφίαν περίβλεπτοι· ἀλλὰ πένητες, καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἐπιτηδευμάτων ὁρμώμενοι· καὶ ὅμως *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν*. *Βλέπετε*, φησὶ, *τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός*. Ἴσως τι μωρὸν καὶ νῦν ἐν τοῖς φαινομένοις τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρωπίνων νομίζεται, ὅταν ἀσθενὲς ὑπὸ πενίας, ἢ ἄδοξον ᾖ διὰ τὴν σωματικὴν δυσγένειαν. Ἀλλὰ τίς οἶδεν, εἰ μὴ τούτῳ τὸ κέρας τῆς χρίσεως παρὰ τῆς χάριτος ἐπικλίνεται, κἂν τῶν ὑψηλῶν τε καὶ ἐμφανεστέρων μικρότερος ᾖ; Τί λυσιτελέστερον ἦν τῇ Ῥωμαίων πόλει τὸ καταρχὰς; τῶν εὐπατριδῶν τινα καὶ ὑπερόγκων ἐκ τῆς ὑπάτου βουλῆς εἰς προστασίαν λαβεῖν, ἢ τὸν ἁλιέα Πέτρον, ᾧ μηδὲν ἦν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς εὐδοξίαν ἐφόλκιον (46); Τίς οἰκία, τίνες οἰκέται, ποία κτῆσις διὰ προσόδων τρυφὴν χορηγοῦσα; Ἀλλ' ὁ ξένος, καὶ ἄστεγος, καὶ ἀτράπεζος, τῶν τὰ πάντα ἐχόντων πλουσιώτερος ἦν, ὅτι διὰ τοῦ μηδὲν ἔχειν, τὸν Θεὸν εἶχεν ὅλον. Οὕτω καὶ οἱ Μεσοποταμῖται, βαρυπλούτους ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς σατραπείας, πάντων ἐδοκίμασαν τὸν Θωμᾶν εἰς ἐπιστασίαν ἑαυτῶν προτιμότερον (47), καὶ Τίτον Κρῆτες, καὶ Ἱεροσολυμῖται Ἰάκωβον, καὶ ἡμεῖς οἱ Καππαδόκαι τὸν Ἑκατόνταρχον (48), τὸν

A aliquis ad agenda ea quæ non decet, animum adjicere. Neque enim quod apud alios (recte) agitur, id simpliciorum animos ad res male gerendas debet inducere, sed oportet ea tantum quæ ad vos pertinent, attendere, ut (conatibus vestris) meliorem exitum sortientibus, id tandem consequamini, ut qui ab Ecclesia secesserunt, iterum ad ejus unitatem revertantur, et spiritualis pax (ab) his, qui pie Deum glorificant, instauretur. Præterea multum expedire arbitror, ut (in episcopi electione) quod justum, rectumque est, præ oculis habeatur, ut nempe idoneus ad eam dignitatem promoveatur; genus autem clarum, divitias, et mundanæ (nobilitatis splendorem) episcopi dotibus annumeranda esse nunquam apostolica sanctione B statutum fuit; sed si (hæc omnia) ultro et non quæsita in episcopo reperiantur, ea utique, velut umbram casu et fortuito comitantem, non rejicimus; (at nihilo) minus quæ præstantiora hisce rebus sunt, animi scilicet dotes, majori in pretio habebimus, tametsi illis omnibus caruerint. Caprarius erat (Amos) propheta, piscator Petrus, eamdemque artem hujus frater Andreas et sublimis Joannes exercebat, scenofactoriæ Paulus operam dabat, publicanus erat Matthæus, cæterique omnes discipuli similiter, (non) consules, non exercituum ductores erant, non præfecti prætorio, nec rhetoricis et philosophicis scientiis conspicui, sed pauperes idiotæ, et e vilioribus artibus accersiti; et tamen *In omnem terram exivit sonus eorum, et in* C *fines orbis terræ verba eorum* [7]. *Videte*, ait Apostolus, *vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus* [8]. Fortasse nunc etiam stultum quid humanis oculis ille videtur, qui propter paupertatem infirmus, vel propter corporis, non vero animi ignobilitatem obscurus apparet. Sed quis scit, an super ejusmodi hominem, tametsi sublimibus atque illustribus viris longe inferiorem, divina gratia unctionis cornu inclinet? Quidnam urbi Romæ antiquis temporibus magis conducebat, nobilemne aliquem atque fastu tumentem senatorii ordinis virum in Ecclesiæ præpositum accipere, an potius Petrum piscatorem, cui nil ad gloriam ex mundanis rebus suppetebat? D Quæ domus, qui famuli, quæ possessiones proventibus suis rerum omnium affluentiam suppeditantes?

[7] Psal. XVIII, 5. [8] I Cor. I, 26.

(41) Vide an melius sit, ἡ πραγματεία.
(42) Ὑπὸ τῶν. Id. ἐν τῷ πλήθει τῶν.
(43) *Καλῶς ἔχει*. Id. καλῶς ἔχειν. Et mox, σκοπεῖν τὰ καλὰ τῇ ἐκκλησίᾳ βουλόμενον, ὅπως ἄν.
(44) *Κοσμ. περιφ.* Id. κοσμικὴν περιφάνειαν ζητεῖν. Paulo post pro πᾶν τοῦτο id. cod. μέν τι τούτων κατὰ τό
(45) *Ἀλλ' οὐδέν*. Id. εἰ δὲ μὴ οὐδέν. Et mox, χωρὶς τούτων.
(46) Fortasse legendum, ἐφόδιον· sed et dici posset Nyssenum ludere in voce, ἐφόλκιον, quæ naviculam, seu cymbam proprie significat, quasi diceret, Petrum nil ex terrenis rebus possedisse, quibus, veluti quadam navicula, ad mundanæ nobilitatis gloriam adnavigaret.
(47) Thomam Apostolum Parthis Evangelium prædicasse antiqui scriptores uno ore testantur. Hoc amplius affirmare videtur Nyssenus, eumdem primum Mesopotamiæ episcopum fuisse. Cæterum satrapas, et satrapias a Persis et finitimis gentibus vocatas fuisse provincias earumque rectores, notum est eruditis.
(48) Ex hoc Nysseni loco discimus Longinum centurionem, qui lancea Christi latus in Cruce perfodit, primum Cæsareæ episcopum fuisse. Sane in Romano aliisque vetustis martyrologiis Longini

sed peregrinus homo, domo et victu carens, ditior illis erat, qui omnia possidebant, quia nihil possidendo, Deum totum obtinuit. Ita et Mesopotamiæ incolæ, tametsi inter ipsos ditissimi satrapiarum rectores essent, nihilominus Thomam cunctis digniorem esse censuerunt, quem sibi ipsis præficerent. Ita et Titum Cretenses, et Hierosolymæ cives Jacobum in episcopum elegerunt, nosque Cappadoces centurionem illum, qui passionis tempore divinitatem Domini fassus est, etsi multi tunc temporis apud nos essent illustres genere et nutritores equorum, quique primas in senatu partes obtinerent. Quin et per universam Ecclesiam (cernere est) viros, qui secundum Deum magni sunt, aliis mundana nobilitate conspicuis prælatos.

A ἐπὶ τοῦ πάθους τὴν θεότητα τοῦ Κυρίου ὁμολογήσαντα, πολλῶν ὄντων κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον λαμπρῶν ἐν γένει καὶ ἱπποτρόφων καὶ τοῖς ἐν τῇ συγκλήτῳ πρωτείοις (49) σεμνυνομένων, καὶ κατὰ πᾶσαν δὲ Ἐκκλησίαν [ἰδεῖν ἔστι] τοὺς κατὰ Θεὸν μεγάλους, τῆς κοσμικῆς περιφανείας προτιμηθέντας.

Opportunum autem arbitror, ut in præsenti ad hæc quoque respiciatis, si de antiqua Ecclesiæ vestræ dignitate reparanda solliciti estis. Nil enim vobis notum magis est quam vestræ gentis historiæ, ex quibus apud vos ab antiquis temporibus, priusquam vicina vobis civitas efflouresceret, regiam sedem exstitisse, nullamque aliam præterquam urbem vestram principatum totius provinciæ obtinuisse constat. Et nunc quidem ædificiorum pulchritudo atque magnificentia periit; sed urbis pars, quæ ex civibus constat, utique, quod ad eorumdem tum multitudinem tum præstantiam attinet, pristinum adhuc splendorem retinet. Quapropter maxime decet nil humilius illis quæ vobis suppetunt, bonis (animo concipere), sed par atque dignum urbis vestræ nobilitate in præsenti negotio studium adhibere, ut talem inter cives vestros præpositum tandem invenire possitis, qui se non indignum vestra nobilitate præbeat. Siquidem turpe est ac prorsus (absurdum) navis quidem rectorem eum fieri, qui ejus gubernandæ gnarus non sit; eum vero, qui ad Ecclesiæ clavum sedet, artem ignorare qua secum navigantium animas in Dei portu salvas collocet. Quot (enim) propter rectorum imperitiam naufragia jam (fecerunt) Ecclesiæ? Quis enumerare poterit quæ (nostris oculis observantur) mala, nunquam profecto eventura, si Ecclesiæ peritos aliquos gubernatores habuissent? Quin et fabrilis artis non rudibus, sed gnaris, ferrum ad fabricanda vasa tradimus; igitur et fidelium animæ iis committendæ sunt, qui eas probe sciant, divini Spiritus fervore sublata duritie,

Πρὸς ταῦτα βλέπειν ἐπὶ τοῦ παρόντος οἶμαι δεῖν καὶ ὑμᾶς, εἴ γε μέλλοιτε πάλιν τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν ἀνακαλεῖσθαι ἀξίωμα. Οἴδατε γὰρ παντὸς μᾶλλον τὰ ὑμέτερα διηγήματα, ὅτι ἐξ ἀρχαίου πρὶν τὴν γείτονα (50) ὑμῶν ἐξανθῆσαι πόλιν, παρ' ὑμῖν ἦν τὰ βασίλεια (51), καὶ τὸ προέχον ἐν πόλεσιν B ὑπὲρ τὴν ὑμετέραν οὐκ ἦν· καὶ νῦν (52) ὁ τῶν οἰκοδομημάτων (53) καλλωπισμὸς ἠφανίσθη, ἀλλ' ἡ ἐν τοῖς ἀνθρώποις πόλις, ἐν πλήθει τε καὶ δοκιμοτάτοις [τῶν πολιτῶν] πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐξισοῦται κάλλος. Οὐκοῦν πρέπον ἂν εἴη, μὴ ταπεινότερον τῶν προσόντων ὑμῖν ἀγαθῶν [φρονεῖν (54)], ἀλλὰ συνεπαίρειν τῇ περιφανείᾳ τῆς πόλεως, τὴν περὶ τῶν προκειμένων σπουδὴν, ὡς ἂν τοιοῦτον εὕρητε ἐπὶ τοῦ λαοῦ καθηγούμενον, ὡς μὴ ἀνάξιον ὑμῖν ἐπιδειχθῆναι. Αἰσχρὸν γὰρ ἀδελφοὶ, καὶ παντάπασιν [ἄτοπον, τὸν (55)] μὲν κυβερνήτην μὴ γίνεσθαι, εἰ μὴ τῆς κυβερνητικῆς ἐπιστήμων εἴη· τὸν δὲ ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς Ἐκκλησίας καθήμενον, ἀγνοεῖν ὅπως ἂν τὰς τῶν συμπλεόντων ψυχὰς εἰς τὸν λιμένα τοῦ Θεοῦ καθορC μίσειε. Πόσα [γὰρ γέγονε] δι' ἀπειρίας τῶν καθηγουμένων αὔτανδρα τῶν Ἐκκλησιῶν ἤδη ναυάγια! Τίς ἂν ἐξαριθμήσηται τὰ ἐν ὀ[φθαλμοῖς], μὴ ἂν συμβάντα, εἴ τις ἦν που ἐν τοῖς καθηγουμένοις κυβερνητικὴ ἐμπειρία; ἀλλὰ καὶ τὸν σίδηρον [οὐ τοῖς] ἀτέχνοις, τοῖς δὲ ἐπιστήμοσι τῆς χαλκευτικῆς εἰς τὴν τῶν σκευῶν ἀπεργασίαν καταπιστεύομεν. Οὐκοῦν καὶ τὰς ψυχὰς τῷ καλῶς ἐπισταμένῳ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζέσει καταμαλάσσειν, ἐγχειριστέον, ὃς διὰ τῆς τῶν λογικῶν ὀργάνων τυπώσεως, σκεῦος ἐκλογῆς τε καὶ εὔχρηστον (56) ἕκαστον ὑμῶν ἐπιτελέσειε. Τοιαῦτα ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν ὁ θεῖος Ἀπό-

hujus apud Cæsaream Cappadociæ passi, mentio habetur idibus Martii; sed ipsum Cæsariensis urbis episcopum fuisse, nec martyrologia nec acta ejusdem Longini, ab Hesychio circa Christi annum 429, ut putant, conscripta et a Bollando edita, testantur.

(49) *Πρωτείοις*. Ms. Med. πρώτοις. Mox, *κατὰ πάσας ἐκκλησίας εὕροι τις ἄν*. — Ita emendandum censui Vaticanum cod., in quo scribitur πρώτοις.

(50) Nicæam Bithyniæ urbem intelligit, quæ tunc temporis ad Metropoleos dignitatem jam evecta fuerat, cujus contentiones de primatu cum Nicomediensibus notissimæ sunt viris eruditis.

(51) Antiqui enim Bithyniæ reges apud Nicomediam sedem fixerant; quin et Diocletianus Imperator Nicomediæ sedem posuit, eamque ædificiorum multitudine ac magnificentia urbi Romæ parem reddere conatus est. Vide Lactantium de Mortibus persecutorum cap. 7.

(52) *Καὶ νῦν*, Med. νῦν εἰ καί. Paulo post, δοκιμότητι τῶν οἰκητόρων.

(53) Nicomedia siquidem terræ motu funditus subversa fuit, vicinis urbibus ex parte servatis, Datiano et Cereale coss. anno 368 æræ Christianæ, ut refert Ammianus Marcellinus lib. XVII, cap. 13, Idatius in *Fastis*, Socrates in *Hist. eccl.* lib. II, cap. 39, et Hieronymus in *Chronico*. Vide Libanium in *Monodia* de ejusdem urbis subversione. Sed et reliquam Nicomediam Juliano imperante terræ motu collapsam fuisse idem Ammianus Marcellinus lib. XXI, cap. 31, testatur.

(54) *Φρονεῖν*. Id. ἔχειν τὸ φρόνημα. Mox vero εὕρητε παρὰ τοῦ Θεοῦ.

(55) *Τόν*. Id. τὸν — νεώς.

(56) *Εὔχρηστον*. Med. εὐχρηστίας. Mox τοιαύτην π.

στολος ἐγκελεύεται, διὰ τῆς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῆς πᾶσι νομοθετῶν τοῖς ἀκούουσιν, ἐν οἷς φησι δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι. Ἆρ' οὖν τούτου μόνου τῷ Ἀποστόλῳ μέλει, ὅπως ὁ τῆς ἱερωσύνης προεστηκὼς, τοιοῦτος εἴη; Καὶ τί τοσοῦτον κέρδος, εἰ ἐν ἑνὶ τὸ ἀγαθὸν κατακλείοιτο; Ἀλλ' οἶδεν, ὅτι τῷ προσχόντι (57) συμμορφοῦται τὸ ὑποχείριον, καὶ τὰ κατορθώματα τοῦ καθηγουμένου, τῶν ἑπομένων γίνεται. Ὃ γάρ ἐστιν ὁ διδάσκαλος, τοῦτο καὶ τὸν μαθητὴν ἀπεργάζεται· οὐ γὰρ ἔστι τὸν τῇ χαλκευτικῇ τέχνῃ μαθητευόμενον, ὑφαντικὴν ἐξασκῆσαι, ἢ ἱστουργεῖν διδασκόμενον, ῥήτορα, ἢ γεωμέτρην γενέσθαι· ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ καθηγουμένῳ βλέπει ὁ μαθητὴς, τοῦτο καὶ εἰς ἑαυτὸν μετατίθησι. Διὰ τοῦτό φησι· *Κατηρτισμένος ἔσται πᾶς μαθητὴς, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.*

Τί οὖν, ἀδελφοί; ἆρα δυνατὸν ταπεινόφρονα γενέσθαι, καὶ κατεσταλμένον τῷ ἤθει, καὶ μέτριον, καὶ φιλοκερδείας κρείττονα, καὶ τὰ θεῖα σοφὸν, καὶ πεπαιδευμένον τὴν ἐν τοῖς τρόποις ἀρετήν τε, καὶ ἐπιείκειαν, ταῦτα ἐν τῷ διδασκάλῳ μὴ βλέποντα; Ἀλλ' οὐκ οἶδα πῶς οἷόν τε τὸν κοσμικῶς μαθητευθέντα, πνευματικὸν γενέσθαι. Πῶς γὰρ ἂν μὴ κατ' ἐκεῖνον εἶεν οἱ πρὸς αὐτὸν ὁμοιούμενοι; Τί κέρδος ἐστὶ τοῖς διψῶσι τῆς τοῦ ὑδρείου μεγαλουργίας, ὕδατος ἐν αὐτῷ μὴ ὄντος; κἂν ἐν ποικίλοις σχήμασιν ἡ τῶν κιόνων ἐπάλληλος θέσις ἐπὶ τοῦ ὕψους ἀνέχει (58) τὸν πέτασον, τί μᾶλλον ἂν ὁ διψῶν ἕλοιτο πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν; λίθους εὖ διακειμένους βλέπειν, ἢ κρουνὸν εὑρεῖν, κἂν ἀπὸ ξυλίνου σωλῆνος ῥέῃ, μόνον διειδές τε καὶ πότιμον τὸ νᾶμα προχέοντα; Οὕτως, ἀδελφοί, τοῖς πρὸς τὴν εὐσέβειαν βλέπουσιν, ἀμελητέον ἂν εἴη τῆς ἔξω σκηνῆς, ἢ εἴ τις κομᾷ φίλοις, καὶ καταλόγοις ἀξιωμάτων ἁβρύνεται, καὶ πολλὰς ἐτησίας [προσόδους λαμβάνων, καυχᾶται (59)], καὶ πρὸς τὸ γένος ἑαυτοῦ [ἀφορῶν, μεγαλύνεται (60)], καὶ πανταχόθεν τῷ τύφῳ περιαυτίζεται, τοιοῦτον ἐᾷν, ὡς ξηρὸν ὑδρεῖον, εἴπερ μὴ ἔχοι ἐν τῷ βίῳ τὰ προηγούμενα· ἀναζητεῖν δὲ, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, τῷ λύχνῳ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὴν ἔρευναν κεχρημένοι, *Κῆπος κεκλεισμένος* (61), *καὶ πηγὴ ἐσφραγισμένη*, καθά φησιν ἡ Γραφὴ, ἵνα διὰ τῆς χειροτονίας.... τῷ κήπῳ τρυφῆς (62), καὶ ἀναστομωθέντος τοῦ τῆς πηγῆς ὕδατος, κοινὸν γένηται κτῆμα τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. [Γένοιτο δὲ (63)], καὶ παράσχοι ὁ Κύριος εὑρεθῆναι διὰ τάχους ἐν ὑμῖν τοιοῦτον, ὃς ἔσται σκεῦος ἐκλογῆς, στύλος [Ἐκκλησίας]. Πιστεύομεν δὲ τῷ Κυρίῳ, ἔσεσθαι ταῦτα, εἴπερ ὑμεῖς βουληθείητε διὰ τῆς ὁμονοητικῆς [χάριτος τὸ (64)] ἀγαθὸν συμφώνως ἰδεῖν,

A molles reddere, et qui rationum momentis, ceu malleorum ictibus, unumquemque nostrum in vas electionis, et Domino non inutile valeat efformare. Hujus rei nos rationem habere divinus jubet Apostolus, dum in Epistola ad Timotheum de episcoporum moribus legem, fidelibus cunctis observandam, sancivit, inquiens, oportere episcopum irreprehensibilem esse [9]. Nunquid enim hoc tantum curat Apostolus, ut qui sacerdotio fungitur, talis sit? Ecquod magnum lucrum esset, si uno tantum homine probitas contineretur? Sed plane novit Apostolus, præpositorum moribus subditos conformari, et recta ducis facta, illorum etiam, qui ipsum sequuntur, propria fieri. Etenim qualis est magister, talem et discipulum efficit; nam qui B arti fabrili operam navat, is textor fieri nequit, sicut nec qui texere didicit, rhetor, vel geometra potest evadere; sed quod in magistro observat discipulus, id utique in se imitatione transfert; propterea, inquit Scriptura, *Perfectus erit omnis discipulus, quemadmodum magister ejus* [10].

Quid igitur, fratres? Nunquid humilis, modestus, moderatus, lucro non addictus, divinarumque rerum peritus, et morum probitate, atque mansuetudine præditus, fieri poterit, qui hæc in magistro non conspexerit? Verum non video, quomodo qui mundana tantum didicit, spiritualis evadere valeat. Quomodo enim alicujus formam speciemque non referant, qui ad eumdem sese componunt? Quid prodest sitientibus aquarii magnificentia, si aqua C vacuum sit? Quamvis enim multiformes columnæ concinne dispositæ, fastigium sustollant in altum, quid potius in usum suum sitiens eligeret, lapidesne affabre dispositos intueri, vel fontem invenire, quantumvis ex ligneo canali defluat, solumque pellucidos, et potui gratos latices profundat? Ita, fratres, iis qui pietatem præ oculis habent, nulla ratio habenda esset exterioris speciei, atque pompæ; et si quis amicorum numero effertur, et dignitatum copia superbit, et multis (annuis redditibus fruens, extollitur), et ad genus suum (respiciens, gloriatur), et undequaque fastu intumescit, talem utique hominem missum facere oportet, tanquam siccum aquarium, nisi iis præditus sit moribus, qui primum D in recta vitæ institutione locum obtinent, et spirituali lucerna ad scrutandum adhibita, inquirendus, quantum fieri potest, *Hortus conclusus, et fons obsignatus* [11], quemadmodum, inquit Scriptura, ut (reserato) per ordinationem voluptatis horto, et recluso

[9] 1 Tim. III, 2. [10] Luc. VI, 40. [11] Cant. IV, 12.

(57) *Προσχόντι.* Id. προέχοντι.
(58) *Ἀνέχει.* Med. ἀνέχῃ.
(59) *Ἐτησίας.—καυχ.* Id. ἐτησίους ἀναριθμεῖται προσόδους.
(60) *Ἀφορῶν, μεγαλ.* Id. βλέπων περιογκοῦται.
(61) *Κεκρημένοι. — κεκλεισμένος.* Med. κεχρημένοι εἴ που τίς ἐστι κεκλεισμένος. Mox id. cod. post χειροτονίας lacunam ita supplet, ἀνοιχθείσης ἡμῶν ἐν. Et paulo post, καθόλου ἐκκλ.

(62) Videtur hic legendum supplendumque esse, ἵνα διὰ τῆς χειροτονίας ἀνεῳγμένου τοῦ κήπου τρυφῆς, quam lectionem in versione Latina secutus sum.
(63) *Γένοιτο δέ.* Id. ἡ ἐν ἐκείνῳ χάρις. Paulo post, στύλος τε καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας πιστ.
(64) *Χάριτος τό.* Id. συμπνοίας πρὸς τὸ κοινόν. Mox vero, Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ ἀγαθόν.

aquæ fonte, in communem Ecclesiæ catholicæ utilitatem cedat. (Faxit autem), concedatque Deus, ut quam cito inter vos talis vir inveniatur, qui sit vas electionis, et columna (Ecclesiæ). Confidimus autem in Domino, fore ut hæc accidant, si (gratia), quæ pacem concordiamque fidelibus conciliat, adjuti, ad id quod bonum rectumque est, concorditer animum intendere velitis, vestræ voluntati, Domini nostri voluntatem (et quod ipsi probatur), et placet, quodque perfectum est, præferentes; ita ut recte facta vestra talia sint, quibus et nos (gaudeamus et vos) exsultetis, et universorum Dominus glorificetur, quem decet gloria in sæcula.

A προτιμήσαντες τῶν ἰδίων θελημάτων, τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν [καὶ τὸ αὐτῷ δοκίμιον] καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον, ἵνα κατορθούμενον ἐν ὑμῖν τοιοῦτον ᾖ, ᾧ καὶ ἡμεῖς [χαίρομεν (65), καὶ ὑμεῖς] ἐντρυφήσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῶν ὅλων ἐνδοξασθήσεται, ᾧ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

—

EPISTOLA XVIII.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΗ' (66).

De hac epistola hoc unum tantum conjicere possum, scriptam nempe fuisse, quo tempore Nyssenus ab Ecclesia exsulabat; nam ea de re conqueritur, simulque miserum Ecclesiarum Asiæ statum describit.

Quam pulchra rerum pulchrarum similitudo est, cum expressam primigeniæ venustatis imaginem (servant)! Nam animæ tuæ revera pulchræ expressissimam imaginem vidi in suavissimis tuis litteris, (quas ut) alicubi Evangelium ait [12], ex abundantia cordis tui mellitas reddidisti; quamobrem te ipsum intueri, (tuaque) benevolentia, per comitatem illam, quæ in eisdem litteris elucebat, potiri arbitrabar, easque sæpenumero (in manus) sumens, assidueque percurrens, majore semper earum desiderio (affectus sum); nullaque id agendi satietas erat, quippe quæ, ut in rebus suapte natura pulchris atque egregiis usu evenit, voluptatem ex tuis litteris ortam (excipere, ac terminare neutiquam potest.) Nam nec solis continuus et liber aspectus ejus intuendi cupiditatem minuit, neque valetudinis prosperitas sui desiderium tollit; sic etiam nullam satietatem dari posse credimus ejus voluptatis, quæ ex probitate tua capitur, cujus excellentiam, atque præstantiam sæpe coram, nunc autem etiam per litteras clare cognovimus. Sed quemadmodum affici solent, qui ingentem ex aliqua re sitim contrahunt; ita et nos quo magis tuis bonis explemur, eo magis eorumdem quodammodo siti corripimur. Quod si nullam assentationem, nullamque falsam adulationem dictis hisce nostris inesse censueris, quod profecto facies, cum semper sis erga omnes, ac præsertim erga nos animo, si quisquam alius, liberali et humanitatis pleno, fidem mihi prorsus habebis, tibi diserte affirmanti, tuarum litterarum suavitatem meis oculis, medici cujusdam remedii instar, adhibitam, continuum lacrymarum mearum

B Ὡς καλὰ τῶν καλῶν ἐστι τὰ ὁμοιώματα, ὅταν ἐναργῆ τοῦ πρωτοτύπου κάλλους τὸν χαρακτῆρα [διασώζονται (67)]! Τῆς γὰρ ψυχῆς σου τῆς ὄντως καλῆς εἶδον ἐναργεστάτην εἰκόνα ἐν τῇ τῶν γραμμάτων γλυκύτητι, [ἅπερ, ὥς (68)] φησί που τὸ Εὐαγγέλιον, ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας σου ἐμελίτωσας· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόν σε προσορᾷν, καὶ [τό σου (69)] εὔφρον καρποῦσθαι διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμασι φιλοφροσύνης ἐνόμιζον, καὶ πολλάκις [εἰς χεῖρας] ἐπαναλαμβάνων τὰ γράμματα, καὶ συνεχῶς ἐπιὼν πρὸς μείζονα τῆς ἀπολαύσεως ἐπιθυμίαν [κατέστην (70)], καὶ κόρος τῶν γινομένων οὐκ ἦν. Ὅς, καὶ ὡς ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ φύσιν καλῶν καὶ τιμίων, τὴν ἡδονὴν δια[παύειν οὐ δύναται (71)]. Οὔτε γὰρ τοῦ προσορᾷν τὸν ἥλιον ἡ συνεχὴς μετουσία τὴν ὄρεξιν C ἤμβλυνεν, οὔτε τῆς ὑγείας ἡ διηνεκὴς ἀπόλαυσις τὴν ἐπιθυμίαν ἔστησεν, οὔτε τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἣν κατὰ πρόσωπον (72) πολλάκις, καὶ νῦν διὰ τοῦ γράμματος ἔγνωμεν, δύναμιν (73) πεπείσμεθα μέχρι κόρου προελθεῖν ἀπόλαυσιν. Ἀλλ' οἷόν τι πάσχουσιν οἱ ἔκ τινος περιστάσεως διψῶντες ἀτέλεστα, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅσον ἐμφορούμεθα τῶν σῶν ἀγαθῶν, τοσοῦτο μᾶλλον διψώδεις γινόμεθα. Εἰ δὲ μὴ θωπείαν τινὰ καὶ ψευδῆ κολακείαν τὸν ἡμέτερον λόγον ὑπολήψῃ (πάντως δὲ οὐχ ὑπολήψῃ (74), τά τε ἄλλα τοιοῦτος ὢν, οἷος εἶ, καὶ περὶ ἡμᾶς διαφερόντως, εἰ καί τις ἄλλος, χρηστός τε καὶ γνήσιος), πάντως πιστεύσεις τοῖς λεγομένοις, ὅτι τὴν συνεχῆ τῶν δακρύων ἐπιῤῥοὴν ἡ τῶν D γραμμάτων χάρις, οἷόν τι φάρμακον ἰατρικὸν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγγενομένη, ἀνέστειλε, καὶ προσδοκῶμεν, τῇ τῶν ἁγίων εὐχῶν σου ἰατρείᾳ τὰς ἐλπίδας ἑαυτῶν ἐπερείδοντες, ὅτι τάχα καὶ καθόλου τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς ἡμῶν πάθος ἐξιασθήσεται· ἐπεὶ τό γε νῦν

[12] Matth. XII, 34.

(65) *Χαίρομεν*. Id. ἐγκαυχησόμεθα.
(66) *Ἐπιστ*. In cod. Med. inscripta perhibetur Ὀτρηΐῳ ἐπισκόπῳ Μελιτηνῆς, estque XXI.
(67) *Χαρ. διασώζονται*. Id. χαρακτῆρα καὶ ἐφ' ἑαυτῶν διασώζηται.
(68) *Γλυκ. ἅπερ ὥς*. Id. γλυκ. οἷς ἡμᾶς καθώς.
(69) *Καὶ τό σου εὔφρον*. Id. καὶ τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς εὐφροσύνην. Et mox ὑφ' ἡδονῆς pro εἰς χεῖρας.
(70) *Κατέστην*. Id. ἐξεκαιόμην· et mox non agnoscit ὡς.
(71) *Διαπαύειν οὐ δύναται*. Id. διαλυμαίνεται.
(72) Fortasse legendum, ἧς κατὰ πρόσωπον.
(73) *Δύναμιν*. Id. δυνατὸν εἶναι.
(74) Ita hoc in loco emendandum censui Vaticanum codicem, in quo scribitur, οὐχ ἅπαξ λήψῃ.

A ἔχον, ἐν τοιούτοις ἐσμὲν, ὡς φείδεσθαι τῆς ἀγαπώσης ἡμᾶς ἀκοῆς, καὶ ἐπικρύπτεσθαι σιωπῇ τὴν ἀλήθειαν, ἵνα μὴ πρὸς κοινωνίαν τῶν ἡμετέρων κακῶν τοὺς γνησίως ἡμᾶς ἀγαπῶντας ἐφελκυσώμεθα. Ὅταν γὰρ ἐνθυμηθῶμεν, ὅτι τῶν φιλτάτων ἀπολειφθέντες, ἐν πολέμοις ἀναστρεφόμεθα, καὶ ἃ μὲν καταλιπεῖν ἐβιάσθημεν, τέκνα ἐστὶν, ἃ ταῖς πνευματικαῖς ἡμῶν ὠδῖσι τῷ Θεῷ γεννῆσαι κατηξιώθημεν, [τῷ (75) τῆς ἀγάπης] νόμῳ συνηρμοσμένα [ἡμῖν,] καὶ κακοπαθείαις ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ἐπι [τείνοντα (76)] πρὸς ἡμᾶς τὸ φιλόστοργον· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις οἶκος κεχαριτωμένος, ἀδελφοὶ, συγ[γενεῖς, ἑταῖροι,] συνήθεις, φίλοι, ἑστία, τράπεζα, ταμεῖον, στιβὰς, τὸ βάθρον, ὁ σάκκος, ἡ [συνουσία (77)], τὸ δάκρυον, ἃ ὡς ἔστι γλυκέα, καὶ διὰ συνηθείας ὅσον B ἐράσμια, οὐδὲν δεῆ (78)... εἰδότες σε γράψαι. Τὰ δὲ ἀντ' ἐκείνων, ἵνα μή τι ἐπαχθὲς λέγειν δόξω, πάντα [κατὰ σαυτὸν (79)] σκόπησον. Πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς ὢν, πάλιν τοῦ ζῆν ἄρχομαι [μανθάνειν τε] ἀναγκάζομαι τὴν εὐδοκιμοῦσαν νῦν τῶν ἠθῶν ποικιλίαν, ὀψιμαθὲς κακότροπος..... τῆς (80) πανουργίας γινόμενος, ὡς ἐρυθριᾶν ἀεὶ τῇ ἀφυΐᾳ τοῦ πράγματος (81). Οἱ δὲ ἀντιτεταγμένοι τῇ διδασκαλίᾳ τῆς σοφίας ταύτης, εἰσὶν ἱκανοὶ (82) καὶ φυλάξαι, ὃ ἔμαθον, καὶ ἐφευρεῖν, ὃ οὐκ ἔμαθον· [τοιγαροῦν] πολεμοῦσι, πόῤῥωθεν ἀκροβολίζοντες, ἐπὶ παρατάξεως καταπυκνοῦσι τὴν φάλαγγα, κατὰ τὸ [πρόσφορον αὐτοῖς] προλογίζονται (83), ταῖς ὑπερβολαῖς προκατέχουσι, τοὺς συμμάχους ἑαυτοῖς πανταχόθεν προσπεριβάλλονται. Πολὺς δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἀκαταγώνιστος τῇ C δυνάμει ὁμα[ρτεῖ δόλος (84)], εἰς στρατηγίαν προβεβλημένος, ὥσπερ τις ἀγωνιστὴς περιδέξιος, διπλῇ τῇ χειρὶ τοῦ ἰδίου στρατοῦ προμαχόμενος, πῇ μὲν δασμολογῶν τοὺς ὑποχειρίους, πῇ δὲ βάλλων (85) τοὺς προστυγχάνοντας. Εἰ δὲ καὶ τὴν εἴσω ἡμῶν διαγωγὴν ἐξετάζοις, εὑρήσεις ἄλλα τοιαῦτα· οἰκίδιον πνιγηρὸν, κρυμῷ, καὶ ζόφῳ, καὶ στενοχωρίᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις καλοῖς εὐθηνούμενον, βίον ὑπὸ πάντων μωμοσκοπούμενον, φωνὴν, καὶ βλέμμα, καὶ ἱματίου περιβολὴν, χειρός τε κίνησιν, καὶ ποδῶν ποιὰν στάσιν, καὶ πάντα πολυπραγμονούμενα· καὶ εἰ μὴ δασὺ ἆσθμα διὰ πολλοῦ προχεόμενον, καὶ εἰ μὴ συνεχὴς διαδίδοται στεναγμὸς σὺν τῷ ἄσθματι, καὶ εἰ μὴ διεκπίπτει τῆς ζώνης ἡμῶν τὸ χιτώνιον (86), D καὶ αὐτὸ δὲ τὸ μὴ κεχρῆσθαι τῇ ζώνῃ, καὶ εἰ μὴ

A profluvium repressisse, nosque præterea spem omnem nostram in tuarum precum medela collocantes, plane confidere, fore ut quam cito, hic animæ nostræ morbus penitus profligetur, cum cæteroquin quod ad præsens tempus attinet, in eo statu res nostræ sitæ sint, ut amicorum auribus parcendum, et veritas silentio occultanda nobis sit, ne in malorum nostrorum consortium eos, qui nos vere diligunt, pertrahamus; cum scilicet animo nostro perpendimus, nos charissimis atque jucundissimis rebus destitutos, in bellis versari, et eos quos deserere coacti sumus, filios esse, quos per spirituales nostros dolores Deo parere dignati fuimus, quique (dilectionis vinculo nobiscum) conjuncti erant, et difficillimis persecutionum temporibus, B quantumvis gravibus ærumnis vexati, suæ tamen erga nos benevolentiæ (majorem semper cumulum addiderunt); ac præterea domus unice dilecta, fratres (consanguinei, sodales), familiares, amici, focus, mensa, cella penaria, stragulus, scamnum, saccus (mutua colloquia), lacrymæ, quæ omnia quam dulcia sint, et quantum propter consuetudinem sui desiderium excitent (supervacaneum erit nos dicere), cum sciamus te id etiam in tuis ad nos litteris commemorare; quæ autem horum nobis loco successere, ne quid molestum dicere videar, tute ipse considera. Ad extrema vitæ redactus, rursus quodammodo vivere incipio, (atque discere) cogor probatam nunc omnibus morum versutiam, C discipulus improbæ (hujus) calliditatis sero factus, ita ut nunquam non rei turpitudinem erubescam. At adversarii hanc sapientiam edocti, et servare quod didicerunt, et quod nondum sciunt, facile adinvenire possunt: longe itaque jaculantes, acriter pugnant, phalangem inter prœliandum addensant, ad (suam tantum utilitatem) præfantur, exaggerationibus audientium animos præoccupant, auxiliaribus sociis undequaque stipantur. Insignis autem, idemque insuperabilis (dolus ipsos comitatur), in eorum exercitus ducem designatus, tanquam ambidexter quidam pugnator, prima in acie, utraque manu decertans, et hac quidem tributa ex sibi subditis colligens, illa vero obvios quos- D que vulnerans. Quod si ea, quæ ad privatæ vitæ nostræ rationem pertinent, quæras, alia hujusce-

(75) *Τῷ τῆς ἀγάπης ... συνηρμοσμένα ἡμῖν.* Id σύμβιος νόσῳ, συνηρμοσμένη κινδύνοις. — Vide an hæc, et proxime sequens lacuna sic melius expleri possit, κατηξιώθημεν, ἃ καὶ ἡμῖν νόμῳ συνηρμοσμένα ἀγάπης, καὶ κακοπαθείαις ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ἐπιτείνει πρὸς ἡμᾶς τὸ φιλόστοργον.

(76) *Ἐπιτείνοντα.* Id. ἐπιδειξαμένη. Et mox, οἰκεῖοι pro ἑταῖροι.

(77) *Συνουσία.* Id. γωνία· ἡ προσευχή. Paulo post, δεήσομεν πρὸς εἰδότα σε γράφειν.

(78) Locus iste ita supplendus esse videtur, ut legamus, οὐδὲν δεήσει ἡμᾶς λέγειν, εἰδότας σε γράψαι, vel potius, σοι γράψαι.

(79) *Πάντα κατὰ σαυτόν.* Id. πάντα ὡς ἄλλως ἔχει. Mox μανθάνειν absque τε.

(80) *Ὀψιμαθὲς κακότροπος .... τῆς.* Id. ὀψιμαθὴς κακοτροπίας καὶ τοιαύτης. — Videtur hic locus ita restitui debere, ὀψιμαθὴς κακοτρόπου ταύτης τῆς πανουργίας γινόμενος.

(81) Videtur loqui Nyssenus de Macedonianis; nam similia de eisdem habet Basilius in libro *De Spiritu sancto*, capite ultimo, ubi miserum Ecclesiarum orientis statum fuse describit.

(82) *Τῇ διδασκαλίᾳ ... ἱκανοί.* Id. διδάσκαλοι τῆς σοφίας εἰσὶν ἱκανοὶ ταύτης. Paulo ante, ὡς καὶ .... ἐν.

(83) *Τοιγαροῦν .... πρόσφορον αὐτοῖς προλογίζονται.* Id. συστάδην .... ἀφανὲς προλοχίζονται.

(84) *Ὁμαρτεῖ δόλος.* Id. ὁ μαμωνᾶς.

(85) *Βάλλων.* Id. ἄλλων. Et mox, ἐν ἴσῳ pro εἴσω.

(86) Ita emendandum censui Vaticanum codicem, in quo legitur, καὶ εἰ μὴ διεκπίπτει τῆς ζωῆς ἡμῶν τὸ χιτώνιον.

modi invenies; domunculam ita arctam, ut pene A suffocet, et algore, tenebris, angustia, omnibusque aliis id genus bonis abundantem; vitam omnium censuris, et reprehensionibus obnoxiam, vocem, oculorum contuitum, vestitum, manus motum, et pedum posituram, qualis nempe sit, cæteraque omnia curiose nimis observata; et nisi gravem sæpius anhelitum edas, eique perpetua adjungas suspiria, e zona tunica diffluat, vel et ipsum zonæ usum negligas, ac denique sinistrorsum pallium decidat, hæc, inquam, omnia ni fiant, belli adversus nos occasio oritur, et hisce de rebus singuli quique viri, populi, ipsæque solitudines, et provinciarum fines ad pugnam adversus nos concitantur. Verum nec perpetuo felices prorsus, fortunatique, nec omnino miseri esse possumus, quandoquidem contrariis eventibus omnium, ut plurimum, vita temperatur. At si tua benevolentia nobis, Deo juvante, jugiter præsto sit, tantam malorum multitudinem, atque molem sustinebimus, ea spe freti, fore ut tandem aliquando tua probitate perpetuo nobis frui liceat. Hæc itaque nobis impertiri nunquam desinas, quibus et nobis non parum solatii affcres, et promissam in divinis mandatis mercedem, largiorem tibi comparabis (88).

περιῤῥέοι κατὰ τὸ πλάγιον ἡμῶν ἢ διπλοῖς, ταῦτα πάντα μὴ γινόμενα, πολέμου τοῦ (87) πρὸς ἡμᾶς ὑπόθεσις γίνεται, καὶ ἐπὶ τούτοις κατ' ἄνδρας, καὶ δήμους, καὶ ἐσχατιὰς, πρὸς τὴν καθ' ὑμῶν μάχην συνίστανται. Ἐπειδὴ οὐκ ἔστι διὰ πάντων πράττειν καλῶς, ἢ κακῶς· μέμικται γὰρ ὡς ἐπιπολὺ διὰ τῶν ἐναντίων πᾶσιν ὁ βίος· εἰ δὲ τὸ σὸν ἡμῖν κατὰ Θεοῦ χάριν διηνεκῶς παρείη, ὑποίσομεν τὴν τῶν ἀηδῶν δαψίλειαν, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ τῆς σῆς ἀγαθότητος διὰ παντὸς μετέχειν. Μή ποτε οὖν παύσαιο τοιαῦτα χαριζόμενος, δι' ὧν καὶ ἡμᾶς ἀναπαύσεις, καὶ σαυτῷ τὸν ἐπὶ ταῖς ἐντολαῖς μισθὸν πλείω παρασκευάσεις.

—

EPISTOLA XIX (89).

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΘ'.

Cujusdam Joannis antistitis (uti in fine epistolæ manifeste significatur) epistolæ respondens, de iis quæ Joannes sciscitabatur, conscribere aut quidquam inquirere tum posse se negat, otii inopiam excusans, acerbissimasque calamitates quibus premebatur: quas enumeratione prosequitur a quadam sorore exorsus; ad quam post diuturnum tempus intuendam cum longum ingressus esset iter, vix conspectam tertia die mortem occumbentem amisit, cui deinde justa fecit. Rerum sacrarum Galatarum clades exponit; Iberorumque legationes; ut eorum, mortuo antistite, curam gerat; et Sebastenorum, ut adversarum sectarum incursionibus obsistat. Iberæ antistitem designatum se declarat invitum; motasque in sacris eorum rebus seditionum turbas indicat. Babyloniorum dissensiones, moresque perditissimos enarrat. Tandem epistolam concludit Joanni pollicens obsecuturum se ei et fidem liberaturum, si aut tempus habeat aut ad ipsum is adeat.

Epistola ad quemdam Joannem de quarumdam rerum argumentis; ac de actione, et instituto vitæ cujusdam sororis suæ Macrinæ. B

Novi quosdam pictores inutilem illam ambitionem gratificari aspectu valde turpibus amicis; in eorum, ut sua imago pingatur, animo propensorum formam pictura immutando: contrarium quidem quid facientes, quam ipsi vellent: in quibus enim picturæ imitatione naturam propemodum corrigere volunt pulchre, multumque floridis coloribus; quod formæ injucundum est sub tabula occultantes effigiem ita permutant. Illis sic profecto non lucrum est ullum flava coma et profunda; incurvata in fronte, atque circumfulgens; et ille, qui in labiis flos, et qui super genas rubor; palpebrarumque orbis, et oculorum radius; atque nigrore illucentia C supercilia; ac in superciliis frons coruscans; et si quid aliud tale formæ conficit opportunitatem. Etenim si a natura ea non habeat; cuicunque pictorum propositus is sit, ut pictura simuletur; nil prorsus utilitatis ex hujusmodi benevolentia consequetur. Eodem modo id evenire mihi videtur, si quis propter amicitiam ei quem adamat, laudum

Ἐπιστολὴ πρός τινα Ἰωάννην περί τινων ὑποθέσεων· καὶ περὶ τῆς διαγωγῆς, καὶ καταστάσεως τῆς τοιαύτης ἀδελφῆς αὐτοῦ Μακρίνης.

Οἶδα τινὰς τῶν ζωγράφων φιλοτιμίαν ἀνόνητον χαρί εσθαι τοῖς εἰδεχθεστέροις τῶν φίλων, ἐν τῷ μεταγράφειν τὴν μορφὴν εἰς εἰκόνα προθυμουμένων, ἐναντίον δέ τι ποιούντων ἢ βούλονται· ἐν οἷς γὰρ διορθοῦνται δῆθεν τῇ μιμήσει τὴν φύσιν τοῖς εὐανθεστέροις τῶν χρωμάτων, τὸ τῆς μορφῆς ἀηδὲς ἐπὶ τοῦ πίνακος κρύπτοντες, τὸν χαρακτῆρα παραλλάττουσιν. Ὡς οὖν ἐπ' ἐκείνων κέρδος οὐκ ἔστιν οὐδὲν κόμη ξανθὴ καὶ βαθεῖα, ἐπικυρτουμένη τῷ μετώπῳ καὶ περιστίλβουσα, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ χείλους ἄνθος, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς παρειᾶς ἐρύθρημα, βλεφάρων τε κύκλος, καὶ ἀκτὶς ὀμμάτων, καὶ ὀφρύες ἐν τῷ μέλανι στίλβουσαι, καὶ ἐπιλάμπον τῇ ὀφρύϊ μέτωπον· καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο τὴν τῆς μορφῆς ὥραν συναπεργάζεται, (ἐὰν γὰρ μὴ παρὰ τῆς φύσεως ἔχῃ τοιαῦτα ὁ τῷ ζωγράφῳ προτεθεὶς εἰς τὴν μίμησιν, οὐδὲν ἀπώνατο τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας)· τὸν αὐτὸν τρόπον δοκεῖ μοι, εἴ τις ὑπὸ φιλίας ἐπαίνων ὑπερβολὰς τῷ ἀγαπωμένῳ χαρίζοιτο, καὶ ἀναπλάσσει τῷ λόγῳ μὴ οἷός ἐστιν, ἀλλ' οἷον εἶναι προσήκει τὸν ἐν παντὶ τὸ τέλειον ἔχοντα,

(87) *Πολέμου τοῦ.* Id. πολεμούντων. Paulo post, καθ' ἡμᾶς.

(88) Hactenus ex editione et interpretatione Laurentii Zacagni.

(89) Sequentes epistolas septem Græce primus edidit et Latinas fecit J. B. Caraccioli. (Galland. *Biblioth.* VI, 624.)

τῷ μὲν λόγῳ τὸν ὀρθὸν βίον ἐτυπώσατο, τὸν δὲ φίλον οὐ μᾶλλον ἐσέμνυνε ταῖς τῶν ἐπαίνων ὑπερβολαῖς, ἢ διήλεγξεν ἀντιφθεγγόμενον διὰ τοῦ βίου τῷ λόγῳ, καὶ ἄλλον δεικνύμενον ἢ οἷος νομίζεται. Τί οὖν ὁ λόγος μοι βούλεται; Εἶδον ἐν τοῖς γράμμασι τῆς ἀγάπης σου οἷον ἀνδριάντα τινὰ πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀπηκριβωμένον, ᾧ ὄνομα ἦν ἐγώ· ἐμὲ γὰρ ἐδήλου τὸ γράμμα. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ βίῳ ἐγὼ τῷ ἐμαυτοῦ κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν ἐνιδὼν, ἔγνων ἐμαυτὸν πάμπολυ κεχωρισμένον τῆς διὰ τοῦ λόγου γραφῆς· σὲ μὲν ἀπεδεξάμην καὶ διὰ τούτων τὸ φιλάγαθον δείξαντα. Δι' ὧν γὰρ τοιοῦτον εἶναι νομίσας, τοσοῦτον ἠγάπησας, ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν τῆς τῶν τρόπων σου πεποίησαι δεξιότητος. Ὡς οὐδεμίαν ἄλλην τοῦ ἀγαπᾷν ἀφορμὴν πλὴν τὴν ἀρετὴν, ἧς καὶ ἡμῖν τι μετεῖναι νομίζων, ἐν τοῖς γνησιωτάτοις τῶν φίλων ἔχεις. Διὸ καλῶς ἔχειν ᾠήθην δι' ἐμαυτοῦ μᾶλλον τὸ ἐμαυτοῦ γινώσκειν, ἢ ταῖς ἑτέρων μαρτυρίαις παράγεσθαι· κἂν ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀληθεῖς ὦσιν οἱ μάρτυρες. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ παροιμιώδης λόγος παρεγγυᾷ· ἑαυτῶν ἐπιγνώμονας γίνεσθαι, τοὺς μέλλοντας κατὰ τὸν ἔξωθεν λόγον ἑαυτοὺς γινώσκειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἂν μὴ δοκοίην αὐτῷ τῷ παραιτεῖσθαι τὸν ἔπαινον, τῶν ἐπαίνων κατειρωνεύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ διεκελεύσω λόγους τινὰς περὶ τῶν ἡμῖν ζητουμένων πονήσαντα ὠφελῆσαί τι τὸ κοινὸν διὰ τῆς τοιαύτης σπουδῆς· γίνωσκε τοσοῦτον ἡμᾶς μετεσχηκέναι σχολῆς, ὅσον μικροῦ δεῖν ἐκεῖνος, περὶ οὗ φησί τις τῶν προφητῶν ὅτι συμπλακεὶς λέοντι, καὶ μόγις διεκδὺς τὸ χάσμα, καὶ τὴν τῶν ὀνύχων ἀκμὴν, καθ' ὃ μέρος ᾤετο φεύγειν, ἔλαθε κατὰ στόμα τῆς ἄρκτου γενόμενος. Εἶτα διαδρὰς σὺν ἀγῶνι πολλῷ καὶ τοῦτον τὸν κίνδυνον, καὶ πρὸς τὸν τοῖχον ἑαυτὸν ἀναπαύων, ἐνέδρᾳ καὶ δήγματι ὄφεως συνηνέχθη. Τοιαύτη τις γέγονε τῶν συμπεπτωκότων ἡμῖν ἀνιαρῶν ἡ συνέχεια. Καὶ οὕτως ἐπάλληλοι τῶν λυπηρῶν αἱ διαδοχαὶ ἀεὶ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐπιγενομένων, μικρὰ τὰ φθάσαντα δοκεῖν εἶναι παρασκευάζουσαι. Εἰ δὲ μὴ φορτικόν ἐστι λύπην τοῖς ἀγαπῶσι χαρίσασθαι τοῖς σκυθρωποῖς διηγήμασιν, ἐκθήσομαί σοι δι' ὀλίγου τὴν κακὴν ἱστορίαν. Ἦν ἡμῖν ἀδελφὴ τοῦ βίου διδάσκαλος, ἡ μετὰ τὴν μητέρα μήτηρ, τοσαύτην ἔχουσα τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν, ὥστε πύργον ἡμῖν ἰσχύος εἶναι, καὶ ὅπλον εὐδοκίας, καθώς φησιν ἡ Γραφὴ, καὶ πόλιν περιοχῆς καὶ πᾶν ἀσφαλείας ὄνομα, διὰ τὴν προσοῦσαν ἐκ τοῦ βίου αὐτῇ πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Ὤκει δὲ τοῦ Πόντου τὰ ἔσχατα, τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων ἑαυτὴν ἐξοικίσασα. Χορὸς ἦν περὶ αὐτὴν παρθένων πολύς. Ἃς αὐτὴ διὰ τῶν πνευματικῶν ὠδίνων γεννήσασα, καὶ εἰς τελείωσιν διὰ πάσης ἐπιμελείας προάγουσα, τὴν τῶν ἀγγέλων ἐμιμεῖτο ζωὴν ἐν ἀνθρωπίνῳ τῷ σώματι. Οὐκ ἦν διάκρισις ἐν αὐτῇ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ἀλλὰ καὶ νὺξ ἐνεργὸς ἐν τοῖς τοῦ φωτὸς ἔργοις ἐδείκνυτο, καὶ ἡμέρα τὴν νυκτερινὴν ἡσυχίαν τῷ ἀταράχῳ τῆς ζωῆς ὑπεκρίνετο. Φωνῆεν ἦν αὐτῇ διὰ παντὸς χρόνου τὸ οἴκημα, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ταῖς ψαλμῳδίαις περιηχούμενον. Εἶδες

A exsuperantias gratificetur, et ipsum sermone effingat, non qualis est, sed qualem esse decet eum, qui, quod omnino perfectum est, obtinet. Oratione quidem rectam illius vitam is figurat; amicum vero ea laudum superlatione non magis veneratione dignum reddet, quam redarguet orationi vita contradicentem; et alium sese ostendentem, quam qualis existimatur. Quid igitur sibi vult meus sermo? Vidi in litteris charitatis tuæ qualis statua quædam summa diligentia erat ibi elaborata: cui nomen eram ego. Me etenim manifeste indicabat epistola. At deinde, uti in speculo, in meimet ipsius vita omni diligentia ego me inspiciens, cognovi me ipsum omnino ab eo scripto propter illum sermonem distare atque recedere; te vero perspicue
B sensi eum, qui vel propter hæc probitatis amorem et studium commonstrares: per quæ etenim me talem esse existimans tantum amasti; instituti tui solertiæ declarationem fecisti evidentissimam; ut nullam aliam amore complectaris facultatem præter virtutem: cujus et nobis quidquam partis esse judicans, inter omnium maxime legitimos amicos nos habes. Bene idcirco esse putavi ex memet ipso magis, quæ in me ipso sunt, dignoscere, quam aliorum testimoniis seduci, etsi in aliis omnibus veri ipsi sint testes: hoc enim et proverbialis sermo pronuntiat: Sui ipsius exploratores fiant illi, qui se ipsos noscere debent juxta ea, quæ ab externis sibi dicuntur. At vero hæc non ideo quidem narrata sint, ac si, cum laudem recusem,
C mihi videar a tuis laudibus per dissimulationem illusus. Quoniam autem cohortatus es, ut quædam de iis quæ a nobis quæsisti dicam ipse, qui hujusmodi opera et studio publicum quidquam juvare elaboro: scito tanti otii expertes nos esse, quantum ferme ille, ut haberet ille, de quo quidam prophetarum dixit [13]: quod cum leone complicatus, et ægre inde evadens, per quam partem putabat oris hiatum ungularumque cuspidem fugere, per eam inscius atque imprudens ursæ os prope fuit. Deinde et ex hoc periculo magno cum certamine dilapsus, atque secus murum se ipsum requiescens, cum insidiis et morsu serpentis collatus est. Talis quædam nobis facta est acerborum casuum
D continuatio: et ita mutuæ tristium rerum, exsuperantia semper advenientium, successiones videntur post parva præcedentia esse paratæ. Si autem grave non est, molestiam eis qui adamantur, in tetricis narrationibus gratificari, miseram historiam tibi paucis exponam. Soror erat nobis vitæ magistra; quæ post matrem nobis mater, tantum habebat ad Deum interiorem accessum, ut et turris nobis esset fortitudinis et bonæ voluntatis armatura, sicuti ait Scriptura [14], et urbs munitionis, et omne tutelæ nomen; propter eum qui ipsi ex ejus vita aderat, accessum ad Deum. Incolebat autem Ponti extrema, cum ex hominum

[13] Amos. v, 19. [14] Psal. LX, 3; V, 13; XXX, 23; CVII, 11.

convictu prorsus emigrasset. Chorus erat circum ipsam virginum multus. Quas ipsa spiritali partu genitas ad morum quoque perfectionem omni cura adducebat, angelorum vitam in humano corpore imitata. Nullum in ea discrimen erat noctis, et diei. Sed et nox lucis operibus operosa ostendebatur; et dies nocturnam quietem nullis vitæ turbis simulabat. Vocale habebat ipsa omni tempore domicilium, noctu interdiuque sacris cantibus circumsonans. Videres rem vel sub oculis incredibilem: carnem propria non quærentem; ventrem, prout ex ejus demolitione suspicamur, a suis propriis appetitionibus vacantem; lacrymarum guttas ad potus mensuram exercitas; os omnino legem meditans; auditum divinis rebus vacantem; manum ad mandata jugiter mobilem. Et quanam ratione quis sub aspectum rem adducere possit sermonis descriptionem prorsus superexcedentem?

A ἂν πρᾶγμα καὶ ὀφθαλμοῖς ἀπιστούμενον, σάρκα μὴ ζητοῦσαν τὰ ἴδια· γαστέρα, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως ὑποπτεύομεν, πρὸς τὰς οἰκείας ὁρμὰς κατηργημένην· δακρύων λιβάδας πρὸς τὸ τῆς πόσεως μέτρον ἐξησκημένας· στόμα μελετῶν διόλου τὸν νόμον· ἀκοὴν τοῖς θείοις σχολάζουσαν· χεῖρα πρὸς τὰς ἐντολὰς ἀεικίνητον. Καὶ πῶς ἄν τις ὑπ' ὄψιν ἀγάγοι πρᾶγμα ὑπερβαῖνον τὴν διὰ τῶν λόγων γραφήν;

Postquam igitur a vobis ad Cappadoces primum constiti, quædam de ea auditio nos perturbavit. Decem adhuc dierum intermedia via erat. Et cum hanc omnem, quantum fieri potuit, festinatione perfecissem, ad Pontum adsum: et inspexi, et inspectus fui. At vero quemadmodum si quis per meridiem iter habens sole corpore circumseptus, ad quemdam fontem accurrens, prius quam aquam attingat, prius quam linguam refrigeret, confestim, ipsi exsiccato fonte, pulverem effectam aquam inveniat; ita et ipse, cum eam quam exoptabam, quæ matris loco mihi et magistræ et boni omnis erat, anno decimo cernerem, prius quam desiderium expleretur, tertia die illi parentavi, et inde diverti. Hujusmodi mihi fuerunt primi patriæ post reditum meum ex Antiochia ingressus. Deinde antequam hæc in me decoqueretur calamitas, accolæ Ecclesiæ meæ Galatæ consuetum ipsis hæresum morbum compluribus in meæ Ecclesiæ locis latenter subserentes, certamen mihi præbuerunt non exiguum, ut omnino Dei ope ægre valuerim ex animi afflictione vita servari. Postea ad hæc alia. Ibora civitas est ad Ponti confines habitata, ad nos ex antiquo tempore, et ad salubrem fidem propensa. Cum vero ille qui ad ejus curam invigilabat, recens e vita excesserit, ab universo populo legationes ad nos mittebantur, ne ipsam despectam haberemus manibus adversariorum proditam dilacerandam. Hinc lacrymæ, casus, gemitus, precationes. Omnia hæc ea sunt, per quæ nobis præsentium malorum facta est consectatio. Ubi autem circa Pontum eramus, et circa locum illuc pertinentem ipsorum Ecclesiæ curam susceperimus, Dei opera et auxilio simul adjuncto, statim ibi assequuntur nos similis generis legationes, a Se-

B Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπέστην παρ' ὑμῶν τοῖς Καππαδόκαις, εὐθύς τις ἡμᾶς ἀκοὴ περὶ αὐτῆς διετάραξε. Δέκα ἦν ἡμερῶν διὰ τοῦ μέσου ὁδός· καὶ ταύτην πᾶσαν διὰ τῆς ἐνδεχομένης ἐπείξεως διανύσας, γίνομαι κατὰ τὸν Πόντον· καὶ εἶδον, καὶ ὤφθην. Ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις διὰ μεσημβρίαν ὁδεύων καταφραγεὶς τῷ ἡλίῳ τὸ σῶμα ἐπί τινα κρήνην ἀναδραμὼν, πρὶν ἐπιψαῦσαι τοῦ ὕδατος, πρὶν καταψύξαι τὴν γλῶσσαν, ἀθρόως αὐτῷ τῆς πηγῆς ὑποξηρανθείσης, κόνιν εὕροι τὸ ὕδωρ γενόμενον· οὕτω καὶ αὐτὸς ἐνιαυτῷ δεκάτῳ τὴν ἀντὶ μητρός μοι καὶ διδασκάλου καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ποθουμένην ἰδὼν, πρὶν ἀποπληρῶσαι τὸν πόθον, ἡμέρᾳ τρίτῃ κηδεύσας ὑπέστρεφον. Ταῦτά μοι τῆς πατρίδος μετὰ τὴν ἐπάνοδόν μου τὴν ἐξ Ἀντιοχείας τὰ εἰσιτήρια. Εἶτά μοι πρὶν καταπεφθῆναι τὴν συμφορὰν, οἱ C πρό[σ]χωροι τῆς ἐμῆς Ἐκκλησίας Γαλάται, τὸ σύνηθες αὐτοῖς περὶ τὰς αἱρέσεις ἀῤῥώστημα, πολλαχοῦ τῆς ἐμῆς Ἐκκλησίας κατὰ τὸ λεληθὸς ὑποσπείραντες, ἀγῶνα παρέσχον οὐ μικρὸν, ὥστε πανταχοῦ διὰ Θεὸν μόγις ἐξίσχυσα περιγενέσθαι τοῦ πάθους. Εἶτα ἐπὶ τούτοις ἄλλα· Ἴβωρα πόλις ἐστὶ (90) τοῖς ὁρίοις τοῦ Πόντου κατῳκισμένη, ἔχουσα πρὸς ἡμᾶς ἐξ ἀρχαίου καὶ πρὸς ὑγιαίνουσαν πίστιν ἐπιῤῥεπῶς. Καὶ τοῦ ἐπισκοποῦντος αὐτὴν προσφάτως ὑπεξελθόντος τὸν βίον, πανδημεὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπρεσβεύσαντο, μὴ περιϊδεῖν αὐτὴν ἔκδοτον ταῖς χερσὶ τῶν ἐναντίων σπαρασσομένην. Δάκρυα, προσπτώσεις, οἰμωγαὶ, ἱκετηρίαι, πάντα τὰ τοιαῦτα δι' ὧν ἐγένετο ἡμῖν ἡ τῶν παρόντων κακῶν ἀκολουθία. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγενόμεθα κατὰ D τὸν Πόντον, καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα τῆς παρ' αὐτοῖς Ἐκκλησίας ἐπιμελήθημεν (91) συνεργίᾳ Θεοῦ· εὐθὺς ἡμᾶς ἐπὶ τοῦ τόπου καταλαμβάνουσιν ὁμοιότροποι πρεσβεῖαι παρὰ τοῦ πλήθους τῶν Σεβαστηνῶν, φθάσαι τὴν τῶν αἱρετικῶν ἐπιδρομὴν ἀξιούντων. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις σιωπῆς ἄξια, καὶ στεναγμῶν ἀλαλή-

(90) *Ἴβωρα πόλις ἐστί.* Quæ sit hujusmodi civitas, satis Nyssenus definit. De ea apud geographiæ scriptores mentionem nullam propriam inspexi. Nisi si ea Iborea Hellenoponti civitas est, quæ a Constantino Porphyrogenn. *Them.* 2. memoratur: cujus urbis antistes Pantophylus subsignavit decretis concil. Constantinopolit. I. Namque ipsa a Justiniano *Novell.* 28, et ab Hierocle Ibora nominatur. Et Hellenopontus, seu Helenopontus dicitur et Pontus: imo pars etiam Ponti putatur a nonnullis. Quare non obstare videtur, quo minus ea sit; quod Gregorius in Ponti confinibus ponat.

(91) *Ἐπιμελήθημεν.* Juxta grammaticam legendum ἐπεμελήθημεν. Pariter superius, ubi est ἐπίστην, emendandum id est τῷ ἐπέστην, aut ἐφίστην, propter eamdem rationem. Advertendum vero codicem hunc non raro negligere augmenta hæc verborum. Ubi vero paucis retro vocibus adest καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα, substituendum in deficientis vocis vicem τὸ *locum*: et sæpe præpositio κατὰ delectus hujusmodi ita supplendos subire solet.

των, καὶ κατηφείας διηνεκοῦς, καὶ πένθους τὴν ἐκ τοῦ χρόνου λύσιν οὐκ ἀναμένοντος. Τὰ μὲν γὰρ λοιπὰ τῶν κακῶν τῷ προσεθισμῷ ῥᾷον οἱ ἄνθρωποι φέρουσι· τὰ δὲ ἐνταῦθα προϊόντι τῷ χρόνῳ ταῖς ἐφευρέσεσι (92) τῶν ἀηδεστέρων συναύξεται. Ἀλλὰ γὰρ γίνομαι μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων τῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο συγκεκλημένων, ὡς ψήφους ὑπὲρ χειροτονίας δεξάμενος, ἡ ψῆφος δὲ ἥμην ἐγώ. Καὶ ἠγνόουν (93) ὁ δείλαιος τοῖς ἐμαυτοῦ πτεροῖς ἁλισκόμενος. Στάσεις ἐπὶ τούτοις, ἀνάγκαι, δάκρυα, προσπτώσεις, φυλακαί, τάγμα στρατιωτικὸν, καὶ αὐτὸς ὁ ἐπιτεταγμένος αὐτοῖς κόμης (94) καθ' ἡμῶν στρατηγῶν, καὶ τὴν τοῦ ἡγεμόνος δυναστείαν ἐφ' ἡμᾶς κινῶν, καὶ πᾶσαν ἀφορμὴν πρὸς τὴν τυραννίδα τὴν καθ' ἡμῶν συναγείρων. Ἕως ἐνέφηκεν ἡμᾶς (95) τοῖς Βαβυλωνίοις κακοῖς· παρ' οἷς τοσαύτη τις γέγονεν ἡ περὶ τὴν πίστιν τῶν ἀνθρώπων ἐκ παλαιῶν χρόνων διαφορὰ, ὥστε αὐτοῖς ἐνσκιρωθῆναι τὴν νόσον, καὶ ἀδιάλυτον (96) εἶναι· καὶ μάχεσθαι πρὸς τοὺς θεραπεύειν ἐπιχειροῦντας τὸ πάθος. Βαθεῖς γὰρ ἄλλως ὄντες, καὶ τὴν γλῶσσαν πλέον ἢ βάρβαροι, δασεῖς τε τὴν φωνὴν καὶ θηριώδεις· τὴν δίαιταν κατὰ τὰ δολερὰ τῶν θηρίων τῇ πρὸς τὸ κακὸν εὐμηχανίᾳ οὕτως ἐξήσκηνται, ὡς μηδὲν αὐτοῖς εἶναι τὸν Ἀρχιμήδην· μᾶλλον δὲ, Σίσυφον, ἢ Κερκύωνα, ἢ Σκείρωνα, ἢ εἴ τινας τοιούτους ἄλλους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἀκούομεν. Τὸ μὲν γὰρ ψεῦδος πάσης ἀληθείας ἐστὶν αὐτοῖς ἑτοιμότερον. Οὕτω δὲ ἐπιθαρσοῦσιν ὑπ' ἀναισχυντίας τῷ ψεύδεσθαι, ὡς οὐδὲ τοῦ ἀληθεύειν οἱ περὶ τοῦτο σφοδροί. Καὶ τὸ ἐλεγχθῆναι παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις κακοῖς, ἀφορμὴ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμήσεως γίνεται· ὕβρις τε καὶ θρασύτης καὶ ἀναισθησία, καὶ ἡ τῶν λεγομένων δυσωδία πολιτισμὸς εἶναι, καί τις τοιαύτη φιλοκαλία νομίζεται. Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα, φεύγοντες τὴν ἀμετρίαν τῆς ἐπιστολῆς, ἐξεθέμεθα, ὡς ἂν μὴ ῥᾳθυμίαν ἡμῶν καταγινώσκοις τὸ λογογραφεῖν ἐπὶ ταῦ (97) νῦν ἀναβαλλομένοις. Ἀλλ' εἴ σοι πάντως

A bastenorum multitudine adeuntes, æquum esse censentium, ut hæreticorum incursionem anteverteremus. Sed quæ ad hæc consequuntur, silentio digna sunt, et ploratibus inenarrabilibus, continentique mœrore et luctu, qui remissionem a tempore minime præstolatur. Nam reliqua malorum assuetudine quidem facile homines ferunt; quæ autem hic sequuntur cum invasionibus acerbiorum rerum, præcedenti tempori aucta cumulantur. Etenim cum reliquis consisto antistitibus ad hoc ipsum negotium convocatis, uti qui suffragia de antistite designando susciperem, et suffragium inter nos latum ipse fueram, ac ignorans miser meimet ipsius captus sum alis. Seditiones posthæc, aversi durique casus, lacrymæ, terrores, custodiæ, acies militaris, et ipse constitutus eis comes sum, exercitum contra nos ipsos ducens; potestatemque ducis adversus ipsos nos movens, et omnem congregans opportunam materiam ad regnum contra nos excitandum. Interim ad Babylonensium clades adversa fortuna nos immisit: apud quos tanta quædam circa fidem ab ea, quæ erat hominum antiquorum temporum, facta est differentia, ut morbus prorsus in ipsis obduruerit; sitque indissolubilis: adeo ut affectio prava adversus curationem aggredientes pugnet. Cum enim ingenio sint incassum profundi; lingua vero plus quam barbari; vocemque densam habentes et ferinam; vivendi rationem juxta ferarum dolos astuta ad malum arte talem exercent, ut nihil præ ipsis Archimedes, plus dicam, Sisyphus sit, aut Cercyon, Scironque, aut si quos alios tales in historiis audimus. Mendacium autem omni magis veritate in promptu est ipsis; et tali impudentia in mentiendo confidunt, ut tantum in veritate non fidant loquenda qui in ea vehementer occupantur. Et apud ipsos in maximis improbitatibus redargui, occasio apud multos fit bonæ

(92) Ἐφευρέσεσι. Græcum scriptum habet ἐφεύρεσιν, ἐφεύρεσις τῶν κακῶν, adinventio malorum; τῶν ἐκκλησιαστῶν, et sacrorum scriptorum vocabulum, quod valet incursio, invasio cladium, et male intelligeretur τὸ *mala quæ inveniunt nos* sacri libri, pro *mala quæ reperiunt nos*. Est enim mala, quæ invadunt nos: licet, *nos invenire mala*, esse possit, *nos reperire mala*. Vado, et venio eodem sensu accipi posse interdum quis nescit? Dico tamen, rarissimum esse *invenio* (ἐφευρίσκω, *reperio*) pro *invado*, Græce, et Latine, est ἐπέρχομαι (venio in), *invado*.

(93) *Καὶ ἠγνόουν*. Iborensis igitur antistes quoque fuit hic Gregorius. Quod nunc primum historicis ex hac Epistola innotescet; cum antea hoc nulli posteritatis memoriæ commendatum ab ipsis fuerit. Ex sacra vero historia jam satis noscitur antistites creari non raro aliorum antistitum suffragiis.

(94) *Κόμης*. Κόμης, apud Hesychium, et Suidam, est princeps, dux, præfectus. Meminit hujus vocabuli Eustathius, scribens hoc nomine dici a recentioribus auctoribus quem antiqui ναύαρχον dicebant. Meminit et illius *Etymologicon*. At libentissime ad sententiam H. Stephani pedibus eo, Græcos recentiores mutuatos esse illud ex Latinis. Nos ducem interpretati sumus juxta ejus propriam significationem, et Hesychii, Suidæque expositionem, et juxta loci sententiam.

(95) *Ἕως ἐνεφῆκεν ἡμᾶς*. Deest casus rectus: et supplemento necessarie explendus erat in versione; aut codex judicandus hic mutilus, et hians. At vero vix possum adduci, ut ita scripsisse Nyssenum credam. Quæ enim ista locutio est sine recto casu? Profecto ne Cappadoces quidem bubulci ita locuti forent; nedum tantus, et tam ἀκριβής, Libanii discipulus, et eloquentiæ ditissimus. Sed o utinam esset tam facile verum invenire, quam falsum arguere; imo tam facile hariolari! Usus supra est etiam voce πρόσπτωσις· quæ non adest in priscis scriptoribus. Sed est πτῶμα aut πτῶσις. Quid tum? Nonne pro nihilo id habendum? Item etiam nondum perierat tum lingua: quare aliquam aliquantulum novam vocem sumere probe poterat. Licuit, semperque licebit: modo tamen, dices, licentia sumpta pudenter.

(96) *Ἀδιάλυτον*. Liber habet διάλυτον. At lege ἀδιάλυτον. Nescio an alterius veteris Græci sacri auctoris scripta miseriorem sortem subierint, quam D. Gregorii Nysseni, in quampluribus mendis perferendis.

(97) *Τοῦ*. Scribe τοῖς· quid sit hic illud τοῦ non intelligo.

existimationis; violentiaque, et audacia, et stultitia, et præfatorum malus odor gerendæ reipublicæ facultas esse putatur, talisque quidam honestatis amor et studium. Hæc tibi e multis pauca exposuimus, epistolæ immoderationem evitare volentes: itaque ne pigritiam condemnes nostram in historia de iis conscribenda, quæ modo rejecta dici differuntur. At vero si tibi plane in animo est nos in hisce occupari, te ipsum nobis aliquando, et maxime tempus ea in unum colligendi utendum præsta, si non te magis civitatis, quam dilectionis nostræ lotus dulcedine afficiat. Quod si te tenent, quæ adversus nos valent, audio enim et universam Ecclesiam tuam illis eisdem detineri, satis bene nobiscum simul pugnabis, dissolutionem quamdam malorum fieri nobis a Deo deprecatus. Et cito, Deo dante, si unquam hujusmodi otium nanciscamur, inutiles publice nequaquam apparebimus.

A καταθύμιόν ἐστιν ἐν τούτοις ἡμᾶς ἀσχοληθῆναί ποτε, χρῆσον ἡμῖν σεαυτὸν, μάλιστα καὶ τοῦ συναγαγεῖν χρόνον, ἐὰν μή σε πλέον τῆς ἡμετέρας ἀγάπης ὁ λωτὸς (98) καταγλυκαίνῃ τῆς πόλεως. Εἰ δέ σε κρατοίη τὰ καθ' ἡμᾶς (ἀκούω γὰρ ἔχεσθαί που πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν), ἱκανῶς ἡμῖν συμμαχήσεις, λύσιν τινὰ τῶν κακῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι ἡμῖν ἐπευξάμενος. Καὶ τάχα, Θεοῦ διδόντος, εἴποτε τύχοιμεν τοιαύτης σχολῆς, οὐκ ἀσυντελεῖς τῷ κοινῷ φανησόμεθα.

—

EPISTOLA XX.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Κ'.

Hortos quosdam, Vanotas dictos, arte et natura mire decoros, in Galatia positos scito politioreque stylo describit. Halym fluvium, et nemus quoddam roboribus eleganter consitum ante illos invenisse se dicit; Reynque silvam, et venustate præcellentem vineam, racemis præcoci uva gravibus redundantem. De ædibus, et sacello deinceps verba habet. Tum turres in hortorum introitu exstare, apparataque convivia secus proceras platanos ante januam narrat; circaque ædes alios hortos jucundissimos, agri cultionis proposito terra obsequente. Posthac piscinam festivorum piscium vidisse se scribit, ad pueri cujusdam manus tactum, ejus arbitrio, adeuntium: dein porticum quamdam intrasse lacunæ imminentem; et porticum describit, piscesque lacunæ ludibundos. Tandem obsonia et fructus nuntiat ad ipsos a domus curatoribus comportatos; seque, cum dormitum secessisset, epistolam scripsisse.

Ad Adelphium scholasticum.

Hanc tibi epistolam ex sacris Vanotis (si non injuria locum afficio indigenarum nomine appellatum) exaravi. Injuriam me loco inferre dixi, quandoquidem cognomine nihil ille concinni habet, et tanta loci gratia minime quidem Galatica hac appellatione præ se fertur: at oculorum hoc ministerium est, qui gratiam et decorem interpretentur. Quæ enim a me multa, et apud multos jam fuerunt spectata, quæ vero multa per orationum etiam descriptionem in historicis veterum enarrationibus cognita, ea omnia quantaque inspexi et quanta audivi, præ iis quæ ibi sunt, venustis rebus judicata nugas duco. Nihil prorsus locus ille Heliconum. Fabulæ insulæ Beatorum, parvaque quædam res campus, qui est in Sicyoniis; atque altera quædam poetica jactantia, quæ de Peneo fluvio enarrata: quem dicunt diviti fluento ultra ripas e late-

B *Πρὸς Ἀδέλφιον σχολαστικόν.*

Ἐκ τῶν ἱερῶν Οὐανωτῶν (εἴγε μὴ ἀδικῶ καλῶν ἐπιχωρίως τὸν τόπον) ταύτην σοι τὴν ἐπιστολὴν διεχάραξα. Ἀδικεῖν δέ φημι τὸν χῶρον· ὅτι μηδὲν ἔχει γλαφυρὸν ἐπωνυμίᾳ. Καὶ ἡ τοσαύτη τοῦ τόπου χάρις οὐ συνεμφαίνεται τῷ Γαλατικῷ τούτῳ προσρήματι· ἀλλ' ὀφθαλμῶν ἐστι χρεία τῶν ἑρμηνευόντων τὴν χάριν. Πολλὰ γὰρ ἐγὼ, καὶ παρὰ πολλοῖς ἤδη τεθεαμένος, πολλὰ δὲ καὶ διὰ τῆς τῶν λόγων ὑπογραφῆς ἐν τοῖς διηγήμασι τῶν ἀρχαίων κατανοήσας, λῆρον ἡγοῦμαι τὰ πάντα ὅσα τε εἶδον, καὶ ὅσα ἤκουσα συγκρίσει τῶν τῇδε καλῶν. Οὐδὲν ἐκεῖνος ὁ Ἑλικών· μῦθος τῶν Μακάρων αἱ νῆσοι (99)· μικρόν τι χρῆμα τὸ πέδον τὸ Σικυώνιον· κόμπος τις ἄλλος ποιητικὸς τὰ κατὰ τὸν Πηνειὸν διηγήματα· ὅν φασι πλουσίῳ C τῷ ῥεέθρῳ τὰς ἐκ πλαγίων ὄχθας ὑπερχεόμενον, τὰ πολυύμνητα (1) Τέμπη τοῖς Θετταλοῖς ἀπεργάζεσθαι. Τί γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν παρ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων,

(98) *Λωτός*. Metaphora allata a loto, herba dulcedine multa perfusa, et grata bobus; et quam comedentes deserere nunquam vellent: et quidem Ulyssis socii degustata redire ad navem respuebant, verberibus ad reditum tantum adacti. Hom. *Oduss.* ix. Hinc adagium, *Lotum gustavit*.

(99) *Μακάρων αἱ νῆσοι.* Apud Thucydidem adest quidem μακάρων νῆσος, *Macaron nesos*, insula Beatorum; ἀκρόπολις Thebarum in Bœotia. Herodotus quoque Mus. 3 testatur regionem Græca lingua Μακάρων νῆσον nuncupatam. In qua posita urbs Oasis septem dierum itinere distans Thebis Ægyptiis. Sed Pomponius Mela ii, 7, Μακάρων νήσους memorat, et designat; duas nominis causas præbens; quorum sola prima Nysseni sententiæ congruit: et certo convenientior rei videtur ob nomen loci. *Extra*, ait ille, *Hellespontum, earum* (insularum) *quæ Asiaticis regionibus adjacent, clarissimæ sunt Tenedos, Sigæis adversa littoribus; et* (eæ) *quo dicentur ordine, ad promontorium Tauri montis oppositæ; quas quondam dici putavere* μακάρων; *sive quod fortunati admodum cœli, solique sint; sive quod eas suo, suorumque regno Macar occupaverat.* His accedit Diodorus Siculus lib. v. Et sane multo plures olim sic vocabantur insulæ; fortasse et illæ quæ modo *Fortunatæ* appellantur; et multæ Oceani. Rursus Creta, Cyprus, Leuce; aliaque in continente sita loca *Insularum Felicium* nomen, testimonio Hoffmanni, consecuta sunt. Omnes vero hujusmodi insulas, ob terræ opportunitatem magnam, et voluptarias delicias indicandas, ita esse appellatas necesse est, eaque ratione illas usurpat Nyssenus.

(1) *Πολυύμν.* Idem ac πολύμνητος· sed melius dicitur eo modo.

οἷον ἡμῖν ἡ Οὐανώτα τοῖς οἰκείοις ἐπεδείξατο κάλλος; A Εἴτε γάρ τις τὴν φυσικὴν ἐπιζητοίη τοῦ τόπου χάριν, ἀπροδεής ἐστι τῶν ἐκ τῆς τέχνης καλῶν· εἴτε τὰ ἐκ τῆς ἐπιτεχνήσεως προσγινόμενα βλέποι, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστιν, ὡς καὶ φύσεως δύνασθαι δυσκληρίαν νικῆσαι. Ἃ μὲν γὰρ ἡ φύσις τῷ τόπῳ χαρίζεται, τῇ ἀκατασκεύῳ χάριτι τὴν γῆν ὡραΐζουσα, τοιαῦτά ἐστι· Κάτωθεν ποταμὸς Ἅλυς ταῖς ὄχθαις καλλωπίζων τὸν τόπον· οἷόν τις ταινία χρυσῆ διὰ βαθείας ἁλουργίδος ὑποστίλβει, διὰ τῆς ἰλύος ἐρυθραίνων τὸ ῥεῖθρον. Ἐκ δὲ τοῦ ἄνωθεν μέρους ὄρος ἀμφιλαφές τε καὶ λάσιον, μακρᾷ τῇ ῥαχίᾳ παρατείνεται, δρυσὶν ἁπανταχόθεν κατάκομον, ἄξιον Ὁμήρου τινὸς ἐπιτυχεῖν ἐπαινέτου, μᾶλλον ἢ τὸ Νήριτον ἐκεῖνο τὸ Ἰθακήσιον· ὅ φησιν ὁ ποιητὴς ἀριπρεπές τε εἶναι καὶ εἰνοσίφυλλον. B Ἐπικατιοῦσα δὲ πρὸς τὸ πρανὲς ἡ αὐτόματος ὕλη τοῖς ἀπὸ τῆς γεωργίας κατὰ τὴν ὑπώρειαν συνάπτεται. Εὐθὺς γὰρ ἄμπελοι διηπλωμέναι κατὰ τὰ πλάγιά τε καὶ ὕπτια καὶ κοῖλα τῆς ὑπωρείας, οἷον ἱμάτιόν τι χλοερὸν τῇ βαφῇ πάντα τὸν ὑποκείμενον χῶρον ἀπολαμβάνουσι. Προστίθησι δὲ τῇ ὥρᾳ καὶ ὁ καιρὸς, θεσπέσιόν τι χρῆμα τῶν βοτρύων ὑποδεικνύς. Ὃ δὲ καὶ μᾶλλον εἰς ἔκπληξιν ἦγεν· ὅτι, τῆς γείτονος χώρας ἐν ὄμφακι τὸν καρπὸν δεικνύσης, ἐνταῦθα κατατρυφᾷν ἐξῆν τῶν βοτρύων· καὶ κατ' ἐξουσίαν ἐμφορεῖσθαι τῆς ὥρας. Εἶτα πόρρωθεν ἡμῖν οἷόν τις πυρσὸς ἐκ φρυκτωρίας μεγάλης ἡ τῶν οἰκοδομημάτων χάρις ἐπέλαμπεν. Ἀριστερὰ μὲν εἰσιόντων ὁ εὐκτήριος (2) οἶκος τοῖς μάρτυσιν ἡτοιμασμένος· οὔπω μὲν τὸ τέλειον τῆς δομήσεως C ἔχων, ἀλλ' ἔτι τῷ ὀρόφῳ λειπόμενος, λάμπων δὲ ὅμως. Κατευθὺ δὲ ἦν τῆς ὁδοῦ τὰ τῆς οἰκήσεως κάλλη, ἄλλο πρὸς ἄλλο τι τῶν κατὰ τρυφὴν ἐπινενοημένων μεμερισμένα. Πύργων προβολαὶ καὶ συμποσίων παρασκευαὶ ἐν εὐρυχώροις τε καὶ ὑψορόφοις στίχοις, πρὸ τῶν θυρῶν στεφανοῦντες τὴν εἴσοδον (3). Εἶτα περὶ τοὺς οἴκους οἱ Φαιακοὶ κῆποι· μᾶλλον δὲ, μὴ ὑβριζέσθω τῇ πρὸς ἐκεῖνα συγκρίσει τὰ Οὐανώτων κάλλη. Οὐκ εἶδεν Ὅμηρος τὴν ἐνταῦθα μηλέαν τὴν ἀγλαόκαρπον (4), πρὸς τὴν τοῦ ἰδίου ἄνθους χροιὰν τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς εὐχροίας ἐπανιοῦσαν. Οὐκ εἶδε τὴν ὄγχνην λευκοτέραν τοῦ νεοξέστου ἐλέφαντος.

ribus transfusum, valde memorata Tempe Thessalis efficere. Quid enim tale est apud singula ex dictis, qualem nobis Vanota venustatis speciem propriis bonis demonstravit? Si quis enim naturalem inquirat loci gratiam et elegantiam, nulla ratione prorsus artificiosæ pulchritudinis is est indigens. Si vero quæ ex artis inventione proficiscuntur intueri velit, talia tantaque sunt, ut vel ipsius naturæ miseram sortem possent vicisse. Sed quæ natura, imparato decore terram opportune pulchram reddens, loco gratiose concessit, sunt ejusmodi. Deorsum Halys fluvius, ripis venuste locum exornans; qui, haud aliter quam quædam aurea tænia per prolixam purpuream vestem collucet: limo profluentem rubicundo inficit colore. Ex superiori autem parte mons magnoque ambitu comprehensus, densusque longo dorso protenditur, undevis quercubus comatus, Homericum aliquem laudatorem assequi dignus, magis quam Neritum illud Ithacense, quod dicit Poeta decore præstans esse, et immane frondosum. Demissa vero ad proclive sponte silva cum iis quæ a terræ opere prodeunt, juxta montis latus colligatur. Et recta via vites et oblique, et sublime, et ex cava ipsius montis parte mutuo implicatæ, universum subjectum locum quasi tinctura viridem quamdam vestem intercipiunt: addebatque multum venustati vel ipsa temporis opportunitas, ingentes res racemorum ostendens. Quod autem magis etiam in stuporem agebat erat, quod, finitima terra acerbos adhuc fructus commonstrante, hic licebat uvis deliciari, et omni licentia speciosa illa venustate exsaturari. Ex longinquo deinde qualis quædam flamma ex magna emicans elevata face, ædificiorum gratia et pulchritudo nobis affulsit. Sinistra vero introeuntibus sacella cernebantur pro martyribus parata: non quidem structura perfecta, sed adhuc tecto destituta, nihilominus illustria. Rectaque via elegantiæ ædium erant, alteræ post alteras quodammodo secundum quarumdam inventionum delicias dispertitæ: turrium eminentiæ, et conviviorum apparatus, in præcelsis platanorum ordinibus, spatioque latis, ante januas ingressum coronantes. Dein circa ædes Phæacenses horti, sed amplius: noninjuria cum Vanotorum pulchritudinibus agitor illarum comparatione. Non vidit Homerus

(2) *Εὐκτήριον*. Quidam mala Latinitate verterunt *Oratorium*; et vulgo ita profertur. Nobis libuit *Sacrario* magis uti; quæ vox licet non consonet Græco vocabulo, cui magis congruere videtur oratorium; εὐκτήριον enim derivat ab εὐχή· omnino tamen convenit rei. Oratorii Latina vox vix æneæ ætatis usu recipi posset: tumque in nostræ sacræ doctrinæ rebus tolerabilior redderetur. Sed maxime adhibita fuit ferreo, et luteo ævo. Potuisset et proferri Lararium pro εὐκτηρίῳ eadem ratione; sed non modo profana, verum etiam fallacis religionis obsistebat vox. Προσευχή, quæ est precatio, valere etiam potest idem ac εὐκτήριον· et ita locus, in quo Judæi cogebantur ad sacras preces, et obsecrationes, vocabatur. Quare, cum ipsi, et eorum omnia despectui haberentur, Juv. Sat. III, dixit: *Ede ubi consistas; in qua te quæro proseucha*, contemptus causa.

D (3) *Στεφανοῦντες τὴν εἴσοδον*. Στεφανοῦντες habet codex: at legendum στεφανοῦσαι.

(4) *Ἀγλαόκαρπον*. Non modo Homerum citat, et ejus sententias usurpat in hac epistola et alibi Nyssenus; verum et profert verba quoque ipsa; quod hic effecit, τὴν μηλέαν nuncupans ἀγλαόκαρπον, uti eam appellavit Homerus *Odyss.* lib. VII, vers. 115, et lib. XI. vers. 588. Qua de re in Homeri lectione exercitatior et versatus profecto est ille ducendus. Actum plane agerem, si ostendendum susciperem, in poetis et cæteris profanis scriptoribus operam et studium bene collocasse majores nostros sacrarum Litterarum magistros et veteres Patres; neque non assiduum, aut minime vehemens: secus memoriæ dicta tradidisse ii non potuissent tam facile, et sine cunctatione præsentia, ut scribenti prono alveo decurrerent.

eam quæ hic inclytorum fructuum malus erat, ad excellentiam optimi coloris supra proprii floris colorem elata. Non vidit silvestrem pirum expolito recens ebore candidiorem.

At quid quis narret Persicæ pomi variam multiplicemque speciem ex alteris commistam, atque compositam? Sicuti enim hircocervos pingunt ac hippocentauros aliaque ejusmodi ex longe dissitis una mista, qui vel supra ipsam naturam sapiunt; ita et ex hujusmodi pomo aliam ad amygdalum, aliam ad nucem, ad doracinam persicum alteram insertam cum secundum nomen, tum juxta gustum ab arte violenter imperata effecit natura. Et ad hæc omnia, multitudo quoque e singulis præter venustatem ostendebatur; verum et in plantatione dispositio, numerosaque illa pictura. Re vera etenim pictoris magis, quam agricolæ miraculum appellares. Quo pacto autem desiderio eorum qui hæc ita disposuerunt, natura facile fuerit obsecuta, non puto fieri posse ut sermone ostendatur. Sub arbustivas quidem vites semita et jucunda illa umbra ex racemis præstita; novaque, e lateribus, ramis rosarum, et palmitibus vitium, quæ mutuo implexæ innexæque vice parietum etiam erant aditum ad transversas partes struentium, muri effecta structura. Sed illam ad curriculi hujus summum aquæ piscinam, inque ipsa enutritos pisces quis valeat pro dignitate oratione demonstrare? Inter hæc autem omnia, liberali quadam benevolentia, qui domicilii curam agebant generositatem tuam sedulo commemorarunt, demonstraruntque; singulatim, quæ tua opera elaborata fuerunt, ostendentes; ac si tibi ipsi per nos rem facerent gratam. At hic quidam adolescentulus, quasi aliquis præstigiator, spectaculum ostendit nobis non nimis naturæ suetum. Quandoquidem ad fundum descendens pro libera potestate quos ex animi sententia volebat, sustollebat pisces; et illi ad piscatoris attactum non tanquam ad peregrinam sedem adibant; veluti quidam mansueti catuli, quos cicures manus artis periti subjectosque sibi haberet. Posthac me ad quasdam ædes deduxerunt propemodum ut requieturum. Ædes enim ostendebat nobis ingressus; at cum intra januam fuimus, non domus excepit nos, verum porticus. Porticus autem sublime pen-

A Τί δ' ἄν τις εἴποι τῆς Περσικῆς ὀπώρας τὸ ποικίλον τε καὶ πολυειδὲς, καὶ ἐξ ἑτερογενῶν συμμεμιγμένον καὶ σύνθετον; Ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς τραγελάφους καὶ ἱπποκενταύρους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες ἐκ διαφόρων, καὶ τὴν φύσιν παρασοφιζόμενοι γράφουσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὀπώρας ταύτης· τὸ μὲν πρὸς ἀμυγδαλῆν, τὸ δὲ πρὸς κάρυον, ἕτερον δὲ πρὸς τὸ δοράκινον (5) κατά τε τὸ ὄνομα καὶ τὴν γεῦσιν μεμιγμένον τυραννηθεῖσα παρὰ τῆς τέχνης ἡ φύσις ἐποίησε. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ ἐφ' ἑκάστῳ πλῆθος ὑπὲρ τὸ κάλλος ἐδείκνυτο. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῇ φυτείᾳ διάθεσιν, καὶ τὴν εὔρυθμον ζωγραφίαν ἐκείνην. Ἀληθῶς γὰρ γραφέως μᾶλλον ἢ γεωπόνου τὸ θαῦμα. Οὕτω τῇ ἐπιθυμίᾳ τῶν ταῦτα διατιθέντων ἡ φύσις εὐκόλως ἐπηκολούθησεν, οὐκ οἶμαι δυνατὸν εἶ-
B ναι διὰ λόγων ἐνδείξασθαι. Τὴν δὲ ὑπὸ τὰς ἀναδενδράδας ὁδὸν καὶ τὴν γλυκεῖαν ἐκείνην ἐκ τῶν βοτρύων σκιάν· καὶ τὴν καινὴν ἐκ πλαγίων τειχοποιίαν, ῥόδων ὄρπηξι καὶ κληματίσιν ἀμπέλων ἀλλήλαις συνδιαπλεκομένων, καὶ ἀντὶ τοίχων διατειχιζόντων τὴν ἐπὶ τὰ πλάγια πάροδον· τήν τε κατὰ τὸ ἄκρον τοῦ τοιούτου δρόμου (6) κολυμβήθραν τοῦ ὕδατος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους ἰχθύας, τίς ἂν ἐνδείξαιτο πρὸς ἀξίαν τῷ λόγῳ; Ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι μετά τινος ἐλευθερίου φιλοφροσύνης, οἱ τὴν οἰκίαν ἐπιτροπεύοντες τῆς εὐγενείας σου κατὰ σπουδὴν περιηγοῦντο, καὶ ὑπεδείκνυον, τὰ καθέκαστον τῶν σοι πεπονημένων ἐπιδεικνύμενοι, ὡς ἂν αὐτῷ σοὶ δι' ἡμῶν χαριζόμενοι. Ἔνθα καί τις τῶν νεανίσκων, καθάπερ τις θαυματο-
C ποιὸς, ἐπεδείξατο ἡμῖν θέαμα μὴ λίαν ἐπιχωριάζον τῇ φύσει. Καταβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βάθος κατ' ἐξουσίαν ἀνῃρεῖτο τῶν ἰχθύων τοὺς κατὰ γνώμην· κἀκεῖνοι πρὸς τὴν ἐπαφὴν τοῦ ἁλιέως οὐκ ἐξενίζοντο, οἷόν τινες χειροήθεις σκύλακες τιθασσοὶ ὄντες τῇ χειρὶ τοῦ τεχνίτου καὶ ὑποχείριοι. Εἶτά με παρῆγον ἐπί τινα οἶκον δῆθεν ὡς ἀναπαυσόμενον. Οἶκον γὰρ ἐνεδείκνυτο ἡμῖν ἡ εἴσοδος. Ἀλλ' ἐντὸς τῆς θύρας γενομένους ἡμᾶς οὐχὶ οἶκος, ἀλλὰ στοὰ διεδέξατο. Ἡ δὲ στοὰ μετέωρος ἦν, λίμνῃ βαθείᾳ ἐκ πολλοῦ τοῦ ὕψους ἐπηωρημένη (7). Προσεκλύζετο δὲ τῷ ὕδατι ἡ κρηπὶς ἡ τὴν στοὰν ἀνέχουσα τριγώνῳ τῷ σχήματι, οἷόν τι

(5) *Ἕτερον δὲ πρὸς τὸ δοράκινον.* Δοράκινον Περσικὴν, arborem Persicam doracinam non inveni apud quamplurima λεξικὰ Græce memoratam. Nova igitur vox erit. Et quanquam Græci hac plantæ specie nunquam fortasse caruerint, tamen aliis vocabulis eam expresserint, necesse est. Persica igitur duracina sunt, quæ dura sunt carne, Plin. lib. v, cap. 12, sicuti uvæ duracinæ, quæ firma, et dura sunt cortice, vel duris acinis; id. lib. xiv, cap. 1. Augustus eas maxime appetebat; vescebaturque vel dum essedo veheretur. Verba enim ipsius in ejus Epistolis sunt: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi.* Sueton. *Aug. vit* cap. 76. Recte vero ejus generis arborem duracinam appellavit Gregorius; et optime dici id potest Græce ob duritiem. Quoniam δοῦρον est lignum; unde ἐτυμολογίαν habet *durus* Latine. Quare vide ne *duracina* dicta sit, et non *doracina*, veluti est in codice, a
D Gregorio. Latine quidem *duracinum*, non *doracinum* dixerunt. Animadverte autem in his enarrandis, arbores a Nysseno significari, non fructus: in arboribus enim, non in illis, insitiones efficiuntur.

(6) *Δρόμου.* Calles igitur hortorum, pomariorum, Italice *viali*, Græce *curricula* dicuntur; quæ Italice *corsi*; item etiam *corridoi*: quales majores, et longiores porticus, excelsæ etiam, interdum, in nonnullis ædibus modo nuncupantur. Nam curriculus est parvus currus; curriculum, locus, in quo curritur; vel ipsum currendi officium: teste Charis. Sed incertum id est: maxime quia in pluribus casibus obliquis differentia apud auctores conspici nequit. Et adverte hic τοιοῦτος pro *hic*; nisi sit pro τοσοῦτος, dignitatem loci exprimens; quod difficile dicenti assentirer.

(7) *Ἐπηωρημένη·* Legito ἐπῃωρημένη. Scripti codices iota subscripta ut plurimum aspernantur.

A προπύλαιον τῆς ἔνδον τρυφῆς. Κατ' εὐθείας γὰρ ἐπὶ τὰ ἐντὸς οἶκός τις τὴν τοῦ τριγώνου προβολὴν διεδέχετο, ὑψηλὸς τὸν ὄροφον, πανταχόθεν ταῖς τοῦ ἡλίου ἀκτῖσι περιλαμπόμενος, γραφαῖς ποικίλαις διηνθισμένος. Ὥστε ἡμᾶς περὶ τὸν τόπον τοῦτον λήθην μικροῦ δεῖν τῶν προλαβόντων ποιήσασθαι. Ὁ οἶκος πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο· ἡ στοὰ πάλιν ἐπὶ λίμνῃ ἴδιόν τι θέαμα ἦν. Οἱ γὰρ βέλτιστοι ἰχθύες ὥσπερ ἐξεπίτηδες τοὺς χερσαίους ἡμᾶς διαπαίζοντες, ἐκ τῶν βυθῶν ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἀνενήχοντο, οἷόν τινες πτηνοὶ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀέρος κατασκιρτῶντες. Ἡμιφανεῖς (8) γὰρ γινόμενοι, καὶ διακυβιστῶντες τὸν ἀέρα, πάλιν εἰς τὸν βυθὸν κατεδύοντο. Ἄλλοι δὲ κατ' ἀγέλας στοιχηδὸν ἀλλήλοις ἑπόμενοι, θέαμα τοῖς ἀήθεσιν ἦσαν. Ἦν δὲ ἰδεῖν ἑτέρωθι ἄλλην ἰχθύων ἀγέλην (9) βοτρυδὸν περὶ τρύφος ἄρτου πεπυκνωμένους, καὶ ἄλλον B ὑπ' ἄλλου παρωθουμένους, καὶ ἕτερον ἐφαλλόμενον, καὶ ἄλλον ὑποδυόμενον. Ἀλλὰ καὶ τούτων ἐποίει λήθην ἐν κλημάτισι, καὶ ταλάροις ὁ βότρυς ἡμῖν εἰσκομιζόμενος, καὶ ἡ ποικίλη τῆς ὀπώρας φιλοτιμία, καὶ ἡ τοῦ ἀρίστου παρασκευὴ, καὶ τὰ ποικίλα ὄψα καὶ καρυκεῖαι καὶ πέμματα, καὶ φιλοτησίαι (10) καὶ κύλικες. Ἐπεὶ οὖν ἤδη κατὰ τὸν κόρον πρὸς ὕπνον κατεφερόμην, παραστησάμενος τὸν ὑπογράφοντα ταύτην, σοῦ τῇ λογιότητι καθάπερ ἐνύπνιον τὴν ἐπιστολὴν ἀπελήρησα. Εὔχομαι δὲ μὴ διὰ χάρτου καὶ μέλανος, ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς ἐμαυτοῦ φωνῆς τε καὶ γλώττης τὰ παρὰ σοὶ καλὰ (11), σοί τε αὐτῷ καὶ τοῖς ἀγαπῶσί σε διὰ παντὸς διηγεῖσθαι.

dens erat, profundæ lacunæ e multa altitudine impendens, proluebaturque aqua, quæ circum porticum, crepida, triangulari figura consurgens; veluti quoddam vestibulum interiorum deliciarum. Recta enim ad interiores partes quædam ædes trianguli prominentiam suscipiebant; quæ excelsæ, solis spiculis circa tectum undecunque micabant, variis picturis efflorentes; ita ut circa hunc locum parum abfuerit, quin oblivionem præceptarum voluptatum nos faceremus. Domus ad se ipsam trahebat. Porticus rursus in suo stagno peculiare quoddam erat spectaculum. Optimi enim pisces studio in terra positos nos ludificantes, ex fundo ad superficiem enatabant, quasi quidam volucres, qui et illic in aere exsultarent; dimidia autem parte conspicui facti, perque æra in caput saltitantes, rursus gurgitis altum subibant. Alii autem gregatim ordine alios insequentes mira spectatio erant nobis talium insuetis. Cernere vero erat alibi alium piscium gregem, racematim ad panis frustum condensatum; et alium, qui propulsabatur ab alio; alterum vero supra insilientem, illum autem succumbentem. Sed et horum oblivionem effecit in palmitibus, et qualis uva nobis importata, variaque autumni ambitio; prandiique apparatio, et diversi generis obsonia, et ciborum condimenta, et bellaria, et propinationes, et calices. Ubi igitur post saturitatem jam ad dormiendum delatus sum, me epistolæ hujus descriptorem præstiti, et quasi insomnium, epistolam eloquentiæ tuæ nugatus sum. Precor autem, ut non per chartam et atramentum, verum per ipsam memet ipsius vocem et linguam, quæ apud te adeo pulchra sunt tam tui ipsius, quam tui amantium commodo, possim enarratione omnino recensere.

—

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑ'.

EPISTOLA XXI (13).

Ablabium antistitem, cujus non nimis emendati mores, ut rectioris vitæ rationem sequatur ad meliorem frugem se recipiens, hortatur, moderatissima commonitione, et scito artificio usus.

Ἀβλαβίῳ ἐπισκόπῳ.

C Τέχνη τίς ἐστι περιστερῶν θηρευτικὴ τοιαύτη· Ὅταν τῆς μιᾶς ἐγκρατεῖς γένωνται οἱ τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντες, καὶ χειροήθη αὐτὴν καὶ ὁμότιμον ἀπεργάσωνται (12), τότε μύρῳ τὰς πτέρυγας αὐτῆς

Ablabio Antistiti.

Ars quædam est aucupatoria columbarum, ejusmodi. Quando una columba potiti sunt qui hujusmodi rebus student, ipsamque mansuetam et sibi collegam effecerunt; tum ipsam alis unguento per-

(8) *Ἡμιφανεῖς.* Licet adsint composita multa nomina a φανής, τοῦ φανέος· quod ipsum tamen non est in priscis Græcis scriptoribus; attamen hoc ἡμιφανής in illis non invenitur. Idem dicendum de διακυβιστάω, et κατασκιρτάω, quæ in ipsis non sunt, recte quidem κυβιστάω, et σκιρτάω. At vero significationes non variant.

(9) Ἀγέλη enim est vocabulum multitudinis, et ἄλλον ὑπ' ἄλλου est fere hic loco adverbii: seu pro ἀλλήλους.

(10) *Φιλοτησίαι.* Est profecto propinatio post cœnam benevolentiæ ergo; et invitatio ad potandum. φιλοτησίας προπίνειν Demosth.: quod latine, poculis poscere, φιλοτήσιος, res incitans, illecebra ad propinandum, φιλοτήσιος κρατήρ· et τὰ φιλοτήσια sunt τὰ συνουσιαστικά.

(11) *Τὰ παρὰ σοὶ καλά.* Hac loquendi ratione indicare Nyssenus videtur hortos esse Adelphii; sed ex epistola ipsa et ejus sententiis, et ex modo quo illa scribitur, imo eo quia ejusmodi narratio longa domino loci non texeretur, credi id non posset. Dubia res quidem: argumenta satis non adsunt eam dignoscendi. Certum verumque est, Adelphii opera et studio multa in hortis facta: ut in epistola supra enuntiatum est.

(12) *Καὶ ὁμότιμον ἀπεργάσωνται.* Elegantissima, et præcipue venusta Nysseni metaphora, ingenii plena; ac inter eximias Homericas locum digna tenere. Nysseni sensu vox adhibita ejusdem ministerii functionem notat: ὁμότιμος enim est æqualem honorem cum alio habens, honore, vel honoris conditione compar, æqualis: οἱ ὁμότιμοι (homotimi) sunt qui ab honoris æqualitate ita vocantur. Sic D Philelph. apud Xenophont. dicti. Ita etiam a Plutarcho senatores. Hinc consequens est, ut ὁμότιμος sit quoque collega in munere obeundo. Atque hinc columba eisdem officiis fungens cum aucupe, dum aves ad se conscripto artificio pellicit, ei est ὁμότιμος, homotimos. Idcirco igitur ita a Nysseno subtilissime fuit nuncupata. Nazianz. in Orat. dixit etiam ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν.

(13) Iterum ex editione J. B. Caraccioli.

Etiam sinunt cum aliis, quæ foris sunt congregatæ. Quæ quidem unguenti odore harum gregem, quæ jam sui est juris, cicurem quoque efficit ei qui eam dimisit. Ad illas etenim quæ bonum spirant odorem, et reliquæ immigrant simul prosecutæ. Quid mihi volo inde præfatus? Quod nempe filium Basilium quondam..... divino unguento animæ alis delibutum ad colendam reverentiam tuam misi, ut et cum ipso in altum tu convoles, et nidum apprehendas, quem apud nos prædictus sibi compegit. Si hæc fiant, et videre possim, dum vivo, nobilitatem tuam ad excelsiorem vitam transmutatam; debita a me gratiarum actio plenissime Deo poterit præstari.

A ὑποχρίσαντες (14), ἐῶσι συναγελασθῆναι ταῖς ἔξωθεν. Ἡ δὲ τοῦ μύρου τῇ εὐωδίᾳ τὴν αὐτόνομον ταύτην ἀγέλην τιθασσὸν ποιεῖται τῷ προεμένῳ. Πρὸς γὰρ τὰς εὔπνους οὔσας καὶ αἱ λοιπαὶ συνεφέπονταί τε καὶ εἰσοικίζονται. Τί βουλόμενος ἐντεῦθεν προοιμιάζομαι; Ὅτι τὸν υἱὸν Βασίλειον τόν ποτε διογέν.... τῷ θείῳ μύρῳ τὰς τῆς ψυχῆς πτέρυγας διαχρίσας ἐξέπεμψα πρὸς τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν. Ὥστε καὶ σὲ αὐτῷ συναναπτῆναι, καὶ καταλαβεῖν τὴν καλιὰν, ἣν παρ' ἡμῖν ὁ προειρημένος ἐπήξατο. Εἰ ταῦτα γένοιτο, καὶ ἴδοιμι ἐπὶ τῆς ἐμῆς ζωῆς τὴν σὴν εὐγένειαν πρὸς τὸν ὑψηλότερον βίον μετατεθεῖσαν, τὴν χρεωστουμένην παρ' ἐμοῦ τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν ἀποπληρώσαιμι.

EPISTOLA XXII.

Antistitibus.

Dies tres erant, quæ prophetam in cete detinuerunt. Sed tamen Jonas tædio confectus fuit. Ego vero tantum tempus in his nil prorsus pœnitentibus Ninivitis, veluti in feræ visceribus teneor, et nondum potui ab his vastis faucibus evomi. Preces igitur fundite Deo, ut gratia conficiatur, ut veniat edictum quod ex hujusmodi pressibus nos eruat; et meum tabernaculum assequar ego, et in ipso requiescam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΒ'.

B *Τοῖς ἐπισκόποις.*

Τρεῖς ἦσαν ἡμέραι αἱ τὸν προφήτην ἐν τῷ κήτει κατέχουσαι. Ἀλλ' ὅμως ὁ Ἰωνᾶς ἠκηδίασεν. Ἐγὼ δὲ τοσοῦτον χρόνον ἔχω ἐν τοῖς ἀμετανοήτοις Νινευΐταις, ἐν τοῖς σπλάγχνοις τοῦ θηρίου κρατούμενος· καὶ οὔπω ἐξεμηθῆναι τῆς ἀχανοῦς ταύτης φάρυγγος ἠδυνήθην. Εὔξασθε οὖν τῷ Κυρίῳ τελειωθῆναι τὴν χάριν, ἵνα ἔλθῃ τὸ πρόσταγμα τὸ τῆς συνοχῆς ταύτης ῥυόμενον, καὶ καταλάβω τὴν ἐμαυτοῦ σκηνὴν, καὶ ὑπ' αὐτὴν ἀναπαύσωμαι.

EPISTOLA XXIII.

Quæ sine inscriptione.

Parco multo sermoni, quoniam tuis laboribus parcere volo. Commonefacito quæ ad te ipsum spectant, et omnia bene habebunt in illustri posita. Celeritate opus est gratiæ conferendæ. Hactenus nostra adhortatio.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΓ'.

Ἀνεπίγραφος.

Φείδομαι πολλῶν λόγων, ἐπειδὴ φείδομαι τῶν σῶν καμάτων. Ὑπομνήσθητι τῶν σεαυτοῦ, καὶ πάντα C ἕξει τῷ φαιδίμῳ καλῶς. Τάχους χρεία τῇ χάριτι. Μέχρι τούτου ἡμῶν ἡ παράκλησις.

EPISTOLA XXIV.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΔ.

Divinarum rerum fidei sermones libero animo, et recta mente exceptos aperta intelligentia non carentes præfatur. Rem Christianam ex duobus constare docuisse Christum, tradit: ex doctrina decretorum, et ex parte morali: humani autem generis hostem prima parte quæ præstantior, magis impetere nos, ut periculosior et validior fiat aggressio. Tres subsistentias esse in divina Trinitate re ipsa non vocabulis solum distinctas, ostendit; unam vero naturam, earumque proprietates principes exponit. In natura Dei monet, quia non perceptibilis ipsa, nec dicto exponenda, nullam inesse separationem aut differentiam; bene tamen has, et ordinem adesse in personis sine confusione. Dictam fidem sacro lavacro consonam esse oportere edocet: existimationemque nostram de hujus fidei rebus cum fide ipsa dicit (unam ab altera distinguens), congruere bene posse et debere. Denique divinas proprietates enumerat, æquales prorsus singulis personarum eas demonstrans.

Heracliano hæretico.

Salubris fidei sermo apud eos, qui recto sensu a divino spiritu proditas voces in simplicitate suscipiunt, vim quidem habet; nullaque indiget orationis intelligentia, ut ejus veritas confirmetur, cum comprehensibilis se ipso sit, manifestusque ex prima ejus traditione; quam ex Domini voce,

D *Ἡρακλειανῷ αἱρετικῷ.*

Ὁ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως λόγος τοῖς εὐγνωμόνως τὰς θεοπνεύστους φωνὰς παραδεχομένοις ἐν τῇ ἁπλότητι τὴν ἰσχὺν ἔχει, καὶ οὐδεμιᾶς λόγου περινοίας εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας προσδεῖται· αὐτόθεν ὢν ληπτὸς, καὶ σαφὴς ἐκ τῆς πρώτης παραδόσεως, ἣν ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς παρελάβομεν ἐν τῷ λουτρῷ

(14) *Ὑποχρίσαντες.* Male interpretaretur quis hic ὑποχρίω, ungo sub aliquem locum; ut columbæ subter axillas unguento inungerentur. Recte mehercle: allicerent tunc scilicet eæ volitantes ad se cæteras odore, si ne πτεροῦν quidem tum potuissent, aut etiam πτερυγίζειν, volaturire; nedum libere a loco avolare: unguento enim alæ veluti visco corpori inhærescerent. Tum etiam quia odor debiliter efflaret. Ὑποχρίω est igitur inungo, ὑπὸ pro *in*; pro qua præpositione non raro, maxime in compositionibus, valet.

τῆς παλιγγενεσίας τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον παραδόντος. *Πορευθέντες γὰρ*, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.* Διαιρῶν γὰρ εἰς δύο τὴν τῶν Χριστιανῶν πολιτείαν, εἴς τε τὸ ἠθικὸν μέρος, καὶ εἰς τὴν δογμάτων ἀκρίβειαν, τὸ μὲν σωτήριον δόγμα ἐν τῇ τοῦ βαπτίσματος παραδόσει κατησφαλίσατο· τὸν δὲ βίον ἡμῶν διὰ τῆς τηρήσεως τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ κατορθοῦσθαι κελεύει. Ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ τὰς ἐντολὰς μέρος, ὡς μικροτέραν φέρον τῇ ψυχῇ τὴν ζημίαν, ἠφείθη παρὰ τοῦ διαβόλου ἀπαρεγχείρητον. Ἐπὶ δὲ κυριωτέρου καὶ μείζονος ἡ πᾶσα γέγονε τοῦ Ἀντικειμένου σπουδὴ τοῦ παρατραπῆναι τῶν πολλῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ μηδὲ εἴτι διὰ τῶν ἐντολῶν κατορθωθῇ κέρδος εἶναι· τῆς μεγάλης καὶ πρώτης ἐλπίδος ἐν τῇ περὶ τὸ δόγμα πλάνῃ τοῖς ἀπατηθεῖσι μὴ συμπαρούσης. Διὰ τοῦτο συμβουλεύομεν, τῆς ἁπλότητος τῶν πρώτων ῥημάτων τῆς πίστεως μὴ ἀποχωρεῖν τοὺς ἀντιποιουμένους τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· ἀλλὰ παραδεχομένους ἐν τῇ ψυχῇ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, μὴ μίαν ὑπόστασιν πολυώνυμον εἶναι νομίζειν· οὔτε γὰρ δυνατόν ἐστι τὸν Πατέρα ἑαυτοῦ Πατέρα λέγεσθαι, μὴ ἀληθῶς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρὶ τὴν κλῆσιν ἐπαληθεύοντος· οὔτε τὸ Πνεῦμα ἓν τῶν εἰρημένων εἶναι νομίζειν, ὥστε εἰς Πατρὸς ἢ Υἱοῦ ἔννοιαν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος προσηγορίας ἐνάγεσθαι τὸν ἀκούοντα. Ἀλλ' ἰδίως, καὶ ἀποτεταγμένως ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων συνυπακούεται ἡ ἐνσημαινομένη ταῖς προσηγορίαις ὑπόστασις. Καὶ τὸν Πατέρα ἀκούσαντες, τὴν τοῦ παντὸς αἰτίαν ἠκούσαμεν· τὸν δὲ Υἱὸν μαθόντες, τὴν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀναλάμψασαν δύναμιν εἰς τὴν τοῦ παντὸς σύστασιν ἐδιδάχθημεν· τὸ δὲ Πνεῦμα γνόντες, τὴν τελειωτικὴν δύναμιν τῶν διὰ κτίσεως εἰς τὸ εἶναι παρα[δε]δομένων ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐνοήσαμεν. Αἱ μὲν οὖν ὑποστάσεις κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἀσυγχύτως ἀπ' ἀλλήλων διακεχωρισμέναι εἰσί· Πατρὸς λέγω καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἡ δὲ οὐσία αὐτῶν, ἥτις ποτὲ αὕτη ἐστὶν (ἄφραστος γάρ ἐστι λόγῳ, καὶ νοήματι ἄληπτος), εἰς ἑτερότητά τινα φύσεως οὐ διαμερίζεται. Διότι τὸ ἀκατάληπτον καὶ ἀπερινόητον καὶ λογισμοῖς ἀπερίδρακτον ἴσόν ἐστιν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ Τριάδι πεπιστευμένων προσώπων. Ὁ γὰρ ἐρωτηθεὶς τί κατ' οὐσίαν ἐστὶν ὁ Πατὴρ, εὐγνωμόνως καὶ ἀληθῶς ὁμολογήσει τὸ ὑπὲρ γνῶσιν εἶναι τὸ ζητούμενον. Ὡσαύτως καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ οὐδενὶ λόγῳ τὴν οὐσίαν καταληφθῆναι δυνατὸν εἶναι συνθήσεται. *Τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ*, φησὶ, *τίς διηγήσεται;* Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τὸ ἴσον τῆς κατὰ τὴν κατάληψιν ἀμηχανίας ὁ τοῦ Κυρίου λόγος ἐνδείκνυται λέγων, ὅτι τῆς μὲν φωνῆς αὐτοῦ ἀκούεις, οὐκ οἶδας δὲ πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐδεμίαν ἐν τῷ ἀκαταλήπτῳ τῶν τριῶν προσώπων διαφορὰν ἐννοοῦμεν (οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον ἀκατάληπτον, τὸ δὲ ἧττον· ἀλλ' εἷς ἐπὶ τῆς Τριάδος ὁ τῆς

A cum salutis præbuit mysterium, accepimus in lavacro, in quo iterum generamur : *Euntes*, ait enim, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ; docentes servare omnia quæcunque vobis mandavi* [15]. Etenim in duo dividens Christianæ reipublicæ statum et in moralem partem, et in decretorum accuratam rationem, salutare quidem decretum in traditione baptismatis firmavit ; vitam autem nostram præceptorum suorum observatione dirigi præcepit. Attamen ab ea parte quæ est præceptorum, tanquam ab illa quæ animæ minus detrimenti inferre possit, abstinuit prorsus diabolus, nullo eam adortus conatu. Omne adversarii studium, multorum pervertendi animas, in principaliori meliorique parte B præstitum est, ut ne id quidem, si quidquam præceptis recte geratur, sit lucrum, cum magna et prima spes non amplius in seductis errore circa decreta inesse possit. Consilium propterea præbemus, ne a simplicitate primorum verborum fidei quidquam abscedant ii, qui pro sua agunt salute ; sed ut in anima quidem suscipientes Patrem et Filium et Spiritum sanctum, non unam hypostasim multorum nominum esse existiment : neque enim fieri potest Patrem sui ipsius Patrem dici ; cum non vere Patri cognomentum, qui sit sui Filius, verum efficiat : neque ut existiment, Spiritum unam rem esse ex prædictis, ita ut in Patris aut Filii cognitionem per Spiritus appellationem, qui audiat, inducatur. At vero proprie, ac stata certaque C ratione in singulis nominum una simul inauditur significata in appellationibus hypostasis ; Patreque audito, omnium causam audivimus ; Filium autem discentes, ex prima causa refulgentem potestatem ad universi constitutionem edocti sumus ; Spiritu vero cognito, perfectricem facultatem eorum quæ per creationem a Patre per Filium in exsistentiam tradita sunt, intelleximus. Subsistentiæ igitur juxta dictum modum inconfuse invicem separatæ sunt, Patris, dico, et Filii, et sancti Spiritus. Essentia autem ipsorum quæcunque ipsa unquam sit (dicto enim dici nequit, intelligentiaque est incomprehensa), in diversitatem aliquam naturæ nullo pacto dispertitur. Quapropter D quod incomprehensum est ac mente non perceptum, et quod ratiocinationibus circumplecti nequimus, æquale est in singulis personarum in Trinitate creditarum. Interrogatus enim, quid sit secundum essentiam Pater, recta sententia et vere fatebitur quæsitum esse, quod est supra notionem. Tantumdem is et de unigenito Filio non fieri posse, ut ulla ratione essentia comprehendatur, constituet. *Generationem* enim *ejus*, ait, *quis enarrabit* [16] ? Perinde vero et de Spiritu sancto æqualitatem inopiæ secundum comprehensionem Domini sermo commonstrat, dicens, quod vocem ipsius audis ; unde autem venit et quo deducit,

[15] Matth. XXVIII, 19, 20 [16] Isa. LIII, 8.

non noscis [17]. Proinde igitur nullum discrimen in A eo, quod est trium personarum incomprehensum, intelligimus. Non enim alterum quidem magis incomprehensum est, alterum vero minus; at una prorsus incomprehensæ rei ratio in Trinitate. Propterea dicimus, eo quod percipi nequit, menteque nullo pacto intelligi, nos manu deducente, nullam essentiæ in sancta Trinitate adinvenire nos differentiam, præter tamen ordinem personarum, et subsistentiarum confessionem. Nam certus quidam ordo in Evangelio proditus est, juxta quem ex Patre fides incipiens per intermedium Filium in Spiritum sanctum desinit. Differentia autem personarum ipso illo tradito ordine distantiarum appa- B rens, nullam prorsus confusionem efficit iis, qui sermonis insequi possunt significationes; suam propriam intelligentiam Patris appellatione patefaciente, Filiique rursus, et Spiritus sancti propriam, secundum nullum prorsus modum significatarum rerum invicem confusorum.

ἀκαταληψίας λόγος, διὰ τοῦτό φαμεν, αὐτῷ τῷ ἀλήπτῳ καὶ ἀκατανοήτῳ χειραγωγούμενοι, μηδεμίαν τῆς οὐσίας ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος διαφορὰν ἐξευρίσκειν· ἐκτὸς τῆς τάξεως τῶν προσώπων, καὶ τῆς τῶν ὑποστάσεων ὁμολογίας. Τάξις μὲν γάρ ἐστιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ παραδοθεῖσα, καθ' ἣν ἐκ Πατρὸς ἡ πίστις ἀρχομένη, διὰ μέσου τοῦ Υἱοῦ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καταλήγει. Ἡ δὲ διαφορὰ τῶν προσώπων, αὐτῇ τῇ τάξει τῆς τῶν ἀποστάσεων παραδόσεως φαινομένη, οὐδεμίαν σύγχυσιν ἐμποιεῖ τοῖς δυναμένοις ἐπακολουθεῖν ταῖς σημασίαις τοῦ λόγου, ἰδίαν ἔννοιαν τῆς τοῦ Πατρὸς προσηγορίας ἐμφαινούσης, καὶ τοῦ Υἱοῦ πάλιν καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἰδίαν· κατ' οὐδένα τρόπον τῶν σημαινομένων ἐν ἀλλήλοις συγχεομένων.

Nam et Filius exivit a Patre, ut ait Scriptura, et Spiritus ex Deo et Patre procedit. Sed quemad- B modum sine principio esse, cum sit Patris solius, Filio et Spiritui sancto convenire non potest : sic contra a principio esse, quod est proprium Filii et Spiritus, in Patre considerari natura non patitur. Jam cum Filio et Spiritui sancto commune sit, ut non ingenito modo exsistant, ne qua in subjecto confusio spectetur : rursus incommunicabilem in eorum proprietatibus differentiam invenire possumus, ut et quod commune est servetur, et quod proprium est non confundatur. Etenim unigenitus Filius ex Patre in Scriptura sacra dicitur, et hactenus ejus proprietatem illius doctrina definit. At Spiritus sanctus et ex Patre dicitur, *et ex Filio esse* perhibetur. *Si quis* enim, ait, *Spiritum Christi non habet, hic non est ipsius* [2]. C Igitur Spiritus qui ex Deo est, etiam Dei Spiritus est. At Filius, cum ex Deo sit, non jam tamen Filius Spiritus aut est, aut dicitur : neque hæc relativa consecutio convertitur.

III.

Ex sermone in illud : Hic est Filius meus dilectus.

Apud S. Joannem Damascenum *ex* Sacr. Parallel. *tom. II*, *pag.* 775.

Τί τὸ πιστεύειν ἀφέντες, τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν, καὶ πληροῦμεν τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς; Λογισάμενος γὰρ ὁ διάβολος, ὁ κοινὸς τῆς ἀνθρωπότητος λυμεὼν, ὅτι γαλήνης ἐν ἡμῖν πολιτευομένης, τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνθεῖ, τῆς πίστεως δὲ κρατούσης, εὐζωΐα κρατεῖ, φίλοι τε τοῦ Δημιουργοῦ γινόμεθα, ἵνα μὴ ἐπέλθωμεν, ὅθεν ἐκεῖνος ἐξέπεσεν, ὁρᾶτε τί πεποίηκε, καὶ πῶς πανούργως τὸν καθ' ἡμᾶς ἐῤῥαψῴδηκε πόλεμον. Ὁ μηχανοῤῥάφος τῶν κακῶν, καὶ σοφὸς ἐν ἀπάταις, καὶ ποικίλος ἐν ἐπιβουλαῖς, καὶ πλούσιος ἐν τοῖς κακοῖς μηχανήμασι, παρασκευάζει τινὰς ἐν προσχήματι τῆς εὐσεβείας στρατεύσασθαι κατὰ τῆς πίστεως, καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσι δι' αὐτῶν ἄκαιρον φιλονεικίαν, καὶ ψυχοφθόρον ἐνέβαλε πόλεμον, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τὰ μέλη κατ' ἀλλήλων ἐστράτευσε. Στρέψωμεν τοίνυν κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς τοῦτο δὴ τὸ σοφὸν, καὶ τὴν εὐφροσύνην αὐτοῦ

Quid est, quod dimissa fide artificiosos de fide sermones nectimus, et communis hostis desiderium implemus? Diabolus siquidem humanitatis communis vitiator hoc secum reputans, quod si tranquilli agamus, religio floreat; invalescente vero fide, vivaciores fiamus et amici Conditoris evadamus, ne D illuc unde excidit perveniamus, videte quid egerit, et quam astute bellum adversum nos struxerit. Malorum machinator ille, dolisque sagax, versutus in insidiis, et pessimis artibus locuples, quosdam subornat, qui assumpta pietatis specie fidei bellum inferant : omnesque religionis cultores horum importuna contentione in perniciem animarum infesto prœlio adoritur, quo Ecclesiæ membra manus inter se conserant. Quamobrem in caput improbi sapientiam hanc convertamus, ejusque gaudium in dolorem et luctum solaminis expertem mute-

[1] Philipp. iv, 13. [2] Rom. viii, 9.

(2) Ex conjectura viri docti et interpretis legendum videtur συνοδοιπόρους.

mus. Pacem quam ille odit, amplectamur. A contentionibus abstineamus, et a dogmatum vocibus expendendis. Nequaquam ultra magistrorum esse magistri velimus. Disceptationes oderimus, quibus auditores subvertantur. Ita credamus, uti patres nostri tradiderunt. Patribus nostris sapientiores non sumus, non doctoribus accuratiores. *In pacem nos vocavit Deus*[3], non in pugnam. Quemadmodum sumus vocati, sic mysticæ mensæ adhæreamus in qua cœlestia participamus. Non committamus, ut penes idem mensa una fruamur, ac nobis invicem insidiemur : non hic communionis socii, ac foris insidiatores.

A μεταβάλωμεν εἰς ὀδύνην, καὶ πένθος ἀπαρηγόρητον. Πενθήσωμεν (3) τὴν εἰρήνην, ἣν ἐκεῖνος μισεῖ. Καταλείψωμεν τὸ ζυγομαχεῖν, καὶ σταθμίζειν τὰς λέξεις τοῦ δόγματος. Παυσώμεθα τοῦ θέλειν εἶναι τῶν διδασκάλων διδάσκαλοι. Μισήσωμεν τὸ λογομαχεῖν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Πιστεύσωμεν ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν παραδέδωκαν. Οὐκ ἐσμὲν τῶν πατέρων σοφώτεροι· οὐκ ἐσμὲν τῶν διδασκάλων ἀκριβέστεροι. *Ἐν εἰρήνῃ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς*, οὐκ ἐν μάχῃ. Ὡς ἐκλήθημεν, οὕτως προσμείνωμεν τῇ μυστικῇ τραπέζῃ, ἐν ᾗ τῶν οὐρανίων μεταλαμβάνομεν. Μὴ γινώμεθα κατὰ ταυτὸν ὁμοτράπεζοι, καὶ ἀλλήλων ἐπίβουλοι· μὴ ἐνταῦθα κοινωνικοὶ, καὶ ἔξω ἐπίβουλοι.

IV.

Ex sermone in Mariam et Joseph.

Apud LEQUIEN. *ad Opp.* S. JOAN. DAMASC. *tom. I, pag.* 258, *not.* 2.

Dominus primogenitus ex Virgine audiit, non B quia posteriorem quemdam generis ejusdem ascivit, sed quia sine ulla comparatione cum filiis hominum primogenitus est. Neque enim ex eo quod Apostolus de æterna Domini ex Patre generatione dicit, *Qui est primogenitus omnis creaturæ*[4], jam et ullum Domini fratrem una significavit. Nec rursus cum idem eum *primogenitum ex mortuis*[5] nuncupavit, jam et Domini germanum qui consimili modo infernum calcaverit, innuit. Verum Dominus primogenitus ex Patre et ex Virgine et ex mortuis dicitur, ut undequaque singularis ejus excellentia cognoscatur : nam extra comparationem est Domini partus : ubi quippe virgo mater est, qua ratione explicari partus possit ?

Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἤκουσεν ἐκ τῆς Παρθένου, οὐχ ὅτι δεύτερόν τινα ὁμογενῆ προσεκαλέσατο, ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ἀσυγκρίτως ἐστὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐδὲ γὰρ διὰ τὸ εἰπεῖν ὁ Ἀπόστολος περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐκ Πατρὸς ἀνάρχου γεννήσεως, *Ὅς ἐστι πρωτότοκος πάσης κτίσεως*, ἤδη καὶ ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου συνεγράψατο. Οὐδ' αὖ πάλιν ὁ αὐτὸς, πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν καλέσας, ἤδη καὶ ὅμαιμον τοῦ Κυρίου παρεισήγαγε, παραπλησίως τὸν ᾅδην πατήσαντα. Ἀλλὰ πρωτότοκος ὁ Κύριος ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα διὰ πάντων γνωσθῇ τὸ μοναδικὸν τῆς υἱότητος ἀξίωμα. Ἀσύγκριτος γὰρ ὁ δεσποτικὸς τόκος· ὅπου γὰρ ἡ μήτηρ παρθένος, πῶς τόκος ἑρμηνευόμενος;

V.

Apud S. JOANNEM DAMASCENUM *lib.* contra Jacobitas,

Opp. tom. I, pag. 424.

Sancti Gregorii Nysseni, ex epistola ad Philippum C monachum.

Quæ sunt ejusdem substantiæ, hoc habent, ut sint idem : contra autem, quæ diversæ. Etsi enim ambo unione quæ exprimi non possit, unum sunt, non tamen natura, quia non confusæ. Christus itaque cum duæ naturæ sit in quibus vere cognoscatur, et singularem filiationis personam habet.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου (4) *ἐπισκόπου Νύσσης, ἐκ τῆς* πρὸς Φίλιππον μονάζοντα *ἐπιστολῆς.*

Τὰ μὲν ὁμοούσια ταυτότητα κέκτηται· τὰ δὲ ἑτεροούσια τὸ ἀνάπαλιν. Κἂν γὰρ ἀῤῥήτῳ ἑνώσει τὰ ἀμφότερα ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, διὰ τὸ ἀσύγχυτον. Ὁ τοίνυν Χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσεις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀληθῶς γνωριζόμενος, μοναδικὸν ἔχει τῆς υἱότητος τὸ πρόσωπον.

VI.

Ἐκ τῆς βίβλου τῆς λεγομένης Θεογνωσίας.

Ex libro inscripto De cognitione Dei.

Apud EUTHYMIUM ZIGABENUM, Panopl. Dogmat. *part.* I, *tit.* 1, *pag.* 1, *edit. Venet.* 1575.

Quod si ex simplicium elementorum, terræ, D aquæ, aeris, ignis permistione, aut ex corpusculis individuis omnia quæ in mundo sunt, constent, ut asserit Epicurus; quod genitum est non genito, quodque factum effectore, sine ulla dubitatione tanto præstantius atque præclarius deprehendetur, quan-

[3] I Cor. VII, 15. [4] Coloss. I, 15. [5] ibid. 18.

(3) *Πενθ.* Lego, ποθήσωμεν. LEQUIEN.

(4) *Τοῦ ἁγ. Γρηγ.* Idem fragmentum recitat Leontius *contra Nestorianos et Eutychianos :* illudque ex vetusto ms. codice Græco Venetæ bibliothecæ vulgavit V. C. Antonius Bongiovanni in *Supplem. concil.* Lucensi, tom. VI, pag. 449. Argumentum autem epistolæ in laudato codice ita effertur : Περὶ τῆς τῶν Ἀρειανῶν ἀντιθέσεως, ἧς ἡ ἀρχή· Ἡ κακία γε-

to simplicibus elementis et corpusculis illis, quas atomos dicunt, homo præcellit. Præterea quomodo quæ natura inter se contraria sunt, aut sine detrimento ad unius orbis perfectionem concurrerunt: aut sine consilio rationeque conveniente inter se et congruere potuerunt: aut homini rationem inserere, qua ipsa carent omnino, quippe quæ animi ac sensus expertia sint? Quid? Nonne oportebat, cui naturæ suæ plurimum tribuissent, qualis est A elephas, aut si quod animal elephante majus est, id minoribus animalibus ut ducem regemque præstare? Nunc autem homo, elephante corporis magnitudine ac robore multis partibus inferior, imperat illi propter rationem qua ab opifice suo plane ditatus est. Jam qui fieri potest, ut ex iis quæ casu temereque feruntur, consistant ea quæ ordine constituta sunt?

Ibid. tit. 8, pag. 25 seqq.

Omnia quæ sequuntur capita, excepto quinto quod est Basilii magni, *sumpta sunt ex libro qui inscribitur* De cognitione Dei, *cujus auctor esse fertur* Gregorius *Nyssæ pontifex.*

Lex et prophetæ, quorum plenitudo Christus est, omnia quæ tum ad ipsum Christum, tum etiam ad sanctam pertinent Trinitatem, subtiliter perscripserunt. Sed divina factum est providentia, ut multa fuse sparsa disseminataque sint, et obscure posita; ne cum adhuc essent infantes Judæi, nec quæ sublimiora sunt possent percipere, ad indignas opiniones declinarent, et quod ab omni affectione remotissimum est, affectionibus obnoxium arbitrarentur. Etenim cum Deus in Horeb eos alloqui cœpisset, ejusmodi oratione suam imbecillitatem excusarunt, *Non pergemus*, inquientes, *audire vocem Domini Dei nostri, nec ignem hunc magnum videbimus amplius, ne moriamur. Et dixit Dominus ad me* (hæc sunt verba Mosis scribentis): *Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tibi, et ponam verba mea in ore ejus, et loquetur ad eos omnia quæ præcepero illi* [6]. Hæc quidem ita se habent. Verborum autem hæc est sententia: Quoniam ipsi me nequeunt audire, *Prophetam suscitabo eis* (et quæ sequuntur), qui nuntiabit illis ea quæ, ut nunc quidem res est, intelligere non possunt. Quæ nimirum ad Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et ad divinam humanæ naturæ pertinent assumptionem, et alia quæ per Evangelium promulgata sunt. Illud enim, *similem tibi*, similitudinem in legibus sanciendis potissimum indicat. At Jesus Nave neque ad talia visa et oracula, ut Moses, admissus est, neque legislator, ut ille, fuit, neque tantam iniit gratiam, quantam ille. Christus vero cum in ferendis legibus illi similis fuerit; in reliquis, uti Dominus, antecelluit. Quod autem filius Nave non sit ille propheta quem Deus pollicitus est, ita collige: Dixit Moses ad populum in Deuteronomio: *Prophetam e fratribus nostris suscitabit tibi Dominus Deus tuus* [7]. At filius Nave multo ante per manus Mosis a Deo fuerat declaratus, ut in Levitico legimus. Alius ergo præter hunc erat suscitandus. Judæi vero quæ in Deuteronomii fine post mortem B Mosis scripta sint, videntur ignorare. Sic autem habent: *Non surrexit propheta in Israele sicut Moses, quem novit Dominus facie ad faciem* [8]. Consentaneum quidem erat, ut cum Deus Mosi dixisset, se prophetam suscitaturum eis, tunc ipse Moses populo denuntiaret. At cum id in Horeb accepisset, postea in Deuteronomio ad populum refert dedita opera exspectans Jesu filii Nave declarationem, ne hunc esse prophetam illum similem sibi suspicarentur. Posteaquam vero declaratus est Nave filius, tum demum illud populo exponit. Et de hoc quidem hactenus. Cum autem innumerabilia prope loca sint in sacra Scriptura, quæ vel ante denuntiant ea quæ ad Christum pertinent, vel indicant illa quæ ad sanctam spectant Trinitatem, C nos omittemus multa, et ea præcipue quæ isti maligne detorquentes conantur aliter interpretari, ne improbe contradicendi occasionem præbeamus. *Omnes enim Israelitæ*, ut inquit Ezechiel [9], *sunt contentiosi, et duri corde.* Pauca tantum eaque adeo perspicua, ut refutari nequeant, proponemus, quæ vel persuadeant, vel eos pertinaces et obstinatos atque dementes esse convincant.

Libri Geneseos.

Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [10]. Pater nimirum eos alloquitur, qui ex ipsius sunt essentia, quos in summa procreationis mundi dignitate socios habet. Neque vero referenda sunt hæc ad Hebræi sermo- D nis proprietatem, qua numerus plura indicans pro illo qui unum significat, usurpatur. Nam si hac loquendi consuetudine uti voluerimus ubi non oportet, confusione replebimus contradicentes.

Ex eodem libro.

Et dixit Deus: Ecce Adam factus est, sicut unus e nobis [11]; qui sumus nimirum in una divinitate personarum. Hoc enim etsi cum ironia dictum est, unam tamen duntaxat personam significare non potest.

[6] Deut. XVIII, 16-18. [7] ibid. 15. [8] Deut. XXXIV, 10. [9] Ezech. III, 17. [10] Gen. I, 26. [11] Gen. III, 22.

νομένη ἐστὶ ψυχῆς. *De Arianorum objectione, cujus initium:* Animæ vitium est. Ex quibus videas, quid sentiendum de Lequienii censura, qui paulo post ad l. c. Damasceni pag. 426, auctorem hujus epistolæ Chalcedonensis synodi ætate recentiorem existimat, adeoque immerito Gregorii Nysseni nomen præferre.

Ex eodem libro.

Et dixit Deus : Venite, descendamus, et confundamus linguam eorum [12]. Illud enim, *Venite*, duos saltem significat. Et unus est, qui loquitur. Ex quo Trinitas perfecta declaratur. Quod autem eos qui ejusdem potestatis et essentiæ sunt, alloquatur, *venite* inquiens, et hoc *faciamus*, facile apparet. Quod si angelos ministros allocutum responderis, sive omnes, quod absurdum est, sive paucos dixeris, cum id nullo Scripturæ testimonio fultum sit, ut falsum improbabimus.

Quomodo loquitur Deus? Eone modo quo loquimur nos? Impium sit ita sentire. Nam consilium divinum, et primus ille mentis intelligentis motus est sermo Dei, quem sic exponit et exprimit Scriptura, ut significet, Deum non modo procreare hominem voluisse, sed alicujus opera id voluisse præstare. Poterat enim ut ab initio fecit, sic omnia persequi. *In principio fecit Deus cœlum et terram* [13]. Deinde fecit lucem, postea firmamentum. Nunc autem Deum quasi præcipientem et colloquentem inducens eum quicum loquitur, tacite demonstrat, non quod nobis cognitionem invideat, sed ut nos illius arcani incendat cupiditate, cujus vestigia indicat, et semina quædam subjicit. Etenim quæ labore parta sunt, cum lætitia percipimus diligenterque conservamus. Quæ vero facile comparamus, despicere et negligere consuevimus. Itaque via quadam et ordine nos ad Unigeniti intelligentiam ducit et allicit. Atqui sermonis, qui per vocem effertur, usus non erat necessarius naturæ illi corporis experti, cum posset cogitata sine verbis simul agenti communicare. Vox enim propter auditum, et auditus vocis est gratia. Ubi autem nec aer est, nec lingua, nec aures, nec obliquæ illæ aurium semitæ, sonos ad sensum qui in capite est perducentes, ibi verba non sunt necessaria, sed ex ipsis cordis, ut ita dicam, aut animi notionibus cogitationes patefiunt. Quamobrem Scriptura sapienter et scite, ut diximus, hanc figuram usurpat, ut mentem nostram ad personam cum qua sermo instituitur, investigandam impellat.

Ex eodem libro.

Apparuit autem illi Deus ad quercum Mambre, sedente ipso in ostio tabernaculi sui in meridie. Suspiciens autem oculis suis vidit. Et ecce tres viri steterunt super eum, et videns cucurrit in occursum eis, et adoravit super terram, et dixit : Domine, si utique inveni gratiam coram te, ne transeas servum tuum [14]. Et paulo post [15] : *Dixit autem ad eum : Ubi Sara uxor tua?* Ille autem respondens dixit : *Ecce in tabernaculo.* Et ait, *Revertens veniam ad te*, et quæ sequuntur. Ecce scriptum est Deum apparuisse Abraham; tres autem fuisse qui apparuerunt. Et cum sint tres, sermo cum uno tantum instituitur, ut constet omnino, unam esse trium personarum

A divinitatem. Quod si unum quidem esse dixeris Deum, angelos autem duos, quomodo potuerunt cum Domino considere?

Ex eodem libro.

Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de cœlo [16]. Quæ quidem verba et duas indicant personas, et idem consilium, æqualemque declarant potestatem. Duas autem consequitur tertia, quoniam mutuo inter se vinculo ita conjunctæ sunt, ut separari non possint.

Deuteronomii.

Audi, Israel : Dominus Deus tuus, Dominus unus est [17]. Illud *Dominus*, et *Deus*, et, *Dominus* tres personas ostendit. Illud autem, *Unus est*, divinitatem

B et naturam unam.

Davidis, et Job, et Zachariæ, et Isaiæ.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem : in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo [18]. Et rursum : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua, et invoca me in die tribulationis tuæ* [19]. Et rursum : *Vivit Dominus, et benedictus Deus, et exaltetur Deus salutis meæ* [20]. Item : *In lumine tuo videbimus lumen* [21] Hoc est, in Filio tuo videbimus Spiritum sanctum : per ipsum enim multo clarius Patrem et Spiritum sanctum cognovimus. Multa præterea reperiemus, quibus sancta Trinitas indicatur. Hymnus etiam angelicus ille, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus* [22], ternæ sanctitatis celebratione tres personas demonstrat,

C semel autem Dominum nominans, unicam declarat divinitatem. Verum multo significantius David de Patre et Filio loquitur, ex persona Patris ad Filium, *Ex utero*, inquiens, *genui te* [23]. Per uterum paternam decet essentiam et naturam intelligi. Quem autem poteris alium sine tempore genitum invenire? Ex persona autem Filii, *Dominus*, inquiens, *dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te* [24]. Illud enim, *hodie genui te*, ortum ejus in tempore ex virgine significat. *Genui*, pro eo quod est, te gigni mihi placuit, vel procreavi. Huic autem personæ Filii congruit etiam illud Salomonis : *Dominus creavit me* [25], et quæ sequuntur. Deinde subjicit : *Ante omnes colles generat me* [26]. Illud enim, *creavit me*,

D ortum illius in tempore humanum significat. At illud, *ante omnes colles*, alterum illum cœlestem, et sine tempore, et ante sæcula declarat. Item David, *Verbo*, inquit, *Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [27], Dominum appellat Patrem : Verbum autem Filium ipsius, quoniam ita se habet cum Patre, ut mente verbum et oratio, non solum propter ortum qui sine ulla fuit affectione, verum etiam propter conjunctionem cum Patre, et quia voluntatem ejus enuntiat. Spiritum vero vocat Spiritum sanctum. Item de Verbo et Filio : *Misit verbum suum*, inquit, *et sanavit eos* [28].

[12] Gen. XI, 7. [13] Gen. I, 1. [14] Gen. XVIII, 1-3. [15] ibid. 9, 10. [16] Gen. XIX, 24. [17] Deut. VI, 4. [18] Psal. LV, 11. [19] Psal. XLIX, 14. [20] Psal. XVII, 47. [21] Psal. XXXV, 10. [22] Isa. VI, 3. [23] Psal. CIX, 3. [24] Psal. II, 7. [25] Prov. VIII, 22. [26] ibid. 25. [27] Psal. XXXII, 6. [28] Psal. CVI, 20.

Pater nimirum misit Filium, et sanavit ignorantiæ morbo laborantes. At de Spiritu sancto, *Mittes*, inquit, *spiritum tuum*, *et creabuntur*, nova utique creatione : *et renovabis faciem terræ* [29], quæ consenuit in peccatis. Neque vero vocalibus instrumentis enuntiatum hoc Verbum in aera diffunditur atque dissolvitur. Sic enim alibi dicit : *In sæculum*, *Domine*, *Verbum tuum permanet in cœlo* [30]. Nec Spiritus ille spirandi instrumentis expellitur, aut spargitur et dissipatur. Hæc enim corporibus contingunt. Perspicuum igitur est, Verbum, et Spiritum in sua utrumque exsistere persona, et esse æternum, et creatorem. Præterea Job dicit : *Vivit Deus, qui ita me judicavit, et Omnipotens qui amaram reddidit animam meam, et Spiritus Dei mihi in naribus circumit* [31]. Et Zacharias (Aggæus) ex persona Dei et Patris : *Ego vobiscum*, inquit, *sum*, *et Verbum meum*, *et Spiritus meus* [32]. Et Isaias, *Nunc*, inquit, *Dominus misit me, et Spiritus ejus.*

Ex Genesi, et Isaia.

Dixit Jacob ad duas uxores suas : Et dixit mihi angelus Dei in somnis : Vidi quæcumque fecit tibi Laban [34], et quæ sequuntur. Deinde, *Ego*, inquit, *sum Deus*, *qui apparui tibi in loco Dei.* Si angelus erat unus e numero ministrantium potestatum, quomodo se ipsum appellat Deum? An utique Filius erat, qui Dei et Patris est angelus, hoc est, nuntius, ut mentis index est verbum et sermo? mentis enim et animi sensum indicat. Post humanam enim carnem assumptam nuntians nobis Patris nomen, *Nuntiavi*, inquit, *nomen tuum hominibus* [35]. Et *magni consilii Angelus* vocatur ab Isaia, et *magnus consiliarius*, et *Deus fortis*, *et potens* [36]. Quis porro consiliarius Dei, nisi qui ejusdem est essentiæ, ejusdemque potestatis et dignitatis æqualis Filius? Consilium voluntasque Patris est hominum salus per evangelica mandata. Patris vero et Filii consilio eadem voluntas significatur. Quod autem Filius hic et Deus carnem humanam induerit, ostendit idem Isaias, *Puer*, inquiens, *natus est nobis*, *et filius datus est nobis* [37]. Propter nos enim natus est puer ille Filius, et nobiscum versatus est. Nam de illo qui vere Filius est, non autem de quolibet filio hæc prædixit propheta. Et opus hoc ut admirandum prædicat. Quid autem admirandum, cum qui simpliciter filius sit, puerum nasci? Quamobrem et clariora deinceps subjecit, ut divinitatem illius, et differentiam inter eum et reliquos qui simpliciter filii sunt, indicaret.

Baruch, et Isaiæ.

Hic est Deus noster : et non æstimabitur alius adversus eum [38]. Deinde addit [39] : *Post hæc in terris visus est*, *et cum hominibus conversatus est.* Et Isaias, *Ecce*, inquit, *Deus noster. Ipse veniet, et salvabit nos* [40]. Afferens autem signum adventus ejus in carne subjungit [41] : *Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient. Tunc saliet, ut cervus, claudus, et diserta erit lingua balborum.* Quæ quidem omnia re ipsa perfecta humanam carnem ab illo assumptam indicio certissimo testantur. Idemque rursus ait : *Non legatus, non angelus*, sed *ipse Dominus servavit eos.* Legatus enim est intercessor, qualis fuit Moses, et si quis alius post Mosem. Ac per legatos quidem atque angelos multi sæpenumero servati sunt, ut illi quos vel Moses vel Jesus Nave filius, et alii ejusmodi rexerunt et gubernarunt. Et qui fuerunt sub Ezechia [42], quo quidem tempore angelus una nocte centum octoginta quinque millia Assyriorum delevit. Hæc profecto Dei peregrinationem clarissime patefaciunt.

Isaiæ.

Dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium [43]. Omnis enim quæ fetum in utero gerit, non est virgo. Hæc autem fetum in utero gerens erit virgo. Quod quidem ut admirabile testimonium atque indicium proponitur.

Ejusdem.

Antequam sciat puer bonum aut malum [44], dissuadet malitia eligere bonum. Cuinam puero hæc dices convenire? Solus Christus *peccatum*, inquit, *non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* [45]; id est, neque re neque verbis peccavit. Aliorum autem omnium *nullus*, inquit, *purus a macula* [46].

Michææ.

Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim mihi exibit dux, qui regat populum meum Israelem [47]. Verum ut ostenderet hunc non esse hominem nudum et solum, sed cum Deo conjunctum, adjecit : *Exitus ejus ab initio*, *a diebus sæculi* [48]. Actiones, inquit, ejus ad divinitatem pertinentes, vel ortus ejus, ab initio, ex sæculi intervallo, hoc est, ab omni æternitate. Zorobabel autem Babylone natus est. Vides exquisitissime subductam rationem ad locum usque, in quo natus est Christus.

Daniel.

Videbam in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, et ad Antiquum dierum accessit, et ad ejus conspectum adductus est, et datus est illi honor et imperium et regnum; et omnes populi, tribus, linguæ servient illi. Potestas ejus potestas sempiterna quæ non pertransibit, et regnum illius non evertetur [49]. Ecquis est hic quasi filius hominis, qui potestatem accipit absolutam in omnes ac sempiternam? Homo quidem omnino nullus, sed ipse Deus et homo Christus. De quo et

[29] Psal. CIII, 30. [30] Psal. CXVIII, 89. [31] Job XXVII, 2, 3. [32] Agg. II, 5, 6. [33] Isa. XLVIII, 16. [34] Gen. XXXI. 11-13. [35] Joan. XVII, 6. [36] Isa. IX, 6. [37] Ibid. [38] Baruch III, 36. [39] ibid. 38. [40] Isa. XXXV, 4. [41] ibid. 5-6; Isa. LXIII, 9 juxta LXX. [42] IV Reg. XIX; II Paral. XXXII. [43] Isa. VII, 14. [44] ibid. 16. [45] I Pet. II, 22. [46] Prov. XX, 9. [47] Mich. V, 2. [48] ibid. [49] Dan. VII, 13, 14.

David Deum et Patrem sic alloquitur: *Deus, judicium tuum Regi da, et justitiam tuam filio Regis* [50]. Christus enim et uti Deus Rex est, et filius Regis. Et uti homo factus est Rex, et filius regis, nempe Davidis. Ex quo postea, *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cælo et in terra* [51]. Ad quem Pater, postquam, ut homo, potestatem accepit, *Sede*, inquit, *a dextris meis. Dixit* enim, ut ait David, *Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [52]. Quinam sunt hi duo Domini ipsius Davidis, nisi hos concesseris? At cum dixisset David: *Deus, judicium tuum Regi da*, et quæ sequuntur, subjecit, quoniam *ante solem permanet nomen ejus* [53], nomen illud utique quod illum Deum, aut Filium (Dei) esse demonstrat. Semper enim utrumque fuit. Ecquis igitur ejusmodi Rex, nisi hic? Cui servierunt omnes gentes, nisi Christo? Quem nisi Christum collaudarunt, beatumque prædicaverunt? Sin adhuc ipsum exspectas, quoad præcurrat Elias, secundum Servatoris descensum exspectas, cum aderit mundi finis. Nam cum duo sint Christi descensus, unus cum ad naturam humanam assumendam venit, alter cum veniet ad judicandum orbem universum: prior jam fuit, cujus præcursor tanquam alter Elias Joannes exstitit; posterior erit, et Eliam tanquam alterum Joannem habebit præcursorem. Ambo enim sunt ejusdem Spiritus, et ejusdem gratiæ atque virtutis, quatenus Christum præcurrunt.

Unctus ille et Messias quem exspectatis, est purus homo, an Deus et homo? Nam si purus homo est, non est ille quem prædixerunt prophetæ, qui signa ei divinitatis adjunxerunt, ut ipsum a puris et meris hominibus separarent: vos autem a quibus aliis didicistis notas et signa illius, quem exspectatis? Sin Deus est et homo, nonne animadvertitis, vos aliam divinitatis personam confiteri? Neque enim dicetis hunc esse Patrem. Nam, *Puer*, inquit, *natus est nobis* [54], Filius, non autem Pater. Jam Messias, et Christus, et unctus idem est. *Intelligite, insipientes in populo, et stulti, aliquando sapite* [55]. Et Isaias vos alloquitur, *Cæci*, inquiens, *inspicite, et surdi, audite* [56]. Ultrone cæci estis, an omnino sensibus caretis? Ecquando igitur nominum ambiguitates, aut verborum significationes, aut dictionum proprietates distinguetis, quibus veritas comprehenditur?

De Christi cruciatibus et morte.

David ex persona Christi, *Concilium*, inquit, *malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* [57]. Hæc cum illis quæ narrantur in Evangeliis plane congruentia, cuinam alii, nisi

A Christo dices convenire? Eadem per Isaiam de se prædixit Christus: *Dorsum meum percutientibus præbui, genas vellentibus, et faciem ab ignominia conspuentium non averti* [58]. Et rursum David: *Dederunt*, inquit, *in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* [59]. Quod si hæc intelliges de populo in captivitate constituto, cum constet eum, licet alia multa pertulerit, hujusmodi tamen non fuisse perpessum; sententia tua facile refelletur. Mortem ipsius prædixit Isaias, *ut ovis*, inquiens, *ad occisionem ductus est* [60]. Verum ut cognosceres eam nobis fuisse salutarem, rursus idem, *Livore*, inquit, *ejus sanati omnes sumus* [61]. Ut intelligeres autem ob ejus mortem Judæorum genus ad exitium pervenisse, subjecit, *Et dabo impios pro*
B *ejus sepultura* [62]. Quid enim Judæorum impietate flagitiosius, qui eum a quo tam multa beneficia acceperant, interfecerunt?

De Christi resurrectione.

Non relinques, inquit David, *animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* [63], nempe, corporis. Deinde, *Notos*, inquit, *fecisti mihi dies vitæ*. Oseas multo clarius: *Et sanabit nos post dies, in die tertia, et resurgemus, et vivemus in conspectu ejus* [64]. Hæc autem dicta sunt ex persona eorum qui dormierant, quorum corpora cum Christo surrexerunt tertio die quo surrexerit ipse, *et apparuerunt multis*, ut Evangelium
C docet [65]. Quin etiam Josephus Hebræus in XVIII libro *De antiquitate Judæorum* de Christo loquitur ad hunc modum: *Fuit eodem tempore Jesus, vir sapiens, si tamen eum appellare virum fas est. Erat enim mirabilium operum effector, et doctor hominum qui cum voluptate quæ vera sunt, amplectuntur. Ac multos quidem tum ex Judæis, tum ex aliis gentibus adjunxit sibi. Hic erat Christus. Quem nostræ gentis principibus accusantibus a Pilato damnatum cruci affixerunt Judæi. Nec tamen qui eum prius dilexerant, doctrinam ipsius promulgare destiterunt. Tertio namque post die se rursus viventem illis conspiciendum præbuit, cum et hæc et alia de ipso innumerabilia divini prophetæ prædixissent.*

De Ecclesia ex gentibus.

D *Lætare, solitudo, sitiens. Exsultet solitudo, et floreat quasi lilium. Et loca deserta Jordanis exsultabunt, et gloria Libani data est ei, et honor Carmeli* [66]. Hæc sensu quidem nec facta sunt unquam, neque fient. Quis enim solitudinem et loca deserta deligat ad habitandum, nisi forte Christianos monachos dixeris? Spiritu autem plane contigerunt. Nam gentium Ecclesia nullos antea fructus ferentium erat quædam veluti solitudo, in qua degebant vitiorum feræ. Hæc Dei cognitionem salutemque sitiens lætatur et exsultat et floret, fru-

[50] Psal. LXXI, 2. [51] Matth. XXVIII, 18. [52] Psal. CIX, 1. [53] Psal. LXXI, 17. [54] Isa. IX, 6. [55] Psal. XCIII, 8. [56] Isa. XLII, 18. [57] Psal. XXI, 17, 18. [58] Isa. L, 6. [59] Psal. LXVIII, 22. [60] Isa. LIII, 7. [61] ibid. 5. [62] ibid. 9. [63] Psal. XV, 10, 11. [64] Osee VI, 3. [65] Matth. XXVII, 53. [66] Isa. XXXV, 1, 2.

ctuum pulchritudine et suavitate decorata. Data A autem est illi gloria Libani, hoc est, antiqui populi quem et Carmelum vocat, cui gloria et honor est pietas, religio et amicitia Dei, et gloriæ legisque sublimitas, et divinorum munerum copia atque gratiarum abundantia. Et rursum : *Lætare, sterilis, quæ non paris, erumpe et clama, quæ non parturis, quoniam multi sunt filii magis desertæ, quam habentis virum* [67]. Sterilis enim erat Ecclesia quam ostendimus, nec ullos ante ferebat virtutum fructus. Post autem, pietatem et religionem amplexa, multorum facta est filiorum mater, Judaicamque synagogam cujus antea vir erat Deus, qui eam diligebat et providentia sua fovebat ac tuebatur, vel etiam lex, vicit fecunditate. Rursum ex persona Dei et Patris Filium et Deum alloquens sic ait Isaias : *Ecce dedi te in fœdus gentium, ut terram constituas, solitudinis suscipias hæreditatem* [68], et quæ sequuntur. Quod etiam per Davidem Filio pollicitus est, *Et dabo*, inquiens, *gentes hæreditatem tuam* [69]. Ac ipse quidem David Patrem ad hoc hortabatur, *Constitue*, inquiens, *Domine, legislatorem super eos* [70]. At Isaias ex hujus legislatoris persona, *Lex*, inquit, *egredietur a me in lucem gentium, et in brachio meo gentes sperabunt* [71]. Quænam alia est lex, præter evangelicam, quæ gentes in ignorantiæ tenebris aberrantes illustravit? Nam lex quidem Mosaica multis jam annis antecesserat. Jam de novo Evangelii testamento rursum Isaias ante locutus est : *Ex Sion*, inquiens, *exibit lex, et sermo Domini ex Jerusalem* [72]. Siquidem Dominus noster Jesus Christus nunc in monte Sion sedens et docens, nunc in civitate Jerusalem versans, legem et doctrinam evangelicam tradidit. Neque enim de Mosaica lege propheta nunc loquitur. Qui enim id fieri queat? cum ea non in Sion nec in Jerusalem, sed in monte Sina fuerit lata, multo antequam natus esset Isaias, quemadmodum evangelica multo post ipsum Isaiam tempore promulgata fuit? Quapropter apposite dixit, *Exibit*. Quoniam antiqua lex jam exierat. Hoc autem tempus Jeremias item pronuntiavit his verbis : *Ecce veniunt dies, dicit Dominus, et feriam vobiscum fœdus novum, non secundum illud fœdus quod inivi cum patribus vestris, qua die manum eorum apprehendi ut educerem eos de terra Ægypti; quoniam illi fœdus meum non observarunt, et ego neglexi eos* [73]. Hæc et his similia obscure tradita sunt, ne delerentur libri. Nam qui Christum præsentem, et res admirabiles efficientem, et certissima divinitatis suæ afferentem indicia contuentes non susceperunt, sed egerunt in crucem, hi scilicet prophetiis pepercissent de ipso loquentibus, si eas nulla contectas umbra, sed apertas ac nudas accepissent.

B Jam vero nos Christi nomine appellatum iri prædixit Isaias, *Vos*, inquiens, *tollet evertetque Dominus. Illis autem qui servient mihi, novum nomen imponet, quod in universa terra celebrabitur* [74]. Idemque rursus, *Videbunt*, inquit, *gentes gloriam tuam, et omnes reges justitiam. Et vocabitur nomen novum, quod ipse Dominus pronuntiabit* [75]. Hoc Oseas item prædixit, *Et erit*, inquiens, *in novissimis temporibus nomen ejus illustre in universa terra. Et nomine illius multi populi appellabuntur. Et ibunt in viis ejus, et vivent in ipsis* [76].

Ejusdem.

Et in te precabuntur. Quoniam in te Dominus est. Et non est Deus præter te. Et non cognovimus [77]. Illud *et precabuntur in te*, præsignificat eos C qui crediderunt in Christum. Illud autem, *Quoniam in te Deus est*, in carne assumpta præmonstrat divinitatem. At illud, *Tu enim es Deus, et non cognovimus*, excusationem indicat Judæorum in judicio futuro, quæ stulta atque inanis erit.

Si Christus impostor fuit, quomodo quæ prædixit, eventu comprobata sunt omnia? Ut ea quæ ad templi destructionem, quæ ad civitatem Jerosolymorum expugnandam evertendamque et ad internecionem Judæorum, quæque ad discipulos suos, et ad res admirandas quas in nomine suo erant facturi, pertinentia prænuntiavit?

Idem tit. 9, *pag.* 30 *seq.*

Ex libro qui Gregorio *Nyssæ pontifici ascribitur*, De cognitione Dei.

Et tenebræ, inquit Moses, *erant super abyssum* [78]. D Ex quo malitiose isti ratiocinantes dicunt tenebras fuisse, quarum effectrix causa sit malum principium. Deinde, *Et divisit Deus inter lucem et tenebras* [79]. Si lux est, et tenebræ sunt, quas a luce sejunctas intelligis. Hæc tenebricosi isti, qui in luce cæcutiunt. Nos autem dicimus tenebras non esse naturam ullam, sed accidens, et nihil aliud nisi lucis absentiam. Etenim cum cœlum initio involveretur eorum quæ circum erant objectu, tenebræ exstiterunt. Quod etiam nunc in iis quæ obstruuntur, evenire consuevit. At harum divisio est spatium illud, quod lucis absentia demetitur. Quæ quidem lucis absentia et privatio est habitus quodammodo et essentia tenebrarum. Principium autem malum non est. Nam si Deus est, non est malum, hoc est, Deus malus non est. Nam si Deus est, non est malus, cum bonitatis sit fons : sin malus, non est Deus. Quomodo enim Deus malitia, aut peccatum esse potest? Quæ quidem, si Deus est, omnia pereunt et evertuntur.

[67] Isa. LIV, 1. [68] Isa. LIX, 6. [69] Psal. II, 8. [70] Psal. IX, 21. [71] Isa. LI, 4, 5. [72] Isa. II, 3. [73] Jerem. XXXI, 31, 32. [74] Isa. LXV, 15, 16, sec. LXX. [75] Isa. LXII, 2. [76] Osee I, II, passim. [77] Isa. XLV, 14, 15. [78] Gen. I, 2. [79] ibid. 4.

Ex eodem.

Quonam pacto duo possunt esse principia, bonum unum, alterum malum? Bonum enim et malum contraria sunt, seque vicissim interimunt, et nequeunt simul consistere. Quare aut in parte universitatis alterum erit, et ab ea circumscribetur, aut sese contingent mutuoque corrumpent, aut inter illa medium aliquod intercedet, atque ita tria jam erunt principia. Præterea aut pace utentur, quod malum non potest: aut pugnabunt, quod bonum recusat. Nam illud quidem si utatur pace, non erit bonum. Quamobrem non sunt duo principia, præsertim inter se contraria et inimicissima, sed unum, idque bonum. Malum enim non est principium, sed privatio et amissio boni.

Ex eodem.

Si duo sunt dei, bonus quidem unus, alter autem malus: aliud habebunt principium. Binarius enim numerus non potest esse principium, cum ipse ab unitate principio proficiscatur. Quod si principium non sunt, ne dei quidem erunt omnino. Quoniam igitur unitas est rerum omnium principium, unus utique et Deus est rerum auctor, et effector omnium.

Ex eodem.

Si bonum per se est, malum non est. Si malum per se est, non est bonum. Hæc est enim contrariorum medio carentium ratio atque conditio. Qualia sunt valetudo et ægritudo, vita et mors. Non igitur Deus malus.

Ex eodem.

Deus bonus essentia et natura bonitatem habet, malus bonitatis privationem ut habitum obtinebit. Quomodo autem Deus, qui eo tantum est, quod deficit, caret, non assequitur, et non est?

Ex eodem.

Si duo, aut tres pluresve essent dei, cum aliud alio modo et diversa ratione ageretur et moveretur, mundus jam pridem intercidisset. Nunc autem cum omnia ratione certa et stabili semper moveantur et disponantur, firma hæc atque perpetua rerum omnium concinnitas, et ordo, et moderatio, et conservatio unam eamdemque clamant esse causam, unum auctorem, a quo et procreata sint omnia et regantur et conserventur.

Ex eodem.

Si malus et scelestus est hic mundus inferior, et vos nimirum mali scelestique, quippe qui pars sitis ipsius. Quod si natura estis improbi et mali, veritas non adest vobis. Veritas enim bonum plane est. Bonum est alienum a malo. Jam qui veritate carent, eorum doctrina falsa nullo solido innititur fundamento.

A *Ex eodem.*

Si mundum hunc bonum esse confitemini, Deum autem et Patrem malum non hujusce mundi effectorem; erit utique mundus alter malus a deo illo confectus malo. Atqui mundus istiusmodi non est: ne Deus igitur quidem malus. Nam Deus principium est, effectrixque causa. Quare cum non exsistant quæ a principio effecta et condita sint, ne principium quidem est, nec Deus igitur malus.

Ex eodem.

Veteris, inquiunt, Testamenti Deus non ea est providentia et scientia quæ omnia complectatur. Interrogat enim Adam, *Ubi*, inquiens, *es* [80]? Et Cain, *Ubi est*, inquiens, *frater tuus* [81]? Et Abra-
B ham, *Ubi est*, inquiens, *Sara uxor tua* [82]? Et alia multa ad eumdem modum. His respondemus, ejusmodi interrogata non ab ignorantia, sed potius a cognitione proficisci. Nisi enim cognovisset et Adam et Cain peccasse, non eos continuo interrogasset. Cognovisse autem, ex iis quæ sequuntur perspicuum est. Sic enim alloquitur Adam prius quam ille se comedisse fateretur: *Ecquis indicavit tibi te nudum esse, nisi quod e ligno de quo solo præcepi tibi ne comederes, comedisti* [83]? Cain vero, qui conabatur et ipse latitare, compellat his verbis: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me* [84]. Hæc non ignorantis sunt, sed plane et perspicue cognoscentis, qui ea specie interrogationis vult iis qui peccaverant, persua-
C dere ut resipiscant, cum se deprehensos animadvertant. Ea item verba: *Ubi est Sara uxor tua?* declarant eum non ignorare, Abraham uxorem habere, eamque vocari Saram. Qui autem hæc scit, is profecto non erat nescius, ubi esset Sara. Neque enim, cum Sara post ostium staret, risissetque clam audiens se matrem fore, dixisset, *Cur risit Sara* [85]? risus etiam causam subjecit, secum ipsa inquiens: Verene pariam? Hæc enim illius sunt, qui cor etiam atque animum novit. Interrogavit autem, *Ubi est Sara uxor tua?* eo consilio, ut Abraham cognoscens se ante cognoscere et omnia scire, sibi ut præstantiori vacaret, et omnibus quæ deinceps dicerentur fidem adhiberet. Atque
D etiam illud, quod de Sodoma et Gomorrha dictum est: *Descendam et videbo utrum re ipsa quæ clamor ipsorum indicat compleverint, an non, ut sciam* [86], quid aliud significat, nisi eo consilio Deum ita locutum esse, ut nos erudiret, ne unquam præcipites irruamus ad irroganda supplicia, propterea quod aliquorum flagitia prospiciamus, sed exspectemus, ut re ipsa perfecta sint? Nam si non cognovisset, quomodo potuisset dicere: *Clamor Sodomorum et Gomorrhæ venit ad me* [87]? Terra, inquit, clamat, etiam ante res. Et ipsæ res vociferantur et clamant. Multæ sunt ejusmodi interrogationes non solum in Veteri, sed etiam in

[80] Gen. III, 9. [81] Gen. IV, 9. [82] Gen. XVIII, 9. [83] Gen. III, 11. [84] Gen. IV, 10. [85] Gen. XVIII, 13. [86] ibid. 21. [87] ibid. 20.

Novo Testamento, quæ tamen omnes mysterium continent, et aliquid aliud agunt. Nam Dei proprium est cuncta cognoscere; et qui omnia non habet cognita, non est Deus.

Ex eodem.

Quomodo dicitis Antiqui Testamenti legislatorem justum, Novi autem bonum, atque ideo unum ab alio diversum esse contenditis? Nam si quod justum est, bonum est; justus erit bonus omnino. Neque enim contraria sunt justum et bonum: sed justo repugnat injustum, et bono malum adversatur. Præterea si malum injustum, bonum utique justum, et bonus omnino justus. Cum autem innumerabilia sint testimonia, quibus Veteris Testamenti Deus esse declaratur bonus, ego unum duntaxat in medio afferam: *Dicat*, inquit, *Israel, quoniam bonus* [88]; et qui deinceps sequuntur, duo versiculi. Unum item, quo Novi Testamenti Deus justus ostenditur. *Et judicium*,

A inquit, *meum justum est* [89]. Quod autem unus atque idem sit Veteris ac Novi Testamenti Deus, prædixit Jeremias, *Ecce*, inquiens, *dies veniunt, dicit Dominus, et constituam vobis Testamentum novum, non ut Testamentum illud quod cum patribus vestris constitui, quo die manum eorum apprehendi, ut educerem eos ex Ægypto. Quia ipsi non manserunt in Testamento meo. Et ego neglexi illos* [90]. Et ipse tum Antiqui, tum Novi Testamenti auctor Christus. *Non veni*, inquit, *ut legem solverem, sed ut eam implerem* [91]. Hoc est, ut illam propter Hebræorum imperfectionem imperfectam, majore quadam et viris congruente philosophia perficerem et absolverem. Illa enim erat *pædagogus* [92], qui ad Evangelium suscipiendum instituebat. B Hæc autem est præceptor ipse, qui docet perfectiora. Et illa quidem corpora informabat, hæc autem animos erudit. Vetus ergo est ministra novæ: ad novam enim ducit et viam ostendit et parat.

VII.

Ibid. tit. 11, *pag.* 7 *sqq.*

GREGORII *Nyssæ pontificis* ex Oratione contra Ablabium.

Cum et Patrem Deum (5), et Filium Deum, et Spiritum sanctum Deum esse fateamur, cur non dicimus tres deos, sed unum Deum? Primum, ut quod in promptu est respondeamus, ne multiplicem deorum turbam a Græcis confictam introducamus. Deinde, si quid elegantius magisque reconditum dicendum est, quoniam nomen hoc, *Deus*, actionem significat: a verbo enim θέειν deductum est, quod passim currat; vel a verbo θεᾶσθαι, quod cernat omnia; vel a verbo αἴθειν, quod improbitatem exurat ac perdat. Quemadmodum igitur unaquæque persona talem actionem perfectam habet, sic nomen actionem illam significans obtinet, ut et sit et appelletur Deus. Rursus quemadmodum una atque incommutabilis in tribus est actio, sic etiam est una divinitas et unus Deus in tribus personis. At enim, inquies, Petrus et Paulus et Joannes tres personæ cum sint, dicuntur etiam tres homines. Respondeo, primum nos et hic abuti hominis vocabulo, cum eo tres homines appellamus: siquidem homo, et humanitas universum quiddam significant, quod singularia complectatur. Deinde illud adjungo, nomen hoc rei naturam explicare; in Trinitate vero C quæ creata non est, nullum inveniri nomen quod ejus naturam declaret. At cur, cum personas singulas appellemus Deum, non etiam earum singulas Divinitatem appellamus? Quoniam quemadmodum licet homo et humanitas pariter de universis dicantur, non tamen æque dicuntur de singulis: Socrates enim homo dici potest, humanitas autem nequaquam potest: sic etiam Deus et Divinitas habent. Deus enim agentem significat; Divinitas autem actionem. Trium vero personarum nulla est, quæ sit actio; sed agens potius est unaquæque illarum. Dicimus tamen divinitatem Patris et divinitatem Filii et divinitatem sancti Spiritus, sicut humanitatem Socratis et essentiam et naturam, et si quid aliud est personis commune.

[88] Psal. CXVII, 1. [89] Joan. V, 30. [90] Jer. XXXI, 31, 32. [91] Matth. V, 7. [92] Gal. III, 21.

(5) *Cum et Patrem Deum*, etc. Observat Fabricius *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 165, quæ hic recitat Euthymius, non exstare in oratione, *De eo quod non putandum sit tres deos dici oportere*, ad Ablabium, quæ occurrit tom. III, pag. 15 seqq. edit. Paris. 1638. (Hujusc. *Patrol.* t. XLV, circa init.)

DUBIA.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΝΗΣΙΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ
ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΝΗΠΙΑ ΤΑ ΕΝ ΒΗΘΛΕΕΜ ΑΝΑΙΡΕΘΕΝΤΑ ΥΠΟ ΗΡΩΔΟΥ.

S. P. N. GREGORII
ORATIO IN DIEM NATALEM CHRISTI
ET IN INFANTES QUI IN BETHLEEM OCCISI SUNT AB HERODE.

Francisco Zino interprete.

Buccinate, inquit David [1], *in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Cœlestis autem doctrinæ instituta omnino sunt instar legis apud eos qui audiunt. Quamobrem, quoniam adest insignis dies solemnitatis nostræ, nos item observemus legem, et efficiamur sacræ celebritatis buccinatores. Legalis autem tuba, ut declarat Apostolus, est oratio. Incertum enim inquit [2] tubæ clangorem esse non oportere, sed sonis distinctum, ut ea, quæ dicuntur, perspicua sint. Edamus igitur et nos, fratres, clarum aliquem sonum, qui non minus exaudiatur, quam si ederetur cornea tuba. Quandoquidem et lex in umbræ figuris ante depingens veritatem, in tabernaculorum celebritate tubis ut caneretur, mandavit [3]. Et præsens celebritatis argumentum, veræ tabernaculi exstructionis mysterium est. In hac enim humanum ei tabernaculum figitur, qui propter nos formam hominis induit, in hac tabernacula nostra, quæ morte corruerant, instaurantur ab eo, qui ab initio construxerat ædificium. Nos etiam ea verba Psalmi cum vocali Davide plaudentes dicamus : *Benedictus, qui venit in nomine Domini* [4]. Quomodo autem venit? Non navigio, aut curru aliquo, sed incorrupta virginitate in vitam humanam trajecit. *Hic Deus noster, hic Dominus illuxit nobis* [5], ut diem hanc solemnem constitueret in condensis usque ad cornua altaris. Quod autem mysterium, fratres, in iis, quæ dicta sunt, contineatur, neutiquam ignoramus : scimus enim universas res procreatas esse veluti templum quoddam Domini, a quo procreatæ sunt. Verum, quia superinducto peccato obstructa erant ora illorum, qui a malitia victi fuerant, exsultationis vox obticue-

A *Σαλπίσατε ἐν Νεομηνίᾳ σάλπιγγι*, φησὶν ὁ Δαβὶδ, *ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν*. Τὰ δὲ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας προστάγματα νόμος ἐστὶ πάντως τοῖς ἀκούουσιν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ πάρεστιν ἡ εὔσημος ἡμέρα τῆς ἑορτῆς ἡμῶν, πληρώσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν νόμον, σαλπιγκταὶ τῆς ἱερομηνίας γινόμενοι. Ἡ δὲ νομικὴ σάλπιγξ, καθὼς κελεύει νοεῖν ὁ Ἀπόστολος, ὁ λόγος ἐστί. Φησὶ γὰρ, μὴ ἄδηλον δεῖν γίνεσθαι τὸν τῆς σάλπιγγος ἦχον, ἀλλὰ διεσταλμένον τοῖς φθόγγοις πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων σαφήνειαν. Οὐκοῦν ἠχήσωμεν καὶ ἡμεῖς, ἀδελφοὶ, λαμπράν τινα ἠχὴν καὶ ἐξάκουστον, οὐδὲν τῆς κερατίνης ἀτιμοτέραν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ νόμος ἐν τοῖς τῆς σκιᾶς τύποις προδιαζωγραφῶν τὴν ἀλήθειαν, ἐν τῇ σκηνοπηγίᾳ τὸν ἐκ τῶν σαλπίγγων ἦχον ἐνομοθέτησε. Καὶ ἡ παροῦσα τῆς
B ἑορτῆς ὑπόθεσις τὸ τῆς ἀληθινῆς σκηνοπηγίας ἐστὶ μυστήριον. Ἐν ταύτῃ γὰρ σκηνοπηγεῖται τὸ ἀνθρώπινον σκήνωμα τῷ δι' ἡμᾶς ἐνδυσαμένῳ τὸν ἄνθρωπον· ἐν ταύτῃ τὰ διαπεπτωκότα ἡμῶν ὑπὸ τοῦ θανάτου σκηνώματα πάλιν συμπήγνυται ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς τὸ οἰκητήριον ἡμῶν οἰκοδομήσαντος. Εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς τὸ τῆς ψαλμῳδίας, τῷ μεγαλοφώνῳ Δαβὶδ συγχορεύοντες, ὅτι *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Πῶς ἐρχόμενος; Οὐ καθάπερ διὰ πλοίου τινὸς, ἢ ὀχήματος, διὰ δὲ τῆς παρθενικῆς ἀφθορίας ἐπὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον διαπεράσας. *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὗτος ὁ Κύριος ἐπέφανεν ἡμῖν* εἰς τὸ συστήσασθαι τὴν ἑορτὴν ταύτην ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. Πάντως δὲ οὐκ ἀγνοοῦμεν, ἀδελφοὶ, τὸ ἐν τοῖς εἰρημένοις μυ-
C στήριον· ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις ἕν τι τοῦ Δεσπότου τῆς κτίσεώς ἐστιν ἀνάκτορον. Ἀλλ', ἐπειδὴ τῆς ἁμαρτίας ἐπεισελθούσης ἐφράγη τῶν τῇ κακίᾳ κατειλημμένων

[1] Psal. LXXX, 4. [2] I Cor. XIV, 7 sqq. [3] Levit. XXIII, 24. [4] Psal. CXVII, 25. [5] ibid. 27.

τὰ στόματα, καὶ κατεσιγάσθη φωνὴ ἀγαλλιάσεως, καὶ διεσπάσθη τῶν ἑορταζόντων ἡ συμφωνία, τῆς ἀνθρωπίνης κτίσεως οὐ συνεορταζούσης τῇ ὑπερκοσμίῳ φύσει, διὰ τοῦτον ἦλθον αἱ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων σάλπιγγες, ἃς κερατίνας ὁ Νόμος φησὶ, διὰ τὸ εἶναι αὐτῶν τὴν κατασκευὴν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ μονοκέρωτος. Αἳ κατὰ τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, σύντονον τὸν τῆς ἀληθείας ἤχησαν λόγον, ἵνα τῆς ἀκοῆς τῶν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐμπεφραγμένων διανοιχθείσης, μία γένηται σύμφωνος ἑορτὴ, διὰ τοῦ πυκασμοῦ τῆς σκηνοπηγίας τῆς κάτω κτίσεως πρὸς τὰς ἐξεχούσας καὶ προβεβλημένας περὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον δυνάμεις συνυπηχοῦσα. Τὰ γὰρ κέρατα τοῦ νοητοῦ θυσιαστηρίου αἱ προβεβλημέναι τε καὶ ἐξέχουσαι τῆς νοερᾶς φύσεως Δυνάμεις εἰσὶν, Ἀρχαί τε καὶ Ἐξουσίαι, καὶ Θρόνοι, καὶ Κυριότητες· πρὸς ἃς τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἑορτῆς συνάπτεται διὰ τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν σκηνοπηγίας ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, τῇ ἀνακαινίσει τῶν σωμάτων πυκαζομένη. Τὸ γὰρ πυκάζεσθαι ἴσόν ἐστι τῷ κοσμεῖσθαι ἢ περιβάλλεσθαι, καθὼς ἑρμηνεύουσιν οἱ ταῦτα γινώσκοντες. Δεῦτε τοίνυν πρὸς τὴν πνευματικὴν χορείαν τὰς ψυχὰς ἡμῶν διεγείραντες, ἔξαρχον καὶ καθηγεμόνα καὶ κορυφαῖον τῆς χοροστασίας ἡμῶν, τὸν Δαβὶδ προστησώμεθα· καὶ εἴπωμεν μετ' ἐκείνου τὴν γλυκεῖαν φωνὴν ἐκείνην ἣν φθάσαντες ὑμνῳδήσαμεν.

rat, et dies festos celebrantium consensus distractus erat, cum humana natura cum beatarum mentium natura in celebrando non conveniret, idcirco venerunt prophetarum et apostolorum turbæ, quas Lex corneas vocat, quia ex vero unicorni confectæ sunt. Hæ Spiritu sancto inflatæ continuum veritatis sonum protulerunt, ut auribus eorum, qui propter peccatum obsurduerant, patefactis, per condensationem tabernaculi inferioris cum eximiis et præstantibus illis virtutibus, quæ ad altare supernum astant, concinentem, una solemnitas celebraretur. Divini enim illius altaris cornua sunt eximiæ et præstantes cœlestis naturæ Virtutes, et Principatus, et Potestates, et Throni, et Dominationes, quibuscum per tabernaculi excitationem in celebritate conjungitur humana natura, renovatione corporum condensata. Nam condensari, et ornari, et indui idem est, ut illi, qui hæc intelligunt, interpretantur. Agite igitur, ad spiritalem choream animos nostros excitemus, nobisque chori ducem, et principem, et coryphæum Davidem proponamus, et una cum illo dulcem illam emittamus vocem, quam ante cecinimus.

Καὶ πάλιν αὐτὴν ἀναλάβωμεν, ὅτι *Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.* Ἐν ᾗ μειοῦσθαι τὸ σκότος ἄρχεται, καὶ τὰ τῆς νυκτὸς μέτρα τῷ πλεονάζοντι τῆς ἀκτῖνος συνωθεῖται πρὸς ἔκλειψιν. Οὐ συντυχική τις, ἀδελφοὶ, γέγονε κατὰ τὸ αὐτόματον ἡ τοιαύτη περὶ τὴν ἑορτὴν οἰκονομία, τὸ νῦν ἐπιφανῆναι τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ τὴν θείαν ζωήν· ἀλλά τι μυστήριον διὰ τῶν φαινομένων τοῖς διορατικωτέροις διηγεῖται ἡ κτίσις, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεῖσα καὶ διδάσκουσα τὸν ἀκούειν δυνάμενον, τί βούλεται ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Δεσπότου ἡμέρα προσαυξανομένη, καὶ νὺξ κολοβουμένη. Ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τοιαῦτά τινα διεξιούσης ἀκούειν τῆς κτίσεως, ὅτι Ταῦτα βλέπων, ὦ ἄνθρωπε, νόει τὸ διὰ τῶν φαινομένων κρυπτόν σοι δηλούμενον. Ὁρᾷς ἐπὶ τὸ ἀκρότατον μῆκος προελθοῦσαν τὴν νύκτα, καὶ ἱσταμένην τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω φορᾶς, καὶ εἰς τὸ ἔμπαλιν ἀναλύουσαν; Νόησον ὅτι ἡ πονηρὰ τῆς ἁμαρτίας νὺξ, ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἦν αὐξηθεῖσα, καὶ διὰ πάσης κακῶν ἐπινοίας ἐπὶ τὸ ἀκρότατον τῆς πονηρίας μέγεθος φθάσασα, σήμερον ἀνεκόπη τῆς ἐπὶ πλεῖον νομῆς, καὶ τὰ ἀπὸ τούτου πρὸς ἔκλειψίν τε καὶ ἀφανισμὸν συνελαύνεται. Ὁρᾷς τὴν τοῦ φωτὸς ἀκτῖνα διαρκεστέραν, καὶ ὑψηλότερον τῆς συνηθείας τὸν ἥλιον; Νόει τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς τὴν παρουσίαν, τοῦ ταῖς εὐαγγελικαῖς ἀκτῖσι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταφωτίζοντος. Τάχα δὲ καὶ τοῦ μὴ καταρχὰς ἐπιφανῆναι τὸν Κύριον, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων χαρίσασθαι τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἐμφάνειαν, ταύτην ἄν τις τὴν αἰτίαν εὐλόγως ὑπονοήσειεν, ὅτι ὁ μέλλων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς κακίας τῷ ἀνθρωπίνῳ καταμίγνυσθαι βίῳ, ἀναγκαίως πᾶσαν

Sic igitur rursum repetamus. *Hæc est dies quam fecit Dominus: exsultemus, et lætemur in ea*[16]. In hac tenebræ incipiunt minui, et crescente splendore, noctis termini contrahuntur. Neque enim casu aut sponte sua contingunt hæc, fratres, in hac die solemni, qua humanæ vitæ splendet divina vita: sed per ea quæ cernuntur mentis aciem intendentibus, arcanum quoddam ostendit natura, ac tantum non vocem emittens docet eos, qui audire possunt, quid sibi velit, quod in adventu Domini dies augetur, et nox imminuitur. Mihi enim videor eam sic loquentem exaudire: Considera, homo, qui hæc aspicis, ex iis quæ videntur, ea tibi aperiri quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem pervenisse, et cum progredi ulterius nequeat, consistere, ac regredi? Cogita exitiosam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta ad summum malitiæ cumulum venerat, hodie recisam esse, ne longius serperet, atque illuc deinceps redigi, ut plane deficiat, ac deleatur. Vides uberiores lucis radios, et solem solito sublimiorem? Cogita veræ lucis præsentiam Evangelii radiis totum orbem terrarum illustrare. Quod autem humanæ vitæ non ab initio, sed ab extremis temporibus Dominus apparuerit, hanc merito fortasse causam quispiam existimabit, quod qui, malitiam ut tolleret, humanam vitam erat ingressurus, exspectavit necessario, ut omne ab inimico satum propagatumque peccatum germinaret, ac tum demum, ut legitur in Evangelio, radici securim admovit[17]. Nam et qui præstant medendi facultate, dum febris adhuc corpus exurit et ex causis morbum efficientibus paulatim inten-

[16] Psal. CXVII, 24. [17] Matth. III, 10.

ditur, obsecundant morbo, quoad vis ad summum pervenerit, nec cibi subsidium ullum ægrotanti præbent : at ubi malum constiterit, patefacto jam toto morbo, tunc artem adhibent. Sic animorum ægrotantium medicus exspectavit, dum malitiæ morbus, quo natura hominum victa laborabat, se totum aperiret, ne latens aliquid incuratum remaneret, si curaret id solum quod cerneretur. Itaque nec Noe tempestate, cum omnis caro in iniquitate corrupta esset, adventu suo medicinam attulit, quia nondum Sodomitici sceleris germen pullulaverat : nec tempore eversionis Sodomorum Dominus advenit, quoniam in humana natura multa adhuc mala latitabant. Ubi enim impius Pharao? Ubi indomita Ægyptiorum malitia?

A ἀνέμεινε τὴν παρὰ τοῦ Ἐχθροῦ ῥιζωθεῖσαν ἁμαρτίαν ἀναβλαστῆσαι· εἶθ' οὕτως ἐπήγαγε, καθώς φησι τὸ Εὐαγγέλιον, τὴν ἀξίνην τῇ ῥίζῃ. Καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν οἱ τῇ τέχνῃ προέχοντες, ἔνδοθεν ἔτι τὸ σῶμα τοῦ πυρετοῦ διασμύχοντος, καὶ κατ' ὀλίγον ὑπὸ τῶν νοσοποιῶν αἰτιῶν ἐξαπτομένου, ἐνδιδόασι τῷ ἀῤῥωστήματι, μέχρις ἂν εἰς ἀκμὴν προέλθῃ τὸ πάθος, οὐδεμίαν ἐκ τῶν σιτίων ἐπάγοντες τῷ ἀσθενοῦντι βοήθειαν· ἐπειδὰν δὲ στάσιμον γένηται τὸ κακὸν, τότε τὴν τέχνην ἐπάγουσιν, ἐκφανείσης πάσης τῆς νόσου. Οὕτως καὶ ὁ τοὺς κακῶς ἔχοντας τὴν ψυχὴν ἰατρεύων, ἀνέμεινε τὴν ἐκ κακίας νόσον, ᾗ κατεκρατήθη τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, πᾶσαν ἐκκαλυφθῆναι, ὡς ἂν μηδὲν τῶν κεκρυμμένων ἀθεράπευτον μείνειε, τοῦ ἰατροῦ μόνον τὸ φανὲν θεραπεύοντος. Διὰ τοῦτο οὔτε κατὰ τοὺς καιροὺς τοῦ Νῶε πάσης σαρκὸς ἐν ἀδικίᾳ καταφθαρείσης, ἐπάγει διὰ τῆς ἰδίας ἐμφανείας τὴν ἴασιν, ὅτι οὔπω τῆς Σοδομιτικῆς κακίας ὁ βλαστὸς ἐξεφύη· οὔτε τοῦ καιροῦ τῆς Σοδόμων καταστροφῆς ὁ Κύριος φαίνεται. Διότι πολλὰ τῶν ὑπολοίπων κακῶν ἔτι τῇ ἀνθρωπίνῃ κατεκρύπτετο φύσει. Ποῦ γὰρ ὁ θεομάχος Φαραώ; Ποῦ τῶν Αἰγυπτίων ἡ ἀδάμαστος πονηρία;

Nec tunc igitur tempus fuit, ut reparator universi, tempore, inquam, Ægyptiorum malorum, huic vitæ se commisceret : sed oportebat, ut Israelitarum iniquitas patefieret. Oportebat, ut regnum Assyriorum, et superbia Nabuchodonosor, adhuc latitans, in vita ostenderetur. Oportebat, ut piorum cædes tanquam scelerata spinosaque planta ex mala diaboli radice prodiret. Oportebat, ut Judæorum prophetas occidentium, et a Deo missos lapidibus obruentium, ac Zacharia tandem inter templum et altare interfecto [18], piaculum admittentium rabies detegeretur. Ad sceleratorum germinum numerum adde et infantium ab Herode patratam cædem. Cum igitur malitiæ vis se totam effudisset, multisque luxurians modis crevisset in animis eorum, qui singulis sæculis scelere insignes exstiterant, tunc Deus, ut ad Athenienses Paulus ait, ignorantiæ tempora despiciens, in diebus ultimis advenit [19], quando non erat intelligens nec requirens Deum : quando cuncti declinaverant et facti erant inutiles [20], quando conclusa erant omnia sub peccato [21], quando iniquitas abundabat, quando vitiorum tenebræ ad summum usque terminum venerant. Tunc apparuit gratia, tunc veræ lucis enituit radius, tunc in tenebris et umbra mortis sedentibus ortus est justitiæ sol [22] : tunc humanam carnem indutus multa serpentis capita pede contrivit, ad terramque allidens conculcavit. Ne quis autem mala, quæ nunc in vita sunt, respiciens, falsa nos dicere suspicetur, quod in extremis temporibus splenduisse nobis Dominum asseramus. Nam (objiciet aliquis) qui tempora, quibus malitia retegeretur, exspectavit, ut illam auctam cumulatamque radicitus evelleret, sic eam tollere, atque abolere cunctam debuerat, ut nullæ ipsius in vita reliquiæ remanerent. Nunc autem et homicidia, et furta, et adulteria, et reliqua omnia flagitia et scelera debacchantur. Is ergo, qui hæc spectans sic objicit,

B Οὐ μὴν οὐδὲ τότε τῷ διορθωτῇ τοῦ παντὸς εὔκαιρον ἦν, τῇ τῶν Αἰγυπτίων λέγω κακίᾳ, καταμιχθῆναι τῷ βίῳ. Ἀλλ' ἔδει καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν τὴν παρανομίαν ἀναφανῆναι. Ἔδει καὶ τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν, καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ὑπερηφανίαν ὑποσμύχουσαν ἔτι τῷ βίῳ φανερὰν γενέσθαι. Ἔδει, τὴν κατὰ τῶν ὁσίων μιαιφονίαν οἷόν τινα πονηρὰν καὶ ἀκανθώδη βλάστην τῆς κακῆς τοῦ διαβόλου ῥίζης ἀναδραμεῖν· ἔδει τὴν τῶν Ἰουδαίων κατὰ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ φανερωθῆναι λύσσαν, τῶν τοὺς προφήτας ἀποκτεινάντων καὶ λιθοβολούντων τοὺς ἀπεσταλμένους, καὶ τέλος μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου τὸ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν ἄγος ἐργασαμένων. Πρόσθες τῷ καταλόγῳ τῶν πονηρῶν βλαστημάτων, καὶ τοῦ Ἡρώδου τὴν παιδοφονίαν. Ἐπεὶ οὖν πᾶσα C τῆς κακίας ἡ δύναμις ἐκ τῆς πονηρᾶς ῥίζης ἀνεδείχθη, καὶ ηὔξησε πολυειδῶς ἐν ταῖς προαιρέσεσι τῶν καθ' ἑκάστην γενεὰν τῇ κακίᾳ γνωρίμων ὑλομανήσασα, τότε, καθώς φησι πρὸς Ἀθηναίους ὁ Παῦλος, τοὺς χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, ἐπὶ τῶν ἐσχάτων ἡμερῶν παραγίνεται, ὅτε οὐκ ἦν ὁ συνιῶν καὶ ἐκζητῶν τὸν Θεόν· ὅτε πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· ὅτε συνεκλείσθη τὰ πάντα εἰς ἁμαρτίαν· ὅτε ἐπλεόνασεν ἡ ἀνομία· ὅτε πρὸς τὸ ἀκρότατον μέτρον ὁ τῆς κακίας ζόφος ηὔξησε· τότε ἐπεφάνη ἡ χάρις, τότε ἡ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀκτὶς ἐπανέτειλε. Τότε ἐπέφανε τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τότε τὰς πολλὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος συνέθλασεν ἐπιβὰς τῷ ποδὶ, D διὰ τῆς ἀνθρωπίνης σαρκὸς, καὶ τῇ γῇ προσθλάσας καὶ καταπατήσας, καὶ μηδεὶς πρὸς τὰ νῦν ἐν τῷ βίῳ βλέπων καταψεύδεσθαι νομιζέτω τὸν λόγον, καθ' ὃν ἐν τοῖς τελευταίοις ἔφαμεν χρόνοις ἐπιλάμψαι τῷ βίῳ τὸν Κύριον. Ἐρεῖ γὰρ ὁ ἀντιλέγων τυχὸν, ὅτι τὸν ἀναμείναντα τοὺς χρόνους πρὸς τὴν τῆς κακίας φανέρωσιν, ὅπως αὐξηθεῖσαν αὐτὴν ἐξέλῃ προθέλυμνον, πᾶσαν εἰκὸς αὐτὴν ἀνῃρηκέναι, ὡς μηδὲν αὐτῆς ὑπολειφθῆναι τῷ βίῳ λείψανον. Νυνὶ δὲ καὶ φόνοι,

[18] Matth. XXIII, 35. [19] Act. XVII, 30. [20] Psal. XIII, 2. [21] Rom. III, 3; Galat. III, 22. [22] Isa. IX, 2.

καὶ κλοπαὶ, καὶ μοιχεῖαι, καὶ πάντα τολμᾶται τὰ πονηρότατα. Ἀλλ' ὁ πρὸς τοῦτο βλέπων, ὑποδείγματί τινι τῶν γνωρίμων τὴν περὶ τούτων ἀμφιβολίαν λυσάτω. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν ἑρπετῶν ἀναιρέσεώς ἐστιν ἰδεῖν οὐκ εὐθὺς τὸν κατόπιν ὁλκὸν τῇ κεφαλῇ συννεκρούμενον, ἀλλ' ἡ μὲν τέθνηκε, τὸ δὲ ἔτι ἐψύχωται τῷ ἰδίῳ θυμῷ, καὶ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως οὐκ ἐστέρηται· οὕτω καὶ ὁ τοῦ δράκοντος ἀναιρέτης· ὅτε πολὺ γέγονε τὸ θηρίον πάσαις ταῖς καθέκαστον συναυξηθὲν γενεαῖς τῶν ἀνθρώπων, τὴν κεφαλὴν ἀνελὼν, τουτέστι, τὴν τῶν κακῶν ἀναιρετικὴν δύναμιν, τὴν πολλὰς ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ κεφαλὰς, οὐδένα τοῦ κατόπιν ὁλκοῦ πεποίηται λόγον, εἰς ἀφορμὴν γυμνασίου τοῖς ἐφεξῆς τὴν ἐν τῷ νεκρῷ θηρίῳ κίνησιν ὑπολειφθῆναι ποιήσας. Τίς οὖν ἡ θλασθεῖσα κεφαλή; Ἡ θάνατον εἰσενεγκοῦσα τῇ πονηρᾷ συμβουλῇ, ἡ τὸν θανατηφόρον ἰὸν ἐμβαλοῦσα τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τοῦ δήγματος. Ὁ τοίνυν καταλύσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος, τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ ὄφεως δύναμιν, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, συνέθλασεν· ὁ δὲ λοιπὸς τοῦ θηρίου ὁλκὸς τῷ ἀνθρωπίνῳ συνεσπαρμένος βίῳ, ἕως ἂν ᾖ τὸ ἀνθρώπινον ἐν τοῖς κατὰ κακίαν κινήσεσιν, ἀεὶ τῇ φολίδι τῆς ἁμαρτίας περιτραχύνει τὸν βίον· τῇ μὲν δυνάμει ἤδη νεκρός ἐστι, τῆς κεφαλῆς ἀχρειωθείσης. Ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ ὁ χρόνος, καὶ στῇ τὰ κινούμενα κατὰ τὴν προσδοκωμένην τῆς ζωῆς ταύτης συντέλειαν, τότε τὸ οὐραῖόν τε καὶ τὸ ἔσχατον τοῦ Ἐχθροῦ καταργεῖται, τοῦτο δέ ἐστιν ὁ θάνατος· καὶ οὕτως ὁ παντελὴς ἀφανισμὸς τῆς κακίας γενήσεται, πάντων εἰς ζωὴν διὰ τῆς ἀναστάσεως ἀνακληθέντων· τῶν μὲν δικαίων, εὐθὺς εἰς τὴν ἄνω λῆξιν μετοικισθέντων, τῶν δὲ ταῖς ἁμαρτίαις ἐνισχομένων, τῷ τῆς γεέννης πυρὶ παραδιδομένων.

Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὴν παροῦσαν χαρὰν, ἣν εὐαγγελίζονται τοῖς ποιμέσιν οἱ ἄγγελοι, ἣν οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τοῖς Μάγοις, ἣν τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας διὰ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀνακηρύττει, ὡς καὶ τοὺς Μάγους κήρυκας γενέσθαι τῆς χάριτος. Ὁ γὰρ ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, ὁ βρέχων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἤνεγκε τὴν ἀκτῖνα τῆς γνώσεως, καὶ τὴν δρόσον τοῦ πνεύματος καὶ εἰς ἀλλότρια στόματα· ὥστε τῇ παρὰ τῶν ἐναντίων μαρτυρίᾳ βεβαιωθῆναι μᾶλλον ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν. Ἀκούεις τοῦ οἰωνιστοῦ Βαλαὰμ ἐπιπνοίᾳ κρείττονι τοῖς ἀλλοφύλοις ἐπιθειάζοντος, ὅτι *Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ.* Ὁρᾷς τοὺς ἀπ' ἐκείνου τὸ γένος κατάγοντας Μάγους, ἐπιτηροῦντας κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ προπάτορος τὴν τοῦ καινοῦ ἀστέρος ἀνατολὴν, ὃς παρὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἀστέρων φύσιν μόνος καὶ κινήσεως μετέσχε, καὶ στάσεως, πρὸς τὴν χρείαν ἑκατέρων τούτων μεταβαίνων. Τῶν γὰρ λοιπῶν ἀστέρων, τῶν μὲν ἅπαξ καταπεπηγότων τῇ ἀπλανεῖ σφαίρᾳ, καὶ ἀκίνητον εἰληχότων τὴν στάσιν, τῶν δὲ μὴ παυομένων ποτὲ τῆς κινήσεως· οὗτος καὶ κινεῖται, προηγούμενος τῶν Μάγων, καὶ ἵσταται καταμηνύων τὸν τόπον. Ἀκούεις τοῦ Ἡσαΐου βοῶντος, ὅτι *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν.*

A insigni pervulgatoque exemplo quæstionem ipsemet solvat. Quemadmodum, cum serpentes interficiuntur, non continuo reliquas partes una cum capite mori videmus, sed, cum interierit caput, illæ tamen adhuc vitam retinent, nec vitali privantur motu : sic accidit in draconis interitu : etenim ingens cum esset admodum fera, quippe quæ singulis hominum ætatibus excreverat, qui multiplex ejus caput, id est vim illam malorum inventricem multa in se capita continentem sustulit, cæterarum ipsius partium tractus neglexit, ut interfectæ feræ motum posteris ad exercitationis occasionem relinqueret. Ecquod igitur collisum et effractum est caput? illud quod impio consilio mortem intulerat, quod morsu mortiferum homini virus injecerat. B Quamobrem qui mortis evertit imperium, vim quæ in capite serpentis erat, ut ait Propheta, confregit, reliqua vero pars corporis in genus humanum dispersa, quæ quoad homines vitiorum motionibus permoventur, squama peccati vitam irritat, atque asperam reddit, potestate quidem jam mortua est, cum ejus caput contusum atque inutile factum sit. At, ubi tempus transierit, et ea, quæ moventur, constiterint, adveneritque vitæ hujus absolutio, quam exspectamus, tunc et cauda et extrema pars inimici, mors ipsa nimirum destruetur, atque ita delebitur omnino cuncta malitia, cum omnes in vitam per resurrectionem revocati, qui justi erunt, ad cœlestem quietem accedent, qui C autem peccatis obnoxii, in gehennæ ignem detrudentur.

Sed ad præsens gaudium revertamur, quod pastoribus nuntiant angeli, cœli enarrant Magis, et prophetiæ spiritus multis variisque rationibus prædicat, ut etiam Magi gratiæ præcones fiant. Nam qui solem suum oriri facit super justos et injustos, quique pluit super malos et bonos, cognitionis radium, et rorem spiritus alienis etiam linguis demisit, ut adversariorum testimonio magis etiam apud nos veritas confirmaretur. Audivisti hariolum et Balaam meliori nomine afflatum sic alienigenis prædicentem : *Orietur stella ex Jacob* [23]. D Ecce tibi, qui ab eo genus duxerunt, Magi ex prædictione ipsius novum observant ortum stellæ, quæ præter aliarum stellarum naturam et motus et status est particeps, et ad utilitatem hac utitur vicissitudine. Etenim cum cæteræ stellæ partim in orbe non errante semel infixæ statum immobilem sortitæ sint, partim nunquam cessent a motu, hæc et movetur, dum magis se ducem præbet, et stat, dum illis ostendit locum. Audis Isaiam clamantem : *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis* [24]. Disce ab eodem propheta, quomodo natus sit puer, quomodo datus sit filius. Num juxta naturæ legem? minime vero, inquit, legibus enim

[23] Num. xxiv, 17. [24] Isa. ix, 6.

naturæ non paret, qui naturæ Dominus est. Quomodo igitur natus est puer? dic. *Ecce*, inquit *virgo in utero concipiet et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel* [25]. Quod, si interpreteris, significat *Nobiscum Deus.* O rem admirandam! Virgo mater efficitur, et permanet virgo. Cernis novum naturæ ordinem. In aliis mulieribus quandiu aliqua est virgo, non est mater. Nam posteaquam est facta mater, virginitatem non habet. Hic autem utrumque nomen in idem concurrit. Eadem enim et mater et virgo est. Nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem solvit. Decebat enim, ut qui in vitam humanam introibat, ut homines integros incorruptosque servaret, ab incorrupta sibi deserviente integritate initium duceret. Nam hominum consuetudo expertem connubii incorruptam appellat. Hoc mihi ante magnus ille Moses per eam lucem, in qua sibi Deus apparuit, videtur cognovisse, qui, cum rubus arderet, nec tamen consumeretur, *Transiens* enim, inquit, *videbo visionem hanc magnam* [26], non loci motum, ut arbitror, per transitum declarans, sed temporis transitum. Quod enim tunc per flammam et rubum significabatur, progrediente tempore, quod intercedebat, perspicue in mysterio virginis apertum fuit. Quemadmodum enim illic est rubus, et accendit ignem, et non comburitur; ita hic est virgo, quæ lucem parit, et non corrumpitur. Quod autem per rubum Virginis corpus, quod Deum peperit, intelligatur, ne te similitudinis pudeat. Nam omnis caro propter peccati susceptionem, et ob id ipsum tantum, quod est caro, peccatum est [27]. Peccatum autem in Scriptura vocatur spina. Ac ne a proposito longius evagemur, forte non erit intempestivum, si incorruptæ matris testem eum, qui inter templum et altare fuit occisus, proferamus. Hic est sacerdos Zacharias, non sacerdos solum, verum etiam propheta [28]. Ac prophetiæ quidem potestas in Evangelii libro declaratur, cum viam hominibus muniens divina gratia, ne Virginis partus incredibilis putaretur, minoribus miraculis fidelium assensum sic exercuit, ut femina sterilis, et vir jam ætate confectus filium susciperent. Hoc mirandi partus prooemium fuit. Etenim sicut Elisabet, quæ sterilis ad senectutem pervenerat, non potestate naturæ fit mater, sed ei divino consilio filius nascitur, sic quod in virgineo partu non credendum videtur, si referatur ad Deum credibile est.

A Μάθε παρ' αὐτοῦ τοῦ Προφήτου πῶς ἐγεννήθη τὸ παιδίον, πῶς ἐδόθη υἱός. Ἆρα κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως; Οὔ, φησὶν ὁ Προφήτης. Οὐ δουλεύει φύσεως νόμοις ὁ Δεσπότης τῆς φύσεως. Ἀλλὰ πῶς ἐγεννήθη τὸ παιδίον; εἰπέ· *Ἰδοὺ*, φησὶν, *ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ*, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. Ὢ τοῦ θαύματος! Ἡ παρθένος μήτηρ γίνεται, καὶ διαμένει παρθένος. Ὁρᾷς τὴν καινοτομίαν τῆς φύσεως. Ἐπὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν ἕως παρθένος ἐστὶ, μήτηρ οὐκ ἔστιν. Ἐπεὶ δ' ἂν μήτηρ γένηται, τὴν παρθενίαν οὐκ ἔχει. Ἐνταῦθα δὲ τὰ δύο συνέδραμε κατὰ ταὐτὸν τὰ ὀνόματα. Ἡ γὰρ αὐτὴ καὶ μήτηρ καὶ παρθένος ἐστί· καὶ οὔτε ἡ παρθενία τὸν τόκον ἐκώλυσεν, οὔτε ὁ
B τόκος τὴν παρθενίαν ἔλυσεν. Ἔπρεπε γὰρ τὸν ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ τοῦ παντὸς ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ γενόμενον, ἀπὸ τῆς ὑπηρετούσης αὐτοῦ τῇ γεννήσει τῆς ἀφθαρσίας ἄρξασθαι. Τὴν γὰρ ἀπειρόγαμον, ἄφθορον οἶδεν ὀνομάζειν ἡ τῶν ἀνθρώπων συνήθεια. Τοῦτό μοι δοκεῖ προκατανενοηκέναι τῇ γενομένῃ διὰ τοῦ φωτὸς αὐτῷ θεοφανείᾳ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ μέγας, ὅτε ἐξήπτετο τῆς βάτου τὸ πῦρ, καὶ ἡ βάτος οὐκ ἐμαραίνετο· *Διαβὰς* γὰρ, φησὶν, *ὄψομαι τὸ μέγα ὅραμα τοῦτο*· οὐ τοπικὴν, οἶμαι, δηλῶν κίνησιν διὰ τῆς βάσεως, ἀλλὰ τὴν παροδικὴν τοῦ χρόνου διάβασιν· τὸ γὰρ τότε προδιατυπωθὲν ἐν τῇ φλογὶ καὶ τῇ βάτῳ, διαβάντος τοῦ μέσου χρόνου, σαφῶς ἐν τῷ κατὰ τὴν παρθένον μυστηρίῳ ἀπεκαλύφθη. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ
C ἡ θάμνος, καὶ ἅπτει τὸ πῦρ καὶ οὐ καίεται, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἡ Παρθένος, καὶ τίκτει τὸ φῶς, καὶ οὐ φθείρεται. Εἰ δὲ βάθος προδιατυποῖ τὸ θεοτόκον σῶμα τῆς Παρθένου, μὴ αἰσχυνθῇς τῷ αἰνίγματι. Πᾶσα γὰρ σὰρξ διὰ τὴν τῆς ἁμαρτίας παραδοχὴν, κατ' αὐτὸ τοῦτο ὅτι σάρξ ἐστι μόνον, ἁμαρτία ἐστίν· ἡ δὲ ἁμαρτία παρὰ τῆς Γραφῆς τῇ τῆς ἀκάνθης ἐπωνυμίᾳ κατονομάζεται. Εἰ δὲ μὴ πόῤῥω τῶν προκειμένων ἀποφερόμεθα, τάχα καὶ τὸν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου φονευθέντα Ζαχαρίαν οὐκ ἄκαιρον εἰς μαρτυρίαν τῆς ἀφθόρου μητρὸς παραστήσασθαι. Ἱερεὺς οὗτος ὁ Ζαχαρίας ἦν· οὐχ ἱερεὺς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῆς προφητείας χαρίσματι· ἡ δὲ τῆς προφητείας δύναμις ἀνάγραπτος ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύσσεται· ὅτε προοδοποιοῦσα τοῖς ἀν-
D θρώποις ἡ θεία χάρις, μὴ ἄπιστον τὸν ἐκ Παρθένου τόκον ἡγήσασθαι, τοῖς ἐλάττοσι θαύμασι παραγυμνάζει τῶν ἀπίστων τὴν συγκατάθεσιν· τῇ στείρᾳ καὶ παρήλικι τίκτεται παῖς. Τοῦτο προοίμιον τοῦ κατὰ τὴν παρθενίαν θαύματος γίνεται. Ὡς γὰρ ἡ Ἐλισάβετ, οὐ δυνάμει φύσεως γίνεται μήτηρ, ἄγονος τὸν βίον καταγηράσασα, ἀλλ' ἐπὶ τὸ θεῖον βούλημα τοῦ παιδὸς ἡ γέννησις ἀναφέρεται· οὕτω καὶ τῆς παρθενικῆς ὠδῖνος ἡ ἀπιστία, τῇ πρὸς τὸ Θεῖον ἀναφορᾷ τὸ πιστὸν ἔχει.

Quoniam igitur ex virginitate proveniente præcedit is qui e sterili nascitur, qui ad vocem illius, quæ Dominum utero gerebat, antequam in lucem prodiret, in alvo matris exsilivit, simul ac natus est præcursor Verbi, prophetico spiritu Zachariæ

Ἐπειδὴ τοίνυν προλαμβάνει τὸν ἐκ παρθενίας ὁ ἀπὸ τῆς στείρας, ὁ πρὸς τὴν φωνὴν τῆς κυοφορούσης τὸν Κύριον πρὶν εἰς φῶς ἐλθεῖν ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ σκιρτήσας, ἅμα τε παρῆλθεν εἰς γένεσιν ὁ τοῦ λόγου πρόδρομος, τότε λύεται τῷ Ζαχαρίᾳ διὰ τῆς προφη-

[25] Isa. VII, 14. [26] Exod. III, 3. [27] II Reg. XXIII, 6; Matth. XIII, 22. [28] Luc. I, 5 sqq.

τικῆς ἐπιπνοίας ἡ σιωπή. Καὶ ὅσα διεξέρχεται Ζαχαρίας, προφητεία τοῦ μέλλοντος ἦν. Οὗτος τοίνυν ὁ τῷ προφητικῷ πνεύματι πρὸς τὴν τῶν κρυπτῶν γνῶσιν χειραγωγούμενος, τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου τόκου κατανοήσας, οὐκ ἀπέκρινεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν ἄγαμον μητέρα, διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι ὁ τῶν ὄντων δημιουργὸς καὶ βασιλεὺς πάσης κτίσεως, ὑποχείριον ἔχει μετὰ πάντων ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, τῷ ἰδίῳ θελήματι πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτὴν ἄγων, οὐκ αὐτὸς ὑπὸ ταύτης δυναστευόμενος, ὡς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ εἶναι, καινὴν γέννησιν δημιουργῆσαι· ἥτις τὴν γενομένην μητέρα, τὸ παρθένον εἶναι οὐκ ἀφαιρήσεται. Διὰ τοῦτο αὐτὴν οὐκ ἀπέκρινεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ χοροῦ τῶν παρθένων· ἦν δὲ οὗτος ὁ τόπος τὸ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διάστημα. Ἐπεὶ οὖν ἤκουον βασιλέα τῆς κτίσεως εἰς γέννησιν ἀνθρωπίνην οἰκονομικῶς προελθεῖν· φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχείριοι, τὸν ταῦτα μαρτυροῦντα περὶ τοῦ τόκου, διαχειρίζονται πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντα. Ἀλλὰ μακρὰν τῶν προκειμένων ἀπεπλανήθημεν, δέον ἐπὶ τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ Βηθλεὲμ τῷ λόγῳ ἀναδραμεῖν. Εἰ γὰρ ποιμένες ὄντως ἡμεῖς, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐπαγρυπνοῦμεν ποιμνίοις, πρὸς ἡμᾶς πάντως ἐστὶν ἡ τῶν ἀγγέλων φωνή, ἡ εὐαγγελιζομένη τὴν χαρὰν τὴν μεγάλην ταύτην. Οὐκοῦν ἀναβλέψωμεν εἰς τὴν οὐράνιον στρατιάν, ἴδωμεν τὴν τῶν ἀγγέλων χοροστασίαν, ἀκούσωμεν τῆς θείας αὐτῶν ὑμνῳδίας. Τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων; *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ*, βοῶσι. Διὰ τί δοξάζει ἡ τῶν ἀγγέλων φωνὴ τὴν ἐν τοῖς ὑψίστοις θεωρουμένην θεότητα; ὅτι, φησί, *Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*· περιχαρεῖς γεγόνασιν ἐπὶ τῷ φαινομένῳ οἱ ἄγγελοι· *Ἐπὶ γῆς εἰρήνη*. Ἡ πρότερον κατηραμένη, ἡ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων γόνιμος, τὸ τοῦ πολέμου χωρίον, ἡ τῶν καταδίκων ἐξορία, αὕτη εἰρήνην δέδεκται. Ὢ τοῦ θαύματος! *Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε, καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε*. Τοιοῦτον ἔδωκεν ἡ τῶν ἀνθρώπων γῆ τὸν καρπὸν αὐτῆς. Καὶ ταῦτα γίνεται ὑπὲρ τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας. Θεὸς τῇ ἀνθρωπίνῃ κατακιρνᾶται φύσει, ἵνα συνεπαρθῇ τῷ ὕψει τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνθρώπινον. Ταῦτα ἀκούσαντες, διέλθωμεν εἰς τὴν Βηθλεέμ, ἴδωμεν τὸ καινὸν θέαμα, πῶς ἐπαγάλλεται ἡ παρθένος τῷ τόκῳ, πῶς ἡ ἀπειρόγαμος τιθηνεῖται τὸ νήπιον. Πρότερον δὲ τίς αὕτη καὶ πόθεν παρὰ τῶν τὰ περὶ αὐτῆς ἱστορούντων ἀκούσωμεν.

Ἤκουσα τοίνυν ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας, τοιαῦτα παρατιθεμένης τὰ περὶ αὐτῆς διηγήματα. Ἐπίσημός τις ἦν ἐν τῇ κατὰ Νόμον ἀκριβεῖ πολιτείᾳ, καὶ γνώριμος ἐπὶ τοῖς καλλίστοις, ὁ τῆς Παρθένου πατήρ, ἄπαις δὲ κατεγήρα τὸν βίον, ὅτι αὐτῷ πρὸς τεκνογονίαν οὐκ ἐπιτηδείως εἶχεν ἡ σύνοικος. Ἦν δέ τις ἐκ τοῦ Νόμου τιμὴ ταῖς μητράσιν, ἧς οὐ μετεῖχον αἱ ἄγονοι. Μιμεῖται τοίνυν καὶ αὕτη τὰ περὶ τῆς μητρὸς τοῦ Σαμουὴλ διηγήματα. Καὶ ἐντὸς τοῦ Ἁγίου τῶν ἁγίων γενομένη, ἱκέτις γίνεται τοῦ Θεοῦ, μὴ ἔξω πεσεῖν τῆς ἐκ τῶν νόμων εὐλογίας, ἐξαμαρτοῦσα περὶ

silentium solvitur. Quæcunque autem disseruit Zacharias propheta, ad futurum spectabant. Hic igitur divino numine ad occultorum cognitionem ductus, cum virginitatis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo Virginem matrem a loco virginibus per legem assignato non semovit, Judæosque docuit, naturam humanam una cum reliquis omnibus rerum omnium effectori et regi ita subjectam esse, ut arbitratu suo eam ipse regeret, non autem ab ea regeretur: itaque in manu ipsius esse, novam ortus rationem moliri, quæ matrem esse virginem non impediret, quamobrem eam se a virginum loco non exclusisse, locus autem ille erat spatium quoddam inter templum et altare. Cum igitur audivissent Judæi, rerum omnium regem in vitam humanam divino ordine prodiisse, metuentes ne regi subderentur, sacerdotem, qui hæc de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interfecerunt [29]. Sed longe a proposito aberravimus, cum ad Bethleem, de qua in Evangelio, oratione recurrere nos oportet. Nam si vere pastores sumus, et propriis gregibus invigilamus, ad nos utique spectat angelorum vox, quæ magnum hoc gaudium nuntiat [30]. Oculos igitur in cœlestem exercitum intendamus, tripudium spectemus angelorum, divinum ipsorum cantum audiamus. Quinam plaudentium sonus? *Gloria* (clamant) *in altissimis Deo* [31]. Cur divino numini, quod in altissimis cernitur, gloriam tribuunt? Quoniam, inquiunt, *Et in terra pax* [32]. Ob hoc spectaculum gaudio perfusi sunt angeli: *In terra pax*. Quæ prius detestabilis erat, quæ spinis ac tribulis plena solitudo, quæ damnatorum exsilium, quæ belli regio, hæc pacem suscepit. O rem admirabilem! *Veritas de terra orta est, et justitia de cœlo prospexit* [33]. Talem dedit hominum terra fructum suum. Et hæc fiunt pro bona in hominibus voluntate. Deus humanæ naturæ commiscetur, ut ad sublimitatem divinam hominem tollat. His auditis in Bethlehem proficiscamur, novum spectaculum contemplemur. Quomodo partu suo virgo lætetur, quomodo quæ nuptias non est experta lactet infantulum. Sed prius auscultemus, quid de ipsa memoriæ proditum sit.

Audivi ergo quamdam historiam apocrypham tales de ea prodentem narrationes. Virginis pater fuit insignis quidam civis, observantia Legis et vitæ probitate in primis nobilis, qui sine filiis ad senectutem pervenerat, cum minus idoneam ad gignendum uxorem haberet. Habebatur autem matribus ex Lege quidam honor, quo carebant feminæ, quæ liberos nullos susceperant. Quapropter et hæc imitata id, quod de matre Samuelis scriptum est [34], ad Sanctum sanctorum accedit, et supplicat Deo, ne legum benedictione privetur, quæ nihil in Legem

[29] Matth. XXIII, 35. [30] Luc. II, 10. [31] ibid. 14. [32] ibid. [33] Psal. LXXXIV, 12. [34] I Reg. I, 12 sqq.

peccasset. Quod si mater evaserit, se, quodcunque A pepererit, ei dedicaturam. Quamobrem cum voti compos effecta filiam suscepisset, eam vocavit Mariam, ut ipso etiam nomine testaretur acceptum munus a Deo. Illam igitur, cum jam grandiuscula esset, nec ubere matris amplius indigeret, ducens ad templum Deo reddidit, et studiose promissum exsolvit. Sacerdotes autem, quandiu parvula fuit, ad Samuelis similitudinem in sanctis ædibus educarunt, sed cum jam adolesceret, consulebant, quidnam agerent de sacro illo corpore, ne Deum offenderent. Etenim naturæ legi illam subjicere, ut cuipiam in matrimonio collocata serviret, absurdissimum videbatur. Instar enim sacrilegii fuisset, si muneris Deo sacrati dominus homo fieret. Legibus enim erat constitutum, ut maritus dominaretur B uxori. Ut autem intra templum una cum sacerdotibus mulier versaretur, et in sanctis conspiceretur, neque legibus permissum erat, neque gravitas et honestas id ferebat. Deliberantes igitur in hanc sententiam divinitus convenerunt, ut eam connubii nomine cuipiam desponderent, qui tamen ad custodiam virginitatis ejus duntaxat esset idoneus. Ad hoc autem munus aptissimus inventus est Joseph, ex eadem cum Virgine tribu et familia, qua erat virgo. Sacerdotum ergo consilio Joseph puellam sponsam accipit. Quæ tamen conjunctio sponsalia non est egressa. Tunc ad Virginem missus est Gabriel, qui ei divinæ voluntatis arcanum aperiret. His autem faustissimis verbis usus est: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*[35]. Contraria hæc est oratio C illis vocibus, quas prima mulier audivit. Tunc enim illa doloribus propter peccatum damnata est[36]. Nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur. In illa molestiæ partum præcesserunt; huic partum lætitia prænuntiat: *Ne timeas*, inquit. Quoniam omnibus mulieribus timorem affert partus exspectatio, dulcis partus promissione timor eximitur. *In utero*, inquit, *concipies, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Quid autem Maria? Audi pudicam Virginis vocem. Angelus partum nuntiat; at illa virginitati inhæret, et integritatem angelicæ demonstrationi anteponendam judicat, nec angelo fidem non habet, nec a proposito recedit suo. Interdixi, inquit, mihi consuetudine viri. *Quomodo istud erit mihi, quoniam virum non cognosco?* Hæc Mariæ vox declarat, ea quæ ex historia incerti auctoris commemoravi, non esse penitus absurda. Si enim liberorum causa ducta fuisset a Joseph, quomodo parituram angelo prænuntianti, se rem novam et alienam audire præ se tulisset, cum ipsa quoque sese obstrinxisset naturæ lege, ut aliquando mater esset? Verum quia carnem Deo consecratam, tanquam sanctum aliquod oblatum munus oportebat intactam integramque præstare, idcirco, licet, inquit, angelus sis, licet e cœlo venias, licet id quod

τὸν Νόμον οὐδέν· γενέσθαι δὲ μητέρα, καὶ ἀφιερῶσαι τῷ Θεῷ τὸ τικτόμενον. Δυναμωθεῖσα δὲ νεύματι θείῳ, πρὸς τὴν χάριν ἣν ᾔτησεν, ἔλαβεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐτέχθη τὸ παιδίον, ὠνόμασε μὲν αὐτὴν Μαρίαν, ὡς ἂν καὶ διὰ τῆς ἐπωνυμίας τὸ θεόσδοτον διασημανθείη τῆς χάριτος. Ἁδρυνθεῖσαν δὲ ἤδη τὴν κόρην, ὡς μηκέτι δεῖσθαι προσανέχειν τῇ θηλῇ, ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ, καὶ πληρῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ προσάγειν τῷ ναῷ ἐσπουδάσθη. Τοὺς δὲ ἱερεῖς, τέως μὲν καθ' ὁμοιότητα τοῦ Σαμουὴλ ἐν τοῖς Ἁγίοις ἀνατρέφειν τὴν παῖδα, αὐξηθείσης δὲ, βουλὴν ἄγειν ὅ τι ποιήσαντες τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα, οὐκ ἂν εἰς τὸν Θεὸν ἐξαμάρτοιεν. Τὸ μὲν γὰρ ὑποζεῦξαι τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, καὶ καταδουλῶσαι αὐτὴν διὰ τοῦ γάμου τῷ ἀγομένῳ, τῶν ἀτοπωτάτων ἐτύγχανεν. Ἱεροσυλία γὰρ ἄντικρυς ἐνομίσθη, θείου ἀναθήματος ἄνθρωπον γενέσθαι Κύριον· ἐπειδὴ κυριεύειν ἐκ τῶν νόμων ὁ ἀνὴρ ἐτάχθη τῆς συνοικούσης. Τὸ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων γυναῖκα συναναστρέφεσθαι, καὶ ἐν τοῖς Ἁγίοις ὁρᾶσθαι, οὔτε νόμιμον ἦν, καὶ ἅμα τῷ πράγματι τὸ σεμνὸν οὐ προσῆν. Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς περὶ τούτων, θεόθεν γίνεται συμβουλὴ, δοῦναι μὲν αὐτὴν ἀνδρὶ μνηστείας ὀνόματι· τοῦτον δὲ τοιοῦτον εἶναι, οἷον πρὸς φυλακὴν τῆς παρθενίας αὐτῆς ἐπιτηδείως ἔχειν. Εὑρέθη τοίνυν ὁ Ἰωσὴφ, οἷον ἐπεζήτει ὁ λόγος, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς τε καὶ πατριᾶς τῇ Παρθένῳ, καὶ μνηστεύεται κατὰ συμβουλὴν τῶν ἱερέων αὐτῷ τὴν παῖδα. Ἡ δὲ συνάφεια μέχρι μνηστείας ἦν. Τότε μυσταγωγεῖται παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Παρθένος. Τὰ δὲ ῥήματα τῆς μυσταγωγίας, εὐλογία ἦν. *Χαῖρε*, φησὶ, *κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*. Ἀπεναντίον τῇ πρώτῃ φωνῇ τῇ πρὸς γυναῖκα, νῦν γίνεται πρὸς τὴν παρθένον ὁ λόγος. Ἐκείνη λύπαις ἐν ταῖς ὠδῖσι διὰ τὴν ἁμαρτίαν κατεδικάσθη· ἐπὶ δὲ ταύτης ἐκβάλλεται διὰ τῆς χαρᾶς ἡ λύπη· ἐπ' ἐκείνης, αἱ λῦπαι τῆς ὠδῖνος προηγήσαντο· ἐνταῦθα δὲ χαρὰ τὴν ὠδῖνα μαιεύεται. *Μὴ φοβοῦ*, φησίν. Ἐπειδὴ πάσῃ γυναικὶ φόβον παρέχει ἡ τῆς ὠδῖνος προσδοκία· ἐκβάλλει τὸν φόβον ἡ τῆς γλυκείας ὠδῖνος ἐπαγγελία. *Ἐν γαστρὶ λήψῃ*, φησὶ, *καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.* Τί οὖν ἡ Μαρία; Ἄκουσον καθαρᾶς παρθένου φωνήν. Ὁ ἄγγελος τὸν τόκον εὐαγγελίζεται· κἀκείνη τῇ παρθενίᾳ προσφύεται, προτιμοτέραν τῆς ἀγγελικῆς D ἐμφανείας τὴν ἀφθαρσίαν κρίνουσα, καὶ οὔτε τῷ ἀγγέλῳ ἀπιστεῖν ἔχει, οὔτε τῶν κεκριμένων ἐξίσταται. Ἀπείρηταί μοι, φησὶν, ἀνδρὸς ὁμιλία· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* Αὕτη τῆς Μαρίας ἡ φωνὴ, ἀπόδειξις τῶν κατὰ τὸ κρύφιον ἱστορουμένων ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐπὶ γάμῳ παρείληπτο παρὰ τοῦ Ἰωσὴφ, πῶς ἂν ἐξενίσθη τῷ τὸν τόκον αὐτῇ προμηνύοντι, πάντως ποτὲ καὶ αὐτὴ μήτηρ γενέσθαι προσδεχομένη κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως; Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀφιερωθεῖσαν τῷ Θεῷ σάρκα, οἷόν τι τῶν ἁγίων ἀναθημάτων ἀνέπαφον ἔδει φυλάττεσθαι, διὰ τοῦτο, φησὶ, κἂν ἄγγελος ᾖς, κἂν οὐρανόθεν ἥκῃς, καὶ ὑπὲρ

[35] Luc. 26 sqq. [36] Gen. III, 16.

ἄνθρωπον τὸ φαινόμενον ᾖ· ἀλλὰ τὸ γνῶναί με ἄνδρα, τῶν ἀμηχάνων ἐστί. Πῶς ἔσομαι μήτηρ χωρὶς ἀνδρός; Τὸν γὰρ Ἰωσὴφ μνηστῆρα μὲν οἶδα, ἄνδρα δὲ οὐ γινώσκω. Τί οὖν ὁ νυμφοστόλος Γαβριήλ; Οἵαν παστάδα τῷ καθαρῷ καὶ ἀμιάντῳ παρίστησι γάμῳ; *Πνεῦμα ἅγιον*, φησὶν, *ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Ὢ μακαρίας γαστρὸς ἐκείνης, ἣ δι' ὑπερβολὴν καθαρότητος τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ πρὸς ἑαυτὴν ἐπεσπάσατο. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἁπάντων, μόλις ἂν ψυχὴ καθαρὰ Πνεύματος ἁγίου παρουσίαν δέξαιτο· ἐνταῦθα δὲ, δοχεῖον τοῦ Πνεύματος ἡ σὰρξ γίνεται. Ἀλλὰ *Καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Τί τοῦτο σημαίνει δι' ἀποῤῥήτων ὁ λόγος; Ὅτι Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Τοῦ οὖν ὑψίστου Θεοῦ ἡ δύναμις, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, διὰ τῆς ἐπελεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμμορφοῦται τῇ παρθενίᾳ. Καθάπερ γὰρ ἡ τῶν σωμάτων σκιὰ τῷ τύπῳ τῶν προηγουμένων συσχηματίζεται, οὕτως ὁ χαρακτὴρ καὶ τὰ γνωρίσματα τῆς τοῦ Υἱοῦ θεότητος ἐν τῇ δυνάμει τοῦ τικτομένου διαφανήσεται, εἰκὼν καὶ σφραγὶς καὶ ἀποσκίασμα καὶ ἀπαύγασμα τοῦ πρωτοτύπου, διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν θαυματοποιΐας δεικνύμενος.

A ostenditur, naturam superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quomodo sine viro mater ero? Joseph enim sponsum novi, sed virum non cognosco. Quid ad hæc auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro impollutoque connubio? *Spiritus sanctus*, inquit, *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* O beatum uterum illum, qui bonitatis ac puritatis præstantia ad se traxit animi bona! In reliquis enim omnibus vix animus purus Spiritus sancti præsentiam capit: hic autem caro fit spiritus receptaculum. Sed *et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quid significat arcanus hic sermo? Christus Dei virtus est et sapientia, ut ait Apostolus [37]. Virtus igitur Altissimi, quæ Christus est, per adventum Spiritus sancti formatur in vir-
B gine. Quemadmodum enim umbra ad præcedentium corporum figuram effingitur, sic forma et indicium divinitatis Dei in virtute ipsius qui paritur, ostendetur, et imago, et signum, et adumbratio, et splendor exemplaris per admirabilem rerum affectionem demonstrabitur.

Ἀλλ' ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ ἡμᾶς ἀναδραμεῖν τῷ λόγῳ προτρέπεται τὸ ἀγγελικὸν εὐαγγέλιον, καὶ κατιδεῖν τὰ ἐν τῷ σπηλαίῳ μυστήρια. Τί τοῦτο; Παιδίον ἐν σπαργάνοις διειλημμένον, καὶ ἐπὶ φάτνης ἀναπαυόμενον· καὶ ἡ μετὰ τόκον παρθένος, ἡ ἄφθορος μήτηρ περιέπει τὸ ἔκγονον. Εἴπωμεν, οἱ ποιμένες ἡμεῖς, τὴν τοῦ Προφήτου φωνὴν, ὅτι *Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτω καὶ εἴδομεν ἐν πόλει τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Οὐκ ἄρα συντυχικῶς ταῦτα κατὰ τὸ συμβὰν καὶ γέγονεν, καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἱστόρηται, καὶ οὐδεὶς ἔπεστι τῇ ἱστορίᾳ λόγος; Τί βούλεται τῷ Δεσπότῃ ἡ ἐν σπηλαίῳ καταγωγὴ, ἡ ἐπὶ φάτνης ἀνάκλισις; τὸ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν φόρων ἀπογραφῆς καταμιχθῆναι τῷ βίῳ; Ἢ δῆλόν ἐστιν, ὅτι ὥσπερ τῆς νομικῆς ἡμᾶς ἐξαιρεῖται κατάρας, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα γενόμενος, καὶ τοὺς ἡμετέρους μώλωπας εἰς ἑαυτὸν μετατίθησιν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰαθῶμεν· οὕτω καὶ ἐν φόρῳ γίνεται, ἵν' ἡμᾶς τῶν πονηρῶν δεσμῶν ἐλευθερώσῃ, οἷς ὑπέκειτο τὸ ἀνθρώπινον, ὑπὸ τοῦ θανάτου φορολογούμενον; Τὸ δὲ σπήλαιον ἰδὼν ἐν ᾧ τίκτεται ὁ Δεσπότης, τὸν ἀφεγγῆ καὶ ὑπόγειον τῶν ἀνθρώπων νόησον βίον, ἐν ᾧ γίνεται ὁ τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ἐπιφαινόμενος· σπαργάνοις δὲ διασφίγγεται, ὁ τὰς σειρὰς τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων περιβαλλόμενος. Ἡ δὲ φάτνη τὸ τῶν ἀλόγων ἐστὶν ἐνδιαίτημα, ἐν ᾗ γεννᾶται ὁ λόγος, ἵνα γνῷ βοῦς κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· βοῦς ὁ ὑπεζευγμένος τῷ Νόμῳ· ὄνος, τὸ ἀχθοφόρον ζῶον, τὸ τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς εἰδωλολατρείας πεφορτισμένον. Ἀλλ' ἡ μὲν κατάλληλος τῶν ἀλόγων τροφὴ καὶ ζωὴ χόρτος ἐστίν, Ὁ ἐξανατέλλων γὰρ χόρτον τοῖς κτήνεσι, φησὶν ὁ Προφήτης. Τὸ δὲ λογικὸν ζῶον ἄρτῳ τρέφεται. Διὰ τοῦτο τοίνυν τῇ φάτνῃ, ἥτις ἐστὶ

Verum hortatur nos Evangelium, ut in Bethleem oratione revertamur, et quæ in antro sint mysteria videamus. Quidnam est hoc? Puer pannis involutus et positus in præsepi, et Virgo post partum, incorrupta mater complectitur filium. Emittamus illam Prophetæ vocem: *Sicut audivimus, sic vidimus in*
C *civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri* [38]. Num hæc, quæ audivimus de Christo, fortuna et casu contigerunt, et scripta sunt, an historiæ subest aliqua ratio? Quid sibi vult hæc Domini in antro sedes, hæc in præsepi reclinatio? Cur tempore descriptionis tributorum in vitam ingreditur? An perspicuum est, eum quemadmodum a legis exsecratione nos eripit, factus ipse pro nobis exsecratio [39], et livores nostros in se transfert, ut ejus livore nos curemur [40], sic etiam vectigalem fieri, ut nos a gravissimo vectigali, quod ab homine mors exigit liberaret? Quod autem speluncam vides, in qua paritur Dominus, cæcam hominum vitam, et sub terra demersam cogita, in qua nascitur ille, qui in tenebris ambulantibus, et in regione
D umbræ mortis sedentibus [41] se ostendit: pannis autem obvolvitur et fasciis constringitur, qui peccatorum nostrorum catenas subit et vincula. Præsepe vero, in quo Verbum gignitur, bestiarum est domus, ut cognoscat bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui [42]. Per bovem intellige illum, qui Legis jugo subjectus est: per asinum autem, quod est animal ferendis oneribus natum, eum, qui simulacrorum cultus onustus est crimine. Cæterum commune rationis expertium animalium pabulum et vita fenum est, producens, inquit Propheta [43], fenum jumentis. Quod autem ratione præditum est animal, vescitur pane. Idcirco in præ-

[37] I Cor. I, 24. [38] Psal. XLII. [39] Galat. III, 13. [40] Isa. LIII, 5; I Petr. II, 22. [41] Isa. IX, 2. [42] Isa. I, 3. [43] Psal. CIII, 14.

sepi, quod est animalium ratione vacantium sedes, e cœlo delapsus vitæ panis proponitur [64], ut et quæ a ratione remota sunt animalia, rationis cibo nutriantur, atque ita ratione decorentur. Medium igitur in præsepi se inter bovem et asinum utriusque Dominus locat, ut medium parietem maceriæ solvens, duos condat in semetipso in unum novum hominem [65-66], ab altero grave Legis jugum eripiens, alterum simulacrorum cultus onere liberans. Sed oculos ad mirabilia cœlorum spectacula tollamus. Ecce enim non prophetæ solum et angeli gaudium hoc nobis denuntiant, verum etiam cœli rebus suis admirandis Evangelii gloriam prædicant. Ex Juda, ut ait Apostolus, propheta Christus ortus est [67]. Sed ejus ortu non illuminatur Judæus. Peregrini et a testamentorum promissione benedictioneque Patrum alieni sunt Magi, qui cognitione populum Israelitam antevertunt, et cœlestem agnoscentes lucem, et in spelunca Regem non ignorantes. Hi munera afferunt, illi insidias struunt. Hi venerantur, illi persequuntur. Hi gaudent invento, quem exquirebant, illi nuntiato ipsius ortu reformidant. *Videntes* enim, inquit, *Magi stellam supra locum, ubi erat puer, gavisi sunt gaudio magno valde. Herodes autem audiens turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo* [68]. Hi et tanquam Deo thus offerunt, et auro dignitatem regiam colunt. Et prophetica quadam gratia per myrrham mortis dispositionem subsignificant. Illi vero cunctos infantes unum in locum coactos internecione tollendos censent. Quod eos mihi non solum crudelitatis, verum etiam summæ dementiæ videtur coarguere. Quid enim sibi vult ista puerorum trucidatio? Cur ausi sunt homicidæ se tanto scelere obstringere? Quoniam novum quoddam, inquiunt, mirandumque cœli portentum Regis indicium Magis nuntiavit.

Quid igitur tum? Aut portendenti signo fidem habes ut vero, aut, quod rumore jactatur, vanum putas? Si talis est, qui cœlos sibi fecerit inservire, prorsus est supra manum tuam. Sin autem in potestate tua est, ut ille vel vivat, vel moriatur, eum frustra pertimescis. Qui enim id agit, ut imperio tuo subditus ipse sit, cur ei parantur insidiæ? Cur horrendum illud mandatum transmittitur? Cur impia fertur sententia, ut miseri infantes trucidentur? Quid peccarunt? Quid morte, aut supplicio dignum admiserunt? Crimen unum duntaxat habent, quod nati sunt, et in lucem editi. Et propterea necesse fuit, ut civitas carnificibus compleretur, ut cogeretur matrum multitudo, et infantium populus, ut adessent etiam patres, et generis propinquitate conjuncti ad sævum facinus congregarentur. Quis oratione calamitatem describat? Quis acerbitatem enarrans oculis aspiciendam proponat? Mistam illam lamentationem, luctuosum questum puerorum, matrum, propinquorum, patrum ad minas

A τῶν ἀλόγων ἑστία, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ἄρτος τῆς ζωῆς προστίθεται, ἵνα καὶ τὰ ἄλογα τῆς λογικῆς μεταλαβόντα τροφῆς, ἐν λόγῳ γένηται. Μεσιτεύει τοίνυν ἐπὶ τῆς φάτνης τῷ βοῒ καὶ τῷ ὄνῳ ὁ ἀμφοτέρων Κύριος, ἵνα τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, καὶ τούτου τὸν βαρὺν ζυγὸν τοῦ Νόμου περιελὼν, κἀκεῖνον τοῦ τῆς εἰδωλολατρείας ἄχθους ἀποφορτίσας. Ἀλλ' ἀναβλέψωμεν εἰς τὰ οὐράνια θαύματα. Ἰδοὺ γὰρ οὐ προφῆται μόνον καὶ ἄγγελοι τὴν χαρὰν ταύτην ἡμῖν εὐαγγελίζονται, ἀλλὰ καὶ οἱ οὐρανοὶ διὰ τῶν οἰκείων θαυμάτων τὴν τοῦ Εὐαγγελίου δόξαν ἀνακηρύττουσιν. Ἐξ Ἰούδα ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἀνατέταλκε, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' οὐ καταυγάζεται ὁ Ἰουδαῖος ὑπὸ τοῦ ἀνατείλαντος. Ξένοι τῶν διαθηκῶν B τῆς ἐπαγγελίας οἱ Μάγοι, καὶ τῆς τῶν Πατέρων εὐλογίας ἀλλότριοι· ἀλλὰ προφθάνουσι τῇ γνώσει Ἰσραηλίτην λαὸν, καὶ τὸν οὐράνιον φωστῆρα γνωρίσαντες, καὶ τὸν ἐν σπηλαίῳ Βασιλέα μὴ ἀγνοήσαντες. Ἐκεῖνοι δωροφοροῦσιν, οὗτοι ἐπιβουλεύουσιν. Ἐκεῖνοι προσκυνοῦσιν, οὗτοι διώκουσιν. Ἐκεῖνοι εὑρόντες τὸν ζητούμενον, χαίρουσιν. Οὗτοι ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ μηνυθέντος ταράττονται. *Ἰδόντες* γὰρ, φησὶν, *οἱ Μάγοι τὸν ἀστέρα ἐπὶ τοῦ τόπου οὗ ἦν τὸ παιδίον, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. Ἡρώδης δὲ ἀκούσας τὸν λόγον, ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.* Οἱ μὲν ὡς Θεῷ προσάγουσι λίβανον, καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν τῷ χρυσῷ δεξιοῦνται. Τὴν δὲ κατὰ τὸ πάθος οἰκονομίαν, προφητικῇ τινι χάριτι διὰ τῆς σμύρνης ἀποσημαίνουσιν· οἱ δὲ, C πανωλεθρίαν τῆς νεολαίας πάσης καταδικάζουσιν. Ὃ μοι δοκεῖ, μὴ τῆς πικρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας αὐτῶν τὴν κατηγορίαν ἔχειν. Τί γὰρ βούλεται αὐτοῖς ἡ παιδοφονία; Καὶ ἐπὶ τίνι σκοπῷ τὸ τοιοῦτον ἄγος τοῖς μιαιφόνοις τετόλμηται; Ἐπειδὴ καινόν τι σημεῖον, φησὶν, τῶν κατ' οὐρανὸν θαυμάτων τὴν τοῦ Βασιλέως ἀνάδειξιν τοῖς Μάγοις ἐμήνυσε.

Τί οὖν; ὡς ἀληθῆ πιστεύεις τῷ μηνύσαντι σημείῳ, ἢ μάταιον ὑπονοεῖς τὸ θρυλλούμενον; Εἰ μὲν γὰρ τοιοῦτός ἐστιν, οἷος τοὺς οὐρανοὺς ἑαυτῷ συνδιατιθέναι, οὐχ ὑπὲρ τὴν σὴν χεῖρα πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ ἐπὶ σοὶ τὸ ζῆν αὐτὸν ἢ τεθνάναι ποιεῖ, μάτην πεφόβησαι τὸν τοιοῦτον. Ὁ γὰρ οὕτω πράττων, ὥστε ὑποχείριος εἶναι τῇ σῇ ἐξουσίᾳ, ὑπὲρ τίνος ἐπιβουλεύεται; Διὰ τί τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καταπέμπεται D πρόσταγμα; Ἡ πονηρὰ κατὰ τῶν νηπίων ψῆφος, ἀναιρεῖσθαι τὰ δείλαια βρέφη; Τί ἀδικήσαντα; Τίνα θανάτου καὶ κολάσεως αἰτίαν καθ' ἑαυτῶν παρασχόμενα; Ἓν ἔγκλημα ἔχοντα μόνον, τὸ γεννηθῆναι καὶ εἰς φῶς ἐλθεῖν. Καὶ ὑπὲρ τούτου ἔδει καταπληρωθῆναι δημίων τὴν πόλιν, καὶ συναχθῆναι δῆμον μητέρων καὶ νηπίων, λαὸν συμπαρόντων αὐτοῖς, καὶ τῶν γεννησαμένων, καὶ πάντων, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τὸ πάθος ἀθροιζομένων τῶν κοινωνούντων τοῦ γένους. Τίς ἂν ὑπογράψειε τῷ λόγῳ τὰς συμφοράς; Τίς ἂν ὑπ' ὄψιν ἀγάγοι διὰ τῶν διηγημάτων τὰ πάθη; Τὸν σύμμικτον ἐκεῖνον θρῆνον; τὴν γοερὰν συνῳδίαν

[64] Joan. VI, 48 sqq. [65-66] Ephes. II, 14. [67] Hebr. VII, 14. [68] Matth. II, 10.

παίδων, μητέρων, συγγενῶν, πατρῶν, πρὸς τὴν τῶν δημίων ἀπειλὴν ἐλεινῶς εἰσβοώντων; Πῶς ἄν τις διαγράψειε γυμνῷ τῷ ξίφει παρεστῶτα τῷ νηπίῳ τὸν δήμιον, ἐμβλέποντα δριμύ τε καὶ φονικὸν, καὶ φθεγγόμενον ἄλλα τοιαῦτα, καὶ τῇ χειρὶ τὸ βρέφος πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντα, καὶ τῇ ἑτέρᾳ τὸ ξίφος ἀνατεινόμενον· τὴν δὲ μητέρα ἑτέρωθεν πρὸς ἑαυτὴν ἀνθέλκουσαν τὸ παιδίον, καὶ τὸν ἴδιον αὐχένα τῇ τοῦ ξίφους ἀκμῇ προσυπέχουσαν, ὡς ἂν μὴ ἴδῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ δείλαιον τέκνον βρέφος ταῖς χερσὶ τοῦ δημίου διαφθειρόμενον; Πῶς ἄν τις τὰ τῶν πατέρων διηγήσαιτο; Τὰς ἀνακλήσεις, τὰς οἰμωγὰς, τὰς τελευταίας τῶν τέκνων περιπλοκάς; καὶ πολλῶν ἅμα τοιούτων κατὰ ταὐτὸν γιγνομένων; Τίς ἂν τὸ πολυειδὲς καὶ πολύτροπον τῆς συμφορᾶς τραγῳδήσειε, τὰς διπλᾶς τῶν ἀρτιτόκων ὠδῖνας; Τοὺς δριμεῖς καυτῆρας τῆς φύσεως; Ὅπως τὸ ἄθλιον βρέφος ὁμοῦ τε τῷ μαζῷ προσεφύετο, καὶ διὰ τῶν σπλάγχνων τὴν καιρίαν ἐδέχετο; Ὅπως ἡ δειλαία μήτηρ καὶ τὴν θηλὴν ἐπεῖχε τῷ τοῦ νηπίου στόματι, καὶ τὸ αἷμα τοῦ τέκνου τοῖς κόλποις ἐδέχετο; Πολλάκις δέ που τῇ ῥύμῃ τῆς χειρὸς ὁ δήμιος, μιᾷ τοῦ ξίφους ὁρμῇ, τὸ τέκνον τῇ μητρὶ συνδιήλασε, καὶ ἓν τοῦ αἵματος τὸ ῥεῖθρον ἐγένετο, ἔκ τε τῆς μητρῴας πληγῆς καὶ ἐκ τῆς καιρίας τοῦ τέκνου καταμιγνύμενον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο πρόσκειται τῇ μιαρᾷ τοῦ Ἡρῴδου φωνῇ, τὸ μὴ μόνον κατὰ τῶν ἀρτιγενῶν τὴν θανατηφόρον ἐξενεχθῆναι ψῆφον, ἀλλ' εἴ τις καὶ εἰς δεύτερον προῆλθεν ἔτος καὶ τοῦτον ἀνάρπαστον γενέσθαι (γέγραπται γὰρ, ὅτι ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω)· ἕτερον ἐν τούτοις, κατὰ τὸ εἰκὸς, πάθος ὁ λόγος βλέπει. Ὅτι πολλάκις ὁ μεταξὺ χρόνος, δύο τέκνων μητέρα τὴν αὐτὴν ἐποίησεν. Οἷον οὖν ἦν ἐπὶ τῶν τοιούτων πάλιν τὸ θέαμα, δύο δημίων περὶ μίαν ἀσχολουμένων μητέρα· τοῦ μὲν, τὸ παραθέον πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντος, τοῦ δὲ, τὸ ὑπομάζιον ἀνασπῶντος τοῦ κόλπου; Τί πάσχειν εἰκὸς ἐπὶ τούτοις τὴν ἀθλίαν μητέρα; πρὸς δύο τέκνα σχιζομένης τῆς φύσεως, ἑκατέρου κατὰ τὸ ἴσον τοῖς μητρῴοις σπλάγχνοις τὸ πῦρ ἀναφλέγοντος, οὐκ ἔχουσαν ποίῳ ἢ τίνι τῶν πονηρῶν ἀκολουθήσει δημίων; Τοῦ μὲν ἐντεῦθεν, τοῦ δὲ ἑτέρωθεν πρὸς τὴν σφαγὴν ἐφελκομένων τὰ νήπια· προσδράμῃ ἐπὶ τῷ νεογενεῖ, ἄσημον ἔτι καὶ ἀδιάρθρωτον τὸν ὀδυρμὸν ἀφιέντι; Ἀλλ' ἀκρατεῖ τοῦ ἄλλου ἤδη φθεγγομένου, καὶ ψελλιζομένῃ τῇ φωνῇ μετὰ δακρύων τὴν μητέρα ἀνακαλοῦντος. Τί πάθῃ; Τίς ἂν γένηται; Τίνος τῇ φωνῇ ἀντιβοήσει; Τίνος τῇ οἰμωγῇ ἀντοδύρηται; Ποίῳ ἀποθρηνήσει θανάτῳ, ἴσως ἐφ' ἑκατέρῳ μαστιζομένη τοῖς κέντροις τῆς φύσεως;

Ἀλλ' ἀπαγάγωμεν τὴν ἀκοὴν τῶν ἐπὶ τοῖς παισὶ θρήνων, καὶ πρὸς τὰ εὐθυμότερα καὶ μᾶλλον τῇ ἑορτῇ πρέποντα τὴν διάνοιαν τρέψωμεν, κἂν ὑπερβοῶσα κατὰ τὴν προφητείαν ἡ Ῥαχὴλ τὴν σφαγὴν τῶν τέκνων ὀλοφύρηται. Ἐν γὰρ ἡμέρᾳ ἑορτῆς, καθώς φησιν ὁ σοφὸς Σολομὼν, ἀμνηστία πρέπει κακῶν. Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς ἑορτῆς ἡμῖν ταύτης εὐσημοτέρα, ἐν ᾗ τὴν πονηρὰν τοῦ διαβόλου σκοτόμαιναν διαχέας ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, δι' αὐτῆς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐπιλάμπει τῇ φύσει, ἐν ᾗ τὸ πεπτωκὸς

carnificum miserabiliter exclamantium? Quis dicendo possit exprimere carnificem gladio contra puerum irruentem, et torvo trucique vultu contuentem, verbisque crudelibus alloquentem, una quidem manu corripientem infantulum, altera vero gladium adigentem; matrem porro ex altera parte filium ad se trahentem, objicientemque cervicem suam acuto gladio, ne miserum filium carnificis manu necatum propriis oculis intueretur? Quis explicet ea quæ patres agunt, revocationes, suspiria, postremos filiorum complexus, præsertim cum idem a multis fiat eodem tempore? Quis variam multiplicemque calamitatem, et conduplicatos puerperarum dolores partus exponat, et acerrimas, quas admovebat natura, faces? Quomodo puer infelix et uberi simul inhæreret, et per viscera letalem plagam acciperet? Quomodo misera mater simul infantis ori subderet ubera, et sinu sanguinem ejus exciperet? Manus autem impetu sæpenumero carnifex uno gladii ictu filium et matrem consauciabat, et unus sanguinis rivus ex matris plaga et ex mortifero vulnere filii mistus decurrebat. Jam vero, cum nefaria Herodis sententia non solum nuper geniti necarentur, sed etiam illi, qui alterum agebant annum, raperentur ad mortem [79], (scriptum est enim eum jussisse, bimulos et minores interfici), videre erat matres non paucas, quæ eo temporis spatio duos filios enixæ fuerant. Quodnam igitur rursum in his spectaculum cernebatur, cum duo carnifices circa matrem unam essent occupati, unusque prope currentem filium ad se raperet, alter autem lactentem adhuc infantulum e gremio matris evelleret? Quid tum faciat mater infelix, cum natura bifariam in filios divellatur, et utroque filio maternis visceribus ex æquo faces admovente, nesciat utrum ex carnificibus prius sequatur, cum unus ex hac, alter ex illa parte pueros ad cædem trahat? procurratne ad nuper genitum, confusos indistinctosque gemitus emittentem? at inhibetur ab altero jam loquente, balbutientique lingua matrem inclamante. Quidnam agat? quo se vertat? Utrius voci voce sua respondeat? Utrius gemitum gemitu excipiat suo? Utrius defleat necem, cum uterque naturæ stimulis æque miseram feriat?

Sed amoveamus aures ab hisce questibus, et ad lætiora dieique festo magis convenientia cogitationem convertamus, licet Rachel, ut inquit propheta [80], clamans filiorum cædem deploret. In die enim festo, ut ait sapiens Salomon, malorum decet oblivisci. Quæ autem nobis celebrior dies hac esse potest, in qua malas diaboli tenebras discutiens justitiæ sol per naturam nostram illucet mundo, in qua, qui cecidit, excitatur, qui hostis factus est, in gratiam recipitur, qui ejectus est

[79] Matth. II, 16. [80] Jerem. XXXI, 15; Matth. II, 17.

tavit, ploratibus et lamentationibus copias adversarias opplevit, tanquam vasa atque instrumenta quædam ab iis ablatis Magis, qui ab orientalibus partibus venerunt [23], et adoratione et agnitione Dominicæ potestatis ejus commoda et apta Domino instrumenta facti sunt, in subsidium et adjumentum ædificationis Ecclesiæ, a Deo revera confecti tabernaculi, quod Dominus fixit et non homo [24]: jam nunc item tanquam a luto et lateritio opere olim Israelem, sic a terreno sensu humanum genus cum per sese liberasset et redemisset, ut Ægyptum quidem, id est, mortis horrendum et caliginosum castellum fugeret, effecit. Sanctificat autem Deo et Patri non solum hominum partus primogenitos, sed etiam omne genus humanum per eas, quas in sese sumpsit, nostræ massæ atque materiæ primitias, id est, per carnem, quæ intellectualiter, et ut mente sola percipi potest, animabatur, a nobis sumptam totam ad sanctificationem quasi refermentans humanæ naturæ massam atque concretionem. Nam merito dixerim ego quoque nunc, sicuti divinus ait Apostolus: *Si primitiæ sanctæ sunt, etiam materia atque massa* [25] inde confecta sancta fuerit. Ac quemadmodum olim oratio, qua lex ferebatur, typice, id est, per figuram, qua futurum præsignificabatur, eam tribum, cui sacerdotii munus obvenerat, pro primogenitorum primitiis Deo obtulit: ita nunc per claram veritatis effigiem pontificem et apostolum nostræ confessionis sanctum illum et innocentem, qui ab inquinamentis malitiæ vacuus, qui omnium peccati tam sordium quam sensus atque cogitationis expers fuit, corporaliter pro ea, quæ per fidem ei sanctificata est, humana natura Deo ac Patri oblatum esse intelligimus, et eo magis quod ne numero quidem superare ac redundare præter eum qui seipsum dedit pro pretio, quo multi redimerentur, totam humanam naturam videmus, quod quidem attineat ad rationem sanctitatis (quemadmodum in umbra legis Levitis numero plures primogeniti inventi sunt [26]), sed longissimo spatio a tergo relictam, quatenus absque omni contradictione id, cui benedicitur, benedicente inferius est. Ac tunc quidem ad solam Israeliticam gentem Levitici sacerdotii dignitas referebatur, ac pro eorum primogenitorum duntaxat, qui apud Israelitas nascerentur, redemptionis pretio Levitas sumptos esse, Scripturæ testimonio de ipsis proditum est: Christus vero, qui futurorum bonorum pontifex advenit, ut sapientissimus Paulus inquit [27], et non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedec, quemadmodum divinum præsignificavit oraculum, sacerdotii quidem translatione, eo quod ipse esset ex alia tribu (perspicuum est enim ex Juda ortum esse Dominum nostrum Jesum Christum), etiam legis translationem effecit, et ab legali umbra transtulit nos ad Evangelium regni

[23] Matth. II, 1 sqq. [24] Hebr. VIII, 2. [25] Rom. X, 16. [26] Num. III, 16 sqq. [27] Hebr. VII, 9, 11; VII, 11, 17.

cœlorum, quemadmodum ab Levitica tribu ad regiam tribum sacerdotii dignitatem traduxit : assimilatione vero quæ fit secundum ordinem Melchisedec, non pro solo Israele, sed pro omnibus gentibus pretium redemptionis sese Patri obtulit, et omnium hominum confessionis pontifex exstitit, quoniam Melchisedec quoque tam ex parte gentium extranearum, quam ex genere Abrahami esse ostenditur atque reperitur. Porro quæ ex lege fiebat æstimatio quinque didrachmorum pro unoquoque primogenito, per abditas verborum ambages et involucra significare solet, oportere unumquemque nostrum omnes sensus Deo sanctificare, atque ea quæ per sensus fiunt, purum et ab omni inhonesta voluptate alienum quasi quoddam redemptionis pretium sanctum atque legitimum offerre Creatori.

Hujus sacri diei festi nos hodie memoriam celebramus, hæc mysterii explicatio spiritualis præsentem sanctum atque solemnem conventum coegit, qua explicatione ex lege quidem, ut apparebat, Servator offerebatur, sed ut spiritu intelligitur et mente percipitur, primitias nostræ conspersionis Patri offerens totam eam sacram reddebat, et ad divinam oblationem idoneam efficiebat. Hoc enim olim lex parturiebat, et ad hoc spectabat constitutio legis tum de primogenitis, tum de Levitarum compensatione, tum de didrachmorum æstimatione. Sic per mare Scripturarum divinarum gratia Spiritus nos transduxit. Sed videamus etiam adversariorum conclusionem atque demonstrationem. Ac jam quidem superius nobis tum de Levitis, tum de primogenitis tota constitutio legis patefacta est : sed quemadmodum magnus Moyses populum animo confirmans et adhortans, affirmabat illum Ægyptios non amplius visurum esse [28] : ita ego quoque nunc provehor, ut peculiari Dei populo bonum nuntium apportem, fore ut non amplius umbratilis cultus corporea castra videamus. Ubi enim, postquam proditus est magnus ille Pontifex, Levitarum sacrificium est? Ubi, posteaquam mundus pretio redemptus et expiatus est, primogenitorum computatio atque æstimatio? Ubi reliquarum cæremoniarum legalium exacta illa præscriptio atque observatio? Non vides, quoad nox ignorantiæ res universas occupatas tenebat, stellarum in modum obscurum quemdam, modicum atque exilem splendorem præbuisse eum, qui ex legis præscripto cultus præstabatur; sed postquam justitiæ sol exortus est, et oriens ex alto apparuit, et salutis dies illuxit, evanuit legalium constitutionum fax superante lumine gratiæ victa. Nonne prostratum et solo æquatum jacet, quemadmodum proceres et currus, præclarum illud templum? Nonne omnis elatio atque superbia, omnes spiritus, quos nomine ejus pontifices sumpserant, conciderunt atque demissi sunt? An non omnis demersa atque confusa est eorum illa tam bene ordinata atque constituta legalis disciplina? Nonne funditus periit ea, quæ apud Judæos vigebat, institutarum consuetudinum diligens et accurata observatio? Ubi enim hostias pro nuper enixis mu-

A των ὑπὲρ ἑκάστου τῶν πρωτοτόκων συντίμησις ἐμφαίνειν οἶδε, αἰνιγματωδῶς, ὡς χρὴ ἕκαστον ἡμῶν πᾶσαν αἴσθησιν ἁγιάζειν Θεῷ, καὶ τὰ ἐν τούτοις, καθαρὸν καὶ ἡδονῆς πάσης ἀτόπου ἀλλότριον προσάγειν τῷ κτίσαντι καθάπερ τι λύτρον εὐαγές τε καὶ ἔννομον.

Ταύτης ἡμεῖς σήμερον τῆς ἱερᾶς τελετῆς τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζομεν, αὕτη ἡμῖν ἡ πνευματικὴ τοῦ B μυστηρίου ἀνάπτυξις τὴν παροῦσαν συνεκρότησεν ἁγίαν πανήγυριν· καθ' ἣν νομικῶς μὲν προσήγετο ὁ Σωτὴρ κατὰ τὸ φαινόμενον, νοητῶς δὲ καὶ πνευματικῶς τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος τῷ Πατρὶ προσαγαγὼν, ὅλον αὐτὸ ἱερὸν ἀπεδείκνυε, καὶ πρὸς θείαν προσαγωγὴν ἐπιτήδειον. Τοῦτο γὰρ πάλαι ὁ νόμος ὤδινε, καὶ πρὸς τοῦτο ἑώρα ἥ τε περὶ τῶν πρωτοτόκων νομοθεσία καὶ τῆς τῶν Λευϊτῶν ἀντιδόσεως καὶ τῆς τῶν διδραχμάτων συντιμήσεως. Οὕτως ἡμᾶς διεβίβασε διὰ τῆς θαλάττης τῶν ἁγίων Γραφῶν ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' εἴδωμεν καὶ τὴν τῶν ἐναντίων σύγκλεισίν τε καὶ ἀπόδειξιν. Ἤδη μὲν οὖν ἀνωτέρω κατάδηλος ἡμῖν ἡ περὶ τῶν Λευϊτῶν τε καὶ πρωτοτόκων πᾶσα νομοθεσία γεγένηται, ἀλλὰ C καθὼς ὁ μέγας Μωϋσῆς παραθαρσύνων τὸν λαὸν μηκέτι ὄψεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους διεβεβαιώσατο· οὕτω κἀγὼ νῦν προάγομαι τὸν τοῦ Θεοῦ περιούσιον λαὸν εὐαγγελίζεσθαι, ὡς οὐκέτι τῆς σκιώδους λατρείας τὸ σωματικὸν στρατόπεδον θεασόμεθα. Ποῦ γὰρ μετὰ τὴν φανέρωσιν τοῦ μεγάλου Ἀρχιερέως ἡ τῶν Λευϊτῶν ἱερουργία; Ποῦ μετὰ τὸ τοῦ κόσμου καθάρσιον λύτρον ἡ τῶν πρωτοτόκων συντίμησις; Ποῦ ἡ λοιπὴ τῆς νομικῆς τελετῆς ἀκρίβεια; Οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἕως ὅτε ἡ νὺξ τῆς ἀγνοίας κατεῖχε τὰ σύμπαντα, ἀστέρων δίκην ἀμυδράν τινα καὶ σύμμετρον αὐγὴν ἡ κατὰ νόμον παρεῖχε λατρεία· ὅτε δὲ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλεν ἥλιος, καὶ ἡ ἐξ ὕψους ἀνατολὴ ἐπέφανε, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμέρα ἐπέλαμψεν, ἀφανὴς ἡ τῶν νομικῶν D διατάξεων δᾳδουχία ἐγένετο, τῷ ὑπερλάμποντι φωτὶ νικωμένη τῆς χάριτος; Οὐχ ἠδάφισται, καθάπερ οἱ τριστάται καὶ τὰ ἅρματα, ὁ περιώνυμος ἐκεῖνος ναὸς, καὶ πᾶσα ἡ τῶν ἀρχιερέων ἐπ' αὐτῷ μεγαλοφροσύνη καὶ ἔπαρσις; Οὐ πᾶσα κατεκλύσθη αὐτῶν καὶ συνεχέθη ἡ νομικὴ εὐταξία; Οὐχ ἄρδην ἀπόλωλε τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἐθῶν ἡ ἀκρίβεια; Ποῦ γὰρ τὰς θυσίας τὰς ὑπὲρ τῶν ἀρτιτόκων γυναικῶν προσαγάγοιεν, τοῦ ἐκλελεγμένου τόπου διαπεπτωκότος, καὶ σαφῶς διορισθέντος, μὴ ἐξεῖναι ἑτέρωθί που παρ' αὐτῶν τὰς θυσίας προσάγεσθαι; Ποῦ ἡ ἱερατικὴ στολή τε καὶ ἀξία καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα; Ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον διεξιόντες, καθάπερ νεκρῶν συνεχεῖ ἐπαφῇ τε καὶ θεωρίᾳ τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς δειδιξώμεθα, ἐκείνους μὲν ἐάσωμεν τεθνηκότας παρὰ

[28] Exod. xiv, 13.

τὸ ὕδωρ τοῦ νομικοῦ γράμματος· ἡμεῖς δὲ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄσωμεν, καὶ τῇ ὄντως οὐρανίῳ τραφέντες τροφῇ, καὶ τῷ ἐκ τῆς ἀληθινῆς πέτρας νάματι ποτισθέντες, ἔλθωμεν ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦ Θεοῦ Χωρήβ· τουτέστι, τὴν ὑψηλὴν τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλίαν, ἵνα τῇ φωνῇ τῶν θείων σαλπίγγων, τοῖς ῥήμασι τοῦ μακαρίου Λουκᾶ τὴν ἔσω ἀκοὴν προσβάλωμεν, καθάπερ ἐξ ἁγίων ἀδύτων βοῶντος τῆς μυσταγωγίας τοῦ Πνεύματος· *Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, ἀνήγαγον οἱ γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου, ὅτι Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται· καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. Καὶ ἰδοὺ ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Συμεὼν, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ· καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἂν ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου ἐν σαρκὶ, καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν.* Τί ἐστι, *Προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ;* Τουτέστιν, ἀναμένων τὴν φανέρωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν πρὸς ταύτην τοῦ Ἰσραηλίτου λαοῦ ἀπὸ τῆς νομικῆς σκιᾶς μεταχώρησιν· ἐπὶ τῷ ἀφεθέντα τοῦ ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου εἶναι τῷ τῆς ἀληθείας στοιχειοῦσθαι διδασκαλείῳ, καὶ τῇ κατ' αὐτὴν καταρτίζεσθαι τελειότητι. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὡς ἐν δυσπαθείᾳ ὄντων τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ τινὶ κατεχομένων, τὴν τούτων ἀνάκτησιν καὶ πρὸς τὸ εὔθυμον καὶ ἀρχαῖον ἐπάνοδον ἐξεδέχετο· πάσης αὐτοῖς τῆς παλαιᾶς συνηθείας εὐνομουμένης, καὶ τοῦ ναοῦ ἑστῶτος, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ θυσιῶν προσαγομένων, καὶ πάσης ἑτέρας ἰδιωτικῆς τῷ γένει αὐτῶν ὑπαρχούσης πολιτείας πεφυλαγμένης.

A lieribus offerre possint, cum ille delectus ad eam rem locus dirutus atque collapsus sit, et aperte dictum sit, non licere in aliquo alio loco hostias ab iis offerri [29]? Ubi sacerdotalis illa stola, et dignitas, et omnia reliqua? Verum ne singulatim omnia persequentes, sicuti mortuorum crebra attrectatione atque inspectione animi oculo terrorem ingeneremus, illos quidem sinamus mortuos juxta aquam litteræ legalis: nos autem benigno Deo victoriæ carmen et hymnum canamus, et vere cœlesti cibo nutriti, et ex vera petra profluentis aquæ potu refecti, veniamus ad montem Dei Choreb, id est, ad altam Evangelii doctrinam, ut voci divinarum tubarum, verbis nimirum beati Lucæ internas aures admoveamus, tanquam ex sacris adytis et B penetralibus sacræ doctrinæ spiritus clamantis [30]: *Et factum est, cum impleti essent dies purificationis eorum, adduxerunt parentes puellum Jesum, ut sisterent et exhiberent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Omne masculinum aperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur, et ut darent hostiam, prout dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat Jerosolymis cui nomen erat Simeon, et is homo justus et religiosus, exspectans consolationem Israelis, et Spiritus sanctus erat in eo, et oraculum ei reddiderat Spiritus sanctus eum non visurum mortem priusquam vidisset Christum Domini in carne, et venit instinctu Spiritus in templum.* Quid est id quod dicit, *Exspectans consolationem Israelis?* Hoc est, C exspectans dum manifesta fieret veritas, et ab umbra legali ad eam populus Israeliticus transiret, ut dimissus ab ea subjectione, qua elementis mundi obnoxius erat, veritatis elementorum doctrina institueretur, ejusque perfectione concinnaretur. Neque enim dicere quis potest, cum Judæi versarentur in mœrore atque afflictione et in captivitate aliqua detinerentur, illum horum recuperationem, et in pristinum locum et statum restitutionem, ac reditum ad animi tranquillitatem atque lætitiam exspectasse: quippe cum omnes illi antiqui ritus ab iis recte et juxta legis præscripta observarentur, et templum staret, et consuetæ in eo hostiæ offerrentur, reliquusque privatus status gentis eorum incolumis servaretur.

Εἰ δὲ τὸ ὑπὸ Ῥωμαίους αὐτοὺς εἶναι προβάλλεται, καὶ τὸ καθεστάναι τὸν Ἡρώδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας ἀλλόφυλον τὸ γένος ὑπάρχοντα· γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, ὡς οὐδὲν παρὰ τοῦτο ἡ κατὰ νόμον πολιτεία παρεβλάπτετο ἐκ τοῦ ὑπὸ ἀλλοεθνοῦς τὸν Ἰσραὴλ βασιλεύεσθαι, ὥστε τὴν περὶ τούτου παράκλησιν τὸν δίκαιον πρεσβύτην ἐκδέχεσθαι. Καὶ γὰρ διαφόρως συμβέβηκε, καθάπερ τινὰ στασιώδη υἱὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐστηρῷ τινι παιδαγωγῷ πρὸς σωφρονισμὸν παραδοθῆναι, οὕτω τὸν Ἰσραὴλ πολλάκις ὑπὸ βασιλείαν γενέσθαι ἀλλόφυλον. Καὶ δηλοῖ ἡ ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ λαοῦ ἐπὶ πλεῖστον ὅσον διατριβὴ, καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἐν τοῖς χρόνοις Σεδεκίου τοῦ βασιλέως ἐκ θείου προστάγματος πρός αὐτόν τε καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ λαὸν διαλεγόμενος, ὑπὸ τὸ σκῆπτρον τοῦ Ναβουχοδονόσωρ γενέσθαι, καὶ προσχωρῆσαι τοῖς Χαλδαίοις.

Quod si quis proponit eos subditos fuisse Romanis, et Herodem, qui genere alienigena esset, D regem Judææ constitutum fuisse, is cogitet idcirco nihil legali statui nocitum et incommodatum fuisse, quod populus Israeliticus ab diversæ gentis rege gubernabatur, ut ejus rei justus ille senex consolationem exspectaret. Etenim diversis modis contigit ut, tanquam filius seditiosus et contumax a patre aspero atque severo alicui pædagogo traditur in disciplinam coercendus et castigandus, ita Israeliticus populus sæpe externo regno subjugaretur. Quam rem indicat illius populi in Ægypto quam diutissima commoratio, et propheta Jeremias temporibus Sedeciæ regis jussu divino cum ad illum ipsum, tum ad populum, qui ejus imperio subditus erat, verba faciens dixit fore ut sub

[29] Deut. XII, 6. [30] Luc. II, 22 sqq.

sceptrum Nabuchodonosoris redigerentur, et Chaldæis dederentur [31]. Non solum autem hos, qui acerbiore vitæ conditione digni fuerunt, alieno sceptro subjici non erat alienum : verumetiam justos nonnullos, quibus mundus dignus non erat, ut more Pauli loquar [32], ut illorum pietas insignis vehementer eluceret, non imperantes, sed barbarorum et impiorum hominum imperio subjectos Dei lenitas effecit. Atque id vel Abraham demonstrat, qui in Ægypto fuit, cui (ibidem versanti) uxor a Pharaone adempta est [33], qui in terra sibi promissa tanquam inquilinus habitavit : itidemque hujus filius, et illius soboles, Isaacum dico et Jacobum, ac rursus illius castissimus et integerrimus filius Joseph, qui servus factus est, et ad carcerem condemnatus fuit [34]. Quocirca sapiens Simeon non eam Israelis consolationem, quæ ad bonam famam et existimationem magnamque gloriam atque splendorem pertineret, opperiebatur : sed reipsa veram, nempe traductionem ad pulchritudinem veritatis. Nam cum oraculum ei redditum esset fore ut antequam e vita migraret, Christum Domini videret, spiritualiter exspectabat ut simul populi quoque (Israelitici) consolatio exsisteret ac manifestaretur. *Venit igitur hic instinctu Spiritus in templum, et dum inducerent parentes puellum Jesum, ut facerent juxta morem consuetum ex lege pro eo, ipse quoque accepit eum in ulnas suas, et laudavit Deum*, ac *dixit : Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei Salutare, quod parasti in conspectu omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israeliticæ.* O vere beate terque beate senex ! Quam beatus ille tuus revera sacer in sacrum introitus, per quem ad vitæ exitum currebas ! Quam beati oculi tui animi simul et corporis ! Hi quidem, quod visibilem apparitionem Dei perceperunt : illi vero, qui non id quod videtur solummodo intuiti sunt, sed ipso Spiritus lumine illustrati, etiam in corpore Deum verbum agnoverunt, qui divinum salutare viderunt, quod paratum erat ante faciem omnium populorum. Quam beatæ tuæ manus, quæ Verbum vitæ contrectaverunt ! Quam beata tua lingua, quæ vivifici luminis revelati bonum nuntium divulgavit ! Ac quid singulatim per unumquodque membrum laudem accommodare tibi festino, cum jam antea te totum laudabilem et beatum sanctoque Spiritu correptum evangelista docuerit ? Sed veni, o beate Pater, ea, quæ in te resonat Spiritus suggestione, et filios Ecclesiæ alumnos doce tanquam in vasis testaceis, paucis tuis verbis absconditum thesaurum : quandoquidem ad vos vestrique similes, qui canitie superi sensus et intellectus ornati, et revera πρεσβύτεροι, id est, seniores estis, et Ecclesiæ Patres appellamini, divinus sermo nos ducit ut salutares doctrinas discamus, *Interroga patrem tuum*, inquiens, *et annuntiabit tibi seniores tuos, et dicent tibi* [35].

A Οὐ μόνον δὲ τούτους ἀξίους καθεστῶτας πληκτικωτέρας διαγωγῆς, ἀλλοφύλῳ σκήπτρῳ ὑποτετάχθαι οὐκ ἦν ἀπεικός· ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν δικαίων τινὰς, καὶ ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, κατὰ Παῦλον εἰπεῖν, οὐκ ἄρχοντας, ἀλλ' ἀρχομένους ὑπὸ βαρβάρων καὶ ἀθέων ἀνδρῶν ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία παρέδειξεν· ὥστε τὸ τῆς εὐσεβείας αὐτῶν δόκιμον ἰσχυρῶς διαφανήσεσθαι. Καὶ δείκνυσιν ὅ τε Ἀβραὰμ ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος, καὶ τὴν γυναῖκα ὑπὸ τοῦ Φαραὼ ἀφαιρούμενος, καὶ ἐν παροικίᾳ τὴν ἐπηγγελμένην αὐτῷ γῆν οἰκῶν. Ὡσαύτως τε ὁ τούτου υἱὸς, καὶ ἐκείνου γόνος, τὸν Ἰσαάκ φημι καὶ τὸν Ἰακὼβ, αὖθίς τε ὁ ἐκείνου σωφρονέστατος παῖς Ἰωσὴφ, δοῦλος γενόμενος, καὶ τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν καταδικαζόμενος. Οὐκοῦν οὐ τὴν εἰς κοσμικὴν εὐδοξίαν τε καὶ μεγαλαυχίαν παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ ὁ σοφὸς Συμεὼν ἐξεδέχετο· ἀλλὰ B τὴν ὄντως ἀληθῆ, τὴν εἰς τὸ τῆς ἀληθείας κάλλος μετάθεσιν. Χρηματισθέντος γὰρ αὐτῷ πρὸ τῆς τοῦ βίου μεταλλαγῆς ἰδεῖν τὸν Χριστὸν Κυρίου συναναφανήσεσθαι, πνευματικῶς τὴν τοῦ λαοῦ παράκλησιν ἐξεδέχετο. *Ἦλθεν οὖν οὗτος ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν τὸν Θεὸν καὶ εἶπεν· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριον, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.* C Ὦ μακάριε ἀληθῶς καὶ τρισμακάριε πρεσβύτα ! Ὡς μακαρία σου ἐκείνη ἡ ὄντως ἱερὰ εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδος, δι' ἧς πρὸς τὴν τοῦ βίου ἔξοδον ἔδραμες ! Ὡς μακάριά σου τὰ ὄμματα τῆς ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σώματος ! Τὰ μὲν τῆς ὁρατῆς θεοφανείας ἐν ἀντιλήψει γενόμενα· τὰ δὲ μὴ πρὸς τὸ ὁρώμενον ἀπιδόντα μόνον, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τοῦ Πνεύματος κατηυγασμένα φωτὶ, καὶ τὸν ἐν τῷ σώματι Θεὸν Λόγον γνωρίσαντα, τὰ τὸ θεῖον εἰδότα σωτήριον, τὸ κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν ἡτοιμασμένον. Ὡς μακάριαί σου αἱ χεῖρες αἱ τὸν Λόγον τῆς ζωῆς ψηλαφήσασαι ! Ὡς μακαρία σου ἡ γλῶττα ἡ τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ ζωτικοῦ φωτὸς εὐαγγελισαμένη ! Καὶ τί ἄν σοι καθ' ἕκαστον τῶν μελῶν ἰδικῶς ἁρμόζειν ἐπείγομαι ἔπαινον, ἤδη D σε ὅλον ἐπαινετὸν καὶ μακάριον, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι κάτοχον τοῦ εὐαγγελιστοῦ προδιδάξαντος; Ἀλλὰ δεῦρο, ὦ μακάριε Πάτερ, τῇ ἐν σοὶ ὑπηχήσει τοῦ Πνεύματος δίδαξον ὡς τέκνα τῆς Ἐκκλησίας τὰ θρέμματα τὸν ἀποκεκρυμμένον θησαυρὸν, καθάπερ ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι τοῖς ὀλίγοις σου ῥήμασιν· ἐπείπερ πρὸς ὑμᾶς τε καὶ τοὺς καθ' ὑμᾶς τῇ πολιᾷ τῆς ἄνω φρονήσεως κεκοσμημένους καὶ πρεσβυτέρους ὄντως ὑπάρχοντας, καὶ τῆς Ἐκκλησίας Πατέρας χρηματίζοντας, ὁ θεῖος ἡμᾶς ὁδηγεῖ λόγος μαθητευ[σ]ομένους τὰ σωτηριώδη διδάγματα, *Ἐπερώτησον*, λέγων, *τὸν πατέρα σου· καὶ ἀναγγελεῖ σοι τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι.*

[31] Jer. xxxiv, 1 sqq. [32] Heb. xi, 38. [33] Gen. xii, 29 [34] Gen. xxxix, 20. [35] Deut. xxxii, 7.

Ἡ τὴν ἐκείνου τοιγαροῦν γλῶτταν κινήσασα τότε πρὸς θεολογίαν τοῦ Πνεύματος δύναμις, καὶ ἡμῖν διδότω λόγον νῦν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος. *Νῦν ἀπολύεις*, φησὶ, *τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ.* Ἐξότε γὰρ Χριστὸς ἐνηνθρώπησε, καὶ τὴν πολεμοποιὸν ἁμαρτίαν ἐξηφάνισεν, καὶ τῷ Πατρὶ ἡμᾶς κατήλλαξεν, ἐν εἰρήνῃ ἡ τῶν ἁγίων μετάστασις γίνεται. Τοῦτο γὰρ προφητικῶς καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ προενδεικνύμενος ἔλεγεν· *Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω*· τὸ μὴ παρὸν, ἀλλὰ μέλλον κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν αἰνιττόμενος. Καὶ ὡς μονοτρόπως τῆς τοιαύτης ἐλπίδος (τῆς εἰρηναίας φημὶ ἐν Χριστῷ κοιμήσεως), τοῖς ἁγίοις εἰσοικισθείσης διὰ τοῦ Πνεύματος, φησίν· *Ὅτι σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με.* Ὁ δὲ μακάριος πρεσβύτης Συμεὼν, ἤδη παρόντα τὸν καιρὸν θεασάμενος, φησὶ, *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ*· τὸ ἐνεστηκὸς τῆς θείας δεικνύων ἐπαγγελίας. *Ὅτι εἶδον*, φησὶν, *οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν*· τουτέστι τὴν διὰ Χριστοῦ γενομένην παντὶ τῷ κόσμῳ σωτηρίαν, καὶ οὐ μόνῳ τῷ Ἰσραήλ. Πῶς οὖν ἀνωτέρω μεμαρτύρηται τὴν τοῦ Ἰσραὴλ προσδέχεσθαι παράκλησιν, νῦν δὲ ὤφθη τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ἐνώπιον πάντων τῶν λαῶν ἀναφθεγγόμενος; Ἐπειδὴ τότε τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἔσεσθαι παράκλησιν ἔγνω τῷ Πνεύματι, ὅτε καὶ πᾶσι τοῖς λαοῖς ἡτοίμασται τὸ σωτήριον. Ὅρα δὲ τὸ ἀκριβὲς τῆς θείας ἐμπνεύσεως. *Φῶς γὰρ*, φησὶν, *εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ*· ὁμόλογα τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ἐν τῇ τοῦ Ἰσραὴλ ὑπαριθμήσει φθεγγόμενος. *Ὅτε γὰρ*, φησὶ, *τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε καὶ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.* Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς προτάξας τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν, τελευταῖον κατὰ τὴν προφητείαν τὴν τοῦ παντὸς Ἰσραὴλ ἐταμιεύσατο ἐπιστροφήν· κἂν ὅτι ἤδη τὸ κατάλειμμα σέσωσται διὰ τῶν ἤδη ἐξ Ἰουδαίων προσδραμόντων τῇ χάριτι. Θέα δέ μοι καὶ τὸ τῶν ὑψηλῶν νοημάτων κυριόλεκτον. *Φῶς γὰρ εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν* εἰρηκὼς, τὴν τοῦ θείου σωτηρίου ἀποκάλυψιν νοεῖν ἡμῖν δίδωσιν, ὡς ἐν σκότῳ παντελεῖ καὶ τελείᾳ ζοφώσει μηδένα αὐγασμὸν θεογνωσίας ἔχοντα. Πρὸ γὰρ τῆς Χριστοῦ παρουσίας καθειστήκει τὰ ἔθνη, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας τὸν ἐν σκότει λαὸν καθήμενον εὐαγγελιζόμενος, τὸ μέγα φῶς αὐτοὺς ἰδεῖν διηγόρευσεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἰσραὴλ, εἰ καὶ μετρίως, ὅμως γοῦν τῷ τυπικῷ ἐφωτίζετο νόμῳ, φῶς μὲν ἐπ' ἐκείνῳ οὐκ εἴρηκεν· δόξαν δὲ αὐτὸν κληρώσασθαι προεφήτευσε, παλαιᾶς ἱστορίας ἀναμιμνήσκων· ὅτι καθάπερ πάλαι ὁ θαυμάσιος Μωϋσῆς, τοῦ Θεοῦ συνόμιλος γεγονὼς, δεδοξασμένον ἔσχε τὸ πρόσωπον· οὕτω καὶ αὐτοὶ, τῷ θείῳ τῆς ἐνανθρωπήσεως διὰ πίστεως προσομιλήσαντες φωτὶ, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος καταλαμφθέντες δυνάμει, ἐν δόξῃ φανήσονται, τὸ παλαιὸν ἀποθέμενοι κάλυμμα, καὶ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενοι, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύ-

A Igitur, quæ illius tunc linguam movit ad divinorum verborum pronuntiationem, potentia spiritus, etiam nobis nunc aperientibus os verba suggerat et subministret. *Nunc dimittis*, inquit, *servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.* Nam ex quo Christus homo factus est, et peccatum, quod bellum conflabat, sustulit atque delevit, ac Patri nos reconciliavit, sanctorum status mutatus in pace conquiescit. Hoc enim etiam magnus David prophetarum more præsignificans dicebat, *In pace in idipsum dormiam et somnum capiam* [36], non id quod aderat per verborum innuens involucra, sed quod circa adventum Christi futurum erat. Ac quasi singulariter ejusmodi spes (pacificæ, inquam, in Christo dormitionis atque quietis) sanctis per Spiritum ingenerata esset, *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me* [37]. At beatus senex Simeon jam præsentem illum temporis articulum videns, *Nunc dimittis*, inquit, *servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace*, præsentem et instantem indicans promissionem divinam: *Quia viderunt*, inquit, *oculi mei Salutare tuum, quod parasti in conspectu omnium populorum*, id est, eam, quæ per Christum universo mundo et non soli Israel parata est, salutem. Qui igitur superius dictus est exspectare consolationem Israelis, nunc vero videtur coram omnibus populis salutare Dei prædicare? Quia nunc Israelem consolatum iri Spiritu cognovit, cum etiam omnibus populis salutare præparatum fuisset. Vide autem accuratam diligentiam inspirationis divinæ. *Lumen* enim, inquit, *ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel*: consentanea atque convenientia magni Pauli verbis dicens, ubi post gentes numerat Israelem. *Quando enim*, inquit [38], *plenitudo gentium intraverit, tunc etiam universus Israel salvus erit.* Quamobrem cum etiam ipse vocationem gentium præposuisset, in postremam prophetiæ partem conversionem universi Israelis rejecit: etsi jam reliquiæ per eos, qui jam ex Judæis ad gratiam accesserunt, servatæ sunt. Considera item mihi sublimium sententiarum propriam ac distinctam elocutionem. Cum enim lumen ad revelationem gentium dixerit, divini salutaris revelationem nobis intelligendam præbet, quippe cum in densissimis tenebris et summa caligine nullum Dei cognitionis splendorem extraneæ gentes haberent. Nam ante adventum Christi gentes in tenebris versabantur, quemadmodum beatus Isaias quoque populo, qui in tenebris sedebat, bonum nuntium apportans, magnum lumen eos visuros dixit [39]. Quoniam autem Israel etsi modice, tamen typica saltem et umbratili lege illuminabatur, de illo quidem loquens verbo luminis abstinuit, sed gloriam eum consecuturum esse vaticinatus est, veterem rem gestam in memoriam reducens, nempe quemadmodum admirabilis ille Moyses olim, quo tempore

[36] Psal. IV, 9. [37] ibid. 10. [38] Rom. XI, 25, 26. [39] Isa. IX, 2.

cum Deo colloquebatur, splendidam faciem habuit A et illuminatam [40] : ita etiam illos ipsos cum divino, quod humanam naturam assumpsit, lumine per fidem congressos et virtute spiritus illuminatos, vetusque velamentum deponentes, et eadem imagine se de gloria in gloriam transformantes, quemadmodum quasi Spiritu Domini Apostolus ait [41], gloria atque splendore præditos apparituros esse. Porro quod divinus Simeon dixit, in ruinam et resurrectionem multorum in Israel Dominum positum esse [42], ostendit ipsa convenientia sententiarum cum iis, quæ prophetæ prodiderunt, unum et eumdem Deum atque legislatorem tum in prophetis, tum in Novo Testamento locutum esse. Nam lapidem offendiculi et petram scandali in causa fore ut non confundantur qui in illum credant, prophe- B ticus sermo dixit [43]. Igitur ruina quidem est iis, qui propter incredulitatem humilitate carnis illius offenduntur : resurrectio vero iis, qui firmitudinem divinæ dispositionis et administrationis agnoverint. Quin etiam cum dixit fore ut ipsius Deiparæ animam gladius pertransiret [44], aperte prædicit eam, quæ fuit in cruce passionem. Nam cum ob ea, quæ ab illa nova atque inaudita conceptione usque ad tempus supplicii divinitus de eo tum dicta tum facta erant, unum quasi perpetuum et individuum corpus, sublimiorem videlicet ac majestati divinæ convenientiorem de eo Deipara haberet opinionem, quasi sectionem quamdam eam perpessam esse existimabimus per ignominiosam illam crucifixio- C nem, etsi resurrectionis miraculum sectionem plena atque perfecta quasi cicatrice obducta sanavit. Sed nec solam quidem illam ejusmodi casui

ματος. Τὸ εἰρηκέναι δὲ τὸν θεόφρονα Συμεῶνα εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ κεῖσθαι τὸν Κύριον, δείκνυσι τῇ συμβάσει τῶν νοημάτων πρὸς τὰ προφητικὰ διαγγέλματα, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Θεόν τε καὶ νομοθέτην ἔν τε προφήταις καὶ τῇ Καινῇ Διαθήκῃ λελαληκέναι. Τὸν γὰρ λίθον τοῦ προσκόμματος καὶ τοῦ σκανδάλου τὴν πέτραν αἰτίαν τοῦ μὴ καταισχυνθήσεσθαι τοὺς ἐπ' αὐτὸν πιστεύοντας, ὁ προφητικὸς διηγόρευσε λόγος. Οὐκοῦν πτῶσις μὲν ἔστι τοῖς τῷ ταπεινῷ τῆς σαρκὸς ἐξ ἀπιστίας προσπταίουσιν· ἀνάστασις δὲ, τοῖς τὸ στεῤῥὸν τῆς θείας οἰκονομίας ἐπεγνωκόσιν. Ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς Θεοτόκου ψυχῆς ῥομφαίαν διελαθῆναι λέγων, σαφῶς τὸ ἐν τῷ σταυρῷ προφητεύει πάθος. Τοῖς γὰρ ἐξ αὐτῆς τῆς παραδόξου συλλήψεως μέχρι τοῦ κατὰ τοῦ πάθους καιροῦ θεοπρεπῶς εἰς αὐτὸν εἰρημένοις τε καὶ πεπραγμένοις, ἓν ὥσπερ ἂν ἀδιάτμητον σῶμα, ὑψηλοτέραν τε καὶ θεοπρεπεστέραν περὶ αὐτοῦ ἐχούσης τῆς Θεοτόκου ὑπόληψιν, τομὴν ὥσπερ τινὰ πεπονθέναι αὐτὴν νομιούμεθα, ἐν τῷ ἀδόξῳ τῆς σταυρώσεως, εἰ καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως θαῦμα συνούλωσιν παντελῆ τῆς τομῆς ἀπειργάσατο. Ἀλλ' οὐδὲ μόνην αὐτὴν τῷ τοιούτῳ πάθει ἐνσχεθῆναι σημαίνει, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὺς ἀμφιβολίας τε καὶ διχονοίας ἀναφανῆναι προλέγει· ὡς ἂν ἐν τῷ διαφόρῳ τῶν περὶ αὐτοῦ ὑπολήψεων, μή τινα κλόνον σχοίη ἡ Θεομήτωρ Παρθένος. Ἐπειδὴ δὲ ἡ προφῆτις Ἄννα ἐκ τοῦ γήρως ἀδρανές τι καὶ οὐ λίαν ἐξάκουστον φθέγγεται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑψηλὸν Εὐαγγέλιον αὐτολεξεὶ τὰ ἐξ αὐτῆς λεχθέντα παρήγαγε· πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ εὐαγγελιστοῦ πυθώμεθα, τίς τε καὶ πόθεν αὕτη καθέστηκε, καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πότε τῷ ἱερῷ ἐφέστηκεν, αὖθίς τε τίνων ἔλεγε διάνοιαν ἐρευνήσωμεν.

atque affectioni alligatum iri et obnoxiam fore significat, sed futurum etiam prædicit, ut ex multis cordibus cogitationes ambiguæ, discordantes et ancipites manifestarentur; ne in diversitate de illo opinionum Virgo Dei genitrix aliquo modo perturbaretur. Quoniam autem Anna prophetissa præ senectute exile quiddam loquitur, quod etiam non admodum clare exaudiri potest, ac ne sublime quidem Evangelium ad verbum memoriæ prodidit ea quæ dixerit, primum quidem ab evangelista sciscitemur quænam et unde ipsa fuerit, cujusve rei gratia et quando in templum supervenerit, deinde quænam fuerit eorum, quæ dixerit, sententia, scrutemur.

Ait igitur beatus Lucas : *Erat Anna prophetissa, filia Phanuelis, de tribu Aser. Hæc ætate multum provecta erat, ac vixerat cum viro suo annos septem a virginitate sua : et hæc vidua erat annos nata circiter octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis et deprecationibus Deum colens noctes* D *atque dies, et hæc in ipsa hora atque articulo temporis superveniens coram confitebatur gratiasque Deo agebat, et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem in Jerusalem* [45]. Quid sibi vult quod tam accuratam ac plenam de hac prophetissa narrationem evangelista instituit atque exponit, ut etiam patris ejus ac tribus, atque earum rerum, quæ de nemine propemodum alio memoriæ prodita reperiuntur, mentionem faciat ? Ac veram quidem hujus rei rationem ipse sanctorum Deus noverit,

Φησὶ τοίνυν ὁ μακάριος Λουκᾶς, ὡς *Ἦν Ἄννα ἡ προφῆτις θυγάτηρ Φανουὴλ ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς ζήσασα μετὰ ἀνδρὸς ἔτη ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς· καὶ αὐτὴ χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων· ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ αὐτὴ, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, ἀνθωμολογεῖτο τῷ Θεῷ καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ.* Τίς ὁ λόγος τοῦ τοιαύτην ἀκριβῆ τὴν περὶ τῆς προφήτιδος ταύτης τὸν εὐαγγελιστὴν ποιήσασθαι τὴν ἀφήγησιν, ὥστε καὶ τὸν ταύτης πατέρα, καὶ τὴν φυλὴν ἐν ἐπιμνήσει ποιήσασθαι, καὶ ὅπερ ἐπ' οὐδενὶ ἑτέρῳ σχεδὸν ἱστορημένον εὕρηται; Τὸν μὲν περὶ τούτου ἀκριβῆ λόγον μόνος ἂν εἰδείη αὐτὸς ὁ τῶν ἁγίων Θεὸς, καὶ οἱ τῇ αὐτοῦ ἐπιπνοίᾳ

[40] Exod. xxxiv, 29, 30. [41] II Cor. iii, 18. [42] Luc. ii, 34. [43] Isa. xlix, 6; xxviii, 16; I Petr. ii, 6, 8. [44] Luc. ii, 35. [45] ibid. 36, 38.

A Πνεύματι λαλεῖν κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον δεδιδαγμένοι μυστήρια· κατὰ δὲ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, καὶ ἑτέρας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ συνωνύμους ὑπάρχειν φαμὲν, καὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνῃ ἔχεσθαι ἱερῶν σπουδασμάτων, τοῦ ἐν νηστείαις καὶ προσευχαῖς προσκαρτερεῖν. Πρὸς οὖν τὸ εὐκρινὲς εἶναι τὸ ταύτης πρόσωπον, τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἐπιμνήσει καὶ τῆς φυλῆς τὸ ἴδιον προσεγράψατο· μεγάλοις δὲ αὐτὴν ἐγκωμίοις ἐστέψατο, καὶ πάντως τὸ παρὰ τοῖς ἀκούουσιν ἀξιόπιστον ἔχουσιν, οἷς καὶ περὶ τοῦ Κυρίου διελέγετο. Ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς εἴρηται, τὸ τοῦ λόγου διηχημένον καὶ μεγαλόφωνον ὑπὸ τοῦ γήρως ἀφῄρηται, πλησίον αὐτῆς ὥσπερ τοῦ στόματος τὸ οὖς τῆς διανοίας ἐνθέμενοι διὰ τῆς παρούσης ὑποθέσεως ἐρεύνης, ἴδωμεν τί καὶ αὕτη διελέγετο τοῖς τὴν λύτρωσιν προσδεχομένοις ἐν Ἱερουσαλήμ. B Κατὰ γὰρ τὸ τῆς ἐννοίας ἀκόλουθον ἐκ τῶν προφητικῶν λόγων, τὴν περὶ τοῦ Κυρίου ἐποιεῖτο διάλεξιν· ἐπεὶ καὶ οὗτοι, πρὸς οὓς ταῦτα λαλεῖν αὐτὴν τὸ Εὐαγγέλιον ἔφησεν, πάντως ἐκ τῶν ἐν τοῖς προφήταις ἐκφερομένων θείων χρησμῶν προσδέχεσθαι λύτρωσιν μεμαθήκασιν. Πάντως αὐτῇ πρόχειρος εἰς ὑπογραφὴν τοῦ μυστήριου ὁ τοῦ μεγάλου Ἡσαΐου λόγος καθέστηκε· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ ὅτι καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς* Ἄγγελος. Καὶ μὴν, *Φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν.* Καὶ Δαυῒδ ὁ μέγας παρήγετο· *Ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν, δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν*· καὶ, C *Εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Καὶ ἐνδεικτικῶς εἰς αὐτόν· *Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.* Πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτὸν, καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ· καὶ ὅτι *Ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ* τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Αὖθίς τε ἡ τιμία καὶ ἀγγελοπρεπὴς τοῦ σοφοῦ Μαλαχίου φωνή· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου, καὶ ἑτοιμάσει ὁδὸν πρὸ προσώπου σου· καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε.*

D Καὶ ἄλλοις ἄλλοθεν προφητικων λογίων μυστικοῖς ἄνθεσι τὸ θεολόγον καὶ μακάριον στέφος ἐπλέξατο, ἀσθενεῖ μὲν ἔτι καὶ ὑποτρόμῳ χειρὶ, ὡς δὴ προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς. Οὐ γάρ που ἐχωρεῖτο τότε τοῖς ἀκούουσιν ἡ τῶν ὑψηλῶν περὶ τοῦ Κυρίου νοημάτων ἀφήγησις, ὅτε καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν σημείων ἐπίδειξιν καὶ τῶν ἐνθέων μυστηρίων ἀνακήρυξιν ὁ τῶν τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως θησαυρῶν ταμίας Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ ἔλεγε μαθηταῖς· *Πολλὰ ὑμῖν ἔχω λαλῆσαι, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.* Ὅμως εἰ καὶ ἀμυδρῶς ἡ γηραλέα καὶ προφῆτις τὸν περὶ τοῦ Κυρίου ἐποιήσατο λόγον, ὡς τοῦ νόμου

A et qui ejus inspiratione et instinctu Spiritus ejus mysteria loqui, ut divinus inquit Apostolus [46], edocti sunt: quatenus autem nos conjectura assequi potuimus, etiam alias in illo tempore dicimus ejusdem cum beata hac nominis fuisse, quæ etiam eisdem, quibus illa, sacris studiis, ut in jejuniis et orationibus assidue perseverarent, deditæ et addictæ essent. Ut igitur certa esset et ab aliis discerni facile posset hujus persona, patris ejus mentioni etiam propriam illius tribum ascripsit: ac magnis laudibus, quæ prorsus etiam apud auditores, iis quæ de Domino quoque dicebat, vim fidei faciendæ haberent, eam cumulat et ornat. Sed quoniam, ut dictum est, senectus orationi vocis claritudinem et resonantiam ademit, propius ejus B quasi ori mentis aurem admoventes, per eam quæ præsenti inhæret et insita est argumento, scrutationem, videamus quidnam etiam hæc diceret iis, qui Jerosolymis exspectabant redemptionem. Nam, prout consentaneum ac par est cogitare, ex scriptis prophetarum de Domino verba faciebat: quoniam et illi, ad quos hæc eam loqui Evangelium dixit, prorsus ex divinis oraculis quæ exstant in prophetis, didicerant redemptionem exspectare. Prorsus ad describendum mysterium in promptu habuit magni Isaiæ verba: *Puer natus est nobis, filius etiam datus est nobis, cujus imperium fuit super humerum ejus, et vocatur nomen ejus, magni consilii Nuntius* [47]. Adde his: *Illuminare, illuminare,* C *Jerusalem: venit enim lumen tuum: et gloria Domini super te exorta est* [48]. Etiam magnus David producebatur: *Misericordia et veritas sibi obviam venerunt, justitia et pax sese mutuo osculatæ sunt* [49]; et, *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri* [50]. Ac indicative de eo: *Ante solem*, inquit, *permanet nomen ejus, ac benedicentur in eo omnes tribus terræ. Omnes gentes beatum eum dicent, et servient ei, et adorabunt eum* [51]; et, *Notum fecit Dominus salutare suum* filiis Israel [52]. Præterea pretiosa et angelica sapientis Malachiæ vox proferebatur: *Ecce ego mittam nuntium meum, et parabit viam ante faciem tuam, et repente veniet in templum suum Dominus, et nuntius testamenti quem* D *vos vultis* [53].

Atque aliis aliunde sumptis mysticis propheticorum oraculorum floribus, coronam illam beatam, qua divinam naturam explicabat, debili quidem adhuc et tremebunda manu, utpote multum ætate provecta, nexuit et concinnavit. Tunc enim forte capere non poterant auditores sublimium de Domino sententiarum narrationem, quando etiam post tot signorum editionem, ac divinorum mysteriorum prædicationem sapientiæ atque scientiæ thesaurorum dispensator Christus suis discipulis dicebat: *Multa habeo quæ vobis loquar, sed non potestis nunc portare* [54]. Sed etiam si obscure anus

[46] I Cor. XIV, 2. [47] Isa. IX, 6. [48] Isa. LX, 1. [49] Psal. LXXXIV, 11. [50] Psal. XCVII, 3. [51] Psal. LXXI, 17, 11. [52] Psal. XCVII, 2, 3. [53] Malach. III, 8. [54] Joan. XVI, 12.

illa et prophetissa de Domino verba fecit, utpote legis sustinens personam, quæ inveterata senioque confecta, ac prope ad interitum redacta Novo Testamento cessit : verumtamen non inutilis intelligentibus auditoribus ejus sermocinatio fuit, quemadmodum nec ea, quæ a Lege per umbras et ænigmata verborumque involucra fiebat, magni mysterii præsignificatio. Venite igitur, vos quoque patres et fratres spirituales, qui dies festos celebrare et epulari didicistis in novitate spiritus et non per litteræ vetustatem, qui in azymis sinceritatis et veritatis pretiosum et vivificum Pascha victimæ Christi celebrare debetis : qui divina regeneratione sacri baptismatis veterem hominem, qui juxta concupiscentias fraudulentas corrumpebatur, deposuistis, et novum, qui renovatur ad agnitionem juxta imaginem Creatoris, induistis, *Venite exsultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro.* Dicamus illud, *Quam terribilia opera tua, Domine,* etsi in multitudine potentiæ tuæ inimici tui frustrati sunt, sponte sua ad divinum tuum lumen, quod mundo apparuit, oculos claudentes. *Præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.* Offeramus semper Deo hostiam laudationis, hoc est, fructum labiorum confitentium nomini ejus, nec obliviscamur beneficii ejus atque communicationis : talibus enim victimis Deus delectatur atque placatur [55], ut sordes peccati abluamus, et renovabitur sicut aquilæ juventus nostra spiritualis : quemadmodum etiam beati senis Simeonis, ut nos quoque pacifice gaudioque perfusi atque hilariter cum bona fiducia ac spe salutis ad exitum vitæ curramus, et non cum pudore et metu, et quodam modo nolentes et inviti ad exitium vitæ contendamus : quemadmodum qui male sibi conscii sunt, ægre ac moleste regis adventum ferunt. Imitemur beatæ Annæ in jejuniis atque orationibus continuum studium atque perpetuam diligentiam, ne muliere deteriores esse videamur, sub umbra Legis præsertim vivente, ubi talibus virtutibus clarorum hominum rara sunt exempla. Verum nos qui lumine gratiæ illustramur, qui vera et manifesta spe nitimur et adjuvamur, qui viribus Spiritus confirmamur, ne discedamus a sacris doctrinis, ex quibus salutaris habitus animis innasci consuevit : quemadmodum illam quoque memoriæ proditum est a templo non discessisse, ne cogitationes nostras circumvagari et a timore Dei aberrare sinamus, sed ex ipso et per ipsum carnes nostras ac sensus nostros, quemadmodum optat ille Propheta [56], configamus. Audiamus magnum Paulum docentem : *Conjunxi vos uni viro, ut virginem castam Christo exhiberem* [57], et ne fœdera et pacta inita cum illo per consociationem et consuetudinem cum vitæ nostræ vitiatore, faciendo quæ ille voluerit, negligamus ac rescindamus : etiam in hoc imitantes prophetissæ

A ἔχουσα πρόσωπον, ὅπερ παλαιωθέν τε καὶ γηράσαν καὶ ἐγγὺς ἀφανισμοῦ γεγονὸς, τῇ Καινῇ Διαθήκῃ παρεχώρησεν· ἀλλ' οὖν οὐκ ἀσυντελὴς ἡ παρ' αὐτῆς διάλεξις τοῖς συνετοῖς ἀκροαταῖς γέγονεν, ὥσπερ οὐδὲ ἡ παρὰ τοῦ νόμου ἐν σκιαῖς καὶ αἰνίγμασι τοῦ μεγάλου μυστηρίου προαναφώνησις. Δεῦτε οὖν καὶ ὑμεῖς, Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ πνευματικοὶ, οἱ ἑορτάζειν δεδιδαγμένοι ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, οἱ ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας τὸ τίμιον καὶ ζωοποιὸν Πάσχα τῆς θυσίας Χριστοῦ ἑορτάζειν ὀφείλοντες· οἱ τῇ θείᾳ ἀναγεννήσει τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποθέμενοι, τὸν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης φθειρόμενον, καὶ τὸν νέον ἐνδυσάμενοι, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος·
B *Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν.* Εἴπωμεν τὸ, *Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε!* εἰ καὶ ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου οἱ ἐχθροί σου ἐψεύσαντο, ἑκουσίως πρὸς τὸ φανὲν τῷ κόσμῳ θεῖόν σου φῶς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπομύσαντες. *Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ.* Ἀνενέγκωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ, τουτέστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τῆς τε εὐποιίας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλαθώμεθα· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεὸς ἵνα τὸν ῥύπον τῆς ἁμαρτίας ἀπονιψώμεθα, καὶ ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ πνευματικὴ ἡμῶν νεότης· καθάπερ καὶ τοῦ μακαρίου πρεσβύτου Συμεῶ-
C νος, ἵνα καὶ ἡμεῖς εἰρηνικῶς τε καὶ περιχαρῶς ἐν ἀγαθῇ πεποιθήσει καὶ σωτηρίῳ ἐλπίδι πρὸς τὴν τοῦ βίου ἔξοδον δράμωμεν, καὶ μὴ μετ' αἰσχύνης καὶ δέους τὸν παρόντα βίον ὑπεξέλθωμεν, καὶ τρόπον τινὰ μὴ βουλόμενοι, καθάπερ οἱ πονηρὰ ἑαυτοῖς συνεγνωκότες, ἀηδῆ τε καὶ κατεστυγημένην τοῦ βασιλέως τὴν ἐπιστασίαν ἔχουσι. Μιμησώμεθα τῆς μακαρίας Ἄννης τὸ ἐν νηστείαις τε καὶ προσευχαῖς σύντονον καὶ ἀνένδοτον· μὴ γυναικὸς χείρους φανείημεν, καὶ ταῦτα ὑπὸ τὴν σκιὰν πολιτευομένης τοῦ νόμου, ἔνθα τὸ ἐν τούτοις εὐδόκιμον σπάνιον. Ἀλλ' ἡμεῖς τῷ φωτὶ καταλαμπόμενοι τῆς χάριτος, καὶ τῷ τρανῷ τε καὶ ἐκτυπωτέρῳ τῆς ἐλπίδος βοηθούμενοι, καὶ τῷ κράτει τοῦ Πνεύματος δυναμούμενοι, μὴ χωρισθῶμεν τῶν ἱερῶν διδαγμάτων, ἐξ ὧν ἡ σωτήριος ἕξις ταῖς ψυ-
D χαῖς ἐντίκτεσθαι εἴωθεν· καθάπερ κἀκείνη ἀχώριστος εἶναι τοῦ ἱεροῦ μεμαρτύρηται, μὴ περιπλαζώμεθα τοὺς λογισμοὺς ἀπὸ τοῦ θείου φόβου, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὰς σάρκας ἡμῶν καὶ τὰ νοήματα, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου εὐχὴν, καθηλώσωμεν. Ἀκούσωμεν τοῦ μεγάλου Παύλου διδάσκοντος· *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ*, καὶ μὴ τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας ἀθετήσωμεν διὰ τῆς πρὸς τὸν φθορέα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιμιξίας ἐκ τοῦ ποιεῖν τὰ ἐκείνου θελήματα· κἂν τούτῳ μιμούμενοι τῆς προφήτιδος τὸ σῶφρόν τε καὶ μονόζυγον· ἀλλὰ κατὰ τὸ πρόχειρον μὴ ἀπολειφθείητε τῆς μιμήσεως, ὅσοι μονογαμίας ἐλύθητε, καὶ εἰ δυνα-

[55] Heb. XIII, 16. [56] Psal. CXVIII, 120. [57] II Cor. XI, 2.

τὸν, πρὸς δεύτερον γάμον μὴ ἔλθητε. Οὕτω γὰρ μακαριώτερον ἔσεσθαι Παῦλος ὑμᾶς περὶ τούτου διαβεβαιοῦται. Προσαγάγωμεν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον ὡς ζεῦγος τρυγόνων τὴν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καθαρότητα· ἢ ὡς δύο νεοσσοὺς περιστερῶν τὸ προνοεῖσθαι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων, ἵνα πάντα καὶ ἡμεῖς πνευματικῶς κατὰ τὸν θεῖον νόμον τελέσαντες, ἐν σοφίᾳ τε καὶ χάριτι προκόπτοντες, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ φθάνοντες, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον τελειούμενοι, καὶ Πνεύματος ἁγίου γινόμενοι ἐνδιαίτημα, ὑποστρέψωμεν εἰς τὴν πατρίδα ἡμῶν τὴν ἀληθινὴν, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ καταξιωθείημεν τῆς μακαρίας καὶ διηνεκοῦς εὐφροσύνης τε καὶ βασιλείας ἀπολαύειν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ δόξα καὶ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A castitatem et nuptias unicas et singulares; sed juxta sententiam verborum, quæ se prima acie offert, ne deseratis imitationem prophetissæ, quicunque a singularibus nuptiis soluti et liberati estis; ac si fieri potest, ad secundas nuptias ne transeatis. Nam ita melius vobiscum iri beatus Paulus, quod ad hoc attinet negotium, confirmat. Offeramus etiam nos ad superum altare tanquam par turturum, animi et corporis puritatem: aut tanquam duos pullos columbarum, provisionem bonarum aut honestarum rerum, non solum coram Domino, verum etiam coram hominibus, ut etiam nos omnibus, quæ lex divina præscribit, spiritualiter defuncti et sapientia ac gratia proficientes, et ad mensuram plenæ ætatis Christi pervenientes, B et interno homine perfecti, et Spiritus sancti domicilium evadentes, revertamur in patriam nostram veram, cœlestem Jerosolymam, in qua digni efficiamur, qui beata atque perpetua lætitia simul et regno fruamur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

VARIORUM NOTÆ.

—

IN LIBRUM

DE PERFECTA CHRISTIANI FORMA.

—

Prodiit in lucem hic liber Latinitate donatus a C Petro Francisco Zino, Veronensi canonico, Venetiis anno Christi 1570, et post decennium ibidem a Maximo Margunio episcopo Cytherensi, una cum altero tractatu ad Harmonium De nomine Christiano, et Epistola ad Letoium, quasi tum primum ederetur e Græco in Latinum conversus est apud Lorium de Loriis, an. 1585. Secuta demum est Græca editio Lugduno-Batava Raphelengii, an. 1593, cujus in pag. 179 legitur τὰ τῆς ἀφράστου μεγαλειότητος ἡμῖν, quorum loco scripsimus col. 254 D hujus editionis, *et majestatis illius quæ explicari nequit*, non ut Zinus ediderat, *et beatitudinis illius*, quod fortasse legisset τῆς ἀφ. μακαριότητος· Margunius quoque, *tantum ineffabilis illius beatitudinis nobis ostendentia:* sed verior lectio videtur excusi codicis Græci, τῆς μεγαλειότητος, et paulo ante μεγαλωσύνης voce utitur. At paucis interjectis idem Margunius nobiscum vertit, *ut ex historiis edocti fuimus*, non ut Zinus, *ut ex litterarum mo-* D *numentis:* innuit enim quod I Reg. x, 1, Sauli dictum est a Samuele: *Unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem.* Postremo adjecimus e Græco, *sed ex vita testim. habeamus*, quod neque in Zini, neque in Margunii editione reperitur.

Col. 255 C. *Materiam.* Addimus *inanimatam*, ut Græcus liber, ἄψυχον, et Margun., *animæ expertem*, et paulo post, *quod vero ad imitationem natura ipsa non capit:* neque enim verterat Zinus illud πρὸς μίμησιν, hoc est, ad quorum imitationem minime potest natura nostra pertingere.

Col. 258 A. *In vituli.* Zinus, *in bestiæ capite*, quasi esset θηρίου, at Marg. *in vituli cap. et qualem Minotaurum fingunt*, sed illud γράφουσι fortasse aptius redderes utrobique, *fingunt.* Sic Israelitæ Exodi xxxii, 8, idololatræ facti sunt conflato vitulo. De Minotauro Virgilius vi *Æneid.:*

> ... *Mixtumque genus prolesque biformis*
> *Minotaurus inest.*

Ibid. B. *Quam si hostis.* Immutavimus verba interpretis, *quam si cum adversus hostilem aciem pugnandum sit, tu te ipse concidas.* Postea Margunium comperimus scripsisse, *nihil aliud est quam in inimici ordinem ipsum ad seipsum discindi.* Sequentem quoque periodum eumdem in sensum nobiscum restituit.

Col. 259 A. *Quem series.* Antea erat, *quem ipsa memoria suggerit*, quasi scriptum esset μνῆσις vel μνήμη pro ἀπαρίθμησις. Margunius quoque sic vertit, *principium eorum quæ memoriter tenemus, ordo.* Citavit antea ex Apostolo, Christum esse Dei virtutem et sapientiam, I Cor. i, 24; singula nunc excutit.

Col. 262 A. *Si per eam pacem.* Hoc membrum adjectum est e Græco Lugdunensi, quod cum abesset ab utriusque interpretis textu, sententiam plane truncam et obscuram reddebat. Locus est Ephes. ii, 14 et 16.

Ibid. *In uno homine.* Addebat interpres, *ad reconciliationem bonorum, non eos videlicet tantum*, etc., quasi legisset καινὸν ἄνθρωπον εἰς καταλλαγὰς ἀγαθῶν, omissis intermediis. Margunium quo-

que mutilo codice usum esse constat ex his verbis : *in unum novum hominem in reconciliationem adducens non modo eos.*

Ibid. B. *Hæc enim pacis.* Zinus scripserat, *Dissidentium enim concordia pacis terminus est.* At hoc quidem est ab auctoris mente dissidere. Margunius vero, *pacis enim definitio, eorum quæ distant est consonantia :* alibi dicitur, ἀγαπητικὴ πρὸς τὸ ὁμόφυλον συνδιάθεσις, orat. VII De beatitudinib. Tale quid et de pace perturbationum Hieronymus in cap. v ad Galat. : *Tunc pax Christi, hoc est hæreditas nostra nobiscum est, si tranquilla mens nullis passionibus perturbetur.* Paulo post adjecimus, *non verbis, sed vitæ nostræ actionibus*, e Græco, quod additamentum et Margunius ut legitimum agnoscit : *si opere, non autem verbis ipsam sanctificationis vim in vita confiteamur.* Ita Christus, Matth. v, 10, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra.*

Col. 266 A. *Naturalem.* Adjecimus hanc vocem ut τὸ συμφυὲς exprimeremus, quod non quamvis unionem sonat, licet aliud nihil dixerit Margun., *splendore quidem conjunctionem ipsam ostendens :* nisi malis hic scribere, *naturæ conjunctionem.* Sic Athanasius ex dictione τοῦ ἀπαυγάσματος, splendoris argumentatur orat. 4 Contra Arian. p. 299, Edit. Commelin. Καὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος οὐ βουλήσεως, ἀλλ' αὐτῆς τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς ἴδιον ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τὸν Κύριον κηρύττει · *Siquidem Apostolus non voluntatis, sed ipsius paternæ substantiæ proprium splendorem et figuram Filium deprædicat*, et orat. 2, Filium esse Patri coæternum hinc probat, pag. 144.

Ibid. B. *Declaret pulchritudinem.* Videtur scriptum offendisse interpres, ὃ μὴ τὴν ὡραιότητα τοῦ Μονογενοῦς ἐπαγγέλλεται. Græca verba excusi Lugd. Bat. hoc sonant, *quod non pulchritudine Unigeniti delectetur :* sed verior prior illa censebitur, si cum iis quæ sequuntur ista conferantur, et cum Margunii editione, *informe enim deformeve nullum est, quod Unigeniti pulchritudinem non polliceatur.*

Col. 267 B. *Atque in memorata.* Male confundere videbatur interpres quæ dicuntur hic de Verbo Dei, cum iis quæ de sacramento corporis Christi : *Atque in hac quidem significatione omnibus, ut ejus participes sint, facultas datur : ipsa enim talis alimenti et potionis communicatio fit accipientium cibus et potus.* Deerat membrum illud in autographo interpretis ἐπὶ δὲ τῆς ἑτέρας ἐννοίας, non item in eo quo Venitiis est usus Margunius, quem postea correctioni nostræ vidimus suffragari.

Col. 274 C. *Per Filium enim.* Expressimus ad verbum Græcam editionem Raphelengii : nam Zinus scripserat : *Hæc enim dum cernuntur in membris, ea capiti cognata esse, eique naturali necessitudine testificantur cohærere.* Nacti tamen postea Margunii versionem quæ sic habet : *Nam per hoc quod hæc in membris ostendantur, cohærentiam ipsa ad caput habere declarantur :* suspicamur eum legisse, atque corrigendum hic esse in Græcis, διὰ γὰρ τοῦ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς μέλεσι δείκνυσθαι τῷ συμφυῶς ἔχειν · *dum enim hæc talia in membris ostenduntur, ea naturali conjunctione cum capite cohærere comprobantur.* Adjecimus verba Vulgatæ Lat. Ephes. IV, 16, quoniam Græci textus Apostoli verba Nyssenus usurpat.

Ibid. D. *Utpote quæ.* Horum loco ediderat interpres, *quarum improbitas ex prædictis verbis, quæ nihil pro illis faciunt, statuendi dogmatis occasionem accepit : deinde quæ nobis*, etc. Abutebantur quidem hoc loco hæretici, et ex illo argumentabantur, non tamen hoc quasi fundamento errorem suum niti contendebant, ut constat ex Athanasio lib. III Contra Arianos, p. 235 : Οἱ δυσσεβεῖς περιέρχονται λέγοντες, Εἰ πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως, δηλονότι καὶ αὐτὸς εἷς ἐστι τῆς κτίσεως · *Impii circumeunt dicuntque, Si primogenitus est omnis creaturæ, certum est eum unum esse ex creaturis.* Sed respondet eum vocatum primogenitum in multis fratribus, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς σαρκός, *ob similitudinem carnis*, et διὰ τὴν τῆς σαρκὸς συγγένειαν, *ob cognationem carnis nostræ* : primogenitum vero ex mortuis, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν εἶναι τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, *eo quod per eum fiat resurrectio mortuorum.* Non enim est Græce μετὰ αὐτοῦ, *cum eo*, ut videtur legisse Nannius interpres : nam et ita primogenitus dicitur filius unus, quia post illum alii nascuntur, et quoniam, ut ait Nyssenus, ἀπαρχὴ γενόμενος τῶν κεκοιμημένων, ἵνα ὁδοποιήσῃ σαρκὶ τὴν ἀνάστασιν. Margunius hic ab auctoris mente aberravit, aut vitioso libro usus est : *ac si eorum malitia nullam ex prædictis defensionem, sed dogmatis traditionem habeat.*

Col. 275 C. *Quoniam igitur.* Sonat hoc quidem τὸ παρελθεῖν quod scripserat Zinus, nimirum *progredi* vel *ingredi : Vetus creatura ingressa est per peccatum, et inutilis reddita necessario perditorum subivit viam nova vitæ creatura :* sed hic idem valet quod *præterire* vel *perire*, ut Matth. XXIV, 35, Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται · *Cælum et terra transibunt :* sunt enim hæc petita ex II Cor. v, 17, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. Assentitur nostræ emendationi Margunius ; tantum in eo dissidet, quod legisse videtur τῆς καινῆς ζωῆς ἡ κτίσις, *novæ vitæ creatura.* Paulo post ubi de Ruben agit, per *signum* intellige τὸν χαρακτῆρα, figuram, speciem oris ac vultus. Utitur etiam exemplo Ruben Athanasius loco citato.

Col. 278 D. *Redemptio.* Addidimus hanc vocem e Græco, et ex I ad Corinth. I, 30, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. In sequenti periodo longe discesserat ab auctoris sententia Zinus ; sed ne pereant si qua diversæ fortasse lectionis in ejus verbis lateant vestigia, proferentur. *Qui enim nobis ad resurrectionem aditum patefecit, et ob id primitiæ dormientium factus est, ut nos omnes resurgeremus in ictu oculi, in novissima tuba, idem omnibus tam a se stantibus, quam morte mulctatis exhibuit.* Non animadvertit phrasim esse Petri apostoli Act. II, 24 : Λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ · *Solutis doloribus mortis, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Margunius, qui vertit, *initiatio dormientium, et in iis qui a morte dominabantur*, dum a Vulgatæ verbis abstinet, digitum ad fontem locutionis non intendit.

Ibid. C. *Cum primogenito.* Legit fortasse Zinus, τὴν πρὸς τὸ πρωτότυπον ἀγχιστείαν, *affinitatem cum exemplari.* At primogenitus mortuorum hic intelligitur Christus, ut antea de Ruben dixit, τὴν πρὸς αὐτὸν συγγένειαν, et τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγχιστείαν. Restituimus etiam sequentis periodi sensum perturbatum et imperfectum apud utrumque interpretem ; nam et Margunius scripserat, *cognationem ad exemplar deneget. Mediator vero Dei et hominum, qui per se Deo conjungit quodcunque conjunctione divina dignum fuerit*, etc.

Ibid. D. *Per Mariam.* Emendavimus corruptam lectionem διὰ τῆς μαρτυρίας, et suffragatur Margunii codex, atque ipsa evangelica historia : dictum enim est hoc Magdalenæ Mariæ, Joan. XX, 17.

Col. 279 A. *Inter Patrem et abdicatos.* Fœdus hunc locum insederat error ex utriusque interpretis oscitantia, qui vel ex comparatione ipsius cum proxime sequenti poterat in viam reduci, et quantumvis corruptam lectionem corrigere. Zinus, *inter Patrem et præcones suos :* atqui non dixit μεταξὺ κηρύκων, sed μεταξὺ τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν ἀποκηρύκτων. Margunius, *inter Patrem suosque prædicatores.* Et tamen paulo post καὶ προσδέξηται τοὺς ἀποκηρύκτους εἰς υἱοθεσίαν, uterque recte interpretatus est, *eos qui abdicati rejectique fuerant, in adoptionem acciperet.* Ἀποκήρυκτοι dicuntur filii qui ob delicta domo paterna sunt ejecti. Clemens Ale-

xandrin. lib. III *Strom.*, ἀποκηρύκτους εἶναι τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐγγράφους τοὺς φοιτητὰς παρασκευάζονται · *ut a regno Dei abdicentur, non autem ut inscribantur, qui ad eos ventitant, efficientes.* Paulo post substituimus verba Vulgatæ Lat., ut facilius verba Davidis usurpari lector observet ex psalmo LVII, 4.

IN LIBRUM DE VIRGINITATE.

Prodiit in lucem hic liber a Petro Galesinio Latinitate donatus Romæ ann. Christi 1565, una cum ejusdem auctoris concionibus quinque de Oratione Dominica, et octo de Beata vita. Secuta est Græco-Latina editio Joan. Livineii Gandensis an. 1574 apud Plantinum Notis illustrata ex duorum mss. codicum fide, Vaticano uno, altero quem a Birck mannо Coloniensi typographo habuerat, et fragmentum tantum continuit, a quo aberant quinque prima capita, ut a manuscripto doctissimi professoris regii Federici Morelli, cujus auctoritate nunc Vaticani, nunc Bricmannici lectiones confirmabimus, et quæ in utraque desiderantur editione restituimus. In hac demum Notarum istarum recognitione, quæ omnibus Nysseni operibus Græce et Latine excusis adjungitur, Regii codicis auctoritate, qua varias lectiones, qua conjecturas et emendationes corroborabimus.

Col. 318 A. *Permultæ enim.* Annotat in hunc locum doctissimus Livineius se nondum in B. Paulo hæc reperisse, nec, quid de eo censendum sit, certo posse dicere : me vero admonuit adverbium ἀπερισπάστως, quo paulo post utitur auctor noster, alludere illum ad illud I Cor. VII, 35 : ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως, quæ verba sic vertit Hieronymus lib. I Adversus Jovinianum : *Sed ut ad id quod honestum est et intente facit servire Domino, absque ulla distractione vos adhorter.* Certe in toto Indice Græco Novi Testamenti, quod Concordantias vocant, non reperitur vox περισπασμός. Illud igitur ἀπερισπάστως, quod vulgata Latina *sine impedimento*, Hieronymus *sine distractione* reddit, unde περισπασμὸν *distractionem* videtur ad verbum interpretatus fuisse, ut Ecclesiastæ I, 13 : Ὅτι περισπασμὸν πονηρὸν ἔδωκεν ὁ Θεός, *Quoniam distractionem malam dedit Deus*, quod ut idem in Commentario notat, *distentionem* Latinus antiquus interpres vertit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus ἀσχολίαν, *occupationem* transtulit, ut et ipse Hieronymus ex Hebræo.

Ibid. Ἀποσεμνύνει. Castigat hunc locum Livineius scribitque ἀποσεμνύνειεν ἐκεῖνο, atque interpretatur, *nisi id prius amplifices.* Confirmat ejus emendationem Regius codex, in quo legimus, ἀποσεμνύνειν ἐκεῖνο · sic infra, χάριν ἀποσεμνύναι. Idem quoque suffragatur eidem corrigenti προευδοκιμήσαντας, quod in Plantiniana editione scriptum fuit προσευδοκιμήσαντας.

Col. 319. B. *Religiosiss. episcopi.* Quis sit hic antistes, inquit Livineius, auctor non tam evidentibus notis descripsit, ut a nobis, qui tanto intervallo eum consequamur, certo agnosci possit. Fuit cum suspicarer Gregorium Thaumaturgum, cujus etiam laudem oratione prosecutus est, designari : sed admonuit me doctissimus Canterus Basilium Magnum potius indicari, quem constet et virginitatis fuisse studiosum, et de virginitate etiam scripsisse.

Ibid. C. Αὐτόθι. Concinnior et sanior lectio ms. Regii, αὐτόθεν μὲν ἔχει τὸν πρέπ. ἔπ. ἀπὸ τῆς συνονομαζομένης αὐτῇ προσηγορίας. Porro hujus capitis initium et pars bene magna, ex interpretatione potius Livineii est expressa, quam ex ea Galesinii, quæ cum Græco textu minus hic conveniebat.

Col. 322 B. *Ergo hæc laus.* Monueramus tollendam esse notam interrogationis, quam neque Regius liber agnoscit, neque interpretatio Livineii. *Enimvero ea demum laus est virginitatis, censere eam virtutem omni laude superiorem esse, et ita magis quam verbis castitatem suspicere.*

Col. 324 A. Δείξασθαι. Livineius ex conjectura emendabat δέξασθαι, et interpretabatur, *ostenderet solam castitatem eam esse, quæ Dei contubernium atque ingressum admittat :* Regius codex hanc emendationem suo suffragio comprobavit. Hinc Sedulius, *Domus pudici pectoris templum repente fit Dei.* Ambrosius, epist. 25 : *Quid loquor quanta sit virginitatis gloria, quæ meruit a Christo eligi, ut esset etiam corporale Dei templum, in qua corporaliter, ut legimus, habitavit plenitudo divinitatis?*

Col. 326 A. *Ut quemadmodum.* Κατὰ τὸ γεγραμμένον, *quemadmodum scriptum est*, nimirum I Cor. IX, 10, *debet in spe qui arat arare*, et cap. IX, 9, *Non alligabis os bovi trituranti*, Gregorius dixit, μετὰ κημῶν, *cum camis aut frenis*, ad verbum esset, *qui ore camis impedito in area versatur*, Livineius, *velut bovi capistrato per aream commeanti.* Hic enim videri potest dictum ἐπιστρέφεσθαι τὴν ἅλωνα, ut apud Hesiodum in *Theogonia* γαῖαν ἐπιστρέφεσθαι, *super terram versari.* Paulo post Regius ms. scriptum habuit, τῆς ἑτέρων μακαριότητος, ut legendum suspicatus est Livineius pro ἑκατέρων, *et alienæ felicitatis testes.*

Ibid. D. Οἷός ἐστιν ὑπέρ. Emendatum est ut admonuerat Livineius, ita scriptum olim fuisse suspicans, sed imperitum librarium similitudine litterarum ν et υ, quæ certe in antiquis libris maxima est, deceptum, τὸν ἄλλον scripsisse, quod alius emendare volens in τῶν ἄλλων mutarit. In libro Regio scriptum offendimus τὸν ἄλλον. Male Galesinius, *quasi in utriusque mente versetur se cæteris præstare.*

Col. 327 B. *Quam multi.* Livineius vertit, *cui præ cæteris bene sit, et invidiam declinet*, additque similem ex Pindaro sententiam *Pythior.* od. 7 :
Τὸ δ' ἄχνυμαι φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα.

Col. 330 D. *Insanæ in his.* Livineius annotat se de hoc loco admonitum, ut diligentius cogitaret, cum in margine manuscripti signum offendisset, quod alibi locis corruptis adscribi solet : itaque pro τούτων minima mutatione legendum τούτοις, et interpretatur, *Succedunt inutilis revocatio, inanis manuum plausus ;* sed aptior est dictio qua usus est Galesinius : hic enim ἀνάκλησις lamentationem significat.

Col. 331 D. *Rerum novarum.* Livineius, *etiam prius quam adversi aliquid nuntietur*, et annotat ita hanc vocem usurpari apud Euripidem in *Hecuba*, ut scilicet νεώτερον rem aliquam adversam sonet : quibus adde apud Thucydidem lib. II, εἰς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον, verti, *nihil in quemquam admittebant*, et a Zosimo lib. I Histor., pag. 658, dici quosdam πράγματα Ῥωμαίοις νεώτερα μηχανήσασθαι, *nova Romanis facessere negotia* : unde et νεωτερίζειν est τοῖς ἐν τέλει ἐπιτίθεσθαι adversus, magistratum insurgere.

Col. 334 C. *Cum enim dissolvitur.* Locum hunc, ut admonet Livineius, Tertullian. lib. *De patientia*, cap. 9, recte sic interpretatus est, *Cupio recipi jam,*

et esse cum Domino. Nam ἀναλύειν, quod vetus interpres parum fideliter *dissolvi* reddidit, migrare est aut divertere. Hæc ille qui hoc loco vertit, *Ubi enim migrarit, cum Christo est.* Fatetur tamen Beza notationem verbi hujus metaphoram complecti ab iis sumptam, qui curru vecti, cum ad destinatum locum pervenerint, καταλύειν dicuntur, quod equorum lora et vincula dissolvere consueverint. Itaque mavult ita Latine reddere Philipp. I, 23 : τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων ἀναλῦσαι, *desiderio tendens ad dimissionem.* Alii ἀναλῦσαι exponunt solvere eo modo, quo nautæ cum recedunt ex portu, solvere dicuntur. Chrysostomus in hunc locum, Τί ἀλγεῖτε ἐπὶ τῷ θανάτῳ; πολλῷ κρεῖττον ἦν πάλαι ἀπελθεῖν. *Cur vobis mors mœrorem affert? multo satius erat jampridem decessisse.* Cum igitur mors ipsa sit dissolutio et separatio animæ a corpore, non male Vulgatæ auctor *dissolvi* hic interpretatus est. Apud Hieronymum Commentario in Psalmos eodem modo legitur in illud Psalmi CXIX, *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est! Cupio dissolvi et esse cum Christo,* apud Ambrosium lib. *De Paradiso* cap. 9, et Hieronymum, Epist. 22.

Col. 335 C. *Ac huic mortuus.* Plantiniana editio, τέθνηκεν ὁ καθήμενος παῖς, Livineius interpretatus est, *Huic enim filius moritur navus :* tum addit in notis : Vocem hanc apud ullum auctorem nondum memini legere, sed in Pollucis *Onomastico* lib. III, cap. 24, ὑποκαθήμενος, *inertem* significat, quasi dicat residem et parum sedulum ; unde καθήμενον, *navum* reddo. Nos emendandum olim suspicabamur ἠγαπημένος, *dilectus*, ut apud LXX, Genes. XXII, 2, Λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας. *Accipe filium tuum, quem dilexisti.* Suidas exponit, ἀγαπητὸν τὸ ἠγαπημένον ἢ τὸ μονογενές. Jam vero inspecto Regio codice scriptum invenimus, τέθνηκεν ὁ καταθύμιος παῖς, *mortuus est filius ex animo dilectus*, eamque veram et genuinam esse lectionem frequens hujus dictionis usus et Gregorio familiaris evincit. Ita alibi ἀναιρεῖσθαι τὸ καταθύμιον et in Epist. ad Eustathiam, τῶν ἀγαθῶν καὶ καταθυμίων συντυχία. Τὸν ἄσωτον melius *prodigum* Livineius quam Galesinius, *perditum* vertit : eodem modo infra, *cumque vicissim nascantur*, locum ex Plantiniana editione expressimus.

Col. 341 D. Ἀλλὰ καὶ τήν. Hic præfixit asteriscum Livineius, et annotavit adversativam hanc ἀλλὰ referendam videri ad illud supra, καὶ οὐδὲν προτιμότερον τοῦ ἑτέρου. At Galesinius meliore libro usus præmisit duo membra, quorum Græca in Plantiniana editione desiderabantur, et a Regio codice post suppeditata sunt, Διεξερχόμενος οὐδὲ ὑπὸ τῶν ἡδέων θρυπτόμενος, οὔτε ὑπὸ τῶν αὐστηρῶν ταπεινούμενος, ἀλλὰ κατά. *Cum neque voluptatum blanditiis molliatur, neque rebus gravibus ac molestis deprimatur :* at vice versa infra col. 343 D. Livineii liber excusus addit quod ab interpretatione Galesinii aberat, *nec qui Sodomis egressus iterum ad urbis excidium se convertit, in statuam salis non concrescere.*

Col. 342 B. *Tenebris porro.* Quasi scriptum esset κατοικίας, quia dixerat David, ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη, Græcus liber excusus τὴν αἰτίαν τῆς κατηφείας, *Tenebris vero mœroris hujus causam tribuit :* jam enim Prophetam στενάξαι, ingemuisse dixerat Nyssenus, nec aliud quid præ se ferunt manuscripti.

Col. 344 A. Διαθηκῶν. Quidam Latini et Græci codices post διαθηκῶν interstingunt, ait Livineius : sed et aliter citat auctor, et repugnat Theophylactus. Hoc nimirum vult Livineius, locum hunc Apostoli ex Epist. ad Ephesios cap. II, v. 12, sic efferri a quibusdam, ut vocem διαθηκῶν distinguant a voce τῆς ἐπαγγελίας et conjungant cum sequentibus, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, quibus Nyssenus adversatur. Ex eadem Epistola cap. IV, 18, est illud, ἀπηλλοτριωμένος τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ· sic enim exhibet scriptum hoc membrum Regius codex, et τοῖς μετὰ γαστέρα ζῶν non μετὰ γαστέρος. Simile illud apud Gregorium Nazianz. orat. 16, pag. 250, Εἰ μὴ κακοὶ νομιζοίμεθα, καὶ δοῦλοι γαστρὸς, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. *Ne non mali existimemur, ac ventris, et eorum quæ sub ventre sunt, mancipia.* Idem et apud Hieronymum Epist. 22, ad Eustochium, *Nulla illis nisi ventris cura est, et quæ ventri sunt proxima.* Item in Isa. c. XLIV, *Et post ciborum abundantiam gulæque ac ventris ingluviem, ea quæ sub ventre sunt, quærant,* et lib. III, in Epist. ad Galatas, *Festivitate, gula, ventre, et his quæ infra ventrem sunt, delectatur.* Dixit infra ventrem, ut Nyssenus μετὰ τὴν γαστέρα post ventrem, aut sub ventre. Eusebius lib. VII Historiæ, cap. 20 : ἐν τούτοις ὀνειροπολεῖν ἔσεσθαι γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα πλησμοναῖς. *Somniasse futurum non in iis solum quæ ventri et partibus quæ ad venerem explendam pertinent, inserviunt.*

Col. 346 A. *Amnis aliquis.* Ποταμὸς χειμέριος, *ut hibernus fluvius*, vertit Livineius et annotat comparationem hanc partim esse apud Homerum Ἰλιαδ. ε', quo loco Diomedem hiberno flumini comparat :

Θῦνε γὰρ ἀμπεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
Χειμάῤῥῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας.

Haud aliter ruit in medios, quam turbidus amnis
It campo hibernum, et totas ruit agmine moles.

Ibid. C. *Nec quidquam.* Vertit interpres quasi esset ἔθηκε, non ut habent excusus et Regius ms., ἔστηκε τῶν ἐν αὐτῷ, *nec quidquam consistit rerum, quæ in ea ambiantur.* Id nimirum pluribus explicat deinceps et cuncta diffluere ostendit, nihilque in hoc sæculo perpetuo manere.

Col. 350 B. *Ut et aures.* Conveniebat interpretatio Galesinii cum lectione codicis Vaticani, cujus meminit in Notis Livineius quem sequitur et Regius hoc pacto, ἀπεριήχητον καὶ ἀμετεώριστον αὐτοῖς φυλαχθῆναι καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὴν γεῦσιν ἁπλῆν τε καί. *Ut vel aures obstrusas, neque in sublimi loco positas haberent, oculorumque obtutu et gustatu simplici essent.* Ἀμετεώριστον, *compositas*, reddit et Livineius : sed editam a Plantiniano prelo manuscripti libri tuentur lectionem.

Ibid. D. *Vestiumque.* Galesinius verterat, *vestiumque asperitate quadam gravi meliores cum se ostendissent, a quibusvis qui sibi occurrerent, res necessarias ex tempore petebant.* Dicitur nonnunquam σεμνότης gravitas quædam, sed minime aspera : hic vero magnificentiam potius sonat, ut σεμνὸν dicitur, quod est magnificum. Hoc ergo vult auctor, eos vestium magnificentiam nihili fecisse, nec illius ornatus cupiditati obnoxios fuisse.

Col. 354 A. *Cum voluptas.* Ad verbum aptius Livineius, *conscribere, voluptate inexpugnabili patrono in medium adducta.* Nec aliter legitur in duobus mss. nostris atque in excuso, nisi quod Regius habuit τὴν ἡδονὴν, ut et codex Vaticanus. Paulo post reposuimus ex Plantiniana editione, *res a Deo creatas detestantes*, non ut Galesin., *præcepta Dei detestantes.*

Ibid. B. *Ad ejus voluntatem.* Omisit vocem ἐζωγρημένοι interpres, nec animadvertit citari Paulum II ad Timoth. II, 26, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα· *a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.* Hic ergo scribe, *diaboli ab eo capti ad ejus voluntatem.*

Ibid. C. *In contrarias.* Livineius fidelius hoc expressit : non enim ἀντικείμενα dixit Nyssenus, sed παρακείμενα : virtus nimirum inter duo extrema posita est, quæ utrinque illi adjacent. Sic igitur ille, *consistat digressum ad ea quæ utrinque hæreant, vitium esse. Qui enim.* Hieronymus ad Demetriadem Epist. 5 : *Philosophorum quoque sententia est* μεσότητας ἀρετὰς, ὑποβολὰς κακίας εἶναι, *moderatas esse virtutes, excedentes modum atque mensuram inter vitia deputari*, et lib. III Adversus Pelagianos : *præsertim cum vicina sint vitia virtutibus, et si paululum declinaveris aut errandum tibi sit, aut in præceps cadendum.* Aristoteles *Ethic.* lib. II, cap. 5, τῆς

μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ ἔλλειψις· τῆς δὲ ἀρετῆς ἡ μεσότης. *Excessus et defectus vitii est, virtutis mediocritas.*

Col. 353 C. *Διαχεῖσθαι.* Verior est lectio vulgata et ms. Mor., quam altera Vaticani et Regii codicis διαχεῖσθαι. Ita dixit antea sub finem cap. 6, εἰς πολλὰ τῇ διανοίᾳ διαχεόμενον· *qui mentem in res multas effundat.* Sane dici solent διασκορπίζειν, et *dissipare bona sua prodigi*, Lucæ xv, 13, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ζῶν ἀσώτως.

Col. 356 A. *Δένδρον κακόν.* Matthæi quidem cap. vii, 18, legitur : Οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν, *neque arbor mala bonos fructus facere*, et Lucæ vi, 43, καρπὸν καλόν. Quocirca notandum hoc loco Nyssenum interpretationem Vulgatæ Latinæ auctoris et Galesinii confirmare, qui σαπρὸν *malum* vertunt, rectius quam Livineius *vitiosum*, aut Beza *putrem*, prout antea annotavimus supra ad locum Ephes. iv, 29. Cæterum paulo post rectius edidit Galesinius, *in matrimonium convicia conjicit*, quam Livineius, *matrimonii ignominiæ in eum qui procreet redundent*, quasi ὁ προφέρων sit Deus vel homo, qui procreet : cum proprie ὀνείδη προφέρειν sit probra objicere, ut apud Homerum *Ἰλιάδ.*, β', ait Thersitæ Ulysses :

Καί σφιν ὀνείδεά τε προφέροις, νόστον τε φυλάσσοις.]

Et ipsis convicia inferas, reditumque serves.

Col. 355 B. *Ad unum.* Adjecimus vocem *unum*, quæ ad continentiam indicandam pertinebat : unde etiam Apostolus ad Romanos ix, 10 : *Sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri.* Eodemque modo noster auctor cap. 9 (col. 357 C), ἐκ μιᾶς ὠδῖνος ἀδελφούς, uno partu editos fratres dixit *gemellos*, quos perperam Galesinius germanos appellavit; possunt enim germani esse, qui non uno partu editi sint neque gemelli. Addit Livineius exemplum Zethi et Amphionis apud Horatium, et Genes. xxv, Esau et Jacob.

Col. 358 A. *Melius.* Ita potius maluimus cum Livineio, quam quod antea Galesinius, *Validior utique fit, si longe se potius ab his rebus contineat, cum in certamen viribus suis majus descendat.* Paulo post scripserat idem, *in materiam profundi impinguntur*, sed solerter emendavit Livineius εἰς ἰλὺν pro ὕλην, ex loco Psalmi lxviii, 2, *Infixus sum in limo profundi*, et rursus ex eodem scribendum, *ne rerum quæ permissæ sunt occasione, animi vitiis aditus patefiat.*

Ibid. B. *Nihil reipsa.* Auctoris mentem neuter assecutus est interpres, sed doctissimus Jac. Billius ita locum hunc recensuit lib. i. Sacrarum observationum cap. 1 : Nyssenus de vi ac potentia consuetudinis loquens his verbis utitur : Οὐδὲν οὕτω τῇ φύσει φευκτόν ἐστιν ὡς ἐν συνηθείᾳ γενόμενον μ. καὶ σ. ἄ. Quæ verba ad hunc modum reddit Livineius, *Nihil natura tam fugiendum est, quam quæ res in consuetudinem abierit, eam studio dignam atque amplectendam non videri.* Ego autem lubentius ita transtulerim : *Nihil natura tam turpe ac fugiendum est, quin si in consuetudinem abierit, præclarum et expetendum videatur.* Hæc Billius; at Galesinius scripserat : *Sic fugiendum est tanquam assiduo usu comparatum quod non omni studio dignum expetendumque putet, hujusque sententiæ testis est*, etc.

Col. 359 A. *Peneque illarum.* Non hoc vult Gregorius, illos affectionum vel vitiorum ardore fuisse arefactos, sed cupiditatem potius rerum cœlestium in illis arefactam et exstinctam esse. Metaphoram enim esse docet a fluviis sumptam Livineius, quibus alio derivatis necesse est priorem alveum exsiccari. Sic ergo interpretatur, *aperuerunt. Itaque omnis eorum cupiditas a sublimi impetu repressa est atque exsiccata : quippe tota ad libidinem traducta.* Regius codex melius ἐπὶ τὰ ἄνω φορᾶς, *Cupiditas a cœlestium rerum appetitione revocata est et exsiccata.* Ex eadem Livineii editione sequentem periodum restituimus.

Col. 360 A. *Καὶ κινδυνεύειν.* Annotavit Livineius in Vaticano abesse καί, et post σπουδαζομένων, addi φροντίζοντες, id est, solliciti ne in periculum veniant. Regius autem codex rectius φροντίζοντας, ut antea dictum est καταφεύγων κατιόντας. Paulo post illud correximus ὁ γὰρ ἄγαμος μεριμνᾷ, quod Galesinius ediderat, *matrimonium enim ea quæ Dei sunt curat :* nec animadverterat usurpari verba Pauli ex I ad Cor. vii, 32 : *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt.*

Col. 359 B. *Ut vel in iis quæ diff.* Secuti sumus Livineium, qui hæc retulit ad res non ad personas, ut Galesinius, *ut vel iis qui se maxime difficiles ostendunt, voluptatem.* Ferri tamen potest hæc versio, ut homines fastidiosos intelligamus et morosos

Ibid. D. *Perinde est.* Galesinius perperam, *Quoniam res admirabiles orationis vi et imminuere et amplificare, hoc in earum rerum similitudine constitutum est, quæ sensu non percipiuntur :* paulo post *ab ortu* intellige a prima nativitate sua. Recte sustulit mendum Livineius, quod etiam in ms. M. cubat, legens ἀναισθήτως pro ἀναισθήτων ἐχόντων, et illi emendationi Regius codex astipulatur.

Col. 362 A. *Quæ sub aspectum.* Reponendum esse monueram ex Livineio, *quam consequi verbis non possit*, id enim est ἄφραστον, non ἀόρατον. Sic paulo post dixit τὴν τοῦ ἀφράστου φωτὸς ἑρμηνείαν, ineffabilis luminis interpretationem.

Ibid. C. *Οὐχὶ τῷ μισεῖν.* In Vatican. est οὐχὶ τῷ μίσει τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς διηγήσεως. Sensus est, *eum mendacem esse non quidem certe ea ratione, quasi veritatem oderit, qui demum vero mendax est, sed quod dicendo consequi non possit pulchritudinis illius explicationem quam incœptet.* Hæc Livineius, quibus addo Regium codicem cum Romano consentire.

Col. 365 A. *Qui exteriores.* In excuso erat ut et in ms. Mor. οἱ ἐπιπολεώτερον· in Vaticano ἐπιπελαιότερον, recte Livineius emendavit ut nobis scriptum exhibuit codex Regius ἐπιπολαιότερον, et interpretatus est, ut edidimus. Galesinius vertit quasi legisset, οἱ ἐπὶ πόλεων, vel ἐν ταῖς πόλεσι. *Qui in civitatibus nullo animi judicio res intuentur.* Cæterum hoc caput nonum inchoabatur in eodem Regio cod. ut in edit. Plantinian. jam ab illis verbis, δεῖ τοίνυν τῆς ἀσθενείας ἕνεκεν, sub finem præcedentis. Rursus admonet Livineius in margine, fragmentum quoddam libri hujus caput istud hoc modo incipere, οἱ ἐπιπελαιότερον, omissis ὥσπερ τοίνυν et μέν, nec aliter ms. Mor.

Col. 366 B. *Cum enim animus.* Expunximus hanc Galesinii versionem, *Cum enim animus ita se relaxat, atque omnia quæcunque occupavit, ea relinquit, quasi minora sint eo quod quæritur, tum in illius magnificentiæ contemplatione se exerceat, quæ vel ad summos cœlos fertur.* Locus Davidis alas columbæ optantis est Psalmo liv, 7, in quem Commentarius apud Hieronymum : *Columba simplex animal est, absque felle, et a malitia fellis alienum.* Augustinus tract. 6 in Joan. : *Columba fel non habet, Simon habebat : ideo separatus erat a columbæ visceribus.* Cyprianus lib. *De unitate Eccles. : Simplex animal et lætum est, non felle amarum, non morsibus sævum, non unguium laceratione violentum.* Idem etiam Beda et Orus Apollo tradunt : sed eidem tamen fel tribuunt Aristoteles lib. ii *Histor. animal.* c. 15, et Plinius lib. x, cap. 48; idque intestino junctum. Galenus etiam ridiculos eos dicit, qui id asserere audeant : tametsi et ipse interim vesicam habere illam negat, qua fel continetur, lib. De atra bile, sub finem.

Ibid. D. *Quos micantes.* Legebatur antea διατάττοντες, in Plantin., et ms. Mor.; sed emendandum esse vidit Livineius διάττοντας, quod Aristoteles lib. i *Meteorolog.*, cap. 4, vocet τοὺς δοκοῦντας ἀστέρας

διάττειν, et cap. proximo διαθέοντα ἄστρα eadem notione, et interpretatur hoc, *quas trajicientes stellas quidem vocant.* Aristotelis verba quæ citat Livineius hæc sunt : Καὶ ὁμοίως κατὰ πλάτος καὶ βάθος, οἱ δοκοῦντες ἀστέρες διάττειν γίνονται. *Et similiter secundum latitudinem et profunditatem sidera, quæ videntur volare, fiunt.* Ita Vatablus; at Perionius aptius : *Eodemque modo stellæ, quæ trajici videntur, exsistunt.* In eodem cap. 4, καὶ οἱ διαθέοντες ἀστέρες, Vatablo sunt, *discurrentia sidera.* Perionio, *stellæ quæ trajici videntur.* Ita Seneca locutus est, ut Galesinius, lib. III *Natural. quæst.*, cap. 14 : *Aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi et hærentes, nonnunquam volubiles. Videmus ergo stellarum longos a tergo albescere tractus. Hæc velut stellæ exsiliunt et transvolant.* Regius codex emendationi Livineii suffragatur.

Col. 367 A. *Ac cœnosam.* Vaticano exemplari usus videtur Galesinius, in quo sicut et in Regio legebatur αὐγμώδη, quod Livineius reddit Latine *tenebricosam*, ut in I Reg. XXIII, 14, ἐν τῷ ὄρει αὐχμώδει, quidam vertunt, *in monte opaco*, quæ lectio adhæsit ex veteri Latina interpretatione LXX Vulgatæ Latinæ editioni : atque huic similis est mons ille umbrosus Habacuc III, 35, ἐξ ὄρους κατασκίου· at in ms. Mor. et in excuso Plantiniano textu Nysseni καὶ ἰλυώδη βίον, *turbulentam ac cœnosam vitam* accipimus.

Ibid. D. *Quæ in cœlo.* In Plantin. et fragmento Livineii τὰ ἐν τῷ ἁγίῳ, *in sancto* ; sed annotat idem ipse suspicari se castigandum aut ἡλίῳ, quod ad Scripturam proxime accedit, aut certe ἀέρι, quam posteriorem emendationem confirmant codices Vatic. et Reg., *quæ in aere sunt*, ms. vero Mor. τὰ ἐν ἀγγείῳ · *quæ in vase sunt.* Illi Galesinii lectioni, τὰ ἐν οὐρανῷ, similis est locus ille apud Dionem Chrysost. orat. De regno et tyran. : Ὡς γὰρ ἡ ὄψις διεφθαρμένου μὲν οὐδὲν οὐδὲ τῶν πλησιώτατα ὁρᾷ, ὑγιὴς δὲ οὖσα μέχρις οὐρανοῦ τε καὶ ἀστέρων ἐξικνεῖται. *Et quemadmodum visus corruptus ne propinquissima quidem videt, sanus vero usque ad cœlum et astra pertingit.* Cæterum assentiri nequeo Livineio pro ἀπορρυψαμένῳ legenti ἀπορριψαμένῳ, licet hanc quoque lectionem Regius liber exhibeat : nam ἀπορρύπτεσθαι dicitur quod abluitur ac sordibus expurgatur, sed et hanc quoque F. Morelli tuetur codex ms.

Col. 371 A. *Malum enim.* Contrariam plane sententiam expresserat interpres, *Malum enim extra consilii deliberationem positum est, sique ejus status consideratur, in earum quæ sunt rerum natura nullum est.* Atqui similem auctoris nostri sententiam iisdem pene verbis inveniri admonet Livineius Græce in Antonii monachi Melissa lib. II, serm. 88 : αὐτὸ οὖν κατὰ ἑαυτὸ κατὰ ἰδίαν ὑπόστασιν ἔξω προαιρέσεως οὐδαμοῦ τὸ κακὸν εὑρίσκεται κείμενον ἢ ὑφεστώς· ἀλλὰ τότε εἰς γένεσιν παράγεται, ὅταν ἑλώμεθα αὐτό.

Ibid. B. *Itaque magnum.* Inauditam nobis hic procuderat etymologiam interpres ita scribens, *Unde magnum hoc et nobile animal homo, quasi a pictura nomen sumpserit, e dignitate sua cecidit. Id quod accidere solet iis, qui e lapsu aliquo erepti.* Neque vidit a Gregorio usurpari verba Scripturæ ex Proverbiis cap. XX, v. 6 : Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων. *Magnum homo, et pretiosum vir misericors.* S. Ambrosius de obitu Theodosii, *Magnum et honorabile est homo misericors*, et in Psalmum CXVIII, octon. 10 : *Grande homo, et pretiosum vir misericors, et vere magnus est, qui divini operis interpres est, et imitator Dei.* Recte quoque interpres B. Joan. Chrysostomi homil. IV in Epist. ad Philippens. : *Magnum quiddam homo, et præclarum vir misericors.* Nec aliter Græce fuit expressus hic locus in duobus mss. atque in edito Plantin. Livineius alludere Gregorium existimavit ad versiculum Psalmi XLVIII postremum : Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε. Id est : *Homo, qui in pretio esset, non sapuit.*

Ibid. D. *Ia enim, opinor.* Galesinius, *Demonstratur enim, opinor, ratio ex eo, quod divinum bonum non nostra natura definitum est.* Atqui λόγος hic non rationem, sed librum de quo agitur, sive Scripturæ verba significat, ut alibi sæpe in Canticum et orat. II De resurrect., δηλοῦντος τοῦ λόγου σαφῶς· *hoc aperte significante Scriptura.* Clemens Alexand. τὸ λόγιον etiam, id est oraculum appellat, ut in Strom. I : Ὁποῖα δὲ ἐπιτηδευτέον δείκνυσιν ἡμῖν τὸ Λόγιον. *Quænam autem sint exercenda, Scripturæ nobis ostendit oraculum.* Porro in fragmento Livineii et in ms. Mor. ex hac Domini sententia Lucæ XVII · capitis inscriptio conflata erat, sed continuanda visa est oratio ut in Vatic. et Regio.

Col. 374 C. *Merito amicæ.* Omiserat hæc interpres, tametsi et in Plantianiana suggeruntur, et a ms. Mor. εἰκότως ἂν θεῖαι νομίζονται, et a Vaticano, ex quo emendat Livineius ἂν καὶ φίλαι νομίζονται · nos etiam Regium secuti essemus, si antequam has Notas recenseremus, illum in consilium adhibere potuissemus : legit enim, ἂν γείτονες καὶ φίλαι εἶναι νομίζοιντο · *merito vicinæ et amicæ esse creduntur.* Luc. XV, 9 : *Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas, dicens.* Rursus hic mutavimus illa verba, *neque peccati amplius circumseptæ armis, cuncta efficiunt.* Non enim armis peccati circumdari dicuntur hic animæ facultates, sed arma fieri peccati, hoc est instrumenta, quibus ad peccandum utamur, ut in Epist. ad Rom. V, 13 : *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.*

Ibid. Ut divinam. Ita maluimus, quam ut interpres scripserat, *aut si divinæ imaginis restitutio hæc est.* Legerat nimirum ἡ τῆς θείας, quod etiam præ se fert Regius liber; at Mor. εἰ τῆς θείας, melius excusus ἡ τῆς, quemadmodum et quod est paulo post, τῆς περὶ τὴν γῆν ταλαιπωρίας, una cum mss. M. et Reg., non ut videtur legisse interpres τῆς περὶ τὴν ζωὴν ταλαιπωρίας· *deinde ab iis vitæ miseriis difficultatibusque segregati, omniaque verecundiæ integumenta abjicientes.* Sed retineri Latinæ Vulgatæ verba satius duximus, quam elegantiæ Latini sermonis studere, ut Scripturæ vocibus uti Gregorium constaret : II Corinth. IV, 2, πάντα ἀπειπαμένους τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, quam etiam ob causam pelliceas tunicas potius diximus, quam cum Livineio, *vestes scorteas, et a clandestina fœditate abhorrere :* licet ex lib. II Tertulliani *Contra Marcionem* proferat locum illum, *Exinde homo in scorteis vestibus, sed ante sine scrupulo nudus.*

Col. 375 D. *Mortalesque.* Plantin., πεπραμένοι τῇ ἁμαρτίᾳ, nec aliter R. et M. Livineius *peccato venditi.* Vatican. ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας · fortasse restituendum ex Apostolo Rom. VII, 14, ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, *venundati sub peccato*, hoc est, mancipati ad serviendum peccato.

Col. 377 D. *Διὰ μέσου.* Edit. Plantin., διὰ μέσου καὶ γέγονεν, idemque ms. M.; at R. et Vatican. διὰ μέσου οὐ γέγονεν. Livineius vertit, *quæ a primo parente ad virginis usque vitam interjecta est*, et in Notis admonet καὶ delendum esse, atque οὐ quod est in Vatic., manifeste corruptum esse, ex præcedenti voce μέσου tanquam ἀπόσπασμα relictum : cujusmodi vitium commissum est et cap. proximo, ubi scribitur in Vaticano ἐπικλιθείσης εἰς πονηροῦ, etc., cum εἰς proculdubio redundet.

Col. 379 A. *Si vero dubitas.* Constanter legunt mss. R. et M. una cum Plant. edit. ὅσα ἐκ τοῦ θανάτου ἐπάγεται · unde Galesinius ediderat : *Si vero tu conjugium complecteris, id velim animadvertas, unde proficiscuntur calamitatum nomina, quæ mortis causa hominibus imponuntur.* Nec assentiendum est Livineio, qui emendandum putat ὅσα ἐκ τοῦ γάμου, *quas hominibus matrimonium conciliet.* Manifestum enim est hic probari matrimonium morti suppeditare materiam : non igitur obvenirent hominibus viduitates vel orbitates liberorum, et aliæ

jacturæ morientium, nisi conjugium patris ac matris præcessisset. Galesinius pro ἐπὶ παισὶ, scriptum offendit ἐπὶ πᾶσι, *aut omnium denique rerum calamitatem.*

Ibid. C. *Non matrum.* Galesin., *non matrum sollicitudines perturbationesque augentur.* Alludit ad illud Gen. III, 16, et Isa. XXV, 8: Ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου· *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie;* et ex ejusdem prophetæ vaticinio citatur deinde locus prout ab Apostolo effertur I Cor. XV, 54: Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος· *Absorpta est mors in victoria*, non apud LXX, Isa. XXV, 8, Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. *Devoravit mors prævalens*, sed in Græco-Latina Livineii editione corrigendum est κατεπόθη ἐν ἐκείνοις ὁ θάνατος, et apud Galesinium pro *revera mortalitas a vita absorpta est*, scribendum, *revera in illis a vita mors est absorpta.*

Col. 382 A. *Cumque vitæ.* Hæc addidimus Galesinii versioni ex Plant. et duobus mss., et paulo post expunximus quæ Galesinius ediderat, quasi τελείαν παιδείαν dixisset Gregorius, non συντέλειαν τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς, sicut scriptum est Matth. XIII, 39, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστι· *consummatio sæculi est*; et ad Hebræos IX, 15, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· *in consummationem sæculi.* Sic ergo dixit consummationem vitæ quæ secundum carnem: at Gales. *perfectam, quantum in se est disciplinam ipse constituerit, exspectet porro, in beataque illa sit omnino spe fore ut faciem magni Dei aspiciat.* Nec animadvertit rursus hic usurpari verba Apostoli ex Epist. ad Tit. II, 13, *et adventum gloriæ magni Dei.*

Ibid. B. *Ut alicui.* In excuso legebatur, ὡς ἄν τινες οἰηθεῖεν. Emendat Livineius, ὡς ἄν τις οἰηθείη, et suffragantur ei correctioni R. et M. mss., nec abludit interpretatio Galesinii, *non simplex est, ut aliquis forte putavit.* Non longe ab hoc loco admonuit Livineius auctoris verba partim mutile, partim corrupte scripta esse, atque in interpretatione Vaticanum se exemplar secutum, quam subjiciemus, ubi ope Regii codicis locum restituerimus: τῆς τῶν μιασμάτων κοινότητος, καὶ εἰ δι' ἑνός τινος μολυνθείη, μηκέτι τὸ ἄσπιλον ἔχειν ἐν ἑαυτῇ δυναμένη· *communitas, et si uno aliquo contaminetur, non jam possit integritatem in se continere.* Rursus in ms. M. lego ut in fragmento Livineii, λίθου δέ τινος ἐμπεσόντος ὅλον κύκλῳ συνεκλινήθη τῷ μέρει, non ut in Regio et Plantin. ὅλον ἐν κύκλῳ συνεκλονήθη τῷ μερικῷ σάλῳ συγχυματούμενον· ὁ μὲν γάρ.

Col. 383 A. *Ut apud Apostolum.* Atqui apud Paulum I ad Cor. XII, 26, scriptum est, εἴ τε πάσχῃ ἓν μέλος, ut in Græco Livineii; non ut Galesinius legisse videtur ἓν μέρος, dum vertit: *Vereque, ut est apud Apostolum, e partibus totum compactum est: sive enim una pars patitur, totum simul dolet.*

Ibid. B. *Multi bellum.* Annotat Livineius hoc membrum in Vaticano desiderari: non ita mss. nostri, sed ea verba suggerunt ex Psalmo LV, 3, apud LXX, in Bibliis Plantinianis et in multis Græcis codicibus, ut admonet Flamin. Nobilius, *Multi bellantes adversum me ex altitudine;* alii jungunt cum sequentibus, Ἀπὸ ὕψους ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι· *Ab altitudine diei non timebo*, ut apud Hieronymum epist. 125. Aquila ex Hebræo dixit, Οἱ πολλοὶ πολεμοῦσί με, Ὕψιστε· *Multi impugnant me, Altissime*, nec aliter Hieronymus in Psalterio suo.

Col. 384 D. Ἀρεθήσεται. M. ἀρηθήσεται, mendose; at in Vaticano teste Livineio ἐραθήσεται, sed obstat οὐδενί, neque enim Græci ἔραμαι cum dandi casu composuerint. Videndum igitur sitne reponendum προσθήσεται· *nihil rerum pulchrarum, quæ dolo malo objiciantur, prosequetur.* Ita enim et paulo ante dixit auctor, εἰ δέ τινι πρόσθοιτο. Hæc ille. nos in Regio scriptum invenimus, ἀρεθήσεται, ab ἀρέσκομαι, ut ἀρεστός, et ita Galesinii liber præ se ferebat, ex quo ille, *se oblectaverit.*

Col. 386 C. *Cum non ratio.* Galesin., *Cum virtuti consentanea minime est ratio, sed vitæ cursum aliqua animi dirigit affectio. Præceptum enim Domini, etc., cum illud nos doceat, ut soli Deo inhæreamus.* Citat duo Scripturæ loca; quorum prior est Psalmo XVIII, 9, posterior Psalm. LXXII, 28: quæ distinguenda ab utroque interprete, non confundenda fuerunt: non enim præceptum Domini ait adhærere Deo bonum esse, verum ipsa Scriptura, et asciscendum ex margine illud quod ex Vaticano addit Livineius, τηλαυγής, καθώς φησιν ἡ Γραφή, cui astipulatur et Regius. *Præceptum enim Domini lucidum valde est, ut ait Scriptura, ut vel infantium.*

Col. 387 B. *Velut agnos.* Non ut agni in lupos conversi aliquid habeant, quod in moribus serpentis positum sit, quemadmodum verterat Galesinius, cujus interpretationem usque ad finem capitis totam immutavimus Livineium secuti, qui et annotat misere depravatam esse hanc lectionem, in Vaticano ita scribi, τοῦτο δέ ἐστι τὸ μὴ κατὰ τὴν ἁπλότητα δοκοῦν ἐπαινετόν, etc., sed nec sic quidem plane integram esse: emendat igitur, τοῦτο δέ ἐστι, μήτε τὸ κατὰ τὴν ἁπλότητα δοκοῦν ἐπαινετόν, etc., quæ demum genuina est lectio. Reg. codex plane cum Vaticano consentit. Porro Lucæ X, 3, discipulis ait Dominus, *Ecce mitto vos sicut agnos inter lupos*, et Matth. X, 16, *Mitto vos sicut oves in medio luporum: estote ergo prudentes sicut serpentes.*

Ibid. C. *Omnes animi.* Annotat Livineius in fragmento suo aliam se inscriptionem reperisse, quam et R. et M. mss. exhibent: ὅτι οὐδὲν ὀνίνησι τὸν μὴ διὰ πάντων τὴν ἀρετὴν ἀσκοῦντα, ἕν τι μόνον τῶν ἀγαθῶν κατορθούμενον, id est, *nihil prodesse bono ullo præclare perfungi, nisi in omnibus virtutem exerceas.* Illa autem Vaticani, et quam edidimus, interseritur paulo post ad ea verba, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα. Cæterum aberrarat a mente auctoris interpres paulo post scribens, *Quid enim lucri est ex parte corporis armata, si a partibus nudis occasionem adversario ostendet?* non enim εὐκαιρίαν, sed καιρίαν, nimirum πληγήν, hic Nyssenus intelligit.

Ibid. *Quis formosum.* Expressus est hic locus a Livineio ex fragmento; nam in Vaticano sic erat, ἐκεῖνον ὁ τὸν εἰς εὐμορφίαν τῶν συντελούντων αὐτῷ ἔκ τινος συμφορᾶς εἰ περικέκοπται· quæ sane lectio, inquit, nostra est multo monstrosior: restituo igitur ex utriusque exemplaris comparatione hanc meo quidem judicio germanam: ἐκεῖνο ὁ τῶν εἰς εὐμορφίαν τι συντελούντων αὐτῷ ἔκ τινος συμφορᾶς τι περικέκοπται. Hæc ille: at nostri codices mss. editam lectionem tuentur, nisi quod Regius ἐκεῖνον legit, quo pacto et Galesinius scriptum offendit. Rursus ediderat ibidem, *Turpitudo enim ac deformitas reliquarum partium, venustatem ejus, qui firmo est corpore, corrumpit.* Atqui non dixit Gregorius τῶν λοιπῶν, sed περὶ τὸ λεῖπον.

Col. 390 A. *Propositum studium.* Restituimus hunc locum ex Livineio, qui et admonet illud de auro in naribus suis esse Proverb. IX, 22, et de margaritis Matth. VII, 6.

Ibid. C. *At vero jam.* Has duas periodos ex Livineio reposuimus: neque enim hic ceperat mentem auctoris Galesinius, qui et φλυαρίαν καταγινώσκειν τοῦ λόγου verterat, *non intelligit quod a nobis inepte fortasse dicitur*, et ἀνάθημα, *rem detestabilem*, quod donarium hic potius sonat. At in sequenti periodo lacunam editionis Plantinianæ sic explet Regius codex, ut et Vaticanus, inserto verbo ἐγρηγορέναι.

Col. 391 A. *Illic vim.* Sic maluimus, quam cum Galesinio, *cum eam illuc impellat, quo impelli laudabile est.* Livineius, *Vim molliens ubi præclarum sit vim moliri;* et annotat alludere videri Gregorium ad illud Matth. c. XI, v. 12, Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν· *Re-*

gnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.

Ibid. D. *In vano acceperit.* Usi sumus Vulg. Lat. verbis, ut et retineretur Hebraismus, et ex quo Scripturæ loco sumpta hæc essent, appareret. Quamobrem satis nequeo mirari, qui factum sit, ut non solum Galesinius verterit, *nisi quis frustra animam suam acceperit*, sed et Livineius, qui Psalmi XXIII versum esse 4 animadverterat, scripserit, *qui animum ad res inanes non adhibeat.* At poterit jam constare, quo pacto Nyssenus locum illum Davidis intelligat.

Col. 394 B. *Atque si ex ullis.* Vaticanus, inquit Livineius, ab hac fragmenti nostri lectione δὶς διὰ πασῶν, quod aiunt, dissentit ; nam pro his omnibus, εἰ δὲ χρὴ, etc., sic habet : οὕτω καὶ ἡ ἁλιευτικὴ τέχνη ποιεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παραβολὴν, τοὺς ἐδωδίμους καὶ χρηστοὺς τῶν ἰχθύων ἀπὸ τῶν πονηρῶν τε καὶ δηλητηρίων διαχωρίζουσα, ὡς ἂν μή τινος. Equidem tantæ diversitatis causam cogitando assequi non possum. Hæc ille : nos cum edita lectione convenire R. et M. deprehendimus. Cæterum hæc referenda sunt ad illud Joannis XIV, 6, *Ego sum via, et veritas, et vita.*

Col. 395 A. *Quasi nebulæ.* Κατὰ τὸν Ἡσαΐαν non significat, *ut Isaiæ contigit*, quod verterat Galesinius; verum ipsius auctoritate dictum ejus niti, et ex ejus prophetia depromi. Isa. LX, 8, Τίνες οἵδε ὡς νεφέλαι πέτανται, καὶ ὡσεὶ περιστεραὶ σὺν νεοσσοῖς ; *Quinam isti ut nubes volant, et sicut columbæ cum pullis?* Neque dixit Nyssenus, *peccatum vero grave, et quasi plumbi talentum deorsum fertur*, sed illud super plumbi talentum sedere, ἐπὶ τάλαντον μολίβδου καθεζομένη, quod ipsum tamen advertat lector apud prophetam non legi Zachar. V, 7, verum hoc tantum, καὶ ἰδοὺ τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, καὶ ἰδοὺ γυνὴ μία ἐκάθητο εἰς μέσον τοῦ μέτρου · *Ecce talentum plumbi elevatum, et ecce mulier una sedebat in medio mensuræ.* Cum ergo mulier dicatur sedere in medio amphoræ, miratur noster Ribera Origenem homil. 6, in Exodum scribere iniquitatem super talentum plumbi sedere apud Zachariam : idem etiam Hieronym. in II Nahum est illud, *Et Ninive quasi piscina aquarum. Iniquitas in Zacharia super talentum plumbi sedet, et Ægyptii qui erant peccatis graves, demersi sunt in mare ut plumbum*, et in XXIV Isa., XXII Ezech, in Ecclesiastæ IX, in Michææ VII, in Malach. III, idem asserit : denique Nyssenus eodem modo lapsus est memoria, nisi quis malit hos Patres intellexisse, ut exponit etiam Vatablus, portatum fuisse talentum sive massam plumbeam in amphora vel mensura illa, ac proinde mulierem insidentem amphoræ, talento quoque insedisse.

Ibid. B. *Per quam crediderim.* Hoc membrum addidimus Galesinii interpretationi, quod ab ejus Græco manuscripto, ut a M. aberat, non item a Regio et Vaticano. Cæterum Ambrosius epist. 25, ubi de gloria virginitatis agit, hæc de Maria adjungit : *Quid de altera Moysi sorore Maria loquar, quæ feminei dux agminis pede transmisit pelagi freta?* Potest igitur Ambrosius ex doctis illis unus videri, quos ait Nyssenus Mariam fuisse cœlibem pronuntiasse ; sic enim quæ sequuntur ex Livineio restituimus, non ut antea, *licet multi, qui hæc animadverterunt, cœlibem illam fuisse aperte ostenderint.*

Col. 396 C. *Τῶν θείων εὐλογιῶν.* Hic annotarat Livineius aliquid desiderari, et si quid in re obscura ac prope desperata conjectandum est, addendum censere κρίνοντες, ut Joann. VIII, Christus Pharisæos alloquitur, Ὑμεῖς κατὰ σάρκα κρίνετε, et solet auctor noster cum ex omni sacra scriptione, tum vero ex novo Fœdere, et præsertim D. Paulo libenter loca quædam, et tanquam flosculos excipere. Sed nos ope codicum mss. locum restituimus, et lacunam explevimus : quibus et astipulari visus est liber, quo usus est Galesinius vertens, *quomodo nos qui carnis vinculis adstricti divinas benedictiones non exaudivimus, in hac versari decet.* In Regio præterea legebatur, τῶν θείων εὐλογιῶν, ἀλλὰ πνευματικῶς ἐξακούοντας · *non exaudimus, sed spiritualiter erga illam affectos esse decet.* Nam interrogationis nota, ut addatur, efficit varia lectio utriusque codicis nostri, qui pro illis verbis Plantinianæ editionis p. 146, ἐκ πολλοῦ περιόντος ἡμεῖς ταύτην τὴν σπουδὴν ἀσπασώμεθα, inserit post παρθενίας, χάρισμα πῶς ἡμᾶς προσήκει καὶ περὶ ταύτην ἔχειν τοὺς μὴ κατὰ σάρκα.

Col. 396 D. *A timore.* Vulgatæ Latinæ verba usurpaverat interpres : *Sic facti sumus a facie tua, Domine : concepimus, et quasi parturivimus :* Isa. XXVI, 17 ; nos interpretationem Græci textus LXX substituimus, quæ cum verbis Nysseni convenit, et ad eumdem locum pertinent illa quæ sequuntur paulo post : *Cum enim spiritus salutis nascitur*, V, 18, καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου · *et parturivimus, et peperimus spiritum salutis tuæ.*

Col. 397 A. *Πάντων δέ.* Respicere mihi videtur ad illud Pauli II Cor. XIII, δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ · id est, *experimentum flagitatis loquentis in me Christi?* Christus enim veritas est. Πάντων autem ea ratione dixit, qua et in Catecheticis ἀναγκαίων, pro πάντως et ἀναγκαίως. Hæc Livineius : nos in utroque mss. R. et M. scriptum ostendimus πάντως, ut mendosam esse alteram lectionem sit probabilius.

Col. 399 B. *Et a solis ortu.* Galesin., *et a solis ortu illustres, ob clarissima eorum facta jura reddunt.* Secuti sumus Livineium, qui admonet hic alludi ad illud Matth. VIII, 11, et Lucæ XIII, 29 : *Multi venient ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum.* Quod vero paulo ante dixit, νέον ἑαυτὸν καὶ πάσης παλαιότητος κεχωρισμ., alludere putat ad illud Pauli Ephes. IV, 22 : Ἀπόθεσθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἀνανεοῦσθε δὲ τῷ πνεύματι · *Deponite veterem hominem, et spiritu renovamini.*

Ibid. *Quæ vero harum.* Livineius hic annotat ἔδνον proprie eam dotem significare, quæ a viro confertur. Jurisconsulti vocant donationem propter nuptias, inquit, et simpliciter interdum donationem : quam nos appellationem sumus secuti. Videtur autem ea voce propterea usus, quod sapientia, quæ femina est, homini sive animo ejus tanquam viro et marito despondeatur. Quamvis enim sapientiam hanc Christum esse sentiat : quia tamen a principio has hominem nuptias contraxisse cum sapientia docet, non judicat absurdum, si nos quoque mariti sapientiæ dicamur, sicuti e diverso Christus, cum animæ comparatur, sponsus ejus hoc eodem capite dicitur.

Col. 402 C. *Quamvis autem.* Hæc aberant ab editione Plantin. usque ad finem capitis, sed a mss. R. et M. suppeditata sunt. Galesinius haud satis feliciter verterat, *quoniam condimentum omne novit indulgentia, quæ vehementi appetitione id, quod ad cibi usum compertum est, suavitate condit.* Cicero lib. II De finibus bonorum : *Socratem audio dicentem cibi condimentum esse famem, potionis sitim.* Seneca, ep. 123 : *Malum panem inquis. Exspecta, bonus fiet : etiam illum tenerum tibi et siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quam illa imperet.* Antiphanes apud Stobæum : Ἅπανθ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὐτοῦ ποιεῖ. *Præter seipsam cætera edulcat fames.* Porro illud, κατὰ προηγούμενον, pejus expresserat *propter ipsam necessitatem ;* nos *principaliter* diximus, qua voce usus est Seneca, et interpres Clementis Alexand. VIII. *Strom.* : Τὰ ὀνόματα σύμβολα τῶν νοημάτων κατὰ τὸ προηγούμενον, κατὰ ἐπακολούθημα δὲ καὶ τῶν ὑποκειμένων · *Nomina sunt signa eorum, quæ animo cogitantur principaliter, per consequentiam autem etiam subjectorum.*

Ibid. D. *Bardis objiciat.* Sic malim cum Livineio, quam ad bestias, cum Galesinio, siquidem homines minus obsequentes lumini rationis significat, et usurpat Apostoli verba Hebr. VI, 8, *cujus consummatio in combustionem.* Cæterum eamdem de voluptate doctrinam haurire potuit ex libris Clementis Nyssenus, ut ex lib. II *Pædag.* c. 1, οὔτε γὰρ ἔργον ἡμῖν ἡ τροφὴ, οὔτε σκοπὸς ἡδονή· *neque enim opus nostrum est nutritio, neque institutum scopusve noster voluptas*; et II *Strom.*: Καθόλου γὰρ οὐκ ἀναγκαῖον τὸ τῆς ἡδονῆς πάθος, ἐπακολούθημα δὲ χρείαις τισὶ φυσικαῖς, πείνῃ, δίψει, ῥίγει, γάμῳ. *Non est omnino necessaria affectio voluptatis sed accessio quædam, et appendix usibus quibusdam naturalibus adjuncta, fami, siti, frigori, matrimonio.*

Col. 404 A. *Τὰς ἐξ ἑκατέρων.* In Plantiniana edit. legebatur τὰς ἐξ ἑτέρων, sed emendandum censet Livineius ἑκατέρων· quod eas editiones libri manusc. nonnunquam permutent. Exempli causa, Basilii lib. I *Adversus Eunomium* hæc sunt verba: δι' εἰκόνος ἡ γνῶσις τοῦ ἀρχετύπου γίνεται, συγκρινόντων ἡμῶν δηλονότι τὴν ἐν ἑκατέρῳ ταυτότητα, ubi codex calamo descriptus, quo aliquando usi sumus, male habet ἑτέρῳ, alioqui infinitis locis emendatior. Hæc ille: at in hoc Nysseni loco uterque ms. R. et M. constanter habet ἑκατέρων. Ex iisdem habes deprompta plurima ab illis verbis καί τινι λεπτουργίᾳ τοιαύτῃ, etc., quæ in Plantiniana editione desiderabantur, licet ea Galesinius verterit, sed in eo mutanda fuerunt illa *cum humore ardoreque cohæreant*: non enim ab arendo, sed ab ardendo ardor deducitur.

Ibid. D. *Ἐπισπέρχει.* Vitiose Plantin. ἐπισπέρει, et annotat Livineius, vox est corrupta: ego legendum censeo: nam melius non occurrit: ἐπιστρέφει, *neque scutica acrem castigat.* Jacob. Billius lib. I *Observat. sacrat.*, cap. 1, hæc Livineii Notis addit: *Recte quidem interpres mendum inesse statuit: sed quod pro* ἐπισπέρει, ἐπιστρέφει *reponit, non admodum mihi probatur, legendumque potius censuerim* ἐπισπέρχει, *id est,* ἐπιταχύνει, κατεπείγει. *Loquitur enim de auriga, qui pernicem equum scutica adurgere non solet.* Confirmat doctissimi Billii conjecturam ms. M. qui scriptum habuit ἐπιεπέρχει pro ἐπισπέρχει· et Galesinii versio, *neque celerem verberibus incitat*. Regius tamen legit ἐπισπεύδει, eodem sensu.

Col. 406 A. *Ne qui multum.* Livineius edidit, μήτε ὁ ὀλίγον ἐλαττώσει· qua ratione in utroque nostro ms. legebatur: at ille vertebat, *Neque copioso aliquid addet, neque exiguo detrahet.* Minus apte: nam alluditur ad illud Exodi XVI, 18, Οὐκ ἐπλεόνασεν ὁ τὸ πολὺ, καὶ δι' ἔλαττον, οὐκ ἠλαττόνησεν ἕκαστος· *Non abundavit, qui multum* (colligit ex manna, scilicet), *et qui minus, non minus habuit.* Apostolus vero idipsum citans II Corinthiorum VIII, 15, scribit, καὶ ὁ τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησε, atque ex utroque fortasse corrigendus est Nysseni textus cum in Latina interpretatione, tum in Græco. scribendumque μήτε ὁ τὸ ὀλίγον ἐλαττονήσῃ· *ut neque qui nullum abundet, neque qui modicum, minus habeat.* Siquidem ἐλαττοῦν est imminuere, non minus ferre, ut Ecclesiastici XXXIX, 23, οὐκ ἔστιν ὃς ἐλαττώσει τὸ σωτήριον αὐτοῦ, *non est qui minuat salvationem ejus*, etc, XLII, 29, οὔτε προσετέθη, οὔτε ἠλαττώθη· *neque auctus est, neque diminutus.*

Ibid. C. *Et in præsenti.* Ad verbum extulit Livineius, *sed ea res*, inquit Apostolus, *proxime te est, et velut domesticum hoc munus.* At in Epist. ad Romanos X, 8, et Deuteron. XXX, 14, vertit auctor Vulgatæ, Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστι τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· *Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, et juxta est sermo.*

Ibid. *Insignis.* Addendum ex Plantin. *et efficax. et motu præditus.* Galesinius hæc ita converterat, *pulchritudine insignis qui vivat, agat, et moveatur, qui ex oratione, quæ loquitur, virginitate florebit.* Nos quæ sequuntur Livineii verbis expressimus, qui litteras Scripturam appellat, et annotat intelligendum esse de eo quod Proverb. IV, 8, Μὴ ἐγκαταλίπῃς αὐτὴν, καὶ ἀνθέξεταί σου· *Ne dimittas eam, et prehendet te.* In mss. R. et M. lego non τὸν μέλλοντα, sed τῷ μέλλοντι κατὰ τὸν ἐροῦντα, vel αἱροῦντα λόγον.. Ita postea locutus est (col. 408 D), τῆς παρθενίας ἀντιλαμβάνονται, τοῦτο πρὸ πάντων αὐτοῖς ἐπιτηδευτέον ἂν εἴη. Ego vero mallem arcessere genus hoc locutionis a Proverb. III, 18, ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς· *lignum vitæ est omnibus apprehendentibus eam*: cum de eo qui sapientiam Salomon, de eo qui virginitatem apprehendat verba faciat Gregorius.

Col. 408 A. *Οὐ γὰρ ἐναργές.* Obscurus et mutilus in utroque textu erat locus, eodemque vitio laborabat Galesinii codex quo manuscriptus M. in quo sic effertur: Οὐ γὰρ ἐν ἀρχαῖς ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο, ἀνάγκῃ ἑαυτοῖς· *Non enim in primitiis institutio hæc est, ut necessitate quis res, an utiles sint, ad suum judicium deferat.* In Plantiniana vero, οὐ γὰρ ἐναργές ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα. Quorum verborum sensum, inquit Jac. Billius lib. I *Observationum*, c. 1, particula negativa οὐ, quam addendam censet interpres, prorsus corrumpit. Sic enim vertit: *Nam ubi studium hoc illustre, et tanquam in medio positum non est, necessum sit judicium ejus quod expediat nobis permittere.* Atqui contrarium omnino vult Gregorius, nempe in rebus arduis ducem ac præceptorem adhibendum esse. Ego sane hunc locum ita restitui posse puto, si pro τοῦτο, τότε legamus, ut sit sensus: *Cum perspicuum est institutum illud, quod sequimur, tum vero eorum, quæ in rem futura sunt, judicium nobis permittere debemus. At cum rerum nobis ignotarum experientia periculo non caret, tum vero ducem ac præceptorem adhibere convenit.* Hæc autem postrema verba vel in Græco desiderantur, vel certe eadem figura subauditur, qua post hæc Lucæ verba, *et siquidem fecerit fructum*, subauditur, relinques eam. Hæc doctiss. Billius: at ego nihil opus esse arbitror ad reticentiam istam confugere, si modo illud ἐν ἀρχαῖς, expurgamus e Regio codice, et ex Plantiniano substituamus ἐναργές, sic enim locum integrum exhibet: Οὐ γὰρ ἐναργές ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο, ὥστε κατὰ ἀνάγκην ἑαυτοῖς ἐπιτρέπειν. Et huic emendationi versionem nostram aptavimus.

Ibid. B. *Ἔστι μὲν γάρ.* Et hic locus partim mutilus, inquit Livineius, partim corruptus erat: sed unde restituerim indicabo. Reperi ergo in Antonii monachi Sententiis ita citatum serm. 20: Ἐπὶ παντὸς, ὡς ἐπὶ πολὺ, πράγματος ἐπισφαλὴς σύμβουλος ἡ νεότης, καὶ οὐκ ἄν τις εὕροι κατορθωθέντι ῥᾳδίως τῶν σπουδῆς ἀξίων, ᾧ μὴ καὶ πολιὰ συμπαρελήφθη πρὸς κοινωνίαν τοῦ σκέμματος. Sed in Abbæ Maximi capitibus ser. XLI, paulo aliter: Ἐπὶ παντὸς, ὡς ἐπὶ πολὺ, πράγματος ἐπισφαλὴς σύμβουλος ἡ νεότης, καὶ οὐκ ἂν ῥᾳδίως κατώρθωσέ τι τῶν σπ. ἀξ. Eleganter apud Homerum, *Ἰλιάδ. γ'*, Menelaus, quod hunc locum nonnihil illustrat:

Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.
Οἷς δ' ὁ γέρων μετέῃσιν, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω
Λεύσσει, ὅπως ὄχ' ἄριστα μετ' ἀμφοτέροισι γένηται.

Versus pulcherrimos sic verti:

Quælibet ac dubiis juvenum mens vertitur auris.
Callida quod præsens quodque, ultra est, cana senectus
Prospicit, utrinque in medium et Jove consulit æquo.

Hæc Livineius. Conjecturam confirmant codices nostri R. et M. et κατορθωθέντι cum Antonio legunt.

Col. 410 A. *Qui Dei via.* Fidelius Livineius, *qui sacram viam insidiis teneat*, seu malis, *qui Dei vias insidiis infestet.* Illud item, *Væ soli quando cadit*, etc., ad verbum erit, *Væ uni, cum ceciderit: quia non habet qui erigat*, quod est Ecclesiastæ IV, 10, Καὶ οὐαὶ αὐτῷ τῷ ἑνὶ, ὅταν πέσῃ, καὶ μὴ ᾖ δεύ-

τερος τοῦ ἐγεῖραι αὐτόν· *Et væ ipsi uni, cum ceciderit, et non fuerit secundus, qui erigat eum.* Nyssenus Latinæ Vulgatæ suffragatur scribenti, *quia cum ceciderit non habet sublevantem se.* Paulo post scripsimus, *suas vias spinis straverunt*, non cum Galesinio, *suis spinis vias pervertunt;* non enim dixit στρέψαντες, sed, τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, (vel, ut nostri duo mss. ἑαυτῶν) στρώσαντες· alluditur enim ad illud Proverb. xv, 19, Ὁδοὶ ἀεργῶν ἐστρωμέναι ἀκάνθαις· *viæ pigrorum stratæ spinis.*

Ibid. B. *Qui somniorum.* Mendum erat in editione Plantin. p. 168, τὰς ἐκ τῶν θηρίων ἀπάτας· unde Livineius, *Hinc somniatores, qui in ferarum ludibriis fidei plus, quam in Evangelii doctrina collocant:* ac feliciter sane in mentem venit doctissimo Billio lib. I, c. 1, *observat.* pro θηρίων substituere ὀνείρων, quod Theodoretus in Compendio hæret. Fab., lib. IV, de Messallianis agens dicat eos, ubi maximam diei partem precibus impendissent, totos deinde dare se somno consuevisse, ac tum demum a dæmone delusos revelationes quasdam asserere se vidisse, ac futura prædicere conari: et lib. IV, Histor., c. 10, Ὕπνῳ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐκδιδόντες, τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας προφητείας ἀποκαλοῦσι· *Somno se dedentes, visa somniorum prophetias nominant.* Confirmant ejusmodi correctionem unam cum codice Galesinii duo nostri calamo exarati. Sub finem capitis invehitur auctor non in monachos tantum, sed et in clericos, qui spiritualis alicujus fœderis specie, familiaritatem et contubernium feminarum non refugiebant, quas *συνεισάκτους, adoptivas sorores*, et *agapetas* appellabant, et *subintroductas*, ut pluribus docuimus in Notis ad Chrysostomi librum Πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας· *Adversus eos, qui subintroductas habent.* Postremo παρὰ τῶν ἔξωθεν verterat Galesinius, *ab aliis vituperatur*, Livineius, *pessime apud exteros audit:* nos existimavimus usurpari genus locutionis simile illi ad Rom. II, 24, Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· *Nomen enim Dei propter vos blasphematur inter gentes.*

Ibid. C. *Non præscribere.* Admonueram negationem, quam editio Plantiniana et nostri duo mss. ingerunt, ab interpretatione Galesinii abesse, et facile illa nos carere posse, cum sequatur apud auctorem nostrum paulo infra, Ἐν οἷς πολλοὶ ταῖς ἡλικίαις νεάζοντες, ἐν τῷ καθαρῷ τῆς σωφροσύνης ἐπολιώθησαν· *Multi adolescentes in puritate continentiæ consenuerunt:* itaque scribendum hic est, ἂν εἴη νομοθετεῖν· *hujus vitæ sibi modum præscribere.* Sed iidem mss. ἐξαφθείσης legunt, ut emendandum censuit doctiss. Livineius, pro ἐξαυθείσης, qui et in Notis similem affert Ennii locum ex I Ciceronis *De officiis:*

Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit.
Nihilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit.

Col. 411 A. *Quodque utrinque.* Hoc loco discedunt a Livineii textu atque interpretatione duo manuscripti et Galesinii editio, quorum variantes lectiones notare prolixum nimis ac laboriosum esset: id nobis satis fuerit, si monuerimus in Regio peculiariter legi, ἐστῶτα καὶ τὸ ἑκατέρωθεν, et τῇ περὶ τὰς θείας ἐντολὰς προθυμίᾳ, *exsequendi mandata divina.* In cæteris convenit cum M. at Plantiniana editio, ἐν μέσῳ θανάτου καὶ ζωῆς ἐνδεικνύμενον, μήτε παντελῶς πρὸς τὸν θάνατον τεθραμμένον, etc.

Ibid. D. *Qui recte dixit.* Ita quoque ms. reperit καλῶς post εἰπόντος, non simpliciter ut excusus et Regius καλῶς ἤκουσαν, *sed qui probe audirent eum qui dicat, Temperantia vitale lignum est eam tenentibus*, ut vertit Livineius, qui et admonet ad temperantiam sive castitatem a Nysseno accommodari quod Proverb. III, 18, de sapientia dicitur. Rursus in eisdem mss. scriptum offendimus, quod Livineii conjecturam confirmat, ἐπὶ σχεδίας τινός, et πυρσούς τινας, et πρὸς ὃν ἀποβλέποντες, non ut in Plantin. πρὸς Θεὸν ἀποβλέπ. Quamobrem in Galesinii versione scribendum est, *velut faces quasdam e sublimi quadam specula protendunt*, et paulo post, *idque propterea ignoras.* καὶ διὰ τοῦτο ἀπογινώσκεις, *atque idcirco animum despondes, quasi res fieri nequeat.*

Col. 414 B. *Quomodo qui vivit.* Usus est interpres manuscripto, qui cum nostro M. consentit: Πῶς ἀκούσεται τοῦ ἐσταυρωμένου; *Quomodo qui ita vivit, et qui in peccato valet, audiet eum qui et crucifixus et peccato mortuus est?* Sed Regius cum Plantin. πῶς ἀκούῃς, vel ἀκούεις, ut deinde πῶς πείθῃ, πῶς ἱερατεύεις, et admonet Livineius alludere Gregorium ad illud Apoc. I, 6, Ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ· *Christus nos reges et sacerdotes Deo et Patri suo fecit.*

IN ORAT. DE PAUPERIBUS AMAND.

Cum in lucem ederet a se Latinitate donatam hanc homiliam Petr. Franciscus Zinus Veronensis, Venetiis an. 1574, hunc titulum ille præfixit, *De amandis et benignitate complectendis pauperibus;* at in editione Græca Augustana apud Mangerum an. 1527, et in codice ms. Theod. Canteri tantum dicebatur, Λόγος εἰς ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου. Atque in hoc quidem conveniebat uterque liber, quemadmodum et in lectione loci illius, col. 475 A, ὥστε ἢ νῦν μὴ παρεῖναι, at interpretatio Zini cum Græcis non consentiebat, *Quod si nunc adesse rebus, quos in se ipse cohibet et coercet, negemus, quomodo posterius unquam adfuturum exspectemus?*

Col. 475 A. *Beatus enim.* Subjecerat Vulgatæ Latinæ verba interpres, *Beatus vir qui semper est pavidus;* at illa non e Græco, sed ex Hebræo Proverbia convertit; non B. Cypriani verbis sententiam expressimus qui locum hunc Prov. XXVIII, 14, sic vertit III. Testim. 20. Eodem modo sequentem locum extulerat, *Qui contemnit contemnetur*, cum LXX dixerint Ὁ δὲ καταφρονῶν πράγματος. Prov. XIII, 13.

Col. 478 A. *Vides hominem.* Immutavimus interpretationem, quod non id velit auctor hos pauperes suis gregibus quærere pabula, cum omnino gregibus careant, sed eos quasi gregales pecudes huc illucque cibos quærendo discurrere. Zinus ediderat, *Cernis homines vagos tanquam ex nomadum genere ad ea comparanda quæ gregibus sibique necessaria sint dissipatos.* Simile illud, κατὰ πάντας ἀλῶνται τοὺς τόπους καθάπερ τὰ ἄλογα.

Ibid. C. *Convenientibus*, συνιοῦσι, non ut Zinus videtur legisse, ἀπιοῦσι, *abeuntibus;* nam illi θαυματοποιοὶ solent in circulis et triviis plebem attonitam suis illis mirificis gestibus motibusque corporis detinere. Paulo post, D, illud, *ut canes*, a neutro cod. Græco agnoscitur et expungi potest.

Col. 482 D. *Circa membrum.* Omiserat hoc interpres, cum tamen περὶ τὸ μέρος duo mss. et excusus habeant et necessarium esse constet ex iis quæ sequuntur, τῷ τῆς σαρκὸς μέρει. At in ms. Morelli pro τῆς ὑγρασίας, quæ vox medicis est usitatior quam librariis, scriptum erat τῆς ὑγρασίας οὐσίας, et πυελώδη φθορὰν παθούσης, in August. et

Cant. πυαλώδη διαφθοράν.

Col. 483 A. *Non igitur.* Ms. Morel. οὐκ οὖν τὸ πάθος. Zinus vertit, *Non igitur eam ob causam homines despicimus, quod morbus detestabilis videatur.* Editam lectionem Augustana et ms. Cant. tuentur.

Col. 487 A. *Sed communis.* Hæc vitiosa interpunctione fuerant a præcedentibus ita sejuncta, ut novam periodum inchoarent; similitudinem affert : *Quando igitur ejusmodi contagiones grassantur, valeat excusatio, quod morbus ex eo laborantibus ad alios serpat.* Sed in receptam lectionem consentiunt August. et mss. duo : tantum in Morel. erat, νόσος ἐκ τῶν προσαλοκ.

Col. 489 B. *Qualem* Ms. Cant. et Augustana edit., δείξεις τῷ δυστυχήσαντι · at Mor., τῷ ναυαγήσαντι, quæ lectio reliquæ orationi magis convenit.

IN DECEM SYLLOGISMOS

CONTRA MANICHÆOS.

Col. 541 C. *Increatum si sit malum.* Hæc ita in Græco sunt interpungenda et supplenda lacuna, quæ sequebatur τὸ ἄρα in ms. Εἰ ἀγένητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι · οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει · τὸ ἄρα ἀγένητον οὐχ ἁμαρτάνει · τὸ μὴ ἁμαρτάνον· *Si malum increatum est, secundum naturam inest illi ut sit malum : atqui nemo secundum naturam agens p.* In codice Bavarico legebatur κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑπάρχει, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν οὐχ ὑπαίτιον. Similia docet de natura mali Augustinus lib. II de Genesi contra Manichæos, cap. 29 : *Nos dicimus nullum malum esse naturæ, sed omnes naturas bonas esse, et ipsum Deum summam esse naturam, cæteras ex ipso esse naturas, et omnes bonas in quantum sunt ;* et lib. II, cap. 4, De moribus Manichæorum : *Malum non secundum essentiam, sed secundum privationem rectissime dicitur.*

IN ORAT. DE SUA ORDINATIONE.

Conservavit hanc orationem Nysseno tributam codex manuscriptus Ægidii Davidis J. C. Parisiensis, quæ et in alio veteri libro Venetiis in bibliotheca reverendissimi episcopi Lullini asseruntur. Ejus exordium jucunda et eleganti allegoria a conviviis sumpta miram præ se fert modestiam, cujusmodi frequenter utitur initiis et digressionibus Joannes Chrysostomus ut et ipsius Nysseni germanus Basilius.

Col. 546 D. Nuda sermonis. In manuscripto lacuna hic erat, quæ defectum epitheti subindicabat, ut videatur scripsisse auctor ἄνθρωπον τῇ ψιλῇ περιβολῇ τοῦ λόγου vel ἐπὶ τῇ περιβολῇ, vox enim περιβολή quæ comprehensionem sonat hic mihi capturam sive τὴν ἄγραν significat, ut loquitur Lucas v, 9, μόνῃ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον, *in captura piscium, quam ceperant.* Ita quoque retia apostolorum mystice exponit Ambrosius in v Lucæ : *Quæ sunt autem apostolorum quæ laxari jubentur retia, nisi verborum complexiones, et quasi quidam orationis sinus, et disputationum recessus, qui eos quos ceperint, non amittant ?*

Col. 547 A. *Quod deficit.* Græce erat, τὸ ἐκλεῖπον ἐκλείπει, et ita reliqua indicantis modo quæ paulo aliter efferuntur Zachariæ II, 9. Τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω· *Quod moritur moriatur, et quod deficit deficiat.* Vulgata Latina ; *et quod succiditur succidatur.* Hieronymus sic exponit, *Omnia corpora ruant in solitudine, et versi in seditionem instar bestiarum mutuis lacerentur morsibus : nullusque terram repromissionis introeat.* Illud vero, *quod aberravit, non revertitur,* τὸ πεπλανημένον οὐκ ἐπιστρέφει, sumptum videtur ex cap. XXXIV, 4. Ezechielis : καὶ τὸ πλανώμενον οὐκ ἐπεστρέψατε· *Et quod errabat, non reduxistis,* vel certe ex Jeremiæ VIII, 4, Ἢ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέψει· *Aut qui avertit se, non revertitur.* Metaphora ducta est a pastoribus negligentibus, qui pecora abjiciunt et produnt, neque a periculo mortis aut morbi liberant.

Col. 547 D. *Quam trecentæ.* Suffragatur Hilario in lib. *Contra Constantium,* qui trecentos decem et octo episcopos apud Nicæam convenisse testatur, ut et Epiphanius, hæres. 69, Ruffinus lib. I, c. 1, Theodoretus lib. I, c. 7, Hist., qui et sequenti capite profert epistolam Eustathii Antiocheni ducentos tantum et septuaginta numerantis, sed qui postea subjiciat nihil certi se scribere posse propter ingentem eorum multitudinem, nec illud se curiose investigasse. Socrates autem lib. I, c. 5. citans Eusebium lib., *De vita Constantini* III, cap. 9, ita scribit : Ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης χορείας ἐπισκόπων μὲν πλῆθος ἦν (leg. πληθὺς ἦν) τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπερακοντίζουσα· *Sed in hoc præsenti choro fuit episcoporum multitudo ad numerum trecentorum et amplius.* Apud ipsum Eusebium tamen ita legitur, Πληθὺς ἦν πεντήκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμόν· *fuit multitudo ad numerum ducentorum quinquaginta et amplius.* Postremo Sozomenus tradit eos fuisse numero circiter trecentos et viginti : ἦσαν ἐπίσκοποι ὑπὲρ ἀμφιτριακόσιοι εἴκοσι. lib. I, cap. 16. In Actis synodi a Gelasio Cyziceno vulgatis trecenti et octodecim fuisse traduntur.

Col. 550 A. *Joannem evangelistam.* Auctorem libri Apocalypsis agnoscit apostolum Joannem et apocryphum eum appellat ; sed Dionysius contra Alexandrinus licet divinum et canonicum librum asserat, tamen an Joannis sit apostoli, an alterius Joannis, dubitat, refellens Caii cujusdam opinionem, qui Cerintho hæretico librum illum tribuebat, apud Eusebium lib. VII, cap. 2. Hieronymus vero epist. 129 : *Quod si Epistolam ad Hebræos Latinorum consuetudo non recipit inter Scripturas canonicas : nec Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsim Joan-*

nis eadem libertate suspiciunt, et tamen nos utraque suscipimus. Eumdem librum suscipiunt et alii Patres, ut Justinus, in *Dialogo;* Tertullian., IV *in Marcionem*, Irenæus lib. V, cap. ult., et cæteri a nostris Ribera et Viega enumerati *Comment. in Apocalyps.*, inter quos Nyssenus non recensetur.

Ibid. B. *Miracula ex operibus.* Ita supplendum censuimus, quod deerat in Græco ms. τῶν ἔργων θαύματα, καὶ τὸ, et paulo post, τὸ πείθειν ῥοπήν.

Ibid. D. *Quid ergo est quod* ἀλλὰ τί πάθω, potest etiam verti, *at enim quid faciam?* vel *quid igitur mihi fiet?*

Col. 551 D. *Vaporem scilicet.* In cod. ms. legebam ἐγκατεσπαμένη τῷ πάθη τῆς γῆς, sed emendandum est ἐγκατεσπαρμένη τῷ βάθει vel certe ἐγκατεσπασμένη, *attractum, diffusum, atque compressum;* nam et ita Aristoteles aquam fluminum ac fontium gigni censuit intra terræ sinus ex aere et vaporibus in aquam solutis : ita ut aer vapores perenniter in aquam commutentur et corpora illa et calorem illorum frigiditate loci expugnante densentur et concrescant lib. I, *Meteor.* c. 13 : Εἴπερ κἀκεῖ διὰ ψυχρότητα συνίσταται ὁ ἀτμίζων ἀὴρ εἰς ὕδωρ, καὶ τὸ ὑπὸ τῆς ἐν τῇ γῇ ψυχρότητος τὸ αὐτὸ δεῖ νομίζειν συμβαίνειν· *Si aer ad vaporis naturam accedens ob frigus in aquam descendit supra terram, idem quoque ab ea quæ in terra est frigiditate evenire ac fieri.*

Col. 554 A. *Aperi os tuum.* Paulo aliter hæc scripta sunt Psalmo CXVIII, 131 : *Os meum aperui et attraxi spiritum*, itemque illud alterum ex Psalmo LXXX, 11 : *Dilata os tuum, et implebo illud*, quod LXX dixerunt : Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. Hieronymus ex Hebræo vertit, *Aperi os tuum, et implebo illud*, et in Commentario in I cap. Michææ de instinctu Spiritus sancti, et in exponendis Scripturis auxilio locum intelligit, vertens, *Aperi os tuum, et implebo*, eodemque modo Chrysostomus, in Psalmum CXVIII.

IN ORAT. DE SANCTO BAPTISMATE.

Inscriptio hujus orationis in editione Augustana, an. 1587 et in ms. Can. fuit hæc, Λόγος εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα· *Oratio in sanctum baptisma*, in codice vero ms. doctissimi professoris regii Fed. Morelli, Εἰς τὴν ἡμέραν τῶν Φώτων, ἐν ᾗ ἐβαπτίσθη ὁ Κύριος ἡμῶν· *In diem Luminum, in quo baptizatus est Dominus noster.* Diem Epiphaniorum dictum esse diem Luminum, ac φωτίζεσθαι idem valere, quod baptizari, docuit in Observationibus suis v. c. Jac. Billius lib. I, c. 20 : inde oratio Gregorii Nazianz. Εἰς τὰ ἅγια Φῶτα.

Col. 579 B. *In conviviis.* Antea legebatur, *in votis*, nec aliter Augustana edit. et Cant. ms. quam ἐν εὐχαῖς· at doctissimi Morelli codex rectius ἐν εὐωχίαις, *in conviviis :* in iis enim relaxatur animus, non in votis, neque in precibus, quam ob causam in homil. de Ascensione propria dicitur conviviorum hilaritas, ἐπιτραπέζιος εὐφροσύνη. Clemens. Alexandr. lib. II. *Pædagogi*, cap. 4, Christianos docet, πῶς χρὴ περὶ τὰς ἑστιάσεις ἀνίεσθαι, *quomodo in conviviis se relaxare et recreare oporteat.*

Ibid. Igitur est Christus velut. Hæc substituimus in locum illorum interpretis verborum, *Natus igitur erat, quasi ante paucos dies, qui ante omnem naturam tam eam qua sensu percipitur, quam quæ mente cernitur, natus est.* Νοητήν vertimus spiritualem, vel intellectilem cum doctissimo Billio in simili Gregorii Nazianzeni loco de Nativitate, ubi hominem vocat προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης· *mistum adoratorem, Epoptam naturæ visibilis, intellectilis Mysten :* vocem enim Epoptæ Latinitati asseruit Tertullianus, et Tertulliano viri docti cap. adversus Valentinian. : *Cum Epoptas ante quinquennium instituant, ut opinionem suspendio cognitionis ædificent.* Et rursus paulo post, *Cæterum tota in adytis divinitas, tot suspiria Epoptarum, totum signaculum linguæ.*

Col. 582 C. *Corpori quod.* Immutaverat sensum interpres; nam et duo manuscripti consentiunt cum vulgato textu : at ille scripserat : *Atque quoque quæ baptismati adhibetur, corpori quod baptizatur benedictionem addit.* Similis est sententia, col. 584 B, Τὸ ὕδωρ ἀνακαινίζει τὸν ἄνθρωπον τῆς ἄνωθεν χάριτος εὐλογούσης αὐτό.

Col. 582 C. *Sit et dicitur.* Emendandum in Græco monueramus, prout suggerit ms. M., γίνεταί τε καὶ λέγεται, non ut Augustana editio et Cant. ms., λέγεταί τε καὶ γίνεται· utrumque tamen favet Catholicæ de sacramento Eucharistiæ amplius quam quod Sifanus ediderat, *corpus Christi dicitur et est :* idem enim valet hic τὸ γίνεσθαι, quod in *Catechetico* μεταποιεῖσθαι, cap. 37, εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου μεταποιούμενος. Porro addidimus ex tribus mss. οὕτως τὸ μυστικὸν ἔλαιον, ab interprete omissum, vel certe a typographo : sequebatur enim, *cum sint res exigui pretii.*

Col. 586 C. *Et nostra mens.* Adjecimus *assensum præbens*, et ex August. et duob. mss., quod ad sententiam complendam non absonum est, licet absit, a Cant. 5.

Col. 594 C. *Deum fortem.* Sifanus ediderat, *ad Deum fontem viventem*, at in August. et trib. mss. ἰσχυρὸς πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα, ut Psalmo XLI, 3, *ad Deum fortem, vivum*, quomodo et in vetustis codicibus Latinæ Vulgatæ legitur, et nuper Romæ correctum est : non enim potest ἰσχυρὸς fontem sonare, quantumvis ad sitim sedandam sit fons commodus. Sunt qui putent dictionem istam ex Aquilæ editione in textum LXX irrepsisse, cum illi scripsissent tantum πρὸς τὸν Θεὸν ζῶντα· sed illi non videntur Hebraicam veritatem inspexisse, ex qua Pagninus ad verbum, *Sitivit anima mea ad Deum, ad Deum vivum :* nec commisisse alterutram vocem septuaginta probabile est, cum ita citent illos Nyssenus hic, Basilius, Theodoretus, Damascenus, et Euthymius, et licet observarit Hieronymus vocem Hebræam אל ab Aquila verti *fortem* a LXX *Deum*, tamen hos quoque nonnunquam vertisse ἰσχυρὸν scimus ut Psalm. VII, 12, Ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρός· *Deus judex justus et fortis*, et Isai. IX, 5, Θαυμαστὸς, Σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρός· *Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis.*

Col. 598 C. *Lancea baptismatis.* Emendavimus lectionem excusi et ms. Canteri τῷ σειρομάστιγι, pro σειρομάστῃ, ut est in M. : sic enim scriptum est Num. XXV, 7, καὶ λαβὼν τὸν σειρομάστην ἐν τῇ χειρὶ εἰσῆλθεν· quod in editione Plantiniana Latine redditur, et *accipiens pugionem in manu, intravit*, ut in Vulgata Latina, *et accepto pugione, ingressus est.* In Vaticana Latina e Græco vox Græca retenta est, *et capiens siromasten in manu.* Tuentur interpretem Nysseni alii qui lanceam ea voce significari

contendunt, ut Budæus, qui jaculi genus esse vult eo lib. III Reg. XVIII, 28 : Καὶ κατετέμνοντο ἐν μαχαίραις καὶ ἐν σειρομάσταις; ubi Vulgata : *Et incidebant se cultris et lanceolis.* Aquila etiam XXIII, Num., pro siromaste dicit κόντον, *contum.* Symmachus δόρυ, *lanceam.* Hesychio est εἶδος λόγχης, *species lanceæ.* IV Reg. II, 10, ἔδωκεν ὁ ἱερεὺς τοῖς ἑκατοντάρχοις τους σειρομάστας· *dedit sacerdos centurionibus hastas*, ut est in Vulgata Latina, non pharetras ut in Bibliis Basiliensibus perperam vertitur. νολ Hebræa loci illius sæpius δόρυ, vel ζιβύνη exponitur *hasta*, vel *lancea.*

IN ORAT. DE RESURRECTIONE.

Col. 602 A. *Statim cœlum.* Interpres videtur manuscripto codice usus, in quo esset ἐκ τοῦ πνεύματος ἡμῖν, quo pacto etiam in Cant. ms. legimus; at in M. vitiose ἐκ τοῦ πατρός· sed illud οὐρανὸν ἀθρόως τὴν Ἐκκλησίαν Zinus interpretabatur, *statim Ecclesiam ut cœlum exornarunt :* sed emendationem nostram et Græcus textus suggerit, et confirmat similis apud Joan. Chrysost. homil. de Pentecoste : Οὐρανὸς γέγονεν σήμερον ἡ γῆ, οὐκ ἀστέρων ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν καταβάντων, ἀλλ' ἀποστόλων ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς ἀναβάντων, ἐπειδήπερ ἐξεχύθη ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος· *Hodie nobis terra facta est cœlum, non stellis de cœlo in terram descendentibus, sed apostolis ad cœlos ascendentibus, quia effusa est gratia Spiritus sancti;* et homil. De adoratione sanctæ Crucis : Σήμερον ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἄλλος παράδεισος δείκνυται, τὸ πανάγιον ξύλον τοῦ τιμίου σταυροῦ ἐν μέσῳ προθεῖσα. *Hodierno die Christi Ecclesia alter paradisus esse monstratur, quæ sanctum pretiosæ crucis lignum proponit.*

Col. 604 A. *Πρὶν εἰσελθεῖν.* Apud Isa. c. LXVI, 7, legitur tantum, πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων ἐξήφυγεν· at mss. Cant. et Mor. τῶν ὠδίνων αὐτῆς, *doloris partus ejus.* Ita quoque Vulgata Latin. ex Hebræo, *antequam veniret partus ejus.*

Col. 606 B. *Firmamentum.* Addidimus, *quæ in Christo est;* alludit enim ad illud Apostoli ad Coloss. II, 5, καὶ βλέπων ὑμῶν τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν· *et videns firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ*, cum alioqui Genes. I, 8, vocetur a Deo cœlum τὸ στερέωμα, *firmamentum.* Sequentem locum, *Ecquam terram* restituimus, ut referatur ad id quod præcedit illud, *dixit Dominus*, quod Lucæ VII, 15, scriptum sit : *Qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.* Tertius tangitur locus, *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem.*

Ibid. In hac creatione. Legebatur antea, *Solis lux est vitæ munditia, aer perspicua et præclara vivendi institutio ; stellæ virtutes :* sed ordo postulabat ut a sole ad stellas, inde ad aerem et mare delaberetur.

Col. 605 A. *Ἐν ἀρχῇ ἐστιν αὕτη.* Subjiciebatur asteriscus, cum hæc ederemus, ut indicaretur hic deesse quædam, quæ nunc integriorem librum ex Regis Christianissimi nacta bibliotheca et alterum Theodori Canteri supplebimus. Ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἄλλη παρὰ τὰς ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως γεγενημένας ἡμέρας, αἷς διαμετρεῖται ὁ χρόνος· ἄλλης κτίσεώς ἐστιν αὕτη ἀρχὴ αὕτη· ἐν ταύτῃ γὰρ ποιεῖ ὁ Θεός. — Interpres legisse videtur ἃς διαμετρεῖται, non αἷς, *quibus temporis cursum dimetimur.*

Col. 606 B. *An non mundus.* Canteri ms. codex, Ἆρά σοι οὐ κόσμου γίνεται; *An non mundi tibi fit hoc principium?* at Regius, Ὁρᾷς οἵου κόσμου· *Vides qualis mundi tibi sit.*

Ibid. C. *Mentem magnam.* Locus est Isaiæ x, 12, καὶ ἐπάξει ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν, ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων, *et inducet super mentem magnam, super principem Assyriorum*, in quem locum scribit S. Hieronymus : *Secundum tropologiam cum Samaria et Jerusalem Domini iram sustinuerint : tunc destruetur sensus magnus Assyrius, qui in tantam contra Dominum inflatus est superbiam, ut sapientiæ suæ existimaverit cuncta cessura ;* et paulo post, *Quod autem de Assyrio dicitur, et ad hæreticorum superbiam, et ad diabolum referri potest ;* et Cyrillus lib. II in Isai., Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διὰ τοῦ ἄρχοντος Ἀσσυρίων, καὶ διὰ τοῦ ἄρχοντος Βαβυλῶνος, καὶ διὰ τοῦ ἄρχοντος Μωὰβ ἡ θεία Γραφὴ ἀναφέρει τὰ λεγόμενα ἐπὶ τὸν διάβολον. Νοῦν δὲ αὐτὸν ἐκάλεσε μέγαν, ἀντὶ τοῦ, ὑπεροψίαν ἔχοντα θεομίσητον· *Sciendum est autem per principem Assyriorum, et per principem Babylonis, et per principem Moab, Scriptura sacra quæ dicuntur ad diabolum refert : mentem vero magnam ipsum vocavit, quod superbia Deo exosa sit inflatus.*

Ibid. Quoniam igitur. Interpres ediderat, *Quoniam igitur in corde tanquam princeps in regia sua mens creditur commorari.* Τὸ ἡγεμονικὸν Latini apud Budæum, *principatum animi*, vertunt, Tertullianus *principale* lib. *De anima* cap. 14, et cap. 15 : *Jamque omnibus plures Christiani, qui apud Deum de utroque deducimur, et esse principale in anima et certo in corporis recessu consecratum, neque in capite concludi secundum Platonem, neque in vertice præsidere secundum Xenocratem, neque in cerebro cubare secundum Hippocratem, nec in membranulis, ut Strato,* et *De resurrectione carnis*, cap. 15 : *Sed etsi in cerebro vel in medio superciliorum discrimine, vel ubi philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est, quod Hegemonicon appellatur, caro erit animæ cogitatorium.* Hieronymus, epist. 128 : *Quæritur ubi sit animæ principale, Plato in cerebro, Christus monstrat in corde.* Idem in cap. XXIII, Matth. Philo item Judæus in opusc. *De eo quod deterius potiori insidiatur*, et Theodoretus lib. III *de Providentia.*

Col. 607. A. *Quæ cor istud.* Interpr. *quænam iste draco in corde terræ :* at hoc solum auctoris verba sonant, ut ipse Dei adversarius vocari intelligamus cor terræ, prout deinceps locutus est, ταῦτα ἡ πονηρὰ καρδία κατὰ ἑαυτῆς ἐβουλεύσατο, et paulo post, ἐν τῇ μεγαλοῤῥήμονι ταύτῃ καρδίᾳ τῆς γῆς.

Col. 606 D. *Cœleste.* Ain tu cœleste, quod est in visceribus terræ? mendosa lectio; verior Henric. et Canter., ἐκείνου τοῦ πονηροῦ ἐνδιαίτημα, *mentis illius malæ domicilium.* Item, καθὼς ἡ προφητεία φησί. Locus est Isaiæ XLIV, 25, ἀποστρέφων φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων· *avertens prudentes retrorsum, et consilium eorum stultum faciens.*

Col. 608 A. *Τὴν θεοφόρον σάρκα.* *Deiferam carnem* aptius vertisset interpres, quam *divinam carnem*, ut legimus apud Basilium hujus fratrem in psalmum XLV, τὴν σάρκα λέγει τὴν θεοφόρον ἁγιασθεῖσαν· *Carnem dicit deiferam sanctificatam*, et homil: De Christi generatione, τὴν θεοφόρον ἐκείνην συστήσασθαι σάρκα, *carnem illam Dei gestatricem constituere*, in quem locum vide quæ annotavimus.

Ibid. D. *Μὴ δι' ἄκρας.* Corrige ex H. et C. Μὴ διὰ μακρᾶς περιόδου τ. α. κατώρθωται; et ita exigit interpretatio Zini, ut legatur, et paulo post

ἀριθμῷ διαληφθῆναι τὸ πλῆθος, *numero comprehendi*, ut apud Aristot. de Mundo, ἐπιφανείᾳ διαλαβοῦσα τὸν σύμπαντα κόσμον.

Col. 609 B. *Ἄνωθεν.* Cant. ἄνωθεν καταρρακτῶν, et paulo post, ἐν κακίᾳ νενοσηκ. — *Ibid.* D, καὶ αἱ περὶ αὐτὸν ἀρχαί τε, legunt duo mss., *et qui eum comitantur principatus, et potestates*, non enim ἄρχοντες dixit, sed ἀρχαί, ut Rom. VIII, 38, et Coloss. I, 16, et pro τῶν προκαθημένων, in C. legitur τῷ προκαθημένῳ, in Regio vero τῷ καθηγουμένῳ, *una cum duce suo profligarentur.* — *Ibid.*, τοῦ ἀγαθοῦ κτίσις, et ita H.; sed Cant. κτῆσις, *boni possessio*, vel *acquisitio.*

Col. 611 C. *Consilio suo.* Omisit τὴν ἔφοδον Zinus, alter interpres, cujus verba profert illustrissimus cardinalis Perronius in libro de Collatione Fontis eblaudi fol. 164, fidelius hunc locum vertit, *sua dispositione et administratione præoccupat impetum violentum, ac sese oblationem ac victimam offert pro nobis sacerdos simul et agnus Dei. Quando hoc accidit? Quando suum corpus ad comedendum et sanguinem suum familiaribus ad bibendum præbuit.* Neuter tamen interpres integrum locum expressit, prout a Regio Henrico II et Canteri ms. exhibetur: nam et in excuso asteriscus mutilum fuisse locum indicabat. Ὅτε βρωτὸν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα, καὶ πότιμον τὸ αἷμα τοῖς συνοῦσιν ἐποίησεν· παντὶ γὰρ τοῦτο δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἂν βρωθείη παρὰ ἀνθρώπου πρόβατον, εἰ μὴ τῆς βρώσεως ἡ σφαγὴ καθηγήσαιτο. Ὁ τοίνυν δοὺς τὸ σῶμα τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ εἰς βρῶσιν σαφῶς ἐνδείκνυται τῷ εἴδει τοῦ ἀμνοῦ τὴν θυσίαν ἐντελῆ γεγενῆσθαι· *Cum corpus suum discipulis ac familiaribus suis edendum et sanguinem bibendum præbuit. Cuivis enim hoc perspicuum est, ab hominibus comedi ovem non posse, nisi antequam comedatur, mactatio præcedat. Qui ergo corpus discipulis suis in cibum tradit, agni forma declarat sacrificium jam esse perfectum.*

Ibid. D. *Collibuerat.* Κατὰ τὸ θελητόν est editum pro eo quod est in H. et C. rectius fortasse κατὰ τὸ λεληθός, *occulte.* Paulo post emenda τοῦ τὸν ἑαυτοῦ ἀμνὸν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἡμῶν ἁμαρτίας.

Col. 613 A. *Ἔχεις τὰς τρεῖς.* Uterque ms. uberior, ἔχεις τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ τὰς τρεῖς νύκτας. *Hinc subsecuta est nox, quæ sabbatum præcessit, et post illam sabbati dies. Ex quibus tres dies et noctes itidem tres conficiuntur.* — *Ibid.* *Πότε οὖν τοῦτο;* Mss. πότε οὖν τοῦτο ἐγένετο; *Quando ergo id contigit?* et, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου σαφήνειαν, *secundum Evangelii declarationem.* Non enim angelus, sed evangelista dixit ὀψὲ σαββάτων. — *Ibid.* B. *Τοῦ μνημείου.* H. et C. τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ μνήματος, et τῆς ἀνατολῆς ὑποφαίνεσθαι.

Col. 615 A. *Sic erit et filius.* Adjecimus hanc alteram partem comparationis ex Evangelio et ex utroque manuscripto. Paulo post ἐν ὑποχθονίοις ad verbum esset, *in subterraneis*: tamen ut vertit et auctor Latinæ Vulgatæ Philippens. II, 10, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ ὑποχθονίων, *cœlestium, terrestrium et infernorum.*

Col. 615 C. *Κατὰ τὴν πέμπτην.* Duo mss. κατὰ τὴν πέμπτην ἑσπέρας, et μίαν χερματιζούσης. — *Ibid.* *Ἡ τοῖς συντεταγμ.* Mss. τοῦ αἰῶνος μὴ τοῖς τεταγμένοις τοῦ χρόνου μέτροις τὰ ἔργα· et rursus, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἔργων χρείαν καινοτομεῖσθαι· *prout opera exigebant, ad operum usum.* — *Ibid.* D. *Ἐν τῷ χρόνῳ.* Mss. ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, τουτέστιν, et καὶ τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ.

Col. 616 A. Emenda τοῦτο μὴν τοῖς εὐσεβῶς, et βουλομένοις ὁρᾷν. — *Ibid.* B. *Οἱονεὶ τύπῳ.* Mss. duo ἀποσκιάσμασι οἷός τις τύπου σφραγῖδος ἔνδοθεν καταγραφέντος τοῦ πάσχματος, τότε ἀμφοτέροις, et ἑκατέρῳ ἐπιμίξαντι. — *Ibid.* C. *Καὶ τὸ σῶμα.* Deesse quædam indicatur, quæ suggeruntur ab H. et C., καὶ τὸ σῶμα ἅπτεται· δι' ἀμφοτέρων φεύγει τὸ πάθος· ἀπῆλθε γάρ, φησίν, ἀπ' αὐτοῦ λέπρα. — *Ibid.* D. Διεξιέναι τὰ θαύματα, et mox λύσις μὲν ἔστι μία.

Col. 617 A. *Κατὰ αὐτόν.* Mss. κατὰ ταὐτὸν ἐνεργεῖται· *utrumque autem eodem tempore perficitur, divinitate per utramque*, etc. — *Ibid.* D. *Περὶ τοῦ πάσχα.* Mss. περὶ τοῦ πάσχα νόμῳ, τοῖς Ἰουδαίοις νενομοθετεῖσθαι παρὰ τοῦ Μωϋσέως τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ σεληναίου δρόμου περίοδον. *In lege de Paschate, celebrando sic a Mose quartumdecimum lunæ cursus circuitum præscriptum esse Judæis.* Illud autem ὄψον τῶν πικρῶν, *herbis amaris* vertit, quod nomen est nimis commune; πικρίδας enim Græci vocant *lactucam agrestem;* unde et Dioscorides lib. II, cap. 166, τὴν ἀγρίαν θρίδακα πικρὰν τῇ γεύσει, *lactucam agrestem ait esse gustui amaram.* Gaza etiam apud Aristotelem *Histor. animal.* lib. IX, cap. 6, πικρίδα interpretatur *lactucam agrestem.* Plinius lib. XIX, cap. 8, picrida vocat: at idem Gaza alibi apud Aristotelem et Theophrastum πικρίδα vertit *amaraginem.* Vaticana editio Exodi XII, sic effert hæc Græca Latine, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται, *et azyma super picrides comedent.* — *Ibid.* D. *Μὴ φοβεῖσθαι.* Mss. μὴ φοβεῖσθε... μὴ ἡττᾶσθε, et paulo post δι' ὀλίγων ἐπελευσόμεθα.

Col. 620 A. Κατὰ τὸ προηγούμενον, et καθαρθείη τῆς ἐμμιχθείσης. — *Ibid.* B. Τῆς τοῦ ζυμωτοῦ βρώσεως καθαροῦ, τὸ δὲ αἴνιγμα τοιοῦτόν ἐστι. Moxque, κακίας μίξις ποιήσειε. — *Ibid.* D. Καὶ μικρόν τι πρός. — *Ibid.* *Λαμπηδόνας.* H. λαμπηδ. συμμίξαι. C. συμπαραμίξαι.

Col. 621 A. Τῷ ἡλίῳ· καὶ κατὰ διάμετρον τῷ ἰδίῳ φωτὶ καταλάμπει τὸ ὑπ. καὶ π. πρὶν πάντα τὸν κύκλον. — *Ibid.* B., συμβουλὴν γενέσθαι. — *Ibid.*, ὡς τῷ μὲν δοκεῖν. — *Ibid.* εἶναι τὸ παραφύλαγμα. — *Ibid.* C., οὐκ εἶπε τὰ καὶ τὰ πείσεται. — *Ibid.*, προαγορεύων τὸ μέλλον, ἀλλὰ τὸ ἀναγκαίως. *Sed quod necessario arcana quadam ratione debet evenire, verbo docet, dum oportet.* — *Ibid.*, ἡμέρα ἐγερθῆναι. — *Col.* seq. A., καθαρῶς τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν, et τέσσαρσι προβολαῖς.

Col. 623 A. *Per omnia.* Hoc quoque deerat apud interpretem, cui similis locutio non longe abest (infra C): *Σὺ εἶ, φησίν, ὁ διὰ πάντων ἥκων.* *Tu es*, inquit, *qui per omnia commeas.* Addidimus et duas periodos ab interprete omissas ab illis verbis, *quibus aperte mihi*, etc. Paulo post scripserat interpres: *In hac extrema parte manus est dextera tua, in illa sinistra:* quasi legisset ἐν ἐκείνῳ ἀριστερά, non ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡ δεξιά σου ὁδηγήσει, quæ desumpta sunt ex illo versu 10 psalmi CXXXVIII, Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. *Etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua.*

Col. 624 B. *Τὸ ὑπερκόσμιον.* Ita col. ead. D, ἡ μὲν γὰρ ὑπερκόσμιος λῆξις. — *Ibid.* B., *ὡς αὐτομάτως.* Aliter leguntur ista in H. et C., ὡς αὐτομάτῳ τῇ διανοίᾳ σου τῇ περὶ τῆς θείας δυνάμεως τὸ σχῆμα. — *Ibid.* C. Mss. ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν ὄντων ἐγκαρσίως. Moxque καὶ σύνδεσμος πάντων γινόμενος, καὶ πάντα. — *Ibid.* D., *σταυροῦ.* Corrigendum ex mss. τοῦ Χριστοῦ τὴν προσκύνησιν.

Col. 625 A. *Οὐ παραδέχεται.* Emenda, ex mss., οὐ παρέρχεται, et paulo post, οὗ τὴν ὀθόνην ἐξάπτουσι, ex H.; nam ea verior lectio, quam Canteriani, ἐξαπλοῦσι, *explicant*, et κεραίαν ἐκ τοῦ σχήματος ὀνομάζουσι, H. et C. — *Ibid.* *Ὅτι ἐκεῖνο.* Mss., ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ πάντα, et ὅς τὴν ἑαυτοῦ. — *Ibid.* B., τοῖς διορατικοῖς Θεὸς σταυρὸς Θεὸς λόγος τὴν παντοδύναμον· sed recepta lectio verior videtur, hoc sensu, *ut apud perspicaciores Theologi munere crux fungeretur, dum omnipotentem illius vim, qui in ea sese ostendit, quique in omnibus est omnia, figura sua prædicaret.* Interpres legisse videtur θεοφόρος, non θεολόγος. — *Ibid.* Ἀριμαθαίας duo mss., ut Matth. XXVII, 57. —

Ibid. Emenda καθαρὰν περιτίθησιν αὐτῷ, et ὁμοίως ποιεῖν καὶ βουλεύεσθαι· *idem nos quoque præstemus et animo volvamus.* — *Ibid.* D. *Όταν ἀναβῶ.* Mss., ὅταν ἀναβήσωμαι, τότε σοι ἔξεστιν ἅπτεσθαί μου, τουτέστι μὴ τὴν σωματώδη καὶ δουλικὴν μορφὴν ἐν τῇ σεαυτοῦ πίστει ἀνατυπώσῃ, ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς ὄντα, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα, καὶ Θεὸν ὄντα Λόγον τοῦτον, προσκύνει, μὴ τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Ἀκούσωμεν τί ἡμῖν. — Et col. seq. A., ὃς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. — *Ibid.*, πᾶσαν τὴν φύσιν, ἧς, *omnem naturam. Ibid.* B., νόησον εἰς τί σοι ἡ πικρία τοῦ βίου μετασκευάζεται.

Col. 652 A. *Φασὶ δὲ τῇ πρώτῃ.* Vitiosa interpunctio cum mendo efficit ut a Latinis Græca dissideant; Canteri codex emendatior legit, οἱ εὐαγγελισταὶ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων φασὶ, *Δέον τῇ πρώτῃ.* Porro ut ambiguitas omnis tolleretur, quæ lectorem perturbare posset, ὀψὲ σαββάτου verte *sero sabbati,* non *vesperi sabbati,* aut *vesperi sabbatorum* cum Sifano: siquidem paulo post ait Gregorius evangelistam non dixisse ἑσπέρᾳ σαββάτου, ut vesperam diei sabbati posses intelligere, sed ὀψὲ σαββάτων, *sero sabbatorum,* ut finem hebdomadæ innueret quod exemplis confirmat de significatione vocis ὀψέ, quæ quidem in suum Commentarium in Lucam transtulisse videtur S. Ambrosius in cap. XXIV Lucæ: *Denique Græcus sero dixit, hoc est* ὀψέ. *Sero autem et horam in occasu diei, et cujusque rei significat tarditatem; quomodo si dicas: Sero mihi suggestum est, id est tarde. Sero venit is, qui post præstitutum tempus advenit; et licet mane venerit: sero est tamen, ubi agendi tempus emensum est.* Et D. Hieronymus epistola 150, quæst. 4: *Mihi videtur. evangelistam Matthæum, qui Evangelium Hebraico sermone conscripsit, non tam vespere dixisse quam sero, cum qui interpretatus est, verbi ambiguitate deceptum non sero interpretatum esse, sed vespere: quanquam consuetudo humani sermonis teneat sero non vesperum significare, sed tarde. Solemus enim dicere, Sero venisti, id est tarde.* Cæterum quod idem in eadem epistola, quæst. 3, tradit in quibusdam Græcis exemplaribus hoc capitulum Marci non reperiri, quod incipit, *Surgens autem mane prima sabbati,* cap. XVI, vers. 9, confirmatur a Nysseno, infra, col. 644-45, neque enim totum illud caput Marci decimum sextum abesse vult, sed illud capitulum. Veteres enim κεφάλαια, *capitula,* vocabant particulas illas in quas Evangelia distribuerant, et quas in canones certos digesserant, quos præfixos habes Commentario S. Hieronymi in Matthæum, t. III ultimæ edit. Parisiensis.

Col. 658 A. *Nam si lux.* Notatus locus Proverb. XIII, 9.

Col. 645 C. *Sero sabbatorum.* Sifanus scripserat, *vespere sabbatorum illucescente in una sabbatorum conspectus.* Atqui non dicit evangelista vesperem aut vesperam illuxisse, ut perperam vertit Erasmus Matth. XXVIII, 1, sed ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, quæ ex sententia Gregorii superius explicata sic Latine reddi debent, ut edidimus. Illud enim ἐπιφωσκούσῃ jungendum est cum ἡμέρᾳ, quæ vox ἐλλειπτικῶς loquendo intellecta est. Sic apud Herodotum in *Thalia,* ἅμ' ἡμέρᾳ διαφωσκούσῃ *cum primum illuxisset.*

Col. 648 C. *Atque illas quidem.* Corrigendum in Græco excuso, et in utroque calamo exarato Cant. et Mor. καὶ τὰς μὲν, τὰς δέ, prout exigit etiam altera interpretatio, quæ in margine erat addita, quam et secuti sumus, expuncta illa Sifani, *atque illis quidem duos viros astitisse.*

Col. 682 D. *Hoc est sapientiæ.* In editione Augustana pag. 214, legitur ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης ἀμνηστία κακῶν, et annotatur Ecclesiast. VII, v. 15, ubi tamen hoc tantum ostendimus, Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθωσύνης ζῆθι ἐν ἀγαθῷ· *In die bonitatis vive in bono;* sed verisimilius est spectasse locum Ecclesiastici II, 26, Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῶν ἀμνησία κακῶν· *In die bonorum oblivio malorum,* ut, quod sæpe accidit aliis quoque Patribus, οὐ κατὰ τὸ ῥητὸν, ἀλλὰ κατὰ τὴν διάνοιαν scripturam citasse Gregorius videatur; paulo post (col. seq. A), *nunc a vita mox deletur;* et quod sequitur membrum addidimus ex editione Augustana: recte quippe vita morti, ligni vitæ lignum opponitur. Rursus ποτίζει vertimus non *potum præbet,* sed *irrigat,* ut Gen. II, 6, *fons ille* ἐπότιζε τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, *terræ faciem irrigabat.*

IN ORAT. DE CHRISTI ASCENSIONE.

Col. 691-92, *initio.* Periodum perperam versam immutavimus. *Ex quibus omnibus judicat primum oportere, ut bene initiatus evadas ovis boni Pastoris, et ad divinæ doctrinæ pascua et fontes deducaris, sepeliarisque cum illo per baptismum in mortem, quæ tamen non est mors.* Κατήχησις non satis exprimitur voce initiationis, sed ab Ecclesia Latinitate donatum est verbum catechizandi, ut apud Augustinum lib. *De catechizandis rudibus,* et Vulgata ad Gal. VI. Ab eadem mente illud est Clementis Alexand. lib. I, cap. 6, *Pædag.*: Ἡ μὲν γὰρ κατήχησις εἰς πίστιν περιάγει· πίστις δὲ ἅμα βαπτίσματι, ἁγίῳ παιδεύεται Πνεύματι· *Catechesis enim sive quæ per auditum suscipitur institutio ad fidem deducit: fides autem simul cum baptismo docetur a divino Spiritu;* et in *Strom.*: καθάπερ καὶ τῷ διὰ τῆς ἀληθοῦς κατηχήσεως γεννήσαντι κεῖταί τις μισθός· *quemadmodum et illi qui per veram catechesim genuerit, merces est quædam a Deo proposita.*

Col. 691 C. *Fundavit, et effecit.* Ambiguitas vocis δίοδος abduxit interpretem a genuino sensu auctoris: scripsit enim, *fundavit, et super flumina præparavit eam, ut haberet aditum opportunum.* Atqui δίοδον hic appellat Gregorius, quam διέξοδον ὑδάτων Psalmorum auctor psal. I, 3, τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους ὑδάτων, *secus decursus aquarum,* et Philoni Judæo idem est διέξοδος quod δίοδος. Basilius homil. I in Hexaem., Κἂν γῆν κατὰ ἑαυτὴν εἶναι δῶμεν, κἂν ἐπὶ τοῦ ὕδατος αὐτὴν ἀποσαλεύειν εἴπωμεν, μηδαμοῦ ἀναχωρεῖν τῆς εὐσεβοῦς διανοίας, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ συγκρατεῖσθαι ὁμολογεῖν τὴν δύναμιν τοῦ κτίσαντος· *Quin etiam sive per seipsam consistere, sive super aquas stabilitam dixerimus, non discedamus a pia sententia, sed simul omnia per ejus, qui condidit, contineri potestatem fateamur.* Habes hic exemplum verbi ἀποσαλεύειν ea notione accepti, quæ in vulgatis Lexicis explicatur, quale *Thesauri linguæ Græcæ* auctor requirebat. Paulo post idem interpres ediderat, *præmium est ipsa felicitas,* quasi legisset non εὐλογία, sed εὐδαιμονία· sed alludit auctor ad verba psalmi XXIII, 5, *Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo.*

IN ORAT. DE S. STEPHANO.

Expressus est Græcus hujus orationis textus ex Augustana editione, an. 1587, apud Mich. Mangerum, quam multis annis præcessit Laur. Sifani Latina interpretatio. Ejus in margine annotatum ab illo fuerat in illum locum, col. 707 A, *quid circa veritatis*, τὸ παρέχον fuisse, in exemplari quo usus erat, in altero περιέχον, *quæ lectio tolerari potest*, inquit, *et est facilior, ut sit sensus, omissa veritate, quæ est in Stephano, tollis ipsum Stephanum qui continet veritatem tanquam vas : sed hæc minus convenit similitudini quæ subjicitur*. Ego vero posteriorem lectionem retinendam censeo, quam et Augustana editio, et v. c. Theodori Canteri codex ms. et alter doctiss. Federici Morelli regii professoris exhibent, quæque magis cum præcedentibus convenit, ubi dicitur σκεῦος τῆς ἀληθείας Stephanus, præsertim cum τὸ παρέχον non habeat ἑαυτόν, vel alium quempiam casum sequentem. Sifanus scripserat, *quid circa instrumentum veritatis malignitatem exerces, atque omisso eo quod instat et urget, tollis id quod se præbet atque injuriæ opportunum est, quale quiddam canes faciunt*. Huc referri posset ille apud Gabriam apologus asini, qui bajulans simulacrum argenteum, sui honoris gratia populos genu flexo adorare censebat, moxque ab agasone percussus audivit, Ἤκουσεν, Οὐ Θεὸς σὺ, τὸν Θεὸν δ' ἄγεις· *O stulte, non es tu Deus, sed fers Deum*. Ut igitur ineptus esset, qui coleret jumentum gestans mysteria, non ipsa mysteria : sic et ille qui præconem aut gerulum veritatis oppugnat, non ipsam veritatem.

Col. 710 C. *lin.* 14. Sifanus scripserat, *avertendis malis sacrificari solitus caper :* quamobrem annotaveram pridem hunc caprum sacrificatum apud Judæos non fuisse, verum dimissum atque idcirco ἀποπομπαῖον appellatum, quæ vox in Vaticana editione vertitur *emissarius*, et in Vulgata Latina ex Hebr. non aliter designatur. Substituit igitur vocem *emissarius* corrector typographicus, sed illa verba *sacrificari solitus* non sustulit. Usus est et *emissarii* voce B. Hieron. in cap. III Sophoniæ Græcorum commentarios in Latinum sermonem convertens : *Offert Aaron pro populo hircum emissarium, atque viventem, et imprecatur ei cuncta peccata populi, traditque eum in manus hominis præparati, et mittit in eremum*. Fefellit hoc interpretem nostrum, quod ἀποπέμπειν sit Hesychio τὸ ἀποκαθήρασθαι, *expiare*, et ἀποπομπαῖοι δαίμονες malorum depulsores, defensoresque pestium et calamitatum apud profanos, qui et ἀλεξίκακοι, et ἀποτρόπαιοι, apud Pollucem : sed hic caper sic appellabatur, ὥστε ἀξαποστεῖλαι εἰς τὴν ἀποπομπὴν, καὶ ἀφήσει αὐτὸν εἰς ἔρημον, *Ut emittat eum in emissionem, et dimittet eum in desertum*. August. quæst. 53 vocem Græcam retinuit, et Theodor. quæst. 22 in Levit. monet Symmachum vertisse ὥστε ἀποπέμπειν αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν. Aquilam vero τράγον ἀπολυόμενον εἰς ἔρημον. Male igitur interpres Nysseni et Langus apud Justinum in *Dialogo*, pag. 201, Commelin. ἀποπομπαῖον exponunt malorum depulsorem, aut ærumnas avertentem, qui simpliciter est *emissarius caper*.

Col. 715 D. *Qui capti sunt*. Interp., *qui obtusos oculos habent :* atqui non luscitiosos, sed plane cæcos intelligit. Paulo post in edit. Augustana varia lectio erat in marg. διεπέτασεν, in textu vero διέστησεν, *diduxit*.

Col. 717 A. *Πῶς γὰρ ἔστιν*. Delenda est conjunctio γάρ quæ aberat etiam a ms. doctiss. Canteri, et ab altero Augustano, tum subjicienda in fine periodi interrogationis nota : licet excusum fuerit in textu Mangeri ὀψόμεθα φῶς· οὐκ ἐνδέχεται μὴ ἐν τῷ φωτὶ γενέσθαι τὴν τοῦ φωτὸς θεωρίαν· πῶς γὰρ ἔστιν ἀπιδεῖν; Sed hæc lectio minus apte cohæret cum superioribus.

Col. 719 D. *Ut quidquid in hac*. Annotarat interpres in margine, locum hunc corruptum videri in utroque manuscripto, quo utebatur, seque conjectura ductum ita vertisse : nos in aliis duobus Canteri et Morelli præter id quod Augustana editio præ se fert, nihil offendimus, in qua tamen illud ἐν τούτῳ videtur emendandum ἐν ταύτῃ ut cum εἰκόνι conveniat : principalem autem formam intellige τὸ ἀρχέτυπον, exemplar, unde imago exprimitur, aut quod imago repræsentat.

IN ORAT. DE S. THEODORO MARTYRE.

Titulus huic orationi præfigebatur in codice ms. Regis Henrici II, insignibus ornato, Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον τὸν Τύρωνα. Apud Surium tomo VI exstat, Martyrium sancti et gloriosi martyris Christi Theodori Tyronis ex Simeone Metaphraste : dictus autem est Tyro, quod militarit in Oriente sub præposito Brinca ex legione Marmaritarum, et hoc pacto distinguatur a Theodoro ductore militum, qui Licinio imperante capite truncatus est, et de quo agunt Græci 7. Februarii. Exhibet idem Surii tomus homiliam Nectarii in laudem hujus sancti martyris, et alteram Nysseni ipsius ex interpretatione Petri Francisci Zini Veronensis.

Col. 736 C. χωρητικοί. Regius II. codex καὶ χωριακοὶ συῤῥέοντες. Χωρίτης, idem est qui ἀγρότης sive ἄγροικος, *rusticus* unde τὸ χωριτικὸν πλῆθος, *rusticana multitudo* apud Plutarchum in *Pericle*, et χωριτικῶς, *rusticorum more :* quod autem apud Pollucem legitur χωρητικός, et χωρητικόν cum η, mendose scriptum arbitratur auctor *Thesauri Græcæ linguæ ;* rectius autem apud Suidam scriptum χωριτικός, neque enim causa est ulla cur hæc vox, *η* in secunda habeat syllaba potius quam χωρίτης. Est etiam in usu χωρικός et χωρικῶς apud Synesium in Epistolis, atque ita fortasse melius hic scriberetur καὶ χωρικός. Et col. seq. B. absque dubio ex mss. emendandum est καὶ γνωρίσαντες τὸν τῆς εὐσεβείας καρπόν. Est et varia lectio in Regio, καὶ ζηλώσατε τὸν οὕτω προτιμώμενον τῇ γνώμῃ, *et imitamini consilium ac propositum ejus qui ita præ cæteris honoratur*.

Col. 737 B. Emendandum ὅπως καλλίστη καὶ μεγ., et mox, C, τῆς φύσεως ὤν, Zinus vertit *quamvis ex ca-*

dem naturæ materia constet. "*Η καὶ ἀνεῳγότι* Ms. H. εἰ καὶ ἀνεῳγότι περιτυχὼν ἐκ τοῦ παραδόξου, *licet ex opinato, dum aperitur, in illud incurrat : sed conjectis oculis in deformitatem earum rerum, quæ illic sunt, magna oppletus modestia et humanæ naturæ*, etc., in H. erat ἐπιβαλὼν δὲ τῇ ὄψει.

Col. 740 A. *Δῶρον.* Ms. H., εἰς δῶρον ὁ χοῦς λαμβ. — *Ibid* C., χαριτωθὲν οὕτως ἐστὶν ἐράσμιον καὶ ἡδὺ καὶ ἀναμφισβήτητον, et ita legit uterque interpres. — *Ibid.* C. *Ἐκ τῶν φαινομένων.* Sifanus ita, *propter ea, quæ apparent*; at ms. H., ἐκ τῶν ὁρωμένων, τοῖς ἀοράτοις. Zinus, *Ex his ergo, quæ videmus, ea credimus, quæ non cernuntur.*

Col. 741 B. *Τοῦ δεσπότου.* H. τοῦ βασιλέως, et paulo post, θεοὺς μὲν λέγων οὐκ οἶδα. — *Ibid.* B. *Μέλος τὸ σῶμα.* H. Μέλος τοῦ σώματος χρεωστῶ τῷ κτίσαντι, *per singula enim membra corporis patientiam debeo creatori.* — *Ibid.* D. σὺ δὲ, ὦ νηπιώδη, et ὁμολογῶν Θεόν.

Col. 744 B. *Οὐδ' ἐσπούδασε.* H. οὐδ' ἐσπούδασε λαθεῖν, ἀλλ' ἔκδηλος ἦν. — *Ibid.* D. Emendandum ἐπαγγελιῶν καταπαύσιτε. — *Ibid.* *Καὶ τὴν πενθήρη.* H. καὶ τὴν πορφύραν τὴν σκοτεινὴν αὐτοῖς καὶ πενθήρη ἐκεῖθεν.

Col. 745 A. *Κρεοπῶλαι.* H., κρεοπῶλαί τινες μολυνόμενοι, καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἐρυθραινόμενοι αἵμασιν· μετὰ ταῦτα. Zinus sic expressit, *et sanguinis tabo tanquam laniones quidam inquinantur.* — *Ibid.* C. *Ἤκμαζε* H., ἤκμαζε μᾶλλον πρός. Zinus agnoscit hanc lectionem, *in confessione religioneque magis ipse perstaret.* — *Ibid.* Emenda, εὐθηνούμενον, et paulo post, D, ὑψηλῷ αἰθέρι ἐνδιαιτᾷ.

Col. 748 A. Emend. πολῖται δὲ καὶ ἀδελφοὶ καὶ συγγεν. — *Ibid.* D. *Λυσσῶν*, H. λυσσώδης καί.

Ibid. B. *Μαρτύρων.* Regius H. codex addebat Κάλεσον τὸν συνώνυμον καὶ ὁμότροπόν σοι Θεόδωρον, μετὰ πάντων· *Advocat eum qui eodem nomine iisdemque moribus ornatus vixit. Theodorum.* Quibus verbis indicare videtur S. Theodorum ductorem militum, de quo initio notarum in hanc orationem diximus. — *Ibid.* C, θαυμαστὲ καὶ ὑπέρλαμπρε ἐν τοῖς μάρτυσι θάλλον ἀποδειχθείη. Sifanus πολίτευμα perperam vertit *respublica Christianorum*; melius Zinus, *Christianorum vita, tanquam in frugifero solo præclaram et admirabilem ad finem usque segetem ferat.*

IN ORAT. IN XL MARTYRES.

Col. 755 A. *Quorum tantum.* Discessimus a verbis interpretis, *quorum non solum audiuntur voces ipsis omni sermone clarius exponentibus miracula*, et secuti sumus codicis Morel. lectionem, λόγου παντὸς εὐτονώτερον διηγουμένου, corrigentes ex conjectura διηγούμεναι· sed veriorem suppeditavit alter ms. Canteri, παντὸς λόγου γεγωνότερον διηγουμένων τὰ θαύματα, *miracula enarrantium.* Hoc est, quemadmodum cœlos ait enarrare gloriam Dei David, et diem diei verbum eructare, sic et locus et dies, et solemnis hæc martyrum memoria tantum non edita voce proclamant eorum miracula. Illud enim αὐτῶν, ex Hebraismo παρέλκεις. Athanasius, Contra Arianos orat. III p. 201 : πάντα ὁμολογοῦντα δ' ἑαυτῶν ὡς ψάλλει Δαβίδ· Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, καθάπερ καὶ Ζοροβάβελ ὁ σοφὸς λέγει· Πᾶσα ἡ γῆ ἀλήθειαν καλεῖ. *Omnia suum Creatorem confitentur, ut canit David, « Cœli enarrant gloriam Dei, » quemadmodum et sapiens Zorobabel ait, « Omnis terra veritatem clamat, »* aut ut Vulgata vertit, *invocat.*

Ibid. C. *Et quoquo versus.* Non ut antea *et ubique ratam ac legitimam partem accipiunt.* Decepit interpretem verbum καταμερίζονται, quasi valeret idem hic quod μερίδα δέχεσθαι cum potius hic intelligendum sit reliquias martyrum in diversa loca dividi, sic tamen ut qui unius vicesimi tantum martyris ossa recipit, reliquos etiam triginta novem recipiat, eademque ratione qui tricesimi; et, ut ait S. Basilius Nysseni frater, de his ipsis martyribus verba faciens : Οὐχ ἑνὶ τόπῳ ἑαυτοὺς κατακλείσαντες, ἀλλὰ πολλοῖς ἤδη ἐπιξενωθέντες χωρίοις, καὶ πολλὰς πατρίας κατακοσμήσαντες· καὶ τὸ παράδοξον οὐ κατὰ ἕνα διαμερισθέντες τοῖς δεχομένοις ἐπιφοιτῶσιν, ἀλλ' ἀναμιχθέντες ἀλλήλοις ἡνωμένως χορεύουσιν· *Non uno loco se concluserunt, sed in multis hospitio recepti multorum patrias ornaverunt; quodque permirum est, non singulatim divisi, ad eos ventitant a quibus recipiuntur, sed inter se commisti conjunctim choreas agunt.* Idem S. Joan. Chrysostomus scribit de reliquiis martyrum Ægyptiorum in varia loca dispersis tractatu in martyres Ægyptios : Οὐ κατέκλεισαν ἐν τῇ πόλει τὸ μέγα τοῦτο τοῦ Θεοῦ δῶρον, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐξέπεμψαν τοὺς τῶν ἀγαθῶν θησαυρούς· *Nequaquam ingens hoc Dei munus civitate sua concluserunt, sed in omnes terræ partes bonorum thesauros emiserunt.*

Ibid. D. *Fides optima.* Legisse videtur interpres ut erat in Cant. ms. ἀριστίνδην οἱ πάντες, *ex optimis universi electi*, non ut erat in ms. Morel., πίστιν ἀρίστην· emendandum autem πίστις ἀρίστη, οἱ πάντες ἐξειλεγμένοι.

Col. 759 A, *Genibus flexis.* Exprimendum fuisse corporis gestum ac statum censuimus ab interprete omissum : nam et hunc morem fuisse Christianorum militum, cum publice orarent, ut genua flecterent, constat ex Justini *Apologia* II, ubi de impetrata simili pluvia Christianorum militum precibus agit : Ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος. *Nam projicientes se in terram non pro me tantum, sed et pro exercitu, qui ibi aderat, universo precati sunt.* Eusebius idem lib. V, c. 5, Ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν ἔθος, ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας τραπέσθαι· *In ipsa acie contra hostes instructa genibus humi positis, ut nobis, cum oramus, in more est, se ad preces Deo adhibendas convertisse dicuntur.*

Col. 762 B. *Lampadarum.* Interpres, *inter se coeuntium et quasi convolutarum.* Ezechielis I, 13, non aliter legitur, λαμπάδων συστρεφομένων ἀναμέσον τῶν ζώων. Ubi vertit e Græco Hieron., *lampadarum discurrentium in medio animalium*; et in Commentar. : *Quomodo igitur crebris micat ignibus æther, et in ictu oculi atque momento discurrunt fulgura, et revertuntur.* Locus autem Sapientiæ XIII, 13, sic exhibetur a ms. Mor. : Ἐκ μεγέθους καλλονῆς κτισμάτων καὶ τὸ ἐν κρυπτῷ κάλλος, et ita vulgata Lat. *A magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri*, et Vaticana editio Lat. e Græco : *A magnitudine enim speciei* : at in Complutensi et Plantiniana ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων. Interpres Sifanus nactus erat codicem similem libro Canteri, in quo scriptum erat ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμά-

των. *ex magnitudine et pulchritudine creaturarum.*

Ibid. C. *O qui præclare.* Admonueram in Morelli codice scriptum fuisse absque ulla exclamatione, οἱ καλῶς τοῖς σωματικοῖς, et οἱ καλῶς μετενεγκόντες, ac proinde interpretandum, *visi sunt qui præclare, corporeis tropæis exercitati sunt, qui peritiam bellandi in aciem adv. diab. instr. transtulerunt*; typographus autem lectionem codicis Canteriani expressit, quam interpres secutus ediderat. *O præclare corporeis tropæis exercitati! o qui peritiam bellandi in aciem advers. diabolum instr. transtulistis!* Addidimus paulo post, *neque ærea galea ocreisque muniti*, e Græco Morel. codicis, nam ab altero ms. aberat, sed emendandum est κνημῖσι, pro κνήμεσι.

Col. 763 B. *A sanctis angelis.* Hæc quoque sunt adjecta e Græco Morel., quæ Canteri codex et interpres Sifanus non agnoscunt; sed conveniunt cum sequentibus: *Quale enim angelis in mundo hominum conflatum est spectaculum*, et cum verbis Apostoli I Cor. IV, 9. *Spectaculum facti sumus mundo et angelis.* Angelos enim spectatores esse fautoresque nostrorum certaminum, et applausu victores prosequi sæpe sancti Patres declarant, ut Joan. Chrysostomus hom. 12 in I Corinth.: Τὰ δὲ ἡμῶν παλαίσματα τοιαῦτα ὡς καὶ τῆς ἀγγελικῆς θεωρίας ἄξια εἶναι· *nostræ autem luctæ et certamina sunt ejusmodi, ut digna sint, quæ spectentur ab angelis*, et tractatu Panegyrico in Susannam, Ὁ ἀγωνοθέτης οὐρανόθεν προσεῖχε τῇ πάλῃ, καὶ ὁ δῆμος ἀγγέλων ἐπικεκυφὼς ἐθεώρα· *Agonotheta de cœlo luctam attendebat, et angelorum turba prona spectabat.*

Col. 766 A. *Ubi est mors.* Ita quidem scriptum est I Cor. XV, 55, et in textu Nysseni apud codicem Morelli, Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον; at in altero Canteri lectio est, quam typographus hic expressit et interpres Sifanus, *Ubi stimulus tuus, o mors? ubi victoria tua, o inferne?* Apud Osee prophetam, quem citat Paulus, ita se habet locus, Ποῦ ἡ νίκη σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; Rursus contra vero in sequenti periodo lectionem exhibet excusus liber codicis Morelliani, cum nostra interpretatione; Canteri vero alter hanc præ se tulit: καρπὸς ξύλου, τί ἀθλιώτερον, τί εὐτελέστερον ξύλου; unde Sifanus verterat, *fructus ligni (quid miserius, quid vilius ligno?) fructus coloris*, etc.

Ibid. *Et maturum.* Confusa erant et perturbata hæc epitheta in interpretatione Sifani, *quod esset oculis et gustu pulchrum et maturum*: duo manuscripti conveniunt in lectionem quam expressimus: Genesis tamen III, 6, dicitur lignum illud fuisse καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι· *bonum ad escam, gratum oculis ad videndum, et speciosum ad intelligendum.* Ambrosius lib. *de Paradiso*, cap. 13, vertit *bonum ad manducandum; gratum oculis ad videndum, et speciosum ad intuendum.* Cum autem ὡραῖον jungat cum gustu, maturum potius aut tempestivum intellexisse videtur, aut delectabilem fructum Gregorius, quemadmodum Latine reddit Hieronymus ex loco illo Genesis in commentario in Lament. Jeremiæ: *Vidit quod bonum esset ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile.*

Ibid. B. *Unum illis.* Sifanus ediderat, *unum solum nempe Christus (cordi erat), omnia respuerunt*, et incluserat duas illas voces virgulis, fortasse de suo additas, ut defectum verbi suppleret, quod abesset ab ejus apographo vox ἀγαθόν, quemadmodum et a codice Canteri, sed eam alter Morelli liber suggessit.

Ibid. D. *Frigus quod vel ipsos.* Hæc addita sunt ex ms. Morelli; nam ab altero Canteri aberant et ab interpretatione Sifani. Porro eadem opera tractant quæstionem philosophi, utrum animati sint capilli, et ungues, in quibus acrem aliquando sensum doloris capimus, unde vitam iis inesse contendunt quidam. Vide Commentarios Conimbricensium in I Aristot. De generat. et corruptione.

Col. 767 C. *Perinde quasi tum publicis.* Minus apta erat historiæ veritati Sifani interpretatio, *qui publicis tum balneis vacabat.* Enimvero nimis frigidum fuisset hoc balneum, ut Romanis aiebat Jugurtha rex: sed ut alibi dicuntur tanquam floribus insidere prunis, et quasi in pratis versentur, in mediis tormentorum cruciatibus exsultare martyres: ita hic non aliter ac si ad publicum thermarum balneum prosilirent, in lacum illum se dicuntur immergere. Sane a ms. Morel. aberat conjunctio ὡσεί, non item a libro Canteri.

Col. 770 C. *Si victor.* Dum studet varietati dictionum interpres, vertit νικητὴς καὶ τροπαιοφόρος, *signifer et tropæus*; at signifer dicitur, qui vexilla fert, non qui victoriam reportat, et τροπαιοφόροι sunt qui et τροπαιοῦχοι dicuntur, eratque unum ex epithetis sive titulis imperatorum Romanorum. Chrysostomus serm. 1 de Anna, pag. 957 edit. A. Stephani: Οἱ τὰς δεήσεις γράφοντες τῷ βασιλεῖ οὐκ ἐντιθέασι ἓν ὄνομα μόνον, ἀλλὰ τὸν Τροπαιοῦχον, τὸν Αὔγουστον, τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ πολλὰ ἕτερα προσθέντες· *Qui libellos supplices offerendos regi scribunt, non unum inserunt nomen, sed Triumphatorem, Augustum, Imperatorem et alia multa cum istis addiderint.* Apud Evagrium lib. II historiæ, c. 9: Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λέων Εὐσεβὴς Νικητὴς Τροπαιοῦχος Μέγιστος Ἀεισέβαστος· *Imperator Cæsar Leo Pius Victor Triumphator Maximus semper Augustus.* Justinus quæst. 99, ad Orthod.: εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ ἐκ τοῦ πολέμου τροπαιούχῳ ἐπανερχομένῳ. Loquitur de Jephthe, qui reportata victoria triumphans e bello revertebatur.

Col. 771 B. *Domine, memento.* Addebantur hæc in ms. Mor. quæ aberant ab altero Cant. et ab interprete, desumpta ex Lucæ XXIII, 42. Porro Genes. III, 24, legimus, καὶ ἔταξε τὰ Χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην· *Et collocavit Cherubim, et flammeam romphæam, quæ vertitur*: sic enim efferunt illud epithetum vulgata Biblia e Græco et ex Hieronymo in II Sophoniæ et epist. 155; at Ambrosius in Psal. CXVIII, octon. 3, cum Vulgata Latina, *versatilem.*

IN ORAT. DE S. MELETIO.

Orationi huic funebri dabat hunc titulum Morelli codex, εἰς Μελέτιον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας ἐν Κωνσταντινουπόλει τελευτήσαντος· *In Meletium episcopum Antiochiæ, qui Constantinopoli excessit e vita.* Testatur id Socrates lib. V, cap. 9, qui et hanc orationem in eadem urbe habitam scribit: Τότε δὲ καὶ Μελέτιος ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν ἐτελεύτησεν, ὅτε δὴ καὶ ἐπικήδειον ἐπ' αὐτῷ λόγον ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου Γρηγόριος ἐπεξῆλθεν· *Eodem tempore Meletius episcopus Antiochiæ in morbum delapsus, decessit vita, quo quidem tempore Gregorius frater Basilii funebrem orationem in*

ejus mortem recitavit; idem et Sozomenus lib. VII, c. 10 et Nicephorus lib. II, c. 29.

Col. 855 B. *Neque auris.* Hoc membrum a nobis additum est ex utroque ms.; at in altero Canteri mendose paulo post scriptum fuit ἀναβιῶσαι τὴν συμφοράν· quemadmodum et in eo quo usus fuit interpres vertens, *ad resuscitandum et redintegrandum calamitatem.* Vera lectio Morel. est ἀναβοῆσαι τὴν συμ. Ibidem τῆς οὐρανίου τροφῆς scripsimus cum Mor., non τρυφῆς cum Canter., ex quo Sifanus *plena cœlestium deliciarum.* David idcirco panem angelorum manna vocat Psal. LXXVII, 24, et Sapientiæ Salomonis de eodem dicitur cap. XVI, 20: *Panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem.*

Col. 858 A. *Nolite contendere.* Interpres scripserat, *ne prævaleatis et obtineatis, ut consolemini:* nos veram interpretationem substituimus loci illius Isaiæ apud LXX, cap. XXII, 4, μὴ κατισχύσητε (sic enim hic quoque legebatur in Canter., non κατισχύσηται ut in Mor.) παρακαλεῖν με ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου· quem ita vertit S. Hieronymus: *Nolite contendere, ut me consolemini super contritione filiæ generis mei.* Vulgata Lat.: *Nolite incumbere, ut consolemini me.* Illud vero de Rachele est Jerem. XXXI, 15.

Ibid. B. *Faciem vidit.* Sifanus, *faciem ad imaginem Dei*, omisso verbo et adverbio, quod mendose expressum fuit in Morel, ἁλιέως, *piscatoris*, unde suspicabamur antea corrigendum ἱερέως, sed veram lectionem suppeditavit Canter., ἀληθῶς ἐν εἰκόνι Θεοῦ, *faciem vidit vere ad imaginem Dei formatam.*

Col. 859 C. *Audite ex Jeremia.* Interpres ediderat *Audistis ex Jeremia*, lectionem exprimens Canteriani codicis ἠκούσατε· at nos monueramus in Morel. fuisse ἤκουσα, *audivi Jeremiæ voces*: at corrector typographicus tertiam lectionem substituit, quasi esset ἀκούσατε· restituendus tamen videtur locus ex Morel. ut magis conveniat cum sequentibus, Οἶδά τινα τοῦ Ἰερεμίου ἄλλην.

Ibid. D. *Vere namque.* Admonueram in Morel. scriptum fuisse ὄντως γὰρ ἰτέα, *vere namque salix est vita*; typographus autem lectionem expressit Canter, ἐν ἰτέαις, ex qua Sifanus, *plane enim in salicibus vita consistit.* Atqui deinde dicit Gregorius nos salices factos, non inter salices degere: verior igitur lectio Morelliani codicis.

Col. 862 B. *Ruptura.* Sifanus, *ruptura membrorum est*, ex codice nimirum vertit, qui consentiebat cum Canteriano, sed Morel. rectius ῥῆξίς ἐστι δεσμῶν, *vinculorum ruptura*; unde sequitur, *Dirupisti vincula mea.*

Ibid. C. *Reliquit.* In Morel. scriptum erat, τὴν Αἴγυπτον ὁ Μωσῆς. Μωσῆς τὸν ἰλυώδη βίον ἐπέρασεν, *Reliquit Ægyptum Moyses, Moyses limosam vitam transivit, non rubrum.* Certe ut antea Simeonem appellavit Meletium, ita convenienter hoc loco Moysen illum potuit dicere.

Ibid. D. *Circa tabernaculum.* Omisit interpres, quod etiam in Canter. desiderabatur, non in Morel., καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, *et aliis labiis*; nempe ex Apostolo citantur hæc I Cor. XIV, 21, et Isaiæ XXVIII, v. 11. Porro σκῆνος hic accipere potes pro corpore sive cadavere, sive certis reliquiis sancti Melitii defuncti; ut apud Platonem etiam *in Axiocho* corpus humanum non solum apud Paulum II Cor. III, σκῆνος appellatur.

Col. 863 A. *Vobis autem.* In ms. Mor. πρὸς ὑμᾶς δὲ τοῦτο λέγω τούς· at in Canter. rectius legitur πρὸς ὑμᾶς τοῦτο λέγων. Quamobrem restituenda est Sifani interpretatio, *vinum præberi, ad vos qui vineæ operarii estis, hæc dicens*, et in Græco emendandum ὑμετέρων. Locus est Proverb. XXXI, 6. Δότε μέθην τοῖς ἐν λύπαις, καὶ οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύναις. *Date merum his qui sunt in mœroribus, et vinum bibere his, qui sunt in doloribus.* Clausula porro sermonis in utroque ms. erat hæc, χάριτι τοῦ Μονογενοῦς, etc., non ut apud Sifanum, *Per Christum Jesum Dominum nostrum.*

IN ORAT. DE PLACILLA

EJUSDEM NOTÆ.

Laudat hac oratione funebri Placillam Augustam Theodosii senioris uxorem priorem, quæ morte exstincta est circa annum Christi 385. Et codex ms. Mor. inscriptionem istam præfixam exhibet, Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιτάφιος εἰς Πλακίδαν τὴν βασίλισσαν· at ms. Cant. Εἰς Πλάκιλλαν. Apud Theodoretum lib. V, c. 18, Socratem lib. V, c. 12, et Zosimum lib. IV, fit mentio Πλακίλλης τῆς αὐτῷ γημαμένης· *Placillæ, quæ cum eo prius fuerat matrimonio juncta.* Latini tamen auctores quibus potius quam Græcis assentiendum in asserendo vero nomine Occidentalis imperatricis, non Placillam, sed Flaccillam eam nominant, ut Ambrosius in Laudatione Theodosii, prout codices emendatiores testantur, quorum meminit illustriss. Cardinalis Baronius ad ann. Christi 385, n. 35, quod et Pauli Diaconi et veterum numismatum suffragio confirmat Claudianus De laude Serenæ, et Faustinus episcopus qui librum suum de fide ad Flaccillam imperatricem misit.

Cordis lætantis. Non Ecclesiastæ VII, ut annotarunt quidam, sed Proverb. XV, 13, reperitur hic locus, quem rectius vertit interpres quam Complutensis et Plantiniana editio, *Corde gaudente facies viret*, in casu absoluto. Vaticana, *Cordis læti facies floret*, itaque Origenis interpres homil. 4 in Canticum, quod et confirmat auctoritate sua Gregorius hoc loco, cum addit τῆς δὲ ἐν λύπαις σκυθρωπάζει, *ejus vero quod est tristitiæ affectum, mæstus est.*

Col. 885 A. *O infelix prædium.* Consentit cum interpretis codice Canter. ms., at Morellianus hoc tantum habuit, τὸ δυστυχὲς ἔθνος· *o infelix natio cladibus nihil*, et quod sequitur διωθεῖσα referendum est ad Θρᾴκην· quocirca minus convenienter intersereretur vox χωρίον quæ postea profertur: Ὦ χωρίον ἐν ᾧ τὸ πάθος ἐγένετο διὰ τὸ πάθος τάχα τῇ σκοτομήνῃ ἐπώνυμον· *O castellum in quo accidit, ab obscura nocte propter cladem nomen fortasse sortitum. Audio enim patria ipsorum lingua Scotumen locum illum appellari.* Σκοτούμην enim Morel codex habet, cujus hic lectionem protulimus, ut in excuso Canteri libr. expressit typographus. Scotusam inter civitates Thraciæ numerat Plinius lib. IV, c. 11; sed apud Græcos σκοτομήνη quam *obscuram Lunam* vertit Augustinus Psalmo X, 2, Suidæ est νὺξ ἀσέληνος; *nox illunis et obscura*, unde ad vocem Scotumes oppidi Thraciæ

alludit Nyssenus, vel ex eo quod σκοτουμένη *obtenebratam*, vel tenebris obductam sonet, ut Job xxx, 30, τὸ δέρμα μου ἐσκότωσε μεγάλως, *pellis mea magnopere obscurata est.*

Col. 885 A. Ἐκ ποδῶν. ms. Mor. ἐκ παιδός, *a puero*, sed vitiosa lectio censenda præ altera Cant. quæ *e vestigio* significat. Vertimus etiam ἐστενοχώρει, *nimis angustum videretur*, non ut antea erat, *a multitudine coarctaretur.*

Τῇ στύψει. Deerat in Mor. τοῦ οἴνου, quam vocem Cant. suppeditavit, et convenisse huic loco tum interpretis, tum Nicandri testimonium olim monuimus, qui amaris et acribus medicamentis vim στυπτικὴν tribuit; qua de causa vinum adhibetur vulneribus. Ambrosius in x Lucæ : *Fovet oleo, remissione peccati, sicut vino compungit denuntiatione judicii.* Gregorius lib. x *Moral.*, c. 8 : *Hinc est quod a Samaritano vinum adhibetur et oleum, ut per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur.*

Col. 887 A. *Arcana regni.* Secuti sumus lectionem Morel. codicis, τῆς βασιλείας ἡ παράστασις · at interpres ediderat, *in arcanis regni habitatio*, cui favet Canteri apographum τῆς βασιλ. ἡ οἴκησις· παράστασιν hoc loco accipio ut I Machab. xv, 32 : Καὶ εἶδε τὴν δόξαν Σίμωνος καὶ κυλικεῖον μετὰ χρυσωμάτων καὶ ἀργυρωμάτων καὶ παράστασιν ἱκανήν· *Et vidit gloriam Simonis, et abacum cum vasis aureis et argenteis, et apparatum copiosum.* Nisi quis malit non apparatum, sed apparitionem intelligi et δορυφορίαν, quoniam dixerat hic Gregorius δορυφόρων πληθύς, *armigerorum custodia*, vel potius *apparitorum, aut satellitum turba;* nam et παραστάτης eum, qui lateri astat alicujus, et lateris stipatorem sonat.

Ibid. C. *Fenum habet.* Addidimus vocem feni plane necessariam : cum autem dicitur ὀσμῆς ἐργαστήριον caro, tum ὀσμὴ valet idem quod alibi cum dicitur, ὀσμὴν ἔχει, *graviter olet, fœtet*, et Joan. ii, 36, ἤδη ὄζει, *jam fœtet.* Paulo post rectius φορολόγον legimus in Cant. quam ut in Mor. φθοροποιόν, *corruptionis* vel *excrementorum opificem*, sequitur enim ἀνάγκην τῆς ἀπαιτήσεως. Ita Basilius ho. I De jejunio : Πάντως ποτὲ καὶ οἱ φορολόγοι τοῖς ὑποχειρίοις ἐλευθεριάσαι μικρὸν ἐπιτρέπουσι· *Prorsus etiam tributorum exactores sibi obnoxiis paulisper concedunt libertatem.*

Recte Salomon. Locus est Proverb. xxiii, 27, πίθος γὰρ τετρημμένος ἐστὶν ἀλλότριος οἶκος, καὶ φρέαρ στενὸν ἀλλότριον · in Vaticana legitur ut hic τετρημένος, perforatus, *Dolium fractum est aliena domus, et puteus angustus alienus.* Basilius quoque oratione I De jejunio sic alloquitur gulæ deditum hominem, Ἄπιστόν ἐστι τὸ ταμιεῖον, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖς· *Ista infida penus cella est : in pertusum dolium infundis :* male quippe Erasmus ἀντλεῖς verterat, *hauris.* Antholog. Epigramm. lib. i, Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος· *Vir malus est dolium pertusum.* Cæterum advertat lector Salomonem non dicere vitam nostram esse dolium pertusum, vel, ut est in vulgata Latina, meretricem esse foveam profundam, et alienam esse puteum angustum, unde Salonius Viennensis alienam meretricem dici docet, quod uxor non sit legitima. Addidimus membrum illud ex utroque ms., *neque novimus quando migrare jubeamur.*

Col. 890 B. *Adulatio.* Mor. ms. κακία χώραν, *improbitas locum habet;* denique sub finem homiliæ clausula in Mor. erat paulo longior, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν· *cui gloria et imperium et adoratio una cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.*

IN ORAT. IN DIEM NATALEM.

Col. 1127 B. *Veri tabernaculi.* Augustana editio, ann. 1587, et duo mss. Canteri et Morelli, τὸ τῆς ἀληθινῆς σκηνοπηγίας μυστήριον, non ut videtur legisse interpres, τὸ τῆς ἀληθινῆς σκηνῆς, *veri tabernaculi mysterium*, sequitur enim, ἐν ταύτῃ γὰρ σκηνοπηγεῖται τὸ ἀνθρώπινον σκήνωμα.

Col. 1130 A. *Per condensationem.* Πυκασμὸς σκηνοπηγίας τῆς κάτω κτίσεως proprie sonat *condensationem exstructionis tabernaculi, creaturæ inferioris*, non ut verterat Zinus, *frequentiam tabernaculi inferioris.* Psal. cxvii, 27, legimus apud LXX, Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου· *Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornua altaris.* Cum igitur antea verterit interpres Nysseni illud ἐν τοῖς πυκάζουσιν, *in condensis*, et postea τὸ πυκάζεσθαι ἴσον ἐστὶ τῷ κοσμεῖσθαι ἢ περιβάλλεσθαι · *condensari, et ornari, et indui idem est :* πυκασμὸν hic *condensationem* interpretari debuisse videtur : licet τὸ πυκάζειν valeat idem quod stipare, et apud Augustinum et vetus Psalterium vertatur, *Constituere diem festum in confrequentationibus*, quod lectum fuisset πυκάσμασιν · nam alioqui πυκάζειν est Nysseno *ornare, amicire*, ut annotat scholiastes in edit. Biblioth. Vaticanæ, πυκάζουσιν, σκιάζουσιν, καλύπτουσιν, κοσμοῦσιν, *obumbrantibus, tegentibus, ornantibus*, et cum Hesychio Suidas, πυκάζουσι, στεφανοῦσι, πυκάζεται, κοσμεῖται, σκεπάζεται.

Col. 1131 B. *Ut reparator.* Consentiunt August. et Canter. ut legant, οὐ μὴν οὐδὲ τότε τῷ διορθωτῇ, etc., ut excudimus; at ms. Mor. εὔκαιρον ἐπὶ δὲ Αἰγυπτίων λέγω κακῶν καταμ. Interpres ediderat *fuit, ut hinc vita se Deus commisceret. Oportebat ut Israelitarum*, etc.

Col. 1134 B. *Confregit.* Zinus scripserat, *continuit. Quod autem hujus feræ in humana vita relictum fuit, quodque quoad homines vitiorum motionibus.* In duobus mss. et in excuso legebatur ut edidimus. Nam hic frustra fuit interpres cum locum Genes. iii, 16, annotavit cum Augustano typographo : certe illic tantum scriptum est αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, quod in Complutens. et Plantiniana edit. Latine redditur : *Ipse tuum conteret caput*, et in Vaticana, αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν· *Ipse servabit caput tuum :* sed probabilius est allusisse Nyssenum ad illud Davidis prophetæ Psal. lxxiii, 14 : Σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, *Tu confregisti caput draconis.*

Col. 1135 B. *Transiens.* Non ut antea Zinus, *Ascendam*, inquit, *et videbo visionem.* Augustana et duo mss., Διαβὰς γάρ, φησίν, ὄψομαι τὸ μέγα, et κίνησιν διὰ τῆς βάσεως August.; at Cant. et Mor. διὰ τῆς διαβάσεως. Non dixit igitur ἀναβάς, sed διαβάς. Septuaginta vero Exodi iii, 3, Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα, τὸ μέγα τοῦτο · quod Cyprianus interpretatur ii Testimon., 19, *Transiens videbo hoc grande visum.* Ambrosius in Psal. cxviii, octon. 15 : *Transiens videbo hoc visum magnum.* Idemque Hieronymus in Psal. xl. Vulgata ex Hebræo : *Vadam, et videbo visionem hanc magnam.*

Ibid. Quod Deum. Interpres videtur legisse τὸ Θεοδόχον σῶμα, *corpus quod Deum suscepit;* cui

lectioni favet quod sequitur, διὰ τὴν τῆς ἁμαρτίας παραδοχήν, *propter peccati susceptiorem* : itemque illud antea notatum in *Catecheticum librum* (hujusce Patrologiæ t. XLV, init.), Ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἡ Θεοδόχος σάρξ ἦν, et Dionysius lib. I *De divinis nominibus*, cap. 3, Ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ, καὶ Θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν. *Ad spectandum corpus illud, quod vitæ principium et ipsum Deum aliquando continuerat, conveneramus.* Nonnus etiam Θεουδόχον appellat, quam Hesychius Θεοδέγμονα, τὴν τὸν Θεὸν δεδεγμένην, *eam quæ Deum susceperat.* Augustana tamen editio et duo mss. constanter legunt τὸ Θεοτόκον σῶμα : unde dicitur Virgo *Dei genitrix*, Θεοτόκος, in concilio Ephesino, pag. 504. edit. Romanæ. Anathematismo Cyrilli I : Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον· *Si quis non confitetur Emmanuelem vere Deum esse, et ob id sanctam Virginem Deiparam.*

Col. 1138 D. *Audivi ergo.* Sic ad verbum e Græco textu, quem cum excuso tuentur duo calamo exarati codices ; Zinus scripserat, *ut ex historia quadam incerti auctoris accepi.* Hac voce *apocryphus* B. Hieronymus est usus multis in locis, ut epist. 7 : *Caveat omnia apocrypha, et si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reverentiam legere voluerit, sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur.* Alii *arcanam et occultam historiam* vertunt. Eamdem tamen historiam de sterilibus Deiparæ Virginis parentibus, et de oblatione ejus in templo referunt Epiphanius hæresi 79, et alter Epiphanius, nisi idem forte sit, in orat. De laudib. B. Virginis, t. VII *Biblioth. SS. Patrum*, Nicephorus ex Evodio lib, II, cap. 3, Histor. et Damascenus lib. IV *De fide orthod.* cap. 15. Alteram etiam de loco ejus in templo virginibus assignato, et de Zachariæ nece, quam ex apocryphorum somniis approbari ait Hieronymus, in XXIII Matthæi, tradunt et explicant Origenes in Matthæum, tract. 20, Basilius homil. De humana Christi generat., Petrus Alexand. can. 3, et Cyrill. item Alexand. Adversus Anthropomorphitas.

Ibid. Ad Sanctum sanctorum. Restituimus hunc locum antea truncatum apud interpretem, qui hoc tantum habuit, *ad Sanctum sanctorum accedit, et supplex Deum orat.* Exscripsit eum, et in Historiam suam transtulit Nicephorus Callist. lib. I, cap. 7 : *Ipsa quoque fit supplex Deo, et in templo sedulo versatur, ne scilicet a benedictionibus legis excideret crans.* Paulo post, illud δυναμωθεῖσα δὲ νεύματι θείῳ πρὸς τὴν χαρὰν ἣν ᾔτησεν, idem interpres Nicephori melius expressit : *Sed enim divino nutu ad eam, quam petierat, gratiam Anna confirmata, atque roborata, postquam puella ex maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominavit.* Ac legimus quidem I Reg. I de Anna Elcanæ uxore, cum sederet Heli sacerdos ante postes domus Domini, orasse illam, sed non ingressam in Sanctum sanctorum : neque convenit istud cum eo quod ait Epiphanius in homilia jam citata De laudibus B. Virginis Joachim precatum fuisse in monte, Annam uxorem ejus in horto suo, cum filiam a Deo impetrarunt. Qui potuit autem mulieri permitti ingressus in Sancta sanctorum, cum ægre admodum adduci possimus, ut historiam illam de B. Jacobo admittamus quam e Græco Eusebii Rufinus expressit lib. II, cap. 23 : *Huic soli licebat introire in Sancta sanctorum : neque enim laneo utebatur indumento, sed tantum sindone. Solus ingrediebatur in templum.* Atqui Græce tantum legitur, τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι, *in sancta*, non *in sancta sanctorum*, ut et Rufinus et Christophorsonus verterunt. Quod sane mirum non animadvertisse Jos. Scaligerum, cum tam severe in Eusebium, et in ejus interpretes animadverterit. Soli enim summo sacerdoti semel in anno licebat ingredi in Sancta sanctorum, sive in secundum tabernaculum, Levit. XVI, 2, et Hebr. IX, 7 ; at in primum semper ingrediebantur sacerdotes sacrificiorum officia consummantes : et hoc potuit peculiari quodam jure Jacobo permitti, licet ex Levitico genere, vel ex Aaronis familia non esset : quamobrem ait Eusebius illum solitum intrare εἰς ναόν, in templum. Nam quod alibi et apud Hieronymum in libro *De script.* eccles. et apud Epiphanium hæresi 29 legitur illum in ipsum sanctuarium intromissum, non minus incredibile videtur, quam si eum summum sacerdotem fuisse dicamus, ut ex verbis Epiphanii colligi posset, cum ipsum sacerdotio functum asserat, et idcirco semel in anno in Sancta sanctorum ingressum. Cæterum quod hic ait de nominis Mariæ etymologia, τὸ Θεόσδοτον τῆς χάριτος illud significasse, non convenit cum iis quæ Hieronymus tradit lib. *De nominib. Hebraic.* : *Mariam plerique æstimant interpretari*, illuminant me isti, *vel* illuminatrix, *vel* smyrna maris, *sed mihi nequaquam videtur. Melius autem est, ut dicamus sonare eam* stellam maris, *sive* amarum mare : *sciendumque quod Maria sermone Syro* domina *nuncupatur.* Recentiores ex Syro et Hebræo compositum nomen volunt sonare *Dominam maris.*

Col. 1139 B. *Tribu et familia.* Non ut antea, *tribu et patria*, φυλῆς καὶ πατριᾶς. Hieronymus correctionem firmat lib. Adv. Helvidium : *Porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de una familia, id est* πατριά, *quod Latini paternitate interpretantur, cum ex una radice multa generis turba diffunditur.*

Col. 1142 A. *O beatum.* Ms. Mor., Ὦ μακαρίας σαρκὸς ἐκείνης, ἡ δι' ὑπερβολὴν καθαρότητος τὰ τῆς ψυχῆς· *O beatam carnem, illam quæ puritatis præstantia* : recepta lectio est August. et Cant. Nam et quæ sequuntur ei favent, in quibus de anima pura fit mentio, ut puritatem in utero vel carne intelligas notatam esse. Addidimus interpretationi vocem *puritatis.*

Col. 1146 D. *Qui hostis.* Legebatur antea, *qui victus est in gratiam.* Augustana editio, pag. 127, in textu habuit, τὸ ἐκπεπολεμημένον καταλλάσσεται· in margine autem τὸ ἐκπεπολεμωμένον εἰς καταλλαγὰς ἄγεται, *qui hostis factus est in grat. accip.*, vel *qui hostis redditus fuerat.* Eamque lectionem ms. Cant. tuetur. Porro id discriminis est inter πολεμοῦσθαι, et πολεμεῖσθαι, ut docet Budæus, pag. 171 Comment., quia πεπολέμωται ὁ εἰς ἔχθραν προαχθεὶς, καὶ πολέμιός τινι γενόμενος, *qui hostili animo esse cœpit* : at vero πεπολεμημένος καὶ ὁ πολέμῳ βιασθεὶς καὶ βλαβεὶς, *qui bello vim passus est, et injuria affectus.* Locum autem ex Salomone citatum paulo ante non possum alio referre, quam ad illud Ecclesiastici II, 26 : Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῶν ἀμνηστία κακῶν· *In die bonorum oblivio malorum.* Hieronymus in XLV Isaiæ vertit, *In die bona oblivio malorum*, quæ vulgatam lectionem Græcam fulciunt adversus eorum sententiam qui deesse putant hoc loco μὴ ἔστω, *ne sit oblivio malorum.*

Col. 1147 A. *Hæc ut justitiæ.* Zinus ediderat, *hæc ut testamenti*, quasi legisset διαθήκης, non ut est in August. et Canter., τῆς δικαιοσύνης, ut antea dixerat apertam fuisse portam justitiæ, quæ peccato solet opponi, non testamentum. Sic col. ead. Discripsimus *a calamitate liberareris*, non ut Zinus, *a servitute liberareris*, quod τῆς συμφορᾶς legatur, non δουλείας, et mox addidimus vocem *benefactori*, τῷ εὐεργέτῃ, quam et excusus et duo mss. suggerebant. Postremo col. seq., A et B, *non detentus est*, et *a corruptione teneretur*, scribere maluimus, quam *victus est*, aut *vinceretur*, quod has locutiones ab apostolo Petro mutuatus sit Act. II, 24, Οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ· *Impossibile erat teneri eum ab illo.*

IN EPISTOLAM DE EUNTIBUS HIEROSOLYMAM (1)

NOTÆ GRETSERI SOCIETATIS JESU

Super notas Petri Molinei, ministri Calviniani.

PRÆFATIO.

Edidit non ita pridem Græco-Latine Petrus Molineus Calvinianus minister, sub nomine Gregorii Nysseni episcopi, epistolam Περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα, *De euntibus Hierosolymam*, cum nova versione, additis notis, et gemino tractatu, altero, *de Peregrinationibus*, altero, *de Altaribus*: quasi epistola illa non jam pridem Græce et Latine vulgata fuerit, et quidem Parisiis anno 1551, apud Morellium, si non mentitur Illyricus, qui summam ejus transtulit in Catalogum testium veritatis, et integram in quartam Centuriam, forsitan priusquam Calvinianus iste Eurybates nasceretur: certe multis annis antequam cum barbara sua interpretatione in publicum prodiret. Neque aliam hujus epistolæ denuo foras extrudendæ, scholiisque ineptis ac perversis contaminandæ causam habuit, quam odium in sacras peregrinationes, præsertim Hierosolymitanam, quam cum epistola hac dissuadere et improbare videatur, cupide a sectariis arripitur, et plenis buccis dilaudatur, ita ut Josephus Burdo, Molinei in cœna Calviniana commensalis, vocet alicubi *Aureolum libellum*. Et forsan hoc ob elogium inductus est Molineus, ut hanc suam operam epistolam huic navatam inscriberet Burdoni; a quo mirificam gratiam iniisset, si eum his Catullianis affatus fuisset :

Cui dono aureolum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
O Burdo, tibi; namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.

Quem ridicule hortatur, *ut reliquum vitæ theologicis argumentis tractandis impendat.* Quod votum interpretabitur Burdo, si sapit, non amici, sed inimici. Si quis enim malum maximum Burdoni optat, is optet ut temerariam suam falcem in theologicam messem mittat. Bone Deus, quos ludos dabit theologis? Quæ ludibria ob inscitiam debebit? Cum enim in critico et chronologico, et mathematico campo tam audax et præceps fuerit, ut passim et a criticis, et a chronologis, et a mathematicis vapulet; quid futurum censebimus, si illotis illis suis manibus cœlestia mysteria contrectare tentet?

Adeo autem hæc epistola Calviniano palato arridet, ut eam in Gallicum quoque sermonem convertere voluerit nescio quis Robertus Stephanus ex celebris illius Roberti Stephani forsan nepotibus, quem Molineus (quid si *mulus mulum?*) vocat *virum ingenio terso, et veritatis amantem.* Magis placuisset encomium, si nominasset virum *ingenio ab omni veritate absterso.* Gallicam Stephani versionem appellat *commodam sane ac elegantem, et quæ Jesuitas pupugerit.* Quid si et hic, *manus manum?* Quid antidoti exspectat Molineus, nisi ut Stephanus vicissim versionem Latinam nominet *commodam sane ac elegantem*, una cum notationibus *commodis sane ac elegantibus. Discedo Alcæus puncto illius: ille meo? Quis, nisi Callimachus?*

Et quinam illi Jesuitæ, quos Stephani versio tantopere pupugit? Ex multis nominat unum Ludovicum Richeomum. *Is Stephano, mirum quantum insultat*, inquit Molineus, *librumque conatur insimulatione falsi elidere, nosque exceptione rei pridem judicatæ submovere.* Nec Stephani versionem, neque Richeomi refutationem vidi. Non ambigo tamen Stephanum sui traducendi et irridendi uberem suppeditasse materiam pro ea, qua sunt plerique omnes Calvini discipuli benignitate; neque enim invident nobis honestam illam voluptatem, quam ex eorum ineptiis percipimus. Nec ulla me tenet dubitatio, Stephanum a Richeomo probe esse depexum, ut forsan tam cito in arenam non sit rediturus, memor ictuum in priore congressu acceptorum.

Nam quod Molineus ait, *Richeomum omnia arma suo ex Bellarmino sumpsisse*, id ut verum esset, quid causæ quam Richeomus agebat officeret? Unde tu, quæ in tuis Notationibus garris, mutuatus es, non enim dicam, *sublegisti*, nisi ex Illyrico, Centuriatoribus, Hospiniano, Danæo et aliis novatoribus qui ante te hanc epistolam sub nomine Gregorii Nysseni venditarunt, et ea tanquam validissimo telo, peregrinationes oppugnarunt, insulse prorsus, ut postea liquebit.

Causa porro, quæ me impulit, ut Calviniani hujus nugas breviter examinandas et discutiendas susciperem, hæc est, quia argumentum de sacris peregrinationibus aliquo modo propius me tangit, quam alios nonnullos, cum quatuor libros de peregrinationibus duobus abhinc annis in lucem dederim, deque hac ipsa epistola libro primo, cap. 10, copiosissime disputaverim, et fere omnia, quæ nunc novus iste versor occinit, refutaverim.

Accedit, quod minister iste evangelii Lemanici et Calvinianæ cœnæ coctor, illustrissimo cardinali Bellarmino aliquoties dentes suos infigit : cum ergo Bellarmini defensionem profitear, cumque in opere De peregrinationibus a calumniis Danæi et Hospiniani asseruerim, non est hoc loco deserendus, cum ab isto nudius tertius exorto Calvinicola oppugnatur, de quo jure dicat Bellarminus, quod Achilles de Agamemnone :

. . . .οὐδ' ἂν ἔμοιγε
Τετλαίη, κύνεόσπερ ἐών, εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

Neque mihi, licet admodum sit impudens, in faciem respicere ausit.

Volui autem hac occasione etiam percurrere notas alterius Calvinistæ, sed hoc longe doctioris, in epistolam ejusdem, ut aiunt, Nysseni, ad Eustathiam, Ambrosiam et Basilissam, in qua itidem de peregrinatione Hierosolymitana disserit Nyssenus, si est Nyssenus; nam nuper prodiit, neque antea quisquam unquam de hoc Nysseni monumento vel fando, vel vigilando, vel somniando accepit. Et scholiastes multa annotat, quæ nota egeant, etiam atra, ut videbimus. Nunc, quod bene vertat, rem ipsam aggrediamur.

CAPUT PRIMUM.

Examen notarum Molinei
In epistolam de peregrinatione Hierosolymitana.

Calvinista sic exorditur: *Bellarminus, et qui pennas ei intervulsit, Richeomus, hanc epistolam insimulant falsi, ut ψευδεπίγραφον, et negant esse Gregorii.* Μὴ ψεῦδεο, ait ille apud Homerum. *Ne mentiaris, cum possis verum dicere.* Nam Bellarminus non negat absolute esse Nysseni; sed ait, *Forte non esse Nysseni.* Nec ait, *non exstare Græce*, sed *forte non exstare Græce*, quia nullum Græcum

(1) Quæ inter Gregorii Epistolas invenitur ordine secunda, tomi hujusce col. 1010.

exemplar viderat. Cur tu præteris illud *forte* quod assertionem restringit ac limitat? Forte ideo hanc voculam prætermisti, ut in ipso statim notarum vestibulo mentiendi materies tibi suppeteret. Primo huic tuo mendacio, ne solitarium sit, mox adjungis socium: nempe *Bellarminum et Richeomum hoc negare nullo alio argumento, quam quia sic censent.* An nullum argumentum est, *quod non sit in Nysseni operibus, quod ignotus interpres, et quod forte etiam non inveniatur Græce?* An non hæc tria argumenta attulit et attigit Bellarminus? Si falsa censebas, cur non refutasti? Si Nysseni est, cur non est recepta inter ejus opera, toties Parisiis et alibi excusa? Ante aliquot annos prodierunt ex variis Bibliothecis varia opuscula Nysseni; ea statim repererunt stationem in volumine operum Nysseni, non ita pridem Parisiis publicata. Qui fit, quod ab anno Domini 1551, quo hæc epistola Parisiis typis est impressa, nullo loco inter opera Nysseni donata fuerit?

Si dicas, *Editiones illas fuisse Pontificias et Pontificiorum, qui epistolam hanc exterminatam cupiant*, respondeo: Si hæc est legitima causa, propter quam non compareat in editionibus Catholicorum urbium, cur exsulat ab editione Basileensi anni 1562, undecim annis ab editione Morelliana publicata? Nam exsulare, fidem mihi facit Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ, quæ Catalogum texit omnium illius editionis operum et opusculorum, nec tamen inter illa hæc epistola usquam visitur. Quæ causa, cur neque hæretici typographi et bibliopolæ huic epistolæ locum inter opera Nysseni tribuerint; nam editam fuisse, ignorare non potuerunt, cum eodem anno 1562 excusa fuerit Basileæ in quarta Magdeburgensium Centuria.

Deinde non omnes Pontificii eam Nysseno abjudicant. Nam Morellium primum editorem fuisse Pontificium, nullus dubito. Sed et Aloysius Lippomanus Pontificius fuit, et tamen hanc epistolam tomo secundo *De Vitis sanctorum*, sub nomine Nysseni, intexuit, si tu vera scribis. Fuit etiam illustrissimus *Annalium* scriptor Baronius, Pontificius, et quidem quam maxime; tamen non diffitetur Annali quarto, hanc epistolam ex Nysseni officina fuisse profectam. Qui fit, quod non obstantibus horum judiciis, hactenus epistola hæc locum inter cæteras Nysseni lucubrationes non invenit? An non hoc argumento est plurimum super hac epistola sensum vero propiorem esse; et hinc accidisse, ut ad hunc usque diem a reliquis operibus sejuncta fuerit; quamvis pauci ex orthodoxorum numero, omnes vero ex sectariorum grege odio peregrinationum, eam Nysseno adjudicent.

Quod ad interpretem attinet, neque primus editor Morellius, neque Illyricus in Catalogo et in quarta Centuria, indicare potuit quodnam interpretis illius nomen esset, neque tu potes. Dices: *Non esse admodum firmum argumentum, sumptum ex eo quod interpres sit ignotus. Multarum enim homiliarum S. Chrysostomi interpretes esse incertos, nec tamen ab interpretum incertitudinem dubitari de certitudine et germanitate homiliarum.* Respondeo, ut hoc ita sit: attamen aliquid saltem argumenti ab interprete ignoto ducitur: præsertim cum fere de omnibus aliis Nysseni operibus liqueat, a quibus Latinitate donata fuerint. Et si quæ nova non ita pridem exierunt, quibus nullum interpretis nomen ascriptum, ut est libellus *de Fato*, oratio *contra Fœneratores*, mihi tamen exploratum est, quis utrumque opusculum Latine verterit. Nam tu nosti, quis sit auctor versionis Latinæ, quæ in quarta centuria Magdeburgica exsistit?

Tertium Bellarmini argumentum, quod hæc epistola forte etiam Græce non invenitur. Non affirmat simpliciter, non inveniri, sed ait: *forte*, quia Bellarminus editionem Morellianam non viderat: nec injuria suspicari quis posset, ipsam quoque Græcam compositionem esse a recentiore fabro, cum vix in Bibliothecis reperiatur. In Augustana certe et Bavarica, quæ pleraque Nysseni opera continent, non comparet: ut nec in aliarum Bibliothecarum indicibus, quos ad calcem sui Apparatus adjecit P. Possevinus: nam quod Calvinianus iste ait, eam reperiri Parisiis in Regia bibliotheca, nec *ad finem, sed medio corpori insertam*, id non ideo evincit eam esse Gregorii Nysseni: nam et in codice quodam Bavarico, in quo complura Nysseni insunt, exstat oratio seu homilia de Melchisedech, quam qui Nysseni esse pertendat, is dignus est qui hircos mulgeat, Molineo cribrum supponente. Nec indicat Molineus, utrum Regius ille codex tantummodo Nysseni orationes contineat; an hanc solam sub Nysseni nomine, an plures alias. Nec ipse vidit, sed ex alterius relatione id refert. Quis non miretur Molinei ignaviam, qui novam hujus epistolæ translationem, in eam scholia meditans, non adierit bibliothecam Regiam, cum Parisiis degat, facillimo aditu, beneficio Casauboni bibliothecarii, quem hic magnifice deprædicat; forsan et ob hanc causam, quod sit de grege Molinei. *At epistola hæc in medio Codice.* Quid tum? An medio Codici nihil spurium inseri potest?

Urget Molineus etiam *stylum cum Gregorii stylo examussim concinentem.* Qua de causa? Quia videtur dissuadere peregrinationem Hierosolymitanam, et alia nonnulla; hæc nimirum tanti concentus, et tantæ convenientiæ ratio est ac origo. Si epistola hæc peregrinationes tam aperte comprobaret, ut nulla tergiversandi et eludendi occasio sectariis relinqueretur, jam stylus esset hoc ipso dissimillimus Gregoriano; neque quidquam Gregorii oleret. Nunc totus est Gregorianus, quia videtur aliquid dicere, quod isti a Gregorio dictum scriptumque percupiunt. Aptus certe minister iste Calvinianus censor est styli Gregoriani: qui præter hanc epistolam Gregorio ascriptam, non multa Gregorii Græce legisse videtur, cum pauca Græce exstent, ipse autem manuscriptorum codicum tam diligens sit investigator, ut ne Regium quidem codicem pro hac sua epistola inspexerit, quo exploraret, num veteris an novæ manus scriptura esset; et num res se ita haberet, ut ex Bibliothecario intellexerat.

Urget insuper *doctrinæ similitudinem.* Ubi vero unquam suis in operibus prohibuit Nyssenus peregrinationes, ut tam audacter asserere possis in hac epistola, vestro sensu et intellectu accepta, inesse tantam doctrinæ similitudinem cum reliquis ejusdem Nysseni operibus? Tantum abest, ut in aliis suis monumentis doceat, illicitum esse Hierosolymam peregrinari, ut ne in ista quidem epistola hoc simpliciter affirmet, ut copiose ostensum in opere De peregrinationibus.

At Gregorius meminit etiam in epistola ad Olympium profectionis suæ in Arabiam, cujus et ista epistola mentionem facit. Quasi vero architectus hujus epistolæ non potuerit alienis plumis sese ornare, et quod de se scripserat Nyssenus, sibi tribuere. Num solus Nyssenus in Arabiam profectus est? Evangelium Nicodemi non tantum meminit, sed et describit passionem Christi. Num ideo non est pseudepigraphum? Neque Bellarminus vel alii objiciunt hanc epistolam non reperiri in vulgatis codicibus: sed aiunt, non exstare inter opera Nysseni unum in volumen congesta: nam si Nysseni est, cur non cum cæteris copulatur, post tot annos, post opera Nysseni toties simul excusa et recusa? Illud item mirum: non reperiri in manuscriptis codicibus Græcis illustrissimarum et instructissimarum Bibliothecarum: cum alia ejus opera non sint usque adeo in Bibliothecis infrequentia.

Sed ais: *Ante typos inventos facile fuisse monachis manuscriptorum custodibus, quæ libuit eradere.* Confers igitur hujus raritatis culpam in monachos, qui expunxerint. Parum considerate. Nam in codi-

cibus antiquis, qui supersunt, nulla apparent hujus erasionis seu expunctionis vestigia. Deinde perpetuo criminamini monachos ante Lutherum et Calvinum fuisse tam indoctos, ut ne Latinam quidem linguam intellexerint: tantum abest, ut Græcam. Hinc ad monachos potissimum refertis illud: *Græcum est, non legitur.* Si monachi Græca legere nequibant, quomodo hanc epistolam Græcam ex codicibus calamo exaratis eradere potuerunt, ut tu ais: neque enim præ ruditate, si non mentimini, scire valebant quodnam argumentum tractaret.

CAP. II.

Defenditur secunda Bellarmini et aliorum Catholicorum responsio.

At sit hæc epistola Nysseni. Quid inde? Non simpliciter damnat peregrinationes a quolibet susceptas, sed ab anachoretis tantum, et solitariam vitam agentibus viris vel mulieribus, quorum professio est abdi, occuli, frequentiam et concursum hominum declinare. Ad quæ Molineus: *Nobis facile est has nebulas difflare.* Tam facile scilicet, quam facile vulpes pyrum comest. Videamus quam facili flatu Calvinianus iste Æolus hoc responsum concutiat. *Adversus hoc*, inquit, *tota epistola tam clara est, ut solis radio scripta videatur*, præsertim si quis adhibeat Calviniana *ocularia*; alioqui vix est, ut speret se hanc tantam lucem intuiturum.

Ait Molineus: *Quæcunque enim argumenta affert adversus peregrinationes, nemo nisi plane vecors negabit ad populum etiam pertinere.* Itaque hoc flatu seu difflatu difflat Molineus Catholicorum responsionem. *Quisquis vetat suscipi peregrinationes ad Christi sepulchrum, seu cunabula, sine sacræ Scripturæ præcepto, is certe asserit non esse populi eo peregrinari, nisi populum id facere jubeat sacra Scriptura. At id diserte affirmat Gregorius, imo et contendit nihil tale præcipi in sacra Scriptura: asserit igitur non debere populum eo peregrinari, nisi forte putant adversarii Gregorium existimavisse populo licere facere aliquid ad Dei cultum sine sacræ Scripturæ mandato, ascetis vero et anachoretis id non licere.*

At syllogismus iste totus est informis et fanaticus, ne dicam phantasticus: et plane ex more et ore Prædicantium effictus, qui suis in syllogismis vera falsis miscent, ut nisi quis diligenter animum advertat, fraudem vix deprehendere queat. Itaque majore et minore concessa, negatur consequentia, quia forma non constat: nam in minore subsumendum erat: *sed Gregorius vetat suscipi peregrinationes ad Christi sepulchrum, seu cunabula, sine sacræ Scripturæ præcepto*, hoc est, *eo quod in sacra Scriptura hoc non sit præceptum: ergo Gregorius asserit non esse populi eo peregrinari.* At minor hoc modo formata, prout ex lege ratiocinandi formari debet, ab omni prorsus veritate abhorret: nam ut maxime Gregorius dicat, peregrinationem Hierosolymitanam non esse in Scripturis præceptam, non tamen dicit ideo esse illicitam: neque enim, ut in primo libro De sacris Peregrinationibus aiebam, ea laborabat stultitia, qua Novatores nostri, ut crederet omne illud esse illicitum, quod sacris Litteris non præciperetur.

Itaque si quis hunc in modum argumentationem instituat: *Omne illud, quod in Scriptura non præcipitur, est illicitum: peregrinatio Hierosolymitana in Scriptura non præcipitur; ergo est illicita:* negatur major. Si hunc in modum: *Gregorius Nyssenus dicit peregrinationem Hierosolymitanam in Scripturis non præcipi, ergo vetuit illam non modo monachis, sed et cujuscunque alterius conditionis hominibus:* negatur consequentia. Nam et ego fateor hanc peregrinationem in Scripturis non præcipi, definite scilicet ac determinate; neque tamen ideo affirmo eam a nullo hominum genere licite suscipi. Et si Nyssenus peregrinationem Hierosolymitanam pro illicita duxit, quod in Scriptura non præciperetur, qua conscientia ipsemet hanc peregrinationem obiit? Nec alio fine dixit Nyssenus, peregrinationem Hierosolymitanam in Scripturis non præcipi, quam ut monachis et monialibus nimium Hierosolymam abeundi desiderium eximeret, existimantibus se ad Christianam perfectionem non perventuros, nisi Hierosolymam vidissent. Horum cupiditatem ut minueret, vel potius penitus exstingueret, præter cætera argumenta, hoc etiam adhibuit: peregrinationem Hierosolymitanam in sacris Litteris non præcipi, ac proinde nil causæ esse, cur sibi aliquid Christianæ perfectionis defuturum existiment, si Hierosolymam non adeant.

Si argumentum hac forma vestias: *Qui dicit peregrinationem Hierosolymitanam non præcipi in Scriptura, is simpliciter negat ab ullo hanc peregrinationem suscipi debere: sed Nyssenus dicit peregrinationem Hierosolymitanam non præcipi in Scriptura: ergo Nyssenus simpliciter negat hanc peregrinationem ab ullo suscipi debere.* Respondeo majorem esse Calvinianam, hoc est, omnis veri expertem. Sed ascribamus ipsa epistolæ verba: Ἐπεὶ τοίνυν εἰσί τινες τῶν τὸν μονήρη καὶ ἰδιάζοντα βίον ἐπανῃρημένων, οἷς ἐν μέρει εὐσεβείας νενόμισται τὸ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις τόποις ἰδεῖν, ἐν οἷς τὰ σύμβολα τῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας τοῦ Κυρίου ὁρᾶται, καλῶς ἂν ἔχοι πρὸς τὸν κανόνα βλέπειν. Καὶ εἰ ταῦτα βούλεται ἡ παρὰ τῶν ἐντολῶν χειραγωγία, ποιεῖν τὸ ἔργον, ὡς πρόσταγμα Κυρίου. Εἰ δὲ ἔξω ἐστὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Δεσπότου, οὐκ οἶδα τί ἐστι τὸ διατεταγμένον τι θέλειν ποιεῖν αὐτὸν ἑαυτοῦ τοῦ καλοῦ νόμον γινόμενον.

Quæ verba sic vertit interpres, Centuria quarta Magdeburgica: *Cum itaque sint, qui solitariam et vitam privatam sibi delegerint* (Molineus, *cum itaque aliqui eorum, qui solitariam et in seducto vitam elegerunt:* quid est, *vita in seducto?* Quam proclive utrique fuisset βίον μονήρη interpretari *vitam monasticam*, nisi isti vitam monasticam cane pejus et angue odissent) *quibus vice pietatis habetur Hierosolymitana loca vidisse, in quibus indicia Domini adventus per carnem conspiciuntur, præclare se res habet, si ad regulam ipsam respiciamus*, idque si velit præceptorum ductus (seu manuductio) *ut opus faciamus, quasi mandatum Dei, si præter* (Molineus, *si extra*) *Domini præcepta id appareat introductum, haud scio, quid sit, quod præcipiat velle quid aliquem facere, qui se sibi legem boni, fecerit ipsum.* Molineus: *haud scio, quid hoc sit rei aliquid non mandatum velle agere, atque ita ipsum sibi legem esse honesti.* Ubi Molineus audacter infercit negationem μὴ, τὸ μὴ διατεταγμένον, *quia hoc volunt*, ut ait, *antecedentia et consequentia.* Hic iterum cogor desiderare diligentiam Molinei. Cur non inspexit codicem Regium, num hanc negationem exhibeat? Cur non *litterarum lumen et eruditionis penum* Casaubonum rogitavit, ut inspiceret, si tantum otii a Calviniana cœna coquenda sibi non suppetebat, ut Regiam bibliothecam adiret? Nec verum est antecedentia et consequentia hanc negationem flagitare: nam et sine illa sensus constat: ut vidit et reddidit interpres apud Centuriatores.

Sed esto, addatur negatio. Quid obtinebit Calvinista? Jure non, nisi hoc: Non esse existimandum illud necessario fieri debere, tanquam ad Christianam perfectionem simpliciter necessarium, quod divinis Litteris non præcipiatur: nam monachi, quos a peregrinatione Hierosolymitana dehortatur, putabant se Christianam perfectionem consequi non posse, nisi *adorassent in locis, ubi steterant pedes Domini.* Hunc errorem, ut illis eripiat, ait: *se nescire quid hoc sit rei, aliquid non mandatum velle agere* (videlicet tanquam necessario agendum) *atque ita ipsum sibi legem esse honesti.*

Secundus Molinei flatus, quo Catholicorum re-

sponsionem diffiat. *Addit Gregorius, Christum, et cum invitat ad regnum cœlorum, Matth.* xxv, v. 34, *et cum, qui sint beati, prædicat, Matth.* v, v. 3, *peregrinantium non meminisse. Adeone quisquam oris est duri, ut dicat Christum istis locis, de solis eremitis aut ascetis loqui? an potius voluit Gregorius hæc Christi verba ad omnes pios pertinere?*

Ex hoc Molinei flatu arbitror has extundi posse consequentias. *Inter opera quæ percenset Christus invitans et introducens electos ad beatitudinem, non ponitur peregrinatio Hierosolymitana : ergo non licet Hierosolymam peregrinari.* Dicas tu. Inter opera illa non enumeratur ductio uxoris, neque cœna Calviniana : ergo non licebit uxorem ducere, vel cœnam Calvinianam sumere. Ut placet hæc consecutio Molineo? Quasi vero Christus eo loci omnia opera Christiano consentanea percensere voluerit, aut in extremo judicio enumeraturus sit.

Inter beatitudines non numeratur peregrinatio Hierosolymitana : ergo est illicita. Perinde ac si dicas : Inter beatitudines non numeratur scriptio librorum, ergo non licet scribere libros. Catalogo beatitudinum non ascribitur rei familiaris administratio : ergo non licet rem familiarem administrare.

Advertere porro lectorem volo, me non dicere has consequentiarum ineptias colligi ex Nysseno, seu auctore hujus epistolæ, sed ex discursibus et delirationibus Molinei et aliorum Prædicantium, quas imperite ex epistola hac vel potius ex sua phantasia eliciunt. Nam auctor epistolæ nil aliud voluit, quam non esse dolendum si quis Hierosolymam nec viderit, nec visurus sit, quandoquidem neque inter opera, quæ Christus in judicio extremo tanquam sibi præstita, percensebit, neque inter beatitudines peregrinatio Hierosolymitana ponitur : sed ex hoc non nisi ineptissime colliges, eam idcirco esse illicitam aut Deo ingratam ; alioqui plurima, omnium confessione licita, Deoque grata, efficerentur illicita et Deo ingrata.

Nec inficiamur hæc etiam ad sæculares, et alios, qui vitam monasticam et solitariam non sequuntur, accommodari posse (nam si sæcularem quempiam nimio mœrore confici viderem, quod Hierosolymam non adiisset, quasi absque hac peregrinatione perfectionis Christianæ particeps futurus non esset, non injuria hujus epistolæ verbis eum solarer, et ab hac persuasione liberare conarer), attamen Gregorius hæc verba nonnisi de monachis, vitamque religiosam professis protulit, ut evidenter patet cum ex ipso epistolæ argumento, tum ex illis : ἐπεὶ τοίνυν εἰσί τινες τῶν τὸν μονήρη καὶ ἰδιάζοντα ἐπανῃρημένων, etc. Paulo post illos, ad quos scribit, vocat τελείους, καὶ τὸν ἀκριβῆ βίον ἐνστησαμένους, κατὰ Θεὸν προῃρημένους ζῆν, eorum institutum nominat βίον κατὰ φιλοσοφίαν, cujus propria ἡ εὐσχημοσύνη, quæ vivendi ratio sita sit ἐν τῷ ἀμίκτῳ καὶ ἰδιάζοντι βίῳ τῆς ζωῆς, ὡς ἀνεπίμικτον καὶ ἀσύγχυτον εἶναι τὴν φύσιν, μήτε τῶν γυναικῶν ἐν ἀνδράσι, μήτε τῶν ἀνδρῶν ἐν γυναιξὶ πρὸς τὰ παρατετηρημένα τῆς εὐσχημοσύνης ὁρμώντων. Quæ omnia manifeste intelliguntur de monasticæ vitæ cultoribus et cultricibus ; neque enim in vita communi viri a mulieribus, vel vice versa, mulieres a viris segregantur, ut auctor epistolæ in hoc vivendi instituto contingere ait.

Prædicta verba sic reddidit interpres apud Centuriatores : *Sancta et gravis vitæ institutio eadem omnibus, et viris, et feminis proposita est. Peculiaris est vitæ philosophicæ honestas, et castitas : quæ, in vita sua non mista, ac seorsim acta consummatur, velut impermista est, et minime confusa natura ; neque feminis in consortium virorum, neque viris in mulierum, ad tuenda castitatis et honestatis officia contendentibus.*

Molineus magis adhuc omnia in versione sua turbat, ne auctor epistolæ videatur loqui de monachis, sed promiscue de omnibus Christianis ex Christianæ legis præscripto vitam instituentibus. Hinc extremam hujus periodi partem sic reddidit : *Cum nec mulieres inter viros, nec viri inter mulieres ad tuenda honestatis officia contendant.* Et tamen epistolæ sensus est iste : Vitam separatam et a consortio hominum sejunctam in eo consistere, ut neque viri cum mulieribus, neque hæ cum illis versentur, sed seorsim utrique degant, neque mulieres inter viros ad observationem honestatis, hoc est, ad vitæ monasticæ et solitariæ perfectionem, properent, tendant et enitantur, sed quilibet seorsim.

Subdit epistolæ auctor : Hoc in peregrinatione Hierosolymitana observari non posse, sed necessario viros cum feminis, et has cum illis, in itinere et hospitiis versari debere.

Quamvis autem tam vetus interpres Centuria quarta, quam Molineus, illud παρατετηρημένα interpretantur *officia*, hoc est, *observationes*, tamen cum παρατηρέω non tantum idem sit quod simpliciter *observare*, sed etiam *præter jus et fas observare*, seu *observationem debitam negligere* : omnino hæc notio huic loco aptior censenda est. Ait enim : *Neque viros inter mulieres, neque has inter viros ad violationem* τῆς εὐσχημοσύνης *ruere* : nam τὸ παρατετηρημένον τῆς εὐσχημοσύνης, est *violatio*, seu, ut sic dicam, *inobservatio* τῆς εὐσχημοσύνης, sicut τὸ παρατετηρημένον τῆς σωφροσύνης est *violatio et transgressio temperantiæ* : maxime autem παρατηρεῖται, *violatur*, ἡ εὐσχημοσύνη, *honestas* et *gravitas* quam βίος μονήρης καὶ ἰδιάζων, καὶ τέλειος, καὶ ἀκριβὴς efflagitat, si viri degant cum mulieribus, et hæ cum illis. Nec obstant huic significatui sequentia : ἀλλὰ ἡ τῆς ὁδοιπορίας ἀνάγκη ἀεὶ τὴν ἐν τούτοις ἀκρίβειαν καὶ πρὸς ἀδιαφορίαν τῶν παρατετηρημένων ἄγει. Nam ἀδιαφορία τῶν παρατετηρημένων appellatur hoc loco *neglectus violati officii*, quando aliquis τὴν παρατήρησιν *violationem* et *transgressionem* ejus, quod observandum erat, pro re indifferente ducit.

Hic iterum Molinei ὀλιγωρίαν jure accuses, qui non inspexerit codicem Regium (in quo hæc epistola reperiri dicitur), ut de lectione hujus periodi certius constitueret ; nam Molineo videtur aliquid deesse, vel particula καί superesse. Hinc vel hanc delendam, vel cum amico suo verbum ἀναιρεῖ post vocem ἀνάγκη interjiciendum censet, ut sensus sit, *Viæ necessitas semper tollit accuratam horum observationem*, etc. Codex manuscriptus fortassis vel hanc vel illam correctionem comprobasset. Interea dum solis conjecturis agitur, dico locum nulla emendatione egere. Nam hoc dicit : *Viæ necessitatem accuratam horum observationem etiam ad indifferentiam violati officii adducere :* hoc est, ut talem violationem pro re indifferente habeamus, si quidem illam, quam dixi, verbi παρατηρέω notionem hic amplecti velimus.

Si eam quæ Molineo et veteri interpreti arridet ; sequamur, nec sic quidem ulla correctione egebimus : nam sensus erit : *Necessitatem viæ accuratam horum observationem etiam ad indifferentiam eorum quæ præcepta sunt, adducere*, hoc est, ut mandata tradita pro re indifferente reputemus, quæ sine damno observentur, vel non observentur.

Vide autem Molinei seu inscitiam seu malitiam, seu utramque. Ait, *Nyssenum hæc scripsisse in gratiam quorumdam anachoretarum, quos tamen a peregrinando dehortetur rationibus petitis ex officio Christiani, non instituto monachi.* Dic, rogo, Calvinista, quando auctor hujus epistolæ inter cætera dicit, sectatori τῆς ὑψηλῆς πολιτείας καὶ βίου ἰδιάζοντος non esse suscipiendam hanc peregrinationem, quod viris necessario in via et hospitiis cum mulieribus, et his cum viris, sit versandum et agendum ; estne hæc ratio a vita communi, et ex communi officio Christiani desumpta ? Prohibetne communis vitæ ratio ne vir cum femina, aut fe-

mina cum viro habitet, versetur, agat, loquatur? Vetatne commune Christiani hominis officium hujusmodi conversationem et consortium? Fierine ullo modo potest ut qui in civili hominum societate degit, non degat inter feminas? Estne contra commune Christiani hominis officium, ut in Republica vel familia viri cum feminis, et vice versa degant, vel simul iter faciant, vel in eodem diversorio conveniant, vel eidem mensæ accumbant?

Nullo igitur modo subsistit quod Calvinista comminiscitur, Gregorium dehortari monachos a peregrinatione, rationibus petitis ex communi officio Christiani, *non ex instituto monachi;* quia instituti monastici est, viros absque consortio mulierum, et mulieres absque viri conversatione vitam agere, et seorsim extra turbam Deo servire. Item, cum dissuadet moniali ne hanc peregrinationem subeat, *quod necessario custode et famulo egeat, a quo in equum vel vehiculum sublevetur, vel inde deponatur; idque nec periculo, nec suspicione careat, sive talis sit peregrinus et mercede conductus, sive notus et familiaris*, num a communi Christiani hominis officio argumentum ducit? An commune Christiani hominis officium interdicit ne mulier in itinere famuli ministerio utatur, et ab eo in carrum vel equum sublevetur, vel deponatur? Si commune Christiani officium requirit ut viri seorsim degant a feminis, et vice versa, tum non tantum Hierosolymitana, et quæcunque pietatis causa suscepta peregrinatio illicita erit, sed et omnem aliam, quocunque fine institutam, nefas erit obire, et sic cessabunt omnes mercatorum et negotiatorum peregrinationes, quia fieri nequit ut, si peregrinentur viri, non cogantur versari cum feminis vel in itinere, vel in hospitiis; idemque respectu virorum contingit feminis, si quando vel rei familiaris ergo, vel alias ob causas, quæ in vita humana crebro incidunt, peregrinationem suscipere compellantur. At hæc conjunctio seu conversatio repugnat communi hominis Christiani officio, si vera canit Molineus qui imperitissime contendit auctorem hujus epistolæ initio statim per ὑψηλὴν πολιτείαν non intelligere *vitam monasticam seu asceticam*, sed generatim *vitam Christianam ex Dei præcepto actam.* Imperitissime, inquam, hoc contendit Calvinista. 1° Quia ipsemet fatetur hanc epistolam esse scriptam in gratiam quorumdam anachoretarum: ergo per τοὺς ἀνατεθεικότας ἑαυτοὺς τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ intelligit monachos et anachoretas; quia intelligit illos, propter quos hanc epistolam auctor scripsit; sed scripsit hanc epistolam propter quosdam monachos et anachoretas, teste ipso Calvinista: ergo anachoretas et monachos intelligit per ἀνατεθεικότας ἑαυτοὺς τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ, et per ὑψηλὴν πολιτείαν eorum professionem.

Secundo, quia quam initio vocat ὑψηλὴν πολιτείαν, eamdem nominat paulo post βίον μονήρη καὶ ἰδιάζοντα· at certum est βίον μονήρη ἰδιάζοντα non esse vitam communem Christianorum, sed monasticam et solitariam, ut patet ex ipsis vocabulis.

Tertio, quam initio nominat ὑψηλὴν πολιτείαν, eam postea vocat βίον κατὰ φιλοσοφίαν, cujus hoc sit proprium, ut viri segregati sint a feminis, et feminæ a viris. At hæc non est vita communis Christiana; quia hæc nec conjugalem quidem viri et mulieris societatem excludit, tantum abest ut excludat civilem, quæ in mutuis colloquiis et officiis posita est. Et valde ineptit Molineus cum nobis persuadere conatur, per philosophiam vel βίον κατὰ φιλοσοφίαν accipiendam hic esse *vitam communem Christianorum, actam ex Dei mandato et timore*, quia illam vocat auctor hujus epistolæ βίον κατὰ φιλοσοφίαν, cujus proprietas est εὐσχημοσύνη non qualiscunque, sed illa quæ κατορθοῦσαι ἐν τῷ ἀμίκτῳ καὶ ἰδιάζοντι βίῳ τῆς ζωῆς, hoc est, quæ consistit in sejuncta et solitaria vivendi ratione; et mox explicat in quo per ἄμικτος et ἰδιάζων βίος sit situs; nempe ὡς ἀνεπίμικτον καὶ ἀσύγχυτον εἶναι τὴν φύσιν, μήτε τῶν γυναικῶν ἐν ἀνδράσι, μήτε τῶν ἀνδρῶν ἐν γυναιξὶ πρὸς τὰ παρατετηρημένα τῆς εὐσχημοσύνης ὁρμώντων. Num hæc est communis Christianorum philosophia, ut viri extra mulierum, et mulieres extra virorum societatem degant, et illi sine his, et hæ sine illis philosophentur, et Christianam vitam ducant? Quo cæcitatis et absurditatis non progrediuntur isti tenebriones odio monachorum et monasticæ professionis?

At Chrysostomus vocat communem Christianorum vitam, *philosophiam*, vel *vitam secundum philosophiam.* Ita est. Sed num per philosophiam, vel βίον κατὰ φιλοσοφίαν, semper hanc duntaxat communem, nunquam autem monasticam intelligit? Ne impudentia aut inscitia hoc affirmaverit. Nam ex tribus libris adversus vituperatores vitæ monasticæ contrarium evidentissime liquet, ut taceam plurimos alios ejusdem tractatus, in quibus *philosophiæ* nomine hanc excelsiorem vivendi rationem complectitur. Vereor ne Molineus cum suis eo progrediatur, ut dicat libros illos tres S. Chrysostomi adversus vituperatores vitæ monasticæ, fuisse conscriptos *adversus communis vitæ Christianæ vituperatores.* Et quæ est ista consequentia? Chrysostomus aliquando per *philosophiam*, seu *vitam secundum philosophiam*, intelligit communem Christianorum vitam; ergo et Nyssenus, seu quisquis est auctor hujus epistolæ, per βίον κατὰ philosophiam, intelligit vitam communem Christianorum, non sublimiorem quampiam, quæ vulgo monastica nuncupatur. Egregia consequentia et Calviniana, hoc est, aquilina scilicet acie dignissima, præsertim cum auctor iste liquidissime e vestigio declaret quid per βίον κατὰ φιλοσοφίαν intelligat, ut jam sæpe vidimus.

Similis est hæc Molinei fatuitas: *Gregorius in libro* De nomine Christiani *piæ vitæ* ἐπιτήδευμα *vocat* ὑψηλὴν τοῦ βίου πυργοποιΐαν, *et in libro* De perfectione *ait* ὑψηλὸν *esse* ὄνομα *Christiani: ergo auctor hujus epistolæ in ipso statim vestibulo* per ὑψηλὴν πολιτείαν nil *aliud intelligit quam communem Christianorum vitam.* Ineptissime, ut paucis me expediam; ob causas supra dictas, quæ aperte non suadent, sed clamant et cogunt ut per πολιτείαν ὑψηλὴν *vitam monasticam* accipiamus. Jam quod alibi etiam communis Christianæ vitæ professio vocatur ὑψηλή, *excelsa*, *sublimis*, non officit nobis, quia vere est ὑψηλή, *excelsa* et *sublimis*, comparata cum aliorum extra Christianismum vivendi institutis, vere etiam τελείους, *perfectos*, reddit. At in ipso Christianismo est alia vita, quæ cum supra communem vivendi rationem sese tollat, κατ' ἐξοχὴν, ὑψηλῆς πολιτείας appellationem sibi vindicat: ut et *philosophiæ*, *et vitæ secundum philosophiam* institutæ.

Ejusdem farinæ est hæc Molinei consecutio: *Alibi vocat Nyssenus* τελείους, *perfectos, omnes Christianæ vitæ professores et sectatores: ergo et in hac epistola Nyssenus* τελείους *nominat quoscunque qui Christianam religionem profitentur, vel eidem ferventiore studio adhærent*, seu, ut loquitur Molineus, *pietate præ cæteris præditi sunt.* Nugatoris est hæc consecutio, non disputatoris. Nam τελείους hic vocari solos solitariæ et monasticæ vitæ professores, liquidum est ex antecedentibus et consequentibus et ex toto epistolæ scopo: nam auctori huic synonyma sunt ὑψηλὴ πολιτεία, βίος μονήρης καὶ ἰδιάζων, βίος κατὰ φιλοσοφίαν, ἄμικτος, ἀσύγχυτος, βίος τέλειος. *At communis etiam Christianorum vita est perfecta.* Non abnuo: sed in ipsa Christianorum vita continetur alia, quæ hoc perfectionis nomen peculiari ratione sibi deposcit.

Quapropter frivolæ prorsus sunt hæ consecutiones Molinei: *Gregorius Nyssenus in libro* De perfectione Christiani hominis *ea de perfectione disputat, quæ etiam in sæculares convenit; et illud D. Pauli* I *Cor.* II: « *Sapientiam loquimur inter per-*

fectos, » *et illud Matth.* v, « *Estote perfecti*, » etc., *non tantum monachos, sed universim omnes Christianos concernit : ergo Nyssenus in hac epistola nomine* τῶν τελείων *non intelligit monachos, et nomine* τοῦ βίου τελείου *non accipit professionem monasticam.* Argute : quasi vero vox τέλειος ex generali illa sua latitudine, qua ad omnes Christianos extenditur, reduci et restringi non possit ad pauciores, qui vitam et perfectionem Christianam per media et instrumenta perfectiora sequuntur, in quorum numero monasticæ vitæ professores numerantur.

Porro generalem vocis τέλειος significationem in hac epistola restrictam esse ad eos qui vitam μονήρη καὶ ἰδιάζουσαν amplectuntur, docent singuli propemodum epistolæ apices, et illi propter quos primitus concepta et scripta fuit. Illud mendaciis deputa, quod ait Calvinista, *in libro* De perfectione hominis Christiani *ne* γρῦ *quidem de monachis* apparere : nam Olympius, cujus rogatu Nyssenus librum illum conscripsit, monachus fuit, ut habet ipsa libri inscriptio, et toto libro præcipue Olympium, hoc est monachum, instruit, et quidquid de perfectione Nyssenus disserit, hoc monachis per excellentiam competit.

Illud lepidum est, quod monet, in illis verbis, ἀντὶ τινος σπουδάζεται, ὁ νοῦν ἔχων ἐπισκεψάσθω, tollendam interrogationis notam post verbum σπουδάζεται. Quod verisimilitudinem apud nos inveniret, si assertioni suæ ex codice Regio fidem faceret. Nunc cum Codicem illum consulere neglexerit, solaque conjectura nitatur, et addita interrogationis notula sensus optime subsistat; cumque vetus interpres expresserit apud Centuriatores, non est quod suum somnium (conjectaneum dictum oportuit) se nobis speret approbaturum.

Nec minus festivum illud, sententiam hanc, εἴτε γνώριμον ἔχει τὸν τὴν θεραπείαν ἀναπληροῦντα, etc., *dici de mulierculis, quas Nonnas seu Vestales vocant, esse impossibile, neque enim uti virorum ministerio familiari, nisi forte clanculum.* Manifesta hæc est calumnia, non clancularia. Epistolam enim loqui de *nonnis*, seu *monialibus*, inde patet quod aliis feminis vitam communem degentibus crimini non datur, si in itinere habeant adjutores et famulos, sive ii sint peregrini et mercede conducti, sive noti et familiares : *nonnis* autem hoc vitio vertatur, quod omni virorum consuetudine et convictu per ipsam professionem suam sese abdicaverint.

Quod ait Calvinista, *nonnas seu moniales non habere* γνωρίμους, ridiculum est. Annon fieri potest ut habeant fratres, cognatos, affines, ejusdem civitatis incolas, cum quibus olim vel sibi vel majoribus suis consuetudo intercesserit, quorum opera et ministerio in via utantur? An nullus superesse poterit γνώριμος, nisi quem Calvinista suspicatur? Apage cum his ex Calviniana hara sordibus!

CAP. III.

Refutantur reliqua Molinei nugamenta.

Ingeminat Molineus pericula, *quæ auctor epistolæ peregrinantibus impendere dicit a diversoriis, cauponis, urbibus morum pravitate infectis, quibus non contaminari perquam sit difficile : hæc pericula vitare, non ad solos monachos et moniales, sed ad quoscunque ex populo pertinere; omnibus integritatem morum servandam esse, et vitandam malorum exemplorum contagionem : nec in plebe segniorem sexum plus habere roboris, aut minus adire discriminis quam mulierculas, quas nonnas et moniales vernacula superstitio indigitat.*

Respondeo Nyssenum, seu quisquis est epistolæ hujus auctor, facere quod facere solent qui desiderium vehemens et æstuans alicui eripere volunt; omnia incommoda cum exsecutione desiderii conjuncta amplificant et exaggerant, omnia conquirunt, quæ cupiditatem vel minuant vel penitus exstinguant. Cum igitur animadverteret epistolæ auctor monachos et moniales nimio desiderio Hierosolymam adeundi flagrare, itineris incommoda et pericula, ne quis propius ad picem accedendo, coinquinetur, enucleate exposuit, et ante oculos dilucide posuit, ut ii qui jam vitam μονήρη καὶ ἰδιάζοντα et ab omni strepitu remotam amplexi fuerant, solitudine contenti in has turbas minime se conjicerent; alioqui ignarus non fuit hic auctor fieri posse ut et viri et mulieres hæc pericula impolluto pede transeant ac superent, et vero plurimos etiam absque labe et macula inter has maculas versatos, neque a circumsistente flamma tactos esse.

Nam si quis ad finem auctoris non respiciat, sed crassa cum Molineo aliisque hæreticis Minerva omnia spectet ac objectet, tum nec negotiorum quidem et negotiationum causa peregrinationes suscipere licebit, quia ubique infinitam vitiorum segetem cernere ac metere licet. Ubique propemodum *pandochia, et diversoria, et urbes licentiam mali et promiscuam libertatem habent*, ita ut periculum sit, *ne transeunti per fumum oculi mordeantur ejus acrimonia, polluatur auditus, oculus et animus per oculos et animos fœda admittens. Num possibile est loca infecta sic transire, ut non afficiaris?* Omnino possibile est, subsidio et præsidio divinæ gratiæ. Num propter hæc viarum pericula et improbitatem incolarum, per quorum fines transeundum est, intermittuntur peregrinationes mercimoniorum et negotiorum gratia institutæ? Si non intermittuntur peregrinationes profanæ, cur intermitterentur sacræ, et in his omnium sanctissima Hierosolymitana? Cur ergo ab his periculis petiit auctor epistolæ argumentum absterrendi a peregrinatione Hierosolymitana? Ideo, ut monachos et moniales in solitudine sponte electa, vitaque ab omni tumultu sejuncta, contineret; et a discursationibus cohiberet, et quamvis sæcularibus, præsertim feminis, eadem pericula immineant, quia tamen communem vitæ rationem sectantur, abstractamque ab aliorum consortio non sunt professi, nemo impedit quominus huic Oceano sese committant, dummodo, ut par est, caute agant et ambulent, et in medio ignis non æstuent. Quod fieri posse nemo negabit, qui novit peccatum non nisi voluntarie ac libere committi. Nam quod Molineus dicit, *tot inter discrimina a muliere peregrinante vel invita leges temperantiæ violari*, id tum credam, cum mihi demonstraverit ab invito peccatum admitti posse.

Pari ratione, quæ de sceleribus Hierosolymæ patrari solitis auctor narrat, et Calvinista objectat, id monachis et monialibus in solitaria vita cohibendis dictum est. Cæteros non magis absterrent ab Hierosolymitana peregrinatione sacra, quam infinita illa scelerum colluvies absterreat hodiernos mercatores, etiam Calvinianos, quominus peregrinentur Constantinopolim, Tripolim, Damascum, Alexandriam, Cairum, et ad alia loca, quæ integro vitiorum diluvio inundantur. Nam ut quis inter bonos potest esse malus, ita et inter malos, bonus : cum hæc omnia a cujusvis arbitrio dependeant.

Occinit et hoc Calvinista, quod auctor ait, *in Hierosolymitanis locis non esse largiorem Dei gratiam, quam alibi, sed parciorem, nec ad Deum mutatione loci accedi; dandam potius operam, ut Deus in nobis inhabitet.* Ad hanc objectionem jam respondi libro primo De peregrinationibus, nempe, hoc assertum a Nysseno, si tamen Nyssenus est, ut eriperet monachis et monialibus persuasionem illam, qua imbuti existimabant, homines ex ipsa præsentia sacrorum locorum sanctificari, quæcunque demum voluntate præditi essent. Hoc si ita esset, inquit auctor, non tot scelerati et flagitiosi in illis locis degerent. Alioqui inspectionem locorum, quæ Redemptor noster sanctissimæ vitæ suæ actionibus consecravit et dedicavit, plurimum

momenti ad pietatis studium conferre, et cuivis, qui ferreis non rigeat præcordiis, ingentes stimulos ad vitæ emendationem, divinumque amorem sub pectore vertere, per se notum est, et testantur qui hoc ipsum experti, de quibus libro primo De peregrinationibus. Pulchre hac ipsa de re pius ille et eruditus scriptor Ludolphus de Saxonia: *Ad terram sanctam, quam universæ Christi Ecclesiæ nocte dieque sociare non desinunt, quam bonus ille Jesus inhabitando, et verbo, vel doctrina illuminando, illuminatam suo sacratissimo sanguine consecravit, delectabile est aspirare: sed delectabilius eam oculis corporis intueri et mentis intellectu revolvere, quomodo in locis singulis in ea nostram salutem Dominus operatus sit. Quis enim enarrare sufficit, quod devoti discurrentes per loca singula, in spiritu vehementi osculantur terram, amplectuntur loca, in quibus dulcem Jesum vel stetisse, vel sedisse, vel aliquid egisse audierunt? Nunc tundunt pectus, nunc fletus, nunc gemitus, nunc suspiria emittentes, gestu corporis, et devotionis, quam foris ostendunt, et absque dubio intus habent, in lacrymas provocant, plerumque etiam Sarracenos. Quid dicam de patriarchis Jacob, Joseph et fratribus ejus? qui, quia vivi in terra esse non potuerunt, elegerunt in ea mortui sepulturam. Quid plura? Tarditas ingemiscenda est Christianorum nostri temporis, qui tot exempla habentes, tardi sunt de manibus inimicorum eruere terram quam consecravit sanguine suo Jesus Christus.*

Movemur, nescio quomodo, inquit apud Ciceronem Atticus, *locis ipsis, in quibus corum quos diligimus, aut admiramur, adsunt vestigia.* Si hoc verum de vestigiis quorumcunque quos diligimus et suspicimus, quanto verius erit de monumentis Christi Redemptoris nostri, quo nil debet esse prius, nil antiquius? *Me quidem,* inquit idem Atticus, *illæ ipsæ nostræ Athenæ non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant, quam recordatione summorum virorum, ubi quis habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studioseque eorum sepulcra contemplor.* Si hoc Atticus faciebat Athenis, quanto rectius a Christiano fiet Hierosolymæ et in Palæstina, quam præsentia sua Salvator noster veræque religionis antistites consecrarunt ac dedicarunt?

Guilielmus de Baldensel in suo Itinerario ad terram sanctam: *Et quis homo hunc locum videre poterit sine lacrymis, tremore cordis, alta consolatoria compassione mentis? ubi impassibilis patitur, vita moritur, et supersubstantialis communicativa bonitas pro nobis peccatoribus, cum impiis deputatur.* Idem Guilielmus in eodem Hodœporico: *Confert supra modum homini, loca hæc sanctissima videre: quia devotio excitatur, et videtur, quod vita Christi, ac apostolorum quodammodo oculis inspiciatur corporis; et ex hoc in corde fundamentum fidei firmius stabilitur.*

Porro sola mutatione loci ad Deum non accedi, quis ignorat? ut et illud, *dandam potius operam ut Deus in pectore nostro habitet.* Hæc et alia id genus ab auctore hujus epistolæ solis monasticæ vitæ sectatoribus et sectatricibus esse dicta, fungus sit qui non confiteatur considerato epistolæ totius scopo et proposito: tametsi non negamus, talia etiam sæcularibus occini posse; nam si sola hac peregrinatione se ad Deum accessuros et perventuros considerent, reliquorum, quæ ad bene beateque vivendum pertinent, securi, utique se ipsos fallerent, ut et tunc, si peregrinarentur, nec tamen studerent Deum in pectoris sui habitaculum devocare.

Objicit Calvinista, *Si quæ Nyssenus scribit, ad solos monachos et nonnas spectant, ut volunt adversarii, ipsi se suis aculeis conficiunt, nam nostro ævo nulli magis peregrinantur.* De crebritate, fides sit penes Molineum. Multa Hodœporica Hierosolymitana legi, semper plures reperi sæculares quam monachos vel monachas, et absolute plures viros, quam mulieres. Ad argumentum Molinei, nego nos nostris telis configi. Nam ut in opere De peregrinationibus dicebam, ne ipsis quidem monachis auctor hujus epistolæ simpliciter et universe peregrinationem Hierosolymitanam abrogasse censendus est; neque enim ignorabat Nyssenus, si est Nyssenus, innumerabiles monachos et sua ætate, et ante suam ætatem, maximo fructu in Palæstinam loca sacra visitatum, adoratumque concessisse: quos omnes absit ut Nyssenus una damnationis nota percusserit! sed peritos imitatus est medicos: nam, ut isti, morbo nimium ad unum extremum tendente, enituntur ad alterum, donec tandem attingant medium ægrumque pristinæ sanitati reddant: ita et Nyssenus, cum solitariæ vitæ cultores, et cultrices, ad peregrinationem Hierosolymitanam nimium propendere videret, in contrarium deflexit, penitusque hujusmodi institutum dissuasit, ut hoc modo rem ad mediocritatem quamdam, ubique laudandam et commendandam reduceret: et ut ad mediocritatem adduceret, nequitiam et improbitatem earum regionum, per quas transeundum erat, graphice oculis subjecit.

Objicit Calvinista, *Nyssenum dicere profectionem Hierosolymitanam sibi nihil profuisse; fide inde nec aucta nec imminuta: si igitur tanto viro nihil utilitatis attulit, longe minus aliis emolumento fore.* Sed non videt Calvinista Nyssenum, si est Nyssenus, facere quod peritis medicis in more positum, qui, ut ægros eo efficacius a pertinaci quopiam proposito dimoveant, id quod petunt, ne sibi quidem quidquam profuisse affirmant, nullo mendacio, sed veri dissimulatione in bonum ægrotantis, et noxia quæquæ desiderantis. Idem consilium in hac dissimulatione Nysseno fuit, si tamen, ut sæpe dixi, Nyssenus fuit. Quis enim abnuat virum tam sanctum et cœlesti lumine tam copiose collustratum, mirabiliter aspectu sanctissimorum locorum fuisse divini amoris facibus succensum, et luculentis fidei incrementis locupletatum?

Prædicat auctor epistolæ multitudinem altarium in Cappadocia. Obstrepit Calvinista *altaris tunc usum fuisse Deo laudes offerre, et gratiarum actiones, non vero sacrificium* ἱλαστικὸν ἐπιτελεῖν, *aut Deo offerre* λύτρον *pro redemptione animarum, ut hodie in missa canitur.* At repugnat his vox ipsa θυσιαστήριον, qua utitur auctor; quasi dicas, *sacrificatorium.* Nam θυσιαστήριον non est, nisi ubi θυσία seu *sacrificium* est; sunt enim relativa, et se mutuo tollunt ac ponunt.

Declamat Calvinianus minister in scelera quæ olim Hierosolymis grassabantur. Sed si sola Hierosolymitana urbs tulisset *scorta, mimos, scurras,* forsan non injuria vitaretur, et ut vitanda diffamaretur. Nunc quando is est cujuscunque ex variarum gentium concursu frequentioris loci genius, ut vitia simul cum advenis immigrent, non est cur Hierosolyma sola in culpa hæreat, præsertim cum sanctissimi semper viri inibi vitam egerint, neque ulla vel convenarum, vel indigenarum improbitas sanctimoniam loci oblitterare quiverit. Mirum istos vitia crepare, ut absterreant a sacris peregrinationibus; et non eadem intonare, ut abducant a peregrinationibus profanis. Nullus negotiatorum retardari se sinit ab impurissima illa hominum colluvie, quæ Tripoli, Alexandriæ, Cairi, et alibi degit, quo minus, spe lucri, ad ea loca peregrinetur per tot terræ marisque discrimina: et isti vitia peregrinatoribus sacris objectabunt; quibus, tanquam terriculamentis, eos a peregrinationibus removeant ac cohibeant, cum multo credibilius sit, eum inter sceleratos sancte et inculpate victurum, qui peregrinationem Dei et virtutis amore suscipit, quam eum qui peregrinatur propter quæstum. Et si propter nefariorum hominum piacula peregrinationes intermittendæ essent, omnis fere civilis

societas periret, cum a tanta multitudine et varietate mortalium flagitia nequaquam abesse soleant. *Scripsi vobis per epistolam*, inquit S. Paulus, *ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus, alioqui debueratis de hoc mundo exisse.* Idem et hic dicere licet. Si quis in neminem flagitiis inquinatum incidere velit, necesse erit ut aut penitus ex hoc mundo exeat, et in cœlum migret, aut cum Paulis, Antoniis, et id genus aliis, in eremum se abdat.

Dices : Si propter vitia locorum vel incolarum non sunt omittendæ peregrinationes, cur auctor epistolæ hoc argumento usus est absterrendis monasticæ vitæ professoribus a peregrinatione Hierosolymitana? Respondeo id propterea factum ut eos, qui jam mundo penitus valedixerant, et ab omni hominum consortio se secreverant, eo efficacius a suo proposito averteret, neque enim æquum videbatur ut qui mundo jam nuntium remiserant, et vitam solitariam elegerant, rursus se in publicas turbas darent, præsertim hac opinione, quasi perfectionis Christianæ exsortes manere compellerentur, nisi Hierosolymam vidissent. Hanc enim potissimum persuasionem monachis istis Nyssenus eximere voluit : nam, ut supra dicebam, ne in monachis quidem simpliciter peregrinationem Hierosolymitanam damnavit; quod patet etiam exemplo Olympii monachi, ad quem scripsit commentarium *De perfectione Christiani hominis*, et epistolam *De vita S. Macrinæ sororis* suæ, qui cum Hierosolymam tendens, in Nyssenum Antiochiæ incidisset, haud eum a suscepto itinere dehortatus est Nyssenus, sed postea pium hoc et laudabile institutum etiam publicis litterarum monumentis deprædicare voluit. *Omnino consuetudinis illius oblitus esse non debes*, inquit Nyssenus, alloquens Olympium, *cum ad urbem Antiochi congressi sumus, quo tempore petebas Hierosolymam, ut monumenta Christi peregrinationis, dum in carne esset, inviseres*, etc.

Mirari porro subit, quid Molineo in mentem venerit, ut illam synodum, cujus meminit auctor epistolæ, et cujus missu in Arabiam abiit, potius cum Baronio Annali quarto velit esse synodum Antiochenam, de qua Nyssenus in epistola ad Olympum de obitu Macrinæ sororis, quam cum suo Casaubono de synodo œcumenica Constantinopolitana I sub Theodosio Magno, quam sententiam multis ille confirmat, præfatione in Notas ad epistolam Nysseni tribus feminis Eustathiæ, Ambrosiæ et Basilissæ inscriptam, confutata Baronii opinione, supresso tamen Baronii nomine. An censuit Molineus *lumen illud litterarum* (sic enim appellat) hic caligasse, minusque vidisse, quam illustrissimum Baronium? ut et in eo, quod εὐσεβέστατον βασιλέα, quem ita Nyssenus, vel auctor epistolæ nominat, Casaubonus velit esse Theodosium Magnum, Molineus, Gratianum?

Notas suas concludit Molineus hoc admodum illiberali mendacio : *Observa, lector, Gregorium in recta de Christo fide totam religionem ponere*, etc. *At hodie primum pietatis argumentum est subesse Romano pontifici, et membrum esse Ecclesiæ Romanæ, etiamsi fidei dogmata, et quod caput est, religionis ac firmamentum penitus ignores.* Facilem valde et perquam faventem Molineo cum lectorem esse oportet, apud quem hæc pseudologia et lædoria fidem invenit.

Addit : *Mirum vero Gregorium, cum crearetur episcopus, non petiisse ab episcopo Romano diploma ἐνθρονιστικόν (vulgo vocant litteras investituræ), nec se jurejurando ad ei obsequendum obstrinxisse.* Unde compertum Calvinistæ Gregorium non petiisse et impetrasse ἐνθρονιστικόν a pontifice Romano? Certe, si immediate id non obtinuit, mediate obtinuit, per metropolitanum suum, qui nomine primi pastoris Nyssenum gregem Gregorio pascendum commisit. Hæc de Notis Molinei.

CORRECTIONES NOTARUM CASAUBONI

In Epistolam Gregorii ad Eustathiam, Ambrosiam, Basilissam (1).

Edita est hæc epistola primum Parisiis anno Christi 1606. Dein anno sequenti recusa in Germania Hanovæ, editore et interprete Isaaco Casaubono, viro docto, sed quod dolendum, in castris Calvinianis militanti. Adjecit ille idem, ut copiosas ita et eruditas notas ; quarum tamen nonnullæ notationibus indigere visæ, ne noceant, et in errorem inducant. Attexam igitur notas ad notas, præsertim ad illas, quæ institutum peregrinandi vel tangere, vel vellicare videbuntur. Non disquiram utrum hæc epistola sit Nysseni : sit ejus. Exordium sic habet :

Congressus bonorum, mihique ex animo dilectorum, et illius ingentis humanitatis nobis a Domino præstitæ monumenta, quæ isthic ostenduntur, maximi gaudii, et voluptatis argumento mihi fuerunt. Utroque enim modo feriari Deo quid esset, experiebar : cum et Dei, qui vitam nobis dedit, symbola salutaria videbam ; et in ejusmodi personas incideram, in queis illa signa gratiæ Domini spiritaliter est contemplari : ut credere liceat, esse revera in animo illius, qui Deum in se habet, Bethlehem, Golgotham, Olivetum, Resurrectionem. Nam ubi in aliquo per bonam conscientiam Christus fuerit informatus, aut aliquis metu divino, veluti clavis, carnes suas confixerit, fueritque cum Christo cruci affixus : grave saxum mundanæ fraudis fuerit amolitus, corporeoque monumento egressus, velut in nova vita ambulare instituerit : relicta humili atque humi repente mortalium vita, sublimi desiderio in cœlestem Rempublicam ascenderit, superna cogitans, ubi est Christus, nil pondere corporis gravatus, sed puriore vita factus a seipso levior, ut per sublimia sursum tendentem caro ipsius, nubis instar, comitari valeat : hic meo quidem judicio inter illas celebris famæ res censeri debet, in quibus benignitatis Domini nostri erga humanum genus monumenta visuntur. Cum igitur et sensibus meis loca sancta intuerer ; intuerer vero amplius etiam in vobis ejusmodi locorum expressa signa, tanto equidem repletus sum gaudio, ut illud enarrare nulla vis dicendi queat.

Hactenus pars epistolæ, Hierosolymam missæ ; ibi enim tres istæ mulieres habitabant. Ad illa prima verba, Ἡ μὲν τῶν ἀγαθῶν καὶ καταθυμίων συντυχία, etc., *congressus hominum bonorum*, etc., notat scholiastes : *Principio hujus epistolæ luculente explicat Gregorius quo fine veteres loca sancta, quæ Hierosolymis erant, et in vicinis Palæstinæ partibus adirent.* Satis luculente explicat finem hujus peregrinationis, sic tamen, ut bona lectoris mente egeat. Nam si quis Molineus, aut alii ex schola Novatorum in hoc exordium incidat, per illud ἰδεῖν τὰ σωτήρια σύμβολα τοῦ ζωοποιήσαντος ἡμᾶς Θεοῦ, nihil aliud intelliget, quam locorum illorum inspectionem seu contemplationem, qualis usitata est antiquariis, qui veterum monumenta lustrant, et quidem cum voluptate ac jucunditate, cum tamen Nyssenus per illud ἰδεῖν non accipiat qualecunque *videre* ; sed sacrum, religiosum, plenum reverentiæ et pietatis ; quodque reverentiam et pietatem testetur externis actionibus, genuflexionibus, osculis, amplexibus, lacrymis, suspiriis, ardentibus votis, et id genus aliis gestibus, quos flamma interna divini amoris exprimere solet. Sic enim veteres videbant, adibant, obibant, et lustrabant loca sancta, ut contra Molineum jam dictum, et fusius in opere *De peregrinationibus* : dilucidumque exemplar *videndi*, et moris quo loca sancta a piis videbantur, et visebantur, suppeditat nobis

(1) Quæ inter Epistolas legitur ordine tertia, supra col. 1015

sanctus Hieronymus in *Epitaphio sanctæ Paulæ*.

Cum autem Nyssenus hoc loco testetur se ex aspectu monumentorum illorum incredibili voluptate perfusum fuisse, et vere diem festum lætumque sibi obtigisse, cum Hierosolymis loca sancta obiret ac inviseret; manifestum fit, accommodate ad personas, de quibus tractabat, intelligendum esse illud in altera epistola, cum ait *sibi unum itineris Hierosolymitani fuisse fructum, cognovisse ex collatione*, ὅτι τὰ ἡμέτερα τῶν ἔξω πολὺ ἁγιώτερά ἐστιν, *nostra externis longe esse sanctiora*: nec ita præcise, et, ut sic loquar, *crude* intelligendum, quasi velit nihil penitus emolumenti ex inspectione monumentorum Hierosolymitanorum ad se rediisse, ut contendit Molineus, et alii sectarii. An enim exiguus vel contemnendus fructus est, μεγίστη χαρὰ καὶ εὐφροσύνη, *maxima lætitia et voluptas*, qua se in illis locis perfusum scribit? Nec loquitur de lætitia vana et mundana, sed de cœlesti et spiritali. Cur autem in illa altera epistola, si illius est, negaverit se alium cœpisse fructum, explicatum est supra contra Molineum: miosi nimirum et extenuatione uti voluit, ut ardentem monachorum peregrinandi cupidinem restingueret.

Addit scholiastes: *Solent Græci Patres, et has spontaneas angarias, et similia his alia inventa*, μελέτας πρὸς ἀρετὴν γυμνασίας πρὸς θεοσέβειαν, *cujusmodi exercitationes, sive, ut sic dicam, irritamenta ad pietatem, Christianorum ferventem zelum multa in veteri Ecclesia excogitasse, constat.*

Nil video quod displiceat. Vera sunt quæ notas; testibus Nysseno, Nazianzeno, Basilio, et plerisque aliis qui suis in libris miras et varias μελέτας πρὸς ἀρετὴν καὶ γυμνασίας πρὸς θεοσέβειαν tradunt, et luculentis coloribus depingunt. Quid amplius?

Cæterum quid, quantumque inter Dei mandata sacris ejus voluminibus comprehensa, et has humanæ mentis inventiunculas intersit, vere et præclare docet hic idem Gregorius in aureola de iis, qui Hierosolyma ibant, epistola.

Non pugnabo. Sit epistola illa Nysseni. Nego quidquam ab illo in ea scribi, quod traditis a se alibi, et a priscis Patribus usu receptis μελέταις πρὸς ἀρετὴν καὶ γυμνασίαις πρὸς θεοσέβειαν, vel in minimo adversetur, ut antea ostensum contra Molineum, et fusius in opere De peregrinationibus: neque exercitationes illæ veterum Patrum fuere *humanæ inventiunculæ*; sed impulsu sancti Spiritus institutæ ac susceptæ, et ex sacræ Scripturæ fontibus deductæ. An, quam hic et alibi prædicat Nyssenus sanctorum locorum aditionem et lustrationem in epistola *De euntibus Hierosolymam*, pro *humanæ mentis inventiuncula* habet; exque eodem ore calidum et frigidum efflat; codemque calamo pro se et in se scribit? Absit hæc antilogia et enantiologia a sanctissimo et doctissimo præsule Gregorio! Valde autem mirabile mihi accidit, si peregrinatio Hierosolymitana, et id genus aliæ ad pietatem exercitationes, erant *humanæ mentis inventiunculæ*, quomodo id non fuerit animadversum ab illuminatissimis viris, pastoribus et doctoribus Ecclesiæ præcipuis, qui et ipsi hujusmodi, scilicet *humanæ mentis inventiunculæ*, impense vacabant, et, ut ab aliis studiose vacaretur, toto studio efficere tentabant. Num Nyssenus statim a reversione sua ad suam ecclesiam, necdum scivit id, quod Hierosolymis fecerat, esse *humanæ mentis inventiunculam*, intellecturus hoc post aliquot annos, quando nimirum scribebat epistolam *De euntibus Hierosolymam*; quam ait scholiastes diu post hanc fuisse exaratam? Quanta jactura non modo imperitæ multitudinis, sed et sanctimonia et eruditione præstantissimorum hominum tam sero orbi illuxit Evangelium Islebicum et Lemannicum, quod longe aliam ἑορτὴν κατὰ Θεὸν facit cultoribus suis, quam Nysseno Hierosolymis ex inspectione τῶν γνωρισμάτων, καὶ σημείων, καὶ συμβόλων, καὶ ὑπομνημάτων τοῦ ζωοποιήσαντος ἡμᾶς Θεοῦ obtigerit.

Porro cum Nyssenus dicat, sibi δηλωθῆναι τὴν κατὰ Θεὸν ἑορτήν, *festum diem sibi illuxisse* ἐξ ἀμφοτέρων, hoc est, ex inspectione locorum sacrorum, et ex aspectu hominum, qui suo in corpore Christum crucifixum, et omnia salutis nostræ monumenta spiritualiter circumferebant et repræsentabant, manifeste indicat se iis in locis ita versatum, ut laudes gratesque Deo debitas persolveret, pie ac reverenter singula lustraret, et cœlestibus flammis incenderetur, et ad superna raperetur: ac proinde non instar curiosi antiquarii, sed ritu pii Deumque amantis hominis in iis locis sese gessisse. Nam diebus potissimum festis Deo laudes gratesque debitas dicere moris habemus.

Subjungit scholiastes: Vocat Nyssenus loca illa sancta σωτήρια σύμβολα, *salutaria*, seu salutifera *signa*, hoc est, τοῦ Σωτῆρος, *Salvatoris*, non autem σωτηρίας ποιητικά, *salutem efficientia*: apage! inquit scholiastes. At velis, nolis, σωτήρια sunt illa loca, hoc est, *salutifera*, tum quia aspectu sui corda ad pœnitentiam et salutares lacrymas non raro commovent, si quis adhuc in peccatorum cœno hæreat; ut patet de Maria Ægyptiaca; tum quia justos quoque et jam gratiam Dei adeptos ad præteritæ vitæ male transactæ, et ad omnium sive a se, sive ab aliis improbe commissorum sive committendorum acriorem et incensiorem detestationem excitant. An igitur id quod homines ad peccatorum fugam et exsecrationem, et ad singulare pietatis studium, Deique amorem ferventem, exsuscitat, non est σωτήριον, hoc est, τῆς σωτηρίας ποιητικόν? An id quod calorem affert, quodque inflammat, non est τῆς θερμότητος ποιητικόν, *caloris productivum?* Sive effective, sive objective, ut cum quis metu terrifici objecti calescere incipit, ut fieri solet in angustiis. Qualis contumacia hic tergiversari, ubi nullus tergiversandi locus? Quis enim cum ratione abnuat σωτήριον esse *salutiferum* seu *salutare?* Σωτήριον φάρμακον quid tandem est? Nonne salutiferum?

Non hoc diceret Gregorius, inquit scholiastes, *qui ne adjuvari quidem salutem nostram, nedum parari istiusmodi exercitationibus solide probat in ea, cujus toties meminimus, epistola.* At in hac epistola Nyssenum, si est Nysseni, hoc non affirmare simpliciter et absolute, sed ad personas, quibus nimiam peregrinandi cupiditatem eximere volebat, totam orationem conformasse, supra adversus Molineum, et in opere De peregrinationibus fuse probatum est. Sufficit mihi quod in hac epistola monumenta illa Christi nominat σωτήρια σύμβολα, *salutifera signa*. Cur locum clarum hujus epistolæ obscurabo per obscurum epistolæ alterius? Cur non illi potius per hanc accendam facem? Quanquam, ut sæpe dictum, non negat in illa priore epistola Nyssenus, si est Nyssenus, symbola et monumenta illa esse σωτήρια, sed orationem ad eos, quorum gratia epistolam illam exaraverat, accommodat. Nam quod scholiastes insuper sequentia subdit: *qui* (Nyssenus) *etiam alibi docet* τὴν τοπικὴν μετάστασιν, *et visitationes quorumcunque locorum, ne ad morum quidem emendationem ullum facere momentum*: sciendum nuspiam hoc doceri a Nysseno; ne in epistola quidem illa quam isti semper in ore gerunt. Per se quidem loci mutatio ad vitæ emendationem non requiritur; nam ubique locorum potest quis, si velit, ad meliorem frugem se recipere, gratiæ divinæ interventu et adjumento: per accidens tamen plurimum mutatio loci ad morum emendationem conducit, ut patet quotidiana experientia, et innumeris veterum exemplis: nec tam imperitus fuit Nyssenus, ut hoc inficiaretur.

Falsissimum præterea est visitationes sacrorum

locorum *nullum facere momentum ad vitam rectius instituendam.* Quot enim innumeris flagitiis et sceleribus obstricti, inspectione locorum sanctorum vela retrorsum dederunt, et vitam in melius commutarunt? quot antea laudabiliter et divinis legibus convenienter victitantes, aditis et lustratis redemptionis nostræ monumentis ac symbolis, ita incensi sunt, ut vel mundo penitus valedicerent, vel multo ardentius, quam antea, pietati operam darent? A vero itidem alienissimum est, *eumdem fuisse sensum Hieronymi, eumdem Augustini, eumdem totius veteris Ecclesiæ*, videlicet, *visitationes locorum sacrorum ad morum emendationem nullum momentum conferre.* Falsitatem hanc perspicue redarguit opus De peregrinationibus, præcipue liber primus; et epistola quam S. Hieronymus nomine Paulæ et Eustochii ad Marcellam scripsit.

Vide autem quid non moliatur Calvinianus spiritus. Ne monumenta Christi cogatur fateri *salutaria*, seu *salutifera*, sic explicat σύμβολα σωτήρια, id est, τοῦ Σωτῆρος, *monumenta Salvatoris*, et illud Basilii Seleuciensis: ἐκ τοῦ Δαυῒδ ἡ σωτήριος γέννησις, hoc est, τοῦ Σωτῆρος. Enne ipsam quidem nativitatem Christi appellari patitur *salutiferam?* Quæ hæc nova doctrina? Si nativitas Christi non fuit σωτήριος, hoc est, *salutifera*, ergo nec passio Christi, nec resurrectio fuit σωτήριος, *salutifera;* sed tantum τοῦ Σωτῆρος, *Salvatoris.* Quis autem Christiano animo præditus hoc ferat? Quis non ut profanum, et impium, toto pectore respuat? Quis non, ut communi Christianorum sensui et conceptioni contrarium, aversetur et detestetur? At cum hæretici soli et unicæ fidei salutem ascribant, et per consequens, eam solam σωτήριον, hoc est *salutiferam* existiment, coguntur hoc vocabulum, sicubi in Patrum lucubrationibus, aliis rebus tributum invenitur, alio detorquere. Jure an injuria, apte an inepte, parum morantur.

Quam vero subtilis observatio novi significatus, quem reperit scholiastes in verbo σωτηρία: *non enim solum salutis nostræ summam significat, verum etiam singula Christi præcepta, quibus ad bene vivendum instituuntur, qui tendunt ad salutem. Hoc sensu commode accipi potest non infrequens apud Patres dictum: Multas salutis vias ab Jesu Christo esse patefactas.* Quam recondita et ex intimis abditissimæ theologiæ thesauris deprompta notio? Quis hactenus scivit, omnia media tam ad salutem hujus vitæ, quæ in gratia Dei et justificatione consistit, quam ad salutem vitæ æternæ, quæ posita est in cœlesti gloria, appellari σωτηρίαν? Quis scivit media a fine non raro appellationem sortiri, etiam in profanis, ut *sana medicina, sanus cibus, sanus aer*, a sano, quod est in animali?

Singula, inquit, *præcepta Christi nominantur* σωτηρία, hoc est, *salus.* Esto, at non sola: sed et consilia, et quidquid præceptis Christi consentaneum est, ut religiosæ vitæ status, omnia hæc *salutis* nomen ferunt, quia ad salutem ducunt. Nec sunt unius modi et generis, sed plane multiplicis, ut proinde recte dixerit Basilius Seleuciensis sermone de Noe: Πόσας τὸ Θεῖον προφάσεις ἐπινοεῖ σωτηρίας, εἴ που τὸν σώζεσθαι βουλόμενον εὕρῃ. *Quot salutis occasiones excogitat Deus, si quem forte, qui salvari velit, reperiat.* Ubi voce σωτηρίας *intelligitur pœnitentia:* inquit Scholiastes, *quæ, etsi causa vera non est salutis, et ipsa tamen et bona opera necessario cum salute cohærent.* An non odoraris hic fœtorem Calvinisticum? An non animadvertis pœnitentiam nomine *salutis* privari, quod hæresis *solam fidem* salutis causam existimet? Si singula præcepta σωτηρίας nomine afficiuntur, cur non et præceptum de pœnitentia, seu ipsa pœnitentia? An non et ipsa ad salutem, et quidem certissimam et certissimo ducit? Cur venit Christus peccatores vocare ad *pœnitentiam*, si pœnitentia non est salutis causa? Cur Christus gravissima illa de necessitate pœnitentiæ verba protulit: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis?* An non est salutis causa, sine qua nulla salus, sed præsentissimus et inevitabilis interitus? Cur sanctus Petrus Judæis *pœnitentiam* quasi primam ad salutem januam proposuit? *Pœnitemini igitur et convertimini, ut deleantur peccata vestra.* En per pœnitentiam et conversionem expunguntur peccata. An deletio et obliteratio peccatorum dici nequit σωτηρία, *salus*, hoc est, *salutis effectrix?*

S. Chrysostomi est hæc sententia: Πολλὰς ἡμῖν ὁ Θεὸς τοῦ σώζεσθαι δίδωσιν ὁδούς· μόνον μὴ ἀμελῶμεν. *Multas salutis rationes suppeditat nobis Deus. Tantum ne negligamus. — Sine causa quidam hoc et similibus dictis, quæ multa sunt apud illum Patrem, offenduntur*, inquit scholiastes. Et quare offenduntur? quia unicam viam, rationem et causam salutis arbitrantur fidem. Hinc frontem contrahunt, quando in Chrysostomo et aliis legunt, *multas esse salutis vias et rationes*, cum illorum judicio non sint plures, sed unica, nempe fides. Scholiastes emplastrum adhibet: *nam si qua his inest durities* (durum accidit istorum auribus, quidquid non crepat *solam fidem*), *ex aliis ejusdem* τρισμακαρίστου *doctoris locis est emollienda.* Nil opus ulla Calviniana emollitione, aut mollitudine. Sed ecce mollissimum locum quo scholiastes alios duriores emollit: Οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων, οὐδὲ πόνων, οὐδὲ ἀμοιβῆς, ἀλλ' ἀπὸ χάριτος μόνης γένος ἐδικαίωσε τὸ ἡμέτερον ὁ Θεός. *Non ex bonis operibus, neque ob labores, neque ex compensatione, verum ex gratia sola humanum genus justificavit Deus.* Sed animadvertere debebat scholiastes, Chrysostomum ex Apostolo loqui de summa salutis generatim, quæ nobis parta per Christum, pro nobis incarnatum, crucifixum, mortuum, etc., et de reconciliatione cum Deo, ita ut Deus vellet, quantum in se est, gratiam et salutem nobis conferre. Hoc enim beneficium sine ullis operibus vel meritis nostris per solam Dei gratiam nobis collatum est; quod merito nominatur *justificatio*, quia justificationis nostræ gratia institutum fuerat.

Possunt etiam hic et similes loci sive S. Chrysostomi, sive aliorum Patrum intelligi de prima justificatione, quæ nobis non contingit ex operibus nostris, tanquam ex meritis, sed ex sola gratia Dei, tametsi non sine actibus fidei, spei, charitatis, pœnitentia, etc., ut dispositionibus ad divinam gratiam in animo recipiendam.

Ait scholiastes, *Gregorii judicio, sufficere si quis Bethlehem, Golgotham, montem Olivarum et locum Resurrectionis contempletur in hominibus probis et sanctis, prout ipse fecit Hierosolymis, ut testatur initio hujus epistolæ.* At licet sufficiat, neque enim ideo sanctus, Deoque charus non eris, si loca Redemptionis nostræ non lustres, attamen hoc non dicit Gregorius, ut patet ex ejus verbis supra recitatis; sed tantum hoc: loca sancta Nativitatis, Crucifixionis, Ascensionis in cœlum, et Resurrectionis spirituali modo etiam in sanctis ad contemplationem nobis exhiberi: quod verum est. Nam quod Nyssenus horum duntaxat quatuor locorum meminit, quid refert? Alii, nominatim S. Hieronymus in Epitaphio S. Paulæ, plurium meminerunt. Inde suppleantur, quæ hic desunt. Nysseno satis fuit primaria a peregrinis adiri et lustrari solita, expressisse.

Iterum ingerit scholiastes, *Gregorium velle, pietate insignes viros, non minus esse visendos, quam illa, quæ vocant loca sancta.* Nec vult, nec dicit hoc Nyssenus, ut fatebitur quisque oculis sinceris Nysseni verba legerit.

Illud mihi placet, quod fatetur scholiastes, ὑψηλὴν πολιτείαν apud Gregorium sexcentis locis esse *austeriorem et sanctiorem vitam*, uno verbo, *asceticam* seu *monasticam:* Latinis scriptoribus, *sublimius propositum:* contra inscitiam Molinei, qui ὑψηλὴν

πολιτείαν, intelligit *vitam communem Christianorum, divinis legibus consentaneæ* actam.

Nimis rigidus censor est scholiastes, cum Patribus diens dicit, quod aliquando funera charorum *invidiæ*, seu τῷ φθόνῳ ascribant. Nimis largus et benignus est præco, cum Bezam, *virum maximum, et lucubrationes ejus in Novi Testamenti libros, nunquam satis laudatas* appellitat.

Illa verba Nysseni: Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδον μὲν καὶ αἰσθητῶς τοὺς ἁγίους τόπους, εἶδον δὲ καὶ ἐν ὑμῖν τῶν τοιούτων τόπων ἐναργῆ τὰ σημεῖα, τοσαύτης ἐπληρώθην χαρᾶς, ὥστε ὑπὲρ λόγον εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ τὴν διήγησιν, iterum manifestæ vanitatis redarguunt Molineum, quando ex epistola *De euntibus Hierosolymam* Nysseno ascripta, contendit, Nyssenum nihil emolumenti ex locis sanctis aditis ac lustratis accepisse, cum ipse hic contrarium evidenter de se testetur; ut proinde obscuriora illa epistolæ prædictæ (si est Nysseni) verba, ex subjecta materia per hæc clariora interpretari debeamus.

Ubi nolim scholiasten et interpretem sic reddidisse illa εἶδον δὲ καὶ ἐν ὑμῖν, etc., *intuerer vero hoc amplius in vobis*, etc. Quid sibi vult istud, *amplius*, quod in Græco textu non comparet, nisi melius et potius esse viros probos et sanctos, quam loca Hierosolymitana visere: quod scholia non semel diserte profitentur?

Sonore declamat scholiastes in vitia Hierosolymitanæ urbis ex epistola *De euntibus Hierosolymam*. Μὴ λογιζόμενος, ut ipsius Nysseni verbis utar, ὅτι ἀληθὴς ὁ τοῦ Κυρίου λόγος ὁ εἰπὼν, ὅλον τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι, ὡς μηδὲν τῆς οἰκουμένης μέρος ἐλεύθερον εἶναι τῆς μοίρας τοῦ χείρονος. Εἰ γὰρ ὁ τὸ ἅγιον τῆς ὄντως ζωῆς ἴχνος ὑποδεξάμενος τόπος τῆς πονηρᾶς ἀκάνθης οὐ καθαρεύει, τί χρὴ περὶ τῶν λοιπῶν ἐννοεῖν τόπων οἷς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ μετουσία κατεσπάρη διὰ ψιλῆς ἀκοῆς καὶ κηρύγματος; *Non reputans verum esse quod Dominus dixit* (per Apostolum), *universum mundum in maligno positum esse, ita ut nulla pars orbis terrarum deterioris illius portionis sit expers. Nam si locus ipse, qui sanctum vestigium veræ vitæ suscepit, purus a malis sentibus non est, quid de cæteris opinari debemus, qui sola auditione et prædicatione boni illius communione sunt aspersi?*

Admodum se torquet scholiastes in eo explicando, quod Nyssenus ait, *ad alia loca extra Palæstinam disseminatum esse bonum cœleste* διὰ ψιλῆς ἀκοῆς καὶ κηρύγματος, *sola auditione et prædicatione:* Hierosolymam autem et circumjacentia loca, etiam ex ipsa Salvatoris apostolorumque præsentia ac voce, impressisque ac relictis vestigiis, divinæ doctrinæ thesaurum accepisse. *Videtur Gregorius hisce verbis*, inquit scholiastes, *aliquem alium multo certiorem, et nobiliorem modum percipiendæ doctrinæ Christianæ agnoscere, quam per auditum et prædicationem: quin, si maligne verba urgere velis, manifestissimæ calumniæ sit locus: quasi non faceret magni Gregorius evangelicæ doctrinæ prædicationem et auditum: nam solent Græci, cum aliquid aspernantur et elevant, hoc fere modo loqui*, etc.

Respondeo, modum aliquem percipiendæ doctrinæ evangelicæ, *per accidens*, ratione nostri, esse certiorem, nobiliorem et locupletiorem, quam sit ille per nudam et solam auditionem et prædicationem: omni absurditate vacat, neque ulla injuria prædicationem verbi divini afficit. Quis enim abnuat, respectu nostri, certiorem et nobiliorem esse perceptionem verbi ex auditione et prædicatione conjunctam cum oculari inspectione monumentorum, quæ Christus usu, factu, facto, passione et miraculis illustravit, quam si ab hac inspectione sejungatur? Verissimum est enim illud poetæ: *Segnius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.* Sicut enim apostolis cum Christo versantibus et degentibus, et non modo prædicationem ejus audientibus, sed et miracula videntibus certior, et nobilior per accidens, quoad ipsos, suppetebat fidei percipiendæ ratio, quam nobis, qui Christum nec vidimus, nec audivimus, nec miracula ejus coram intuiti sumus; sed sola auditione et prædicatione verbi in Christianam disciplinam nomina dedimus: ita et illis, qui simul et auditu prædicationis doctrinæ cœlestis, et inspectione monumentorum Christi nati, passi, a mortuis excitati, in cœlum assumpti impelluntur et inducuntur ad fidem, certior per accidens, respectu ipsorum, suppetit doctrinæ cœlestis percipiendæ ratio, quam aliis, qui sola auditione contenti esse debent. Neque hoc quidquam derogat certitudini et præstantiæ percipiendi evangelicam doctrinam et fidem ex auditu, sed potius præstantiam ejus auget et amplificat, superaddendo aliud quiddam, in quo respectu nostri, ad fidem amplectendam plurimum momenti positum est.

Quanquam posteris, qui, ut apostoli, et alii, Christum præsentem in terris non conspexerunt, hæc ipsa salutis nostræ symbola aliter non innotescunt, quam traditione majorum et auditione. *Unde enim nobis notus Calvariæ locus?* inquit Damascenus. *Unde sepulcrum vitæ? Nonne quia parentes filios ea non scriptis, sed voce singulis ætatibus docuerunt? Nam quod in Calvariæ loco crucifixus sit Dominus, et in monumento sepultus, quod in petra Joseph exciderat, scriptum est: quod autem hæc, quæ nunc colimus, illa sint, sermone non scripto, sed per manus tradito accepimus.*

Nec verum est quod scholiastes ait, si quis Nysseni verba urgere velit, *manifestissimæ calumniæ locum fore: quasi non magni faceret evangelicæ doctrinæ prædicationem et auditum:* nam vox ψιλὴ non significat semper *aspernationem et elevationem rei cum contemptu:* sed rei propositionem cum exclusione aliorum; ut si quis dicat: *Iste vel iste est* ψιλὸς ἄνθρωπος, nil contemptim de illo enuntiat, sed tantum indicat eum præstantiore quapiam natura non esse præditum. Quo sensu negare solemus, *Christum fuisse* ψιλὸν ἄνθρωπον. Sic qui dicit se, ψιλὸν ἄρτον, *solum et nudum panem comedisse*, nil abjecte de pane sentit, sed alia duntaxat edulia excludit: nam et de præstantissimo pane, si solus manducetur, sine ullo alio edulio recte vocabulum ψιλός affirmamus.

Ait scholiastes: *Geographus Arabs portas Hierosolymarum, sive Æliæ, quo nomine etiam ipse utitur, enumerans, longe aliter quam postea factum a Benjamino in Itinerario, unam commemorat, quam vocat* πύλην τῆς Μήτρας, *vel* τοῦ Ἐλέους. *Utramque enim vox Hebraica etiam apud Arabes significat: hanc autem portam ait auctor perpetuo clausam manere, neque aperiri unquam, nisi die solemnitatis Olivæ. Videtur his verbis significare, moris fuisse, ut die quadam adiretur solemni pompa templum in Oliveti montis vertice ædificatum a Christianis, qui essent Hierosolymis* θαλλοὺς *olivæ gestantibus, ad similitudinem Judaicæ* βαϊοφορίας.

Erras. Hoc significare vult auctor ille: die Palmarum (hunc enim intelligit per diem *solemnitatis Olivæ*) Christianos ex monte Oliveti, ramos palmarum gestantes, instituere processionem in urbem, ad imitationem Christi et discipulorum ejus, idque per portam, hac die solummodo aperiri solitam, alioqui perpetim clausam, quæ *Aureæ* nomen habet: de qua sic scribit Breidenbachius in Hodœporico suo, seu potius in Iconismo urbis Hierosolymitanæ, quem Itinerario suo adjecit: *Porta Aurea, per quam Christus sedens in asino intravit in die Palmarum: quæ etiam Heraclio imperatori venienti, cum pompa imperiali occlusa primum miraculose, postea humilianti se aperta fuit. Et hodie clausa manet miraculose Sarracenis: ita, quod nequaquam possunt eam reparare quolibet ingenio: quin id tentantes, subito moriantur. Unde nullum habent ejus*

usum ingrediendo, vel egrediendo. Hæc ille. Similia Adrichomius in Theatro suo.

Porro consuevisse, etiam Sarracenis in sancta urbe dominantibus, solemnem processionem in urbem a Patribus ordinis Minorum S. Francisci institui, docet Hodœporicum Baumgartnerianum, lib. II, c. 7 : *Descendentes versus mare Mortuum Betphage lustravimus : in quo loco guardianus de monte Sion* (sic enim nominatur qui religioso illi cœtui præest) *solet omni anno die Palmarum cum fratribus suis asellos ascendere, ac Hierosolymam intrare ob memoriam facti ibi a Christo patrati.* Quanquam quod de asellis dicitur, ambigo, num sit ab auctore, an ab interprete Prædicante : forsan enim solus guardianus asino vehitur, cæteris cum comitantibus et subsequentibus, cum hymnis et canticis, ad ritum primæ illius ex monte Olivarum processionis. Porro per quam portam sub Sarracenis supplicantes festo Palmarum ingressi fuerint, non explicat Hodœporicum Baumgartnerianum. At sacrum hoc agmen per hanc portam in urbem fuisse introductum, quando geographus Arabs vivebat, et scribebat, mirandum non est, quandoquidem vixisse et scripsisse videtur Christianis cruce signatis rerum in Palæstina potientibus.

Nunc docere nos aggreditur scholiastes, quo pacto in lectione sanctorum Patrum versari debeamus. *Judicio*, inquit, *opus est ad veram eorum mentem percipiendam.* Itaque semper in memoria habendum, *aliter Patres loqui cum* διδακτικῶς *et serio aliquid tractant : aliter, cum obiter, et ut ipsi dicere solent*, οἰκονομικῶς. Agnosco distinctionem etiam Calviniano genio adversus Bellarminum usurpatam; scilicet, Patres non omnia serio, et docendi causa, sed multa *dicis* solummodo gratia scripserunt, et in his numerabimus quidquid Calviniano stomacho minus acceptum gratumque acciderit.

Audiamus exemplum hujuscemodi *œconomicæ scriptionis* seu *locutionis*, seu *assertionis. Possem* inquit scholiastes, *multa ejus exempla, et quidem gravissima, afferre.* Non dubito, quia certus mihi videor, te totos illos tres divi Chrysostomi adversus vituperatores vitæ monasticæ pulcherrimos divinosque libros, et comparationem monachi et regis, et totam Theodoreti religiosam historiam, et quidquid hujus generis occurrit, pro scriptis et assertis non *dogmaticis*, sed *œconomicis* reputare, quæ non serio, sed obiter tantum, et ludi gratia, concepta et edita fuerint.

Sed scholiastes supersedet procul exempla arcessere, quandoquidem longe illustrissimum præ manibus est in hac ipsa Nysseni epistola : *Nam Gregorius ad mulieres scribens, quæ Hierosolymis erant, ubi vestigia visebantur humanæ Christi conversationis in terris, sic apud illas loquitur, quasi ad credendum doctrinæ Christianæ, atque adeo etiam ad bene vivendum ingens aliqua esset eorum prærogativa, qui oculis corporis loca illa vidissent. Itaque auditio nuda. hic opponitur ei auditui, qui cum inspectione eorum locorum fuerit conjunctus.* Ita est. Hoc vult, hoc sentit Nyssenus. Quid tu? *Non simpliciter hæc ita dicuntur a Gregorio, neque* διδακτικῶς, *verum* οἰκονομικῶς, *dum proposito suo servit. Propositum autem illi erat hanc epistolam scribenti, acriter Hierosolymitanos castigare propter ea vitia, quæ inter illos deprehenderat, et eam quam paulo ante malam spinam vocabat : quæ reprehensio, ut æquis auribus ab illis acciperetur, ita benigne cum illis hoc loco agit, ut aliquam eis super omnes Christianos prærogativam concedat.*

En Calvinianum genium, ut eludat quod suo palato ingratissimum accidit, comminiscitur hoc non serio, sed οἰκονομικῶς duntaxat a Gregorio scriptum et pronuntiatum, ut æquioribus animis acciperetur reprehensio paulo post instituenda : probatque hoc ex epistola *De euntibus Hierosolymam*, ubi simpliciter negare videtur, ullam esse locorum Hierosolymitanorum præ cæteris prærogativam, vel vim excitandæ pietatis inditam. Et hoc ait scholiastes, διδακτικῶς *a Nysseno traditum.* Verum si quis contendat, omnia, quæ in illa epistola a Nysseno (si Nysseni est) disputantur, non διδακτικῶς, sed οἰκονομικῶς, hoc est, accommodate ad non monasticæ vitæ professores, quos a peregrinatione Hierosolymitana dehortabatur, scripta et dicta esse, quo se vertet scholiastes? Quo argumento evincet hæc potius in hac epistola esse *œconomica*, id est, obiter et ex occasione personarum scripta, quam illa in epistola de euntibus Hierosolymam, præsertim cum constet, tempore Nysseni, peregrinationem Hierosolymitanam a nemine orthodoxorum fuisse improbatam, a quibus Nyssenum dissentire voluisse, quis sanus sibi persuadeat? Itaque quidquid illa in epistola scripsit, *œconomice*, hoc est, accommodate ad solitariæ et monasticæ vitæ sectatores et sectatrices, cum quorum instituto tam longinquam peregrinationem minus belle concinere haud abs re existimabat, præsertim cum peregrinationem illam urgerent, tanquam necessariam ad Christianam perfectionem. Sed quia Calvinianus spiritus prorsus nihil virtutis et efficacitatis ad excitandam fidem et pietatem in mentibus intuentium agnoscit, et ipsam peregrinationem Hierosolymitanam in postremis ducit, nisi forsan *politice* instituatur, gratia pervestigandi et lustrandi antiquitates, situmque terrarum : hinc quod hic clare a Nysseno asseritur, fumo impietatis suæ involvere, et conspectum clarissimæ veritatis nobis eripere properat.

Simile quid audet in D. Hieronymo : quem ait, *locutum* οἰκονομικῶς, *et obiter, non serio, quando peregrinationem Hierosolymitanam, et loca sancta laudat et commendat :* διδακτικῶς *autem, quando hanc peregrinationem et sanctorum locorum visitationem dissuadere et reprehendere videtur.* Quo commento vix ullum vanius audivi. Vide lib. I De peregrinat., præcipue cap. 11. S. Hieronymus epist. ad Desiderium : *Certe si consortia nostra displicuerint, adorasse ubi steterunt pedes Domini,* PARS FIDEI EST, *et quasi recentia nativitatis, et crucis, ac passionis vidisse vestigia.*

Vides, inquit scholiastes, partem fidei *appellari inspectionem locorum sanctorum, cum æqualis illi Gregorius noster eos non ferat,* εἴς ἐν μέρει εὐσεβείας νενόμισται τὸ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις τόποις ἰδεῖν, *diversitatis ratio est : quod Gregorius* διδακτικῶς ; *Hieronymus* οἰκονομικῶς *illa scripserunt.* Fabulæ Calvinisticæ. Scilicet D. Hieronymus non serio, et ex animo, sed *dicis* duntaxat causa, tot viros et feminas ad peregrinationem Hierosolymitanam et ad sanctorum locorum invisionem invitavit, et omnibus eloquentiæ suæ argumentis incitavit. Scilicet *dicis* tantummodo gratia ipse hanc peregrinationem non solum obiit, sed et stabilem sedem in Palæstina fixit, ut sacrorum locorum aspectu perpetim frueretur. Scilicet, Paulam, sanctissimam feminam, singula loca religiosissime circumeuntem, venerantem, adorantem, S. Hieronymus dicis tantummodo gratia, nec serio et animitus, elegantissima lucubratione, qua vitam S. Paulæ comprehendit, prosecutus est. Omnia hæc obiter tantum vir ille sanctus fecit ; non ut posteris exemplum daret, non ut nos similia facere doceret.

Nec concoquere potest scholiastes quod D. Hieronymus affirmat, partem pietatis esse, adorasse ubi steterunt pedes Domini : opponit epistolam ad Paulinum, de Institutione monachi, *ubi*, ut loquitur scholiastes, *illud suum*, Pars fidei est, *clare evertit his verbis : Quorsum*, inquies, *hæc tam longo repetita principio? Videlicet, nec quidquam fidei tuæ deesse putes, quia Hierosolyma non visisti : nec nos*

idcirco meliores existimes, quod hujus loci habitaculo fruimur.

Sed meminisse oportebat scholiasten ea quæ in Epistola ad Paulinum monachum scribit S. Hieronymus multo magis dici debere scripta οἰκονομικῶς, hoc est, accommodate ad personam, et ex instituto personæ, ad quam scribebat, scripta esse, quam alia, ubi ex professo de utilitatibus Hierosolymitanæ peregrinationis disserit. Magis enim convenire arbitrabatur D. Hieronymus, ut Paulinus sua in solitaria vita lateret, quam peregrinantium catervis admisceretur, forsan ad hoc inductus adjunctis quibusdam seu circumstantiis, ipsi Paulino propriis. Nec immerito dixit, *Nec quidquam fidei tuæ deesse putes, etiamsi Hierosolymam non videris :* quia fides potest esse integra et perfecta, Hierosolymis non visis ; ut patet exemplis tot myriadum sanctissimorum hominum, qui fide ardentissima fuere præditi, nec tamen monumenta Christi nati et passi inspexerunt : et illi ipsi, qui peregrinantur Hierosolymam, libere cum auctore epistolæ de euntibus Hierosolymam profiteri possunt, se, etiam ante quam Bethlehem viderent, credidisse, Christum ex Virgine natum, in Golgotha crucifixum, resurrexisse, et in cœlum ascendisse. Interim tamen rectissime, et huic ipsi asserto convenientissime affirmat D. Hieronymus *partem fidei esse, adorasse ubi steterunt pedes Domini.* Pars fidei est, quia talis peregrinatio non nisi ex fide suscipitur et obitur. Pars fidei est, quia adoratio in locis sanctis, non nisi ex fide manat. Pars fidei est, quia inspectio et veneratio locorum sanctorum fidem acuit, intendit, incendit, et auget : et accidentaliter mirifice perficit, quamvis quoad essentialia, fides etiam in eo, qui Hierosolymam non vidit, ita comparata esse queat, ut nihil ei desit, quoad ea nimirum, quæ sunt simpliciter necessaria.

Ait scholiastes, Axioma theologicum ἀναντίῤῥητον esse, *nullam creaturam adorari posse, sine abominabili idololatria.* Assentior, si adoratio sumatur stricte pro cultu divino : et per se, absolute, sine habitudine ad aliud. Nego autem, si, ut patet etiam ex usu Scripturæ, accipiatur pro cultu quodam inferiore, licet religioso, vel etiam pro cultu divino sed analogice tantum, et cum habitudine ad prototypum alicui tributo. Sic enim adoramus humanam naturam Christi, ejusque reliquias, imagines, crucem, etc.

Ostendit scholiastes, quam bene sit affectus erga dialecticam et syllogisticam disputandi de theologicis rebus rationem. Quod Nyssenus et alii minus hunc disserendi modum probasse videntur, suas causas habuerunt, sicut et posterioris ævi theologi gravissimis causis inducti sunt, ut hoc pressum et adstrictum argumentandi genus amplecterentur, invisum omnibus hæreticis, sed vel ideo maxime urgendum et in conflictibus adhibendum. At de hoc copiose actum est in Responso ad theses Hunnianas, et in primo Antimonio, et in Antistrena Polycarpica.

Sophistices criminatione gravat scholiastes scholasticam dicendi et scribendi formam. Scilicet sophistica est, quidquid istos ita irretit, ut vel nunquam, vel non sine magno nisu se inde extricare queant.

Fidelibus et similiter credentibus sufficere ad salutem, quæ verbo Dei sunt expressa, non est orthodoxorum pronuntiatum, sed heterodoxorum delirium, præsertim si omnia creditu necessaria contineri velint in Scriptura proxime, immediate et formaliter ; ut sane volunt, non remote tantum, mediate et implicite.

Nyssenum ex lectione librorum Origenis contraxisse aliquos nævos, calumnia est in scriptorem longe eruditissimum, a qua pridem vindicatus est opera S. Germani patriarchæ Constantinopolitani, apud Photium volum. 233, qui nominatim Catecheticam orationem, et disputationem de Anima cum Macrina sorore, et librum De perfectione vitæ Christianæ a macula Origenica asserere studuit.

Illud plenum solatii est pro Burdone. *Hoc exemplo* (hæreticorum Catholicos χρονίτας seu Temporarios appellantium) *admoniti pii viri hodie* (Burdo subburdones, seu Burdonis pulli subjugales) *et sincero Dei zelo flagrantes, quorum unicum est hoc votum, ut omni novitate sublata* (omnia antiphrasticῶς intelligas) *vera antiquitas restituatur* (Burdonica, non Christiana) *et fiat unus grex, unum ovile* (Burdonicum stabulum), *cum se a nonnullis appellari Novatores vident* (talem se vidit appellari Burdo a Serario; talem Drusius ; hoc nimirum male habet scholiasten) *desinere mirari τὸ ἀλλόκοτον inanis ac ridiculæ appellationis, et justissimam suam indignationem commiseratione mutare debent:* ut fecit Burdo, qui ex commiseratione, infinita, eaque agasonem potius quam litteratorem decenti, convicia et maledicta in Serarium exspuit, quod ab illo *Novator* audisset.

Quod ἄδυν non obscure scholiastes accipit pro *sepulcro*, id non ægre ferendum, quia accepit hoc ab illo, quem *virum maximum* nominat. De quo Bellarminus lib. IV de Christo, cap. 10.

Qui porro fuerint illi, qui Hierosolymis communionem Nysseni refugiebant, de qua inhumanitate tam graviter conqueritur, non satis compertum est; quia non satis constat, quo anno et quo episcopo Hierosolymitano Nyssenus in Palæstinam venerit. Ejectus est ex sede sua Cyrillus, cujus Catecheses exstant, anno Christi 359, ut ex Sozomeno docet Baronius. *Abdicato Cyrillo, episcopatum capessit Herennius,* inquit Sozomenus, *cui successit Heraclius, ei autem deinceps Hilarius, nam hos eo tempore illam rexisse ecclesiam ad imperium usque Theodosii accepimus, cujus temporibus Cyrillus ad eam dignitatis sedem revertit,* nimirum anno Christi 382, Theodosii imperatoris anno quarto. Si igitur Nysseni profectio Hierosolymitana contigit statim post concilium Antiochenum, celebratum anno 388, ut arbitratur Baronius, dicendum est, aliquem ex supra dictis tribus Cyrilli viventis successoribus, qui videntur fuisse Ariani, quandoquidem Cyrillus ab Arianis expulsus fuerat, tenuisse cathedram Hierosolymitanam, quem a communione Nysseni abstinuisse, non mirum, quippe qui Arianæ hæreses infensissimus hostis et oppugnator esset.

Si autem, ut aliis placet, Nyssenus Hierosolymam profectus est post synodum œcumenicam Constantinopolitanam, celebratam anno salutis 381, anno tertio imp. Theodosii, et Damasi papæ decimo quinto, tunc fieri potuit ut Cyrillo jam restituto venerit Hierosolymam Nyssenus, cum anno sequenti, hoc est 382, sedem receperit, ex decreto particularis cujusdam concilii Constantinopolitani, de quo Baronius, Annali quarto, anno Christi 382. Ipsum Cyrillum a Nysseni communione abstinuisse, nemo, opinor, jure affirmaverit, quippe cui orthodoxa Nysseni mens et sententia minime potuerit esse ignota, cum simul fuerint in œcumenica synodo Constantinopolitana. Alios igitur ex clero id fecisse oportet, pravis opinionibus infectos : quales Hierosolymis vixisse nemo mirabitur, qui cogitarit, ex omnibus nationibus eo infinitam turbam, etiam clericorum, confluere consuevisse.

INDEX ANALYTICUS

RERUM ET VERBORUM NOTABILIUM

Quæ in S. Gregorii Nysseni operibus continentur.

Numerus Romanus tomum, Arabicus columnam indicat.

B

C

D

E

F

G

H

I

ORDO EDITIONIS NOVÆ

Cum editione Morelliana anni 1638 collatus.

Quæ stellula prænotantur, ea nunc primum inter Opera S. Gregorii Nysseni comparent.

—

		EDITIONIS MORELL.	pag.
De Ventriloqua.	110	Tom. II	35
Quod non sint tres dii, ad Ablabium.	115	Tom. III.	— 15
De fide, ad Simplicium.	135	—	— 38
Contra fatum.	145	Tom. II.	— 62
Adversus Græcos ex communibus notionibus.	175	—	— 82
De anima.	187	—	— 90
Epistola canonica ad Letoium Metilenes episcopum.	222	Tom. II.	— 114
Contra Eunomium libri XII.	243	—	— 265
* Adversus Apollinarium, ex Bibliotheca Gallandii.	1123		
Adversus eumdem.	1269	—	— 47
* Adversus Arium et Sabellium, ex Ang. Maii *Bibliotheca Nova Patrum.*	1277		
* Adversus Pneumatomachos Macedonianos.	1301		

EDITIONIS NOVÆ TOM. III.

De anima et resurrectione.	9	Tom. III.	— 181
De infantibus qui præmature abripiuntur, ad Hierium.	161	—	— 317
* Testimonia adversus Judæos ex Veteri Testamento, ex Bibliotheca Gallandii.	193	Tom. II.	— 151
De sancta Trinitate, quod Spiritus sanctus sit Deus.	235	Tom. III.	— 6
(Legitur inter Epistolas S. Basilii Magni, ep. 189 ed. Maurin. et *Patrologiæ* hujusce tom. XXXII, ubi vide.)			
De differentia Essentiæ et Hypostaseos, ad Petrum fratrem.	235		
(Est Basilii Magni epistola 38. Vide ubi supra.)			
De anima, ad Tatianum.	235		
(Vide inter Opera S. Gregorii Thaumaturgi, hujusce *Patrologiæ* tom. X, col. 1139.)			
Quid nomen professiove Christianorum sibi velit, ad Harmonium.	237	—	267
De perfectione Christiana, ad Olympium monachum.	251	—	275
De proposito secundum Deum.	287	—	298
Adversus eos qui castigationes ægre ferunt.	307	—	311
De virginitate.	317	—	111
Adversus eos qui differunt Baptismum.	415	Tom. II.	124

Orationes et Epistolæ.

Oratio contra usurarios, ex editione clar. viri Lud. de Sinner.	433	—	— 144
De pauperibus amandis oratio I.	453	—	— 138
De pauperibus amandis oratio II.	471	—	— 255
Contra fornicarios.	489	—	129 et 260
Non esse dolendum ob eorum obitum qui in fide obdormierunt.	497	Tom. III.	— 617
Exhortatio ad pœnitentiam.	539	Tom. II.	— 165
(Est Asterii Amaseni. Vide tom. XL, col. 351.)			
In principium jejuniorum.	539	—	— 247
(Ad Asterium etiam pertinet. Vide ubi supra, col. 370.)			
In primos apostolos Petrum et Paulum.	539		
(Edidit Gretserus sub nomine Gregorii Nysseni, sed est Maximi Planudæ. Deest in edit. Morelli.)			
Contra Manichæos.	541	Tom. III.	— 180
Oratio in suam ordinationem.	543	Tom. II.	— 40
De deitate Filii et Spiritus sancti.	553	Tom. III.	— 464
In diem Luminum.	577	—	— 366

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI QUADRAGESIMI SEXTI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.